ENCHIRIDION
ASCETICUM

LOCI SS. PATRUM ET SCRIPTORUM
ECCLESIASTICORUM
AD ASCESIM SPECTANTES

QUOS COLLEGERUNT

M. J. ROUËT DE JOURNEL S. J.
ET
J. DUTILLEUL S. J.
ADIUVANTIBUS ALIQUIBUS ALIIS PATRIBUS
SOCIETATIS JESU

EDITIO TERTIA

FRIBURGI BRISGOVIAE MCMXLII
HERDER & CO.
TYPOGRAPHI EDITORES PONTIFICII

Imprimi potest

Parisiis, die 7 Februarii 1936

A. LAMBERT S. J.
Praepos. Provinc. Franciae

Imprimatur

Friburgi Brisgoviae, die 15 Februarii 1936

RÖSCH, Vic. Gen.

Typis Herderianis, Friburgi Brisgoviae

PRAEFATIO.

Ante octoginta ferme annos non sine plurimorum utilitate in lucem prodiit *Enchiridion Symbolorum*, quo cl. H. Denzinger hoc spectabat, ut studiosis theologiae viris de rebus fidei et morum praecipua documenta Conciliorum et Pontificum in brevi compendio praeberentur. Postea, non ita pridem, *Enchiridion Patristicum* et *Enchiridion Fontium Historiae ecclesiasticae antiquae* simili ratione prolata sunt, ut summa capitum traditionis Patrum et Historiae Ecclesiae in commodis libris inveniretur. Nobis tandem utile visum est, ut illam manualium librorum seriem compleremus, eamdem viam ingredi et istud *Enchiridion Asceticum* curiosis doctrinae spiritualis viris offerre.

Decursu temporum SS. Patres et Doctores, cum graeci, tum latini, ecclesiastici scriptores, medii aevi illustres theologi, omnes sancti et sanctae Dei ubique terrarum degentes, quorum vita et doctrina fulget in Ecclesia, paulatim exemplis aut scriptis suis effigiem christianae sanctitatis quamdam formaverunt ideamque ascetismi iuxta evangelicam doctrinam expresserunt. Liquido constat nullo pacto fieri potuisse, ut documenta omnium temporum omniumque linguarum, vel praestantissima quaeque, proferremus. Quemadmodum de illis quae fecit in terris agens Dominus, ita de his mundus capere non posset eos qui scribendi essent libros [cf. Io 21, 25].

Necesse igitur erat inter tantas divitias selectionem nostram studiose circumscribere, ac fatendum sane est istius operis instituendi et exarandi maximum in hoc fuisse negotium. Qui enim antehac similem finem sibi ob oculos proposuerant, idem incommodum offenderant, cui alii aliter consuluerunt. Antiquis temporibus, id est vergente ad finem saeculo XVI°, librum edidit Thomas Hibernus, cui titulus «Flores Doctorum», in quo sententiolas de re spirituali rariores collegit. Anteacto saeculo, cl. Universitatis Oenipontanae lector Hugo Hurter ad usum studentium seriem libellorum, «SS. Patrum opuscula selecta», in lucem protulit. Nuperrime autem, in variis regionibus, docti viri sese asceticarum mysticarumque rerum studio dediderunt, historiam praecipue sectantes et quaenam fuisset doctrina Ecclesiae sanctorumque personam eius gerentium exquirentes. Ita, ut ceteros praetermittamus, cl. P. Pourrat tria volumina scribebat, quibus titulus: «La spiritualité chrétienne».

Illius praestantis doctrinae fontes procul dubio invenire licet in completis patrologiis, sed *sapientiam omnium antiquorum*

exquirere, ut ait Ecclesiasticus [Eccli 39, 1], vix paucis sapientibus in angustia temporum licet. Attamen, ut in eadem sacra Scriptura legitur, *sapientia absconsa et thesaurus invisus, quae utilitas in utrisque?* [Ib. 20, 32.]

Quapropter hoc nobis in animo fuit, ex omnibus libris primigeniis et praecipuis textus colligere maioris momenti meliorisque notae, qui asceticae doctrinae atque etiam, parcius tamen, mysticae quasi corpus aliquod efficerent. Primigenios libros dicimus. Etenim, ut iam aiebamus, thesaurus ille integer immensus est, et quicumque hunc adierit, intelleget quam arduum sit ex tanto divitiarum acervo gemmas seligere, quae ornare, non onerare queant. Duximus nihil magis utilitati vel iucunditati prodesse posse, quam ut testimonia Patrum septem primis saeculis insignium afferremus, id est a Patribus apostolicis ad S. Ioannem Damascenum, ita ut in summula quadam invenirentur antiquissima documenta, quae tamquam fundamenta christianae asceseos iure haberi possunt. Hoc modo, quod olim de re theologica in Enchiridio Patristico tentatum fuerat, nunc de ascesi, forsan audacius, aggredimur.

De libri dispositione non sunt multa quae dicamus.

Ut plurimum, eumdem morem retinuimus atque in Enchiridio Patristico. Chronologicum ordinem scriptorum et operum servavimus, qua ratione spiritualis doctrinae progressus in primis saeculis melius apparet.

Initio singulorum textuum, italicis typis bene distinctus, brevior titulus inscriptus est, ut patefieret lectori, quid in sequenti paragrapho, vel in sequentibus, ageretur. Qui autem post titulum dantur numeri, indicant librum, aut caput, aut numerum operis, ex quo desumpta est illa paragraphus.

In notis, quae numeris in margine positis respondent, inveniuntur sigla et numeri, quibus indicatur ad quam editionem recurri possit. Textum assumpsimus plerumque ex Patrologia graeca et latina, quam edidit Migne; ex Corpore autem Vindobonensi aut Berolinensi, si iam ad lucem venit.

Consulto aliquot textus omisimus, qui in obviis libris legi possunt, verbi causa in Breviario vel aliis Enchiridiis iam editis; sed plerumque ad eos, ubi in hoc libro legi deberent, lectorem remisimus.

Tres copiosi Indices additi sunt:

a) Index chronologicus, initio libri, in quo simul scriptores, eorum opera (ea quidem sola, ex quibus locos deprompsimus) et themata omnium textuum indicata sunt.

b) Index systematicus, in quo, ut in summa methodica, res ad ascesim spectantes ordinantur.

c) Index alphabeticus generalis.

Quamquam in labore nostro benignos adiutores habuimus doctos socios, quorum unum nominare liceat P. Stiglmayr, in monumentis Pseudo-Dionysii egregie versatum, minime nos fugit multa meliora fieri potuisse. Quapropter, dicti Scripturae memores: *Qui corripit hominem, gratiam postea inveniet apud eum* [Prv 28, 23], libenter profitemur nos accepturos quaecumque utilia significabuntur.

Restat ut hunc librum ex tot tamque diversis scriptoribus excerptum et quasi variis tinctum coloribus, sicut olim Iacob patriarcha filio tunicam polymitam dedit, quia eum diligebat, ita nos iuniori clero tamquam amoris aliquod pignus offeramus.

Lutetiae Parisiorum, in festo S. Ignatii, 31 Iulii 1929.

PRAEFATIO AD EDITIONEM ALTERAM.

Cum in lucem ederetur hic liber, in fine Praefationis fatebamur, ut supra legere est, nos libenter accepturos quaecumque utilia significarentur, ut melior evaderet summa doctrinae spiritualis in antiqua Ecclesia vigentis. Itaque iis gratias agimus, qui nobis addenda, mutanda et corrigenda indicaverunt.

Reipsa, licet plurimorum iudiciis hoc opus, quale venit in lucem, utilitatem haud parvam praebere visum est, sat multa notavimus emendanda, ita ut editionem prorsus novam et quasi definitivam, quantum fieri potest, quamprimum dare in animo haberemus.

At obstantibus temporum angustiis omnino prohibemur, quominus denuo librum ex integro nunc typis mandemus, et solummodo fas est editionem dare, qua photographicis modis prior editio exhibeatur. Verumtamen ne omnes correctiones in posterum procrastinemus, statim in Appendice aliqua praecipua, a multis desiderata, afferimus, qualia sunt excerpta ex notissimis Regulis monasticis, nonnulli textus Evagrii Pontici, Isidori Hispalensis et aliorum. Quod studiosis erit indicium intentionis nostrae plurima mutandi in editione futura huius libri, quem etiam *Enchiridion Spirituale* inscribere intendimus.

Restat ut gratias agam R. P. Viller, editori novi «Dictionnaire de Spiritualité», qui loco defuncti P. Dutilleul mecum sociatis curis locos in Appendice receptos selegit mecumque in posterum, si Deo placuerit, operis curam habebit.

Lutetiae Parisiorum, in festo Epiphaniae, die 6 Ianuarii 1936.

INDEX CHRONOLOGICUS.

CLEMENS ALEXANDRINUS, ca 150—211/16.

ORIGENES, 185/6—254/5.

S. CYPRIANUS, ca 200—258.

S. ATHANASIUS, 295—373.

S. CYRILLUS HIEROSOLYMITANUS, ca 315—386.

S. BASILIUS, ca 330—379.

BASILIUS ANCYRANUS, † ca 366.

S. GREGORIUS NAZIANZENUS, ca 329—389/90.

S. GREGORIUS NYSSENUS, ca 335—394.

S. IOANNES CHRYSOSTOMUS, 344—407.

S. AMBROSIUS, ca 333—397.

S. HIERONYMUS, ca 342—419/20.

PELAGIUS.

S. AUGUSTINUS, 354—430.

RUFINUS, ca 345—410.

PSEUDO-MACARIUS, ca 300 — ca 390.

PALLADIUS, 363/4 — ca 425.

CASSIANUS, ca 360 — ca 435.

S. NILUS, † ca 430.

S. MARCUS EREMITA, † post 430.

S. IOANNES CLIMACUS, ca 525 — ca 600.

S. GREGORIUS MAGNUS, 540—604.

IOANNES MOSCHUS, † 619.

S. MAXIMUS CONFESSOR, ca 580 — 662.

THALASSIUS, ca 650.

INDEX SIGLORUM.

Aug. mon. = Τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν ἀββᾶ Ἡσαίου λόγοι κθ′ ἐξ Ἱεροσολυμιτικοῦ χειρογράφου ιζ′ αἰῶνος. ... Νῦν τὸ πρῶτον ἐκδίδονται ὑπὸ Αὐγουστίνου μοναχοῦ Ἰορδανίτου, ἐν Ἱεροσολύμοις, 1911. — Ms. ex quo depromptus est textus sic indicatur: κῶδιξ 109. αἰῶνος ιζ′ πατριαρχικῆς συλλογῆς τῆς Ἱεροσολυμιτικῆς βιβλιοθήκης.

CB = [Corpus Berolinense] Die griechischen christlichen Schriftsteller der ersten drei Jahrhunderte, herausg. von der Kirchenväter-Kommission der Königl. preußischen Akademie der Wissenschaften, Leipzig 1897 sqq.

CV = Corpus [Vindobonense] scriptorum ecclesiasticorum latinorum editum consilio et impensis Academiae litterarum caesareae Vindobonensis, Vindobonae 1866 sqq.

EH = C. Kirch S.J., Enchiridion fontium Historiae ecclesiasticae antiquae, ed. 4, Friburgi 1923.

EP = M. J. Rouët de Journel S.J., Enchiridion Patristicum, ed. 6 et 7, Friburgi 1929.

ES = H. Denzinger et C. Bannwart S.J., Enchiridion Symbolorum, definitionum et declarationum de rebus fidei et morum, ed. 16 et 17, Friburgi 1928.

F = F. X. Funk, Patres apostolici, ed. 2, 2 voll., Tubingae 1901.

ML, MG = J. P. Migne, Patrologiae cursus completus. Series prima latina, Parisiis 1844 sqq. Series graeca, Parisiis 1857 sqq.

Nic. Hag. = Βίβλος ψυχωφελεστάτη περιέχουσα ἀποκρίσεις διαφόροις ὑποθέσεσιν ἀνήκουσας συγγραφεῖσα μὲν παρὰ τῶν ὁσίων καὶ θεοφόρων πατέρων ἡμῶν Βαρσανουφίου καὶ Ἰωάννου. Edidit Nicodemus Hagiorita, Venetiae 1816.

Nic. mon. = Τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἰσαὰκ ἐπισκόπου Νινιυὶ τοῦ Σύρου τὰ εὑρεθέντα ἀσκητικὰ ... ἐπιμελείᾳ ... Νικηφόρου μοναχοῦ τοῦ Θεοδόκου ... ἐν Λειψίᾳ τῆς Σαξωνίας αψα′ (= 1770).

Sp = Id., editio nova ἐπιμελείᾳ Ἰωακὶμ Σπετσιερὴ ἱερομοναχοῦ ... ἐν Ἀθήναις, 1895.

TS = Texts and Studies ... edited by J. Armitage Robinson. Vol. VI: The Lausiac History of Palladius ... by Dom Cuthbert Butler, Cambridge 1904.

DIDACHE
SEU DOCTRINA DUODECIM APOSTOLORUM, 90/100.

Duae viae. — C. 1, n. 1. Ὁδοὶ δύο εἰσί, μία τῆς ζωῆς καὶ 1
μία τοῦ θανάτου, διαφορὰ δὲ πολλὴ μεταξὺ τῶν δύο ὁδῶν. 2. Ἡ μὲν οὖν ὁδὸς τῆς ζωῆς ἐστιν αὕτη· «Πρῶτον ἀγαπήσεις τὸν Θεὸν τὸν ποιήσαντά σε, δεύτερον τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν» [Mt 22, 37—39; Mc 12, 30 31]· πάντα δὲ ὅσα ἐὰν θελήσῃς μὴ γίνεσθαί σοι, καὶ σὺ ἄλλῳ μὴ ποίει. 3. Τούτων δὲ τῶν λόγων ἡ διδαχή ἐστιν αὕτη· «Εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμῖν καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ὑμῶν, νηστεύετε δὲ ὑπὲρ τῶν διωκόντων ὑμᾶς· ποία γὰρ χάρις, ἐὰν ἀγαπᾶτε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς; οὐχὶ καὶ τὰ ἔθνη τὸ αὐτὸ ποιοῦσιν; ὑμεῖς δὲ ἀγαπᾶτε τοὺς μισοῦντας ὑμᾶς, καὶ οὐχ ἕξετε ἐχθρόν» [Mt 5, 44 sqq; Lc 6, 32 sq]. 4. Ἀπέχου τῶν σαρκικῶν καὶ σωματικῶν ἐπιθυμιῶν. Ἐάν τίς σοι δῷ ῥάπισμα εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην, καὶ ἔσῃ τέλειος· ἐὰν ἀγγαρεύσῃ σέ τις μίλιον ἕν, ὕπαγε μετ᾽ αὐτοῦ δύο· ἐὰν ἄρῃ τις τὸ ἱμάτιόν σου, δὸς αὐτῷ καὶ τὸν χιτῶνα· ἐὰν λάβῃ τις ἀπὸ σοῦ τὸ σόν, μὴ ἀπαίτει, οὐδὲ γὰρ δύνασαι. 5. Παντὶ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου καὶ μὴ ἀπαίτει· πᾶσι γὰρ θέλει δίδοσθαι ὁ Πατὴρ ἐκ τῶν ἰδίων χαρισμάτων. Μακάριος ὁ διδοὺς κατὰ τὴν ἐντολήν· ἀθῷος γάρ ἐστιν. Οὐαὶ τῷ λαμβάνοντι· εἰ μὲν γὰρ χρείαν ἔχων

1, 1. Duae viae sunt, altera vitae et altera mortis, sed multum 1
interest inter duas vias. 2. Via igitur lucis haec est: *Primum diliges Deum, qui te creavit, deinde proximum tuum sicut teipsum;* omnia vero, quaecumque non vis tibi fieri, nec tu alteri facias. 3. Doctrina autem horum verborum haec est: *Benedicite maledicentibus vobis et orate pro inimicis vestris,* ieiunate *pro persequentibus vos; quae* enim *gratia, si diligitis eos, qui vos diligunt? Nonne et gentes idem faciunt?* Vos autem *diligite eos, qui oderunt vos,* neque inimicum habebitis. 4. Abstine a carnalibus et corporalibus cupiditatibus. Si quis tibi plagam intulerit in dexteram maxillam, praebe illi et alteram, et eris perfectus; si quis angariaverit te mille passus, vade cum illo duo milia; si quis sustulerit pallium tuum, da ei et tunicam; si quis abstulerit a te quod tuum est, ne repetas; neque enim potes. 5. Omni petenti te tribue neque repetas; omnibus enim Pater vult tribui ex suis donis. Beatus, qui dat secundum mandatum; innocens enim est. Vae ei, qui

---

1. F (= Funk) 1, 2.

λαμβάνει τις, ἀθῷος ἔσται· ὁ δὲ μὴ χρείαν ἔχων δώσει δίκην, ἱνατί ἔλαβε καὶ εἰς τί· ἐν συνοχῇ δὲ γενόμενος ἐξετασθήσεται περὶ ὧν ἔπραξε, καὶ οὐκ ἐξελεύσεται ἐκεῖθεν, μέχρις οὗ ἀποδῷ τὸν ἔσχατον κοδράντην. 6. Ἀλλὰ καὶ περὶ τούτου δὲ εἴρηται· Ἱδρωσάτω ἡ ἐλεημοσύνη σου εἰς τὰς χεῖράς σου, μέχρις ἂν γνῷς, τίνι δῷς.

2 3, 7. Ἴσθι δὲ πραΰς, ἐπεὶ «οἱ πραεῖς κληρονομήσουσι τὴν γῆν» [Mt 5, 5]. 8. Γίνου μακρόθυμος καὶ ἐλεήμων καὶ ἄκακος καὶ ἡσύχιος καὶ ἀγαθὸς καὶ τρέμων τοὺς λόγους διὰ παντός, οὓς ἤκουσας. 9. Οὐχ ὑψώσεις σεαυτὸν οὐδὲ δώσεις τῇ ψυχῇ σου θράσος. Οὐ κολληθήσεται ἡ ψυχή σου μετὰ ὑψηλῶν, ἀλλὰ μετὰ δικαίων καὶ ταπεινῶν ἀναστραφήσῃ. 10. Τὰ συμβαίνοντά σοι ἐνεργήματα ὡς ἀγαθὰ προσδέξῃ, εἰδώς, ὅτι ἄτερ Θεοῦ οὐδὲν γίνεται. 4, 1. Τέκνον μου, τοῦ λαλοῦντός σοι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ μνησθήσῃ νυκτὸς καὶ ἡμέρας, τιμήσεις δὲ αὐτὸν ὡς κύριον· ὅθεν γὰρ ἡ κυριότης λαλεῖται, ἐκεῖ κύριός ἐστιν. 2. Ἐκζητήσεις δὲ καθ' ἡμέραν τὰ πρόσωπα τῶν ἁγίων, ἵνα ἐπαναπαῇς τοῖς λόγοις αὐτῶν. 3. Οὐ ποιήσεις σχίσμα, εἰρηνεύσεις δὲ μαχομένους. «Κρινεῖς δικαίως» [Dt 1, 16], οὐ λήψῃ πρόσωπον ἐλέγξαι ἐπὶ παραπτώμασιν. 4. Οὐ διψυχήσεις, πότερον ἔσται ἢ οὔ. 5. Μὴ γίνου πρὸς μὲν τὸ λαβεῖν ἐκτείνων τὰς χεῖρας, πρὸς δὲ τὸ δοῦναι συσπῶν. 6. Ἐὰν ἔχῃς διὰ τῶν χειρῶν σου, δώσεις λύτρωσιν ἁμαρτιῶν σου. 7. Οὐ διστάσεις δοῦναι οὐδὲ διδοὺς γογγύσεις· γνώσῃ γάρ, τίς ἐστιν ὁ τοῦ μισθοῦ καλὸς ἀντ-

accipit; etenim si quis indigens quidem accipit, innocens erit; qui autem non indigens accipit, rationem reddet, quare acceperit et ad quid; in vinculis constitutus inquiretur de eis, quae fecit, neque exibit inde, donec reddiderit novissimum quadrantem. 6. Sed de hac re quoque dictum est: Sudato eleemosyna tua in manibus tuis, donec cognoveris, cui des.

2 3, 7. Sis vero mansuetus, quoniam *mansueti hereditabunt terram.* 8. Fias longanimis et misericors et sincerus et quietus et bonus et contremiscens semper ad verba, quae audivisti. 9. Non exaltabis teipsum neque animae tuae dabis insolentiam. Non adhaerebit anima tua superbis, sed iustis et humilibus uteris. 10. Quae tibi eveniunt, ea tamquam bona accipies, conscius, sine Deo nihil fieri. 4, 1. Fili mi, qui loquitur tibi verbum Dei, eius recordaberis nocte ac die, timebis eum sicut dominum; unde enim dominium dicitur, ibi dominus est. 2. Requires cotidie vultus sanctorum, ut requiescas in verbis eorum. 3. Non facies dissidium, sed pacabis pugnantes; *iudicabis iuste,* non accipies personam in arguendis cuiuspiam lapsibus. 4. Non ambiges, utrum futurum sit necne. 5. Noli porrigere manus tuas ad accipiendum, ad dandum vero contrahere. 6. Si quid habes per manus tuas, dabis pretium ad redimenda peccata tua. 7. Non dubitabis dare neque murmurabis, cum das: cognosces autem, quis sit bonus mercedis retributor. 8. Non repudiabis in-

2. F 1, 10.

ἀποδότης. 8. Οὐκ ἀποστραφήσῃ τὸν ἐνδεόμενον, συγκοινωνήσεις δὲ πάντα τῷ ἀδελφῷ σου καὶ οὐκ ἐρεῖς ἴδια εἶναι· εἰ γὰρ ἐν τῷ ἀθανάτῳ κοινωνοί ἐστε, πόσῳ μᾶλλον ἐν τοῖς θνητοῖς;

6, 1. Ὅρα, μή τίς σε πλανήσῃ ἀπὸ ταύτης τῆς ὁδοῦ τῆς 3
διδαχῆς, ἐπεὶ παρεκτὸς Θεοῦ σε διδάσκει. 2. Εἰ μὲν γὰρ δύνασαι βαστάσαι ὅλον τὸν ζυγὸν τοῦ Κυρίου, τέλειος ἔσῃ· εἰ δ' οὐ δύνασαι, ὃ δύνῃ, τοῦτο ποίει.

S. CLEMENS ROMANUS, PAPA 92—101.

Epistula ad Corinthios I, 96/98.

Humilitas. — 13, 1. Ταπεινοφρονήσωμεν οὖν, ἀδελφοί, ἀποθέ- 4
μενοι πᾶσαν ἀλαζονείαν καὶ τύφος καὶ ἀφροσύνην καὶ ὀργάς ..., μάλιστα μεμνημένοι τῶν λόγων τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, οὓς ἐλάλησεν διδάσκων ἐπιείκειαν καὶ μακροθυμίαν ... 14, 1. Δίκαιον οὖν καὶ ὅσιον, ἄνδρες ἀδελφοί, ὑπηκόους ἡμᾶς μᾶλλον γενέσθαι τῷ Θεῷ ἢ τοῖς ἐν ἀλαζονείᾳ καὶ ἀκαταστασίᾳ μυσεροῦ ζήλους ἀρχηγοῖς ἐξακολουθεῖν. 2. Βλάβην γὰρ οὐ τὴν τυχοῦσαν, μᾶλλον δὲ κίνδυνον ὑποίσομεν μέγαν, ἐὰν ῥιψοκινδύνως ἐπιδῶμεν ἑαυτοὺς τοῖς θελήμασιν τῶν ἀνθρώπων, οἵτινες ἐξακοντίζουσιν εἰς ἔριν καὶ στάσεις, εἰς τὸ ἀπαλλοτριῶσαι ἡμᾶς τοῦ καλῶς ἔχοντος.

Humilitas. — 16, 1. Ταπεινοφρονούντων γάρ ἐστιν ὁ Χριστός, 5
οὐκ ἐπαιρομένων ἐπὶ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ. 2. Τὸ σκῆπτρον τῆς μεγαλωσύνης τοῦ Θεοῦ, ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστός, οὐκ ἦλθεν ἐν κόμπῳ ἀλαζονείας οὐδὲ ὑπερηφανίας, καίπερ δυνάμενος, ἀλλὰ

digentem, communicabis autem in omnibus cum fratre tuo nec quidquam dices proprium; nam si in immortalibus consortes estis, quanto magis in mortalibus?

6, 1. Vide, ne quis te abducat ab hac via doctrinae, quoniam 3
praeter Deum te docet. 2. Si enim totum iugum Domini portare potes, perfectus eris; si vero non potes, facias id, quod potes.

13, 1. Humiles ergo mente simus, fratres, fastum omnem et 4
superbiam et amentiam et iras deponentes ..., memoria praecipue recolentes sermones Domini Iesu, quos aequitatem et longanimitatem docens locutus est ... 14, 1. Iustum igitur et pium est, viri fratres, Deo potius oboedientes nos esse, quam in superbia et turbulentia detestandae aemulationis duces et auctores sequi. 2. Detrimentum enim non leve, immo vero grande periculum sustinebimus, si praecipitanter voluntatibus hominum nos tradiderimus, qui ad contentionem et seditiones collineant, ut nos ab eo, quod rectum et bonum est, abalienent.

16, 1. Christus enim eorum est, qui humiliter de se sentiunt, 5
non eorum, qui supra gregem eius sese efferunt. 2. Sceptrum maiestatis Dei, Dominus Iesus Christus, non venit cum iactantia superbiae et arrogantiae, quamvis potuerit, sed cum humilitate, prout Spiritus

3. F 1, 16. 4. F 1, 116; MG 1, 236 A.
5. F 1, 118; MG 1, 240 A.

ταπεινοφρονῶν, καθὼς τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον περὶ αὐτοῦ ἐλάλησεν ... 17. Ὁρᾶτε, ἄνδρες ἀγαπητοί, τίς ὁ ὑπογραμμὸς ὁ δεδομένος ἡμῖν· εἰ γὰρ ὁ Κύριος οὕτως ἐταπεινοφρόνησεν, τί ποιήσωμεν ἡμεῖς οἱ ὑπὸ τὸν ζυγὸν τῆς χάριτος αὐτοῦ δι' αὐτοῦ ἐλθόντες;

6 *Humilitas.* — 30, 6. Ὁ ἔπαινος ἡμῶν ἔστω ἐν Θεῷ καὶ μὴ ἐξ αὐτῶν· αὐτεπαινέτους γὰρ μισεῖ ὁ Θεός. 7. Ἡ μαρτυρία τῆς ἀγαθῆς πράξεως ἡμῶν διδόσθω ὑπ' ἄλλων, καθὼς ἐδόθη τοῖς πατράσιν ἡμῶν τοῖς δικαίοις. 8. Θράσος καὶ αὐθάδεια καὶ τόλμα τοῖς κατηραμένοις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· ἐπιείκεια καὶ ταπεινοφροσύνη καὶ πραΰτης παρὰ τοῖς ηὐλογημένοις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ.

7 *Virtutes ad caelum adducentes.* — 35, 4. Ἡμεῖς οὖν ἀγωνισώμεθα εὑρεθῆναι ἐν τῷ ἀριθμῷ τῶν ὑπομενόντων αὐτόν [τὸν Θεόν], ὅπως μεταλάβωμεν τῶν ἐπηγγελμένων δωρεῶν. 5. Πῶς δὲ ἔσται τοῦτο, ἀγαπητοί; Ἐὰν ἐστηριγμένη ᾖ ἡ διάνοια ἡμῶν πίστεως πρὸς τὸν Θεόν, ἐὰν ἐκζητῶμεν τὰ εὐάρεστα καὶ εὐπρόσδεκτα αὐτῷ, ἐὰν ἐπιτελέσωμεν τὰ ἀνήκοντα τῇ ἀμώμῳ βουλήσει αὐτοῦ καὶ ἀκολουθήσωμεν τῇ ὁδῷ τῆς ἀληθείας, ἀποῤῥίψαντες ἀφ' ἑαυτῶν πᾶσαν ἀδικίαν καὶ πονηρίαν, πλεονεξίαν, ἔρεις, κακοηθείας τε καὶ δόλους, ψιθυρισμούς τε καὶ καταλαλιάς, θεοστυγίαν, ὑπερηφανίαν τε καὶ ἀλαζονείαν, κενοδοξίαν τε καὶ ἀφιλοξενίαν. 6. Ταῦτα γὰρ οἱ πράσσοντες στυγητοὶ τῷ Θεῷ ὑπάρχουσιν· οὐ μόνον δὲ οἱ πράσσοντες αὐτά, ἀλλὰ καὶ οἱ συνευδοκοῦντες αὐτοῖς.

8 *Oboedientia.* — 37, 1. Στρατευσώμεθα οὖν, ἄνδρες ἀδελφοί, μετὰ πάσης ἐκτενείας ἐν τοῖς ἀμώμοις προστάγμασιν αὐτοῦ

Sanctus de eo locutus est ... 17. Videtis, viri dilecti, quale nobis exemplar sit propositum: si enim Dominus ita se humiliavit, quid faciemus nos, qui sub iugum gratiae eius per ipsum venimus?

6 30, 6. Sit laus nostra in Deo et non a nobis ipsis; odit enim Deus eos, qui semetipsos laudant. 7. Testimonium bonorum nostrorum operum ab aliis nobis exhibeatur, sicut patribus nostris, qui iusti erant, exhibitum est. 8. Temeritas, arrogantia et audacia apud eos, qui maledicti sunt a Deo; moderatio vero, humilitas et mansuetudo apud illos, qui a Deo benedicti sunt.

7 35, 4. Nos igitur, ut promissorum donorum participes fiamus, summo studio contendamus, ut in numero eorum reperiamur, qui eum [Deum] exspectent. 5. Quomodo autem hoc fiet, dilecti? Si mens nostra fideliter in Deum stabilita fuerit, si grata illi et accepta diligenter quaesiverimus, si, quae ad inculpatam eius voluntatem spectant, fecerimus et viam veritatis secuti fuerimus, abicientes a nobis omnem iniustitiam, iniquitatem, avaritiam, contentiones, malitias et fraudes, susurrationes et obtrectationes, odium Dei, superbiam, fastum, vanam gloriam et inhospitalitatem. 6. Qui enim haec faciunt, Deo odio sunt, neque illi solum, qui haec faciunt, sed et qui iis consentiunt.

8 37, 1. Militemus igitur, viri fratres, omnibus viribus sub inculpatis eius [Iesu Christi] praeceptis. 2. Consideremus milites, qui

---

6. F 1, 136; MG 1, 269 C. 7. F 1, 142; MG 1, 277 B.
8. F 1, 146; MG 1, 281 B.

[Ἰησοῦ Χριστοῦ]. 2. Κατανοήσωμεν τοὺς στρατευομένους τοῖς ἡγουμένοις ἡμῶν, πῶς εὐτάκτως, πῶς εἰκτικῶς, πῶς ὑποτεταγμένως ἐπιτελοῦσιν τὰ διατασσόμενα. 3. Οὐ πάντες εἰσὶν ἔπαρχοι οὐδὲ χιλίαρχοι οὐδὲ ἑκατόνταρχοι οὐδὲ πεντηκόνταρχοι οὐδὲ τὸ καθεξῆς, ἀλλ' ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι τὰ ἐπιτασσόμενα ὑπὸ τοῦ βασιλέως καὶ τῶν ἡγουμένων ἐπιτελεῖ. 4. Οἱ μεγάλοι δίχα τῶν μικρῶν οὐ δύνανται εἶναι οὔτε οἱ μικροὶ δίχα τῶν μεγάλων· σύγκρασίς τίς ἐστιν ἐν πᾶσιν, καὶ ἐν τούτοις χρῆσις. 5. Λάβωμεν τὸ σῶμα ἡμῶν. Ἡ κεφαλὴ δίχα τῶν ποδῶν οὐδέν ἐστιν, οὕτως οὐδὲ οἱ πόδες δίχα τῆς κεφαλῆς· τὰ δὲ ἐλάχιστα μέλη τοῦ σώματος ἡμῶν ἀναγκαῖα καὶ εὔχρηστά εἰσιν ὅλῳ τῷ σώματι· ἀλλὰ πάντα συμπνεῖ καὶ ὑποταγῇ μιᾷ χρῆται εἰς τὸ σώζεσθαι ὅλον τὸ σῶμα.

38, 1. Σωζέσθω οὖν ἡμῶν ὅλον τὸ σῶμα ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, καὶ ὑποτασσέσθω ἕκαστος τῷ πλησίον αὐτοῦ, καθὼς ἐτέθη ἐν τῷ χαρίσματι αὐτοῦ. 2. Ὁ ἰσχυρὸς τημελείτω τὸν ἀσθενῆ, ὁ δὲ ἀσθενὴς ἐντρεπέσθω τὸν ἰσχυρόν· ὁ πλούσιος ἐπιχορηγείτω τῷ πτωχῷ, ὁ δὲ πτωχὸς εὐχαριστείτω τῷ Θεῷ, ὅτι ἔδωκεν αὐτῷ, δι' οὗ ἀναπληρωθῇ αὐτοῦ τὸ ὑστέρημα· ὁ σοφὸς ἐνδεικνύσθω τὴν σοφίαν αὐτοῦ μὴ ἐν λόγοις, ἀλλ' ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς· ὁ ταπεινοφρονῶν μὴ ἑαυτῷ μαρτυρείτω, ἀλλ' ἐάτω ὑφ' ἑτέρου ἑαυτὸν μαρτυρεῖσθαι· ὁ ἁγνὸς ἐν τῇ σαρκὶ μὴ ἀλαζονευέσθω, γινώσκων, ὅτι ἕτερός ἐστιν ὁ ἐπιχορηγῶν αὐτῷ τὴν ἐγκράτειαν. 3. Ἀναλογισώμεθα οὖν, ἀδελφοί, ἐκ ποίας ὕλης ἐγενήθημεν, ποῖοι καὶ τίνες εἰσήλθαμεν εἰς τὸν κόσμον, ἐκ ποίου τάφου καὶ σκότους ὁ πλάσας ἡμᾶς καὶ δημιουργήσας εἰσήγαγεν εἰς τὸν κόσμον αὐτοῦ, προετοιμάσας τὰς εὐεργεσίας αὐτοῦ, πρὶν ἡμᾶς γεννηθῆναι.

---

sub ducibus nostris merent, quam ordinate, quam oboedienter, quam submisse imperata exsequantur. 3. Non omnes sunt praefecti neque chiliarchae neque centuriones neque quinquagenarii et sic deinceps; unusquisque vero in suo ordine et statione, quae a rege et ducibus imperantur, peragit. 4. Magni sine parvis et parvi sine magnis consistere nequeunt; mixti sunt omnes, et inde utilitas. 5 Exemplo nobis sit corpus nostrum. Caput sine pedibus nihil est, prout neque pedes sine capite; minima autem corporis nostri membra universo corpori necessaria et utilia sunt, immo cuncta conspirant et una se subiciunt, ut salvum sit totum corpus.

38, 1. Servetur itaque totum corpus nostrum in Christo Iesu, et unusquisque proximo suo se subiciat iuxta gratiae donum ipsi assignatum. 2. Fortis patrocinetur imbecillem, imbecillis fortem revereatur; dives pauperi largiatur, pauper Deum laudet, quod ei dederit, per quem eius inopia suppleatur. Sapiens non in verbis, sed in bonis operibus sapientiam suam manifestet; humilis non sibi testimonium ferat, sed ab altero sibi fieri sinat. Qui carne castus est, ne glorietur, cum sciat alium esse, qui continentiae donum ipsi tribuat. 3. Consideremus ergo, fratres, ex qua materia facti simus, qui et quales mundum ingressi simus; ex quo sepulcro quibusque tenebris, qui nos fecit et condidit, praeparatis benefactis suis, antequam nasceremur, in mundum suum nos introduxerit.

9 *Virtutes christianae.* — 62, 2. Περὶ γὰρ πίστεως καὶ μετανοίας καὶ γνησίας ἀγάπης καὶ ἐγκρατείας καὶ σωφροσύνης καὶ ὑπομονῆς πάντα τόπον ἐψηλαφήσαμεν, ὑπομιμνήσκοντες δεῖν ὑμᾶς ἐν δικαιοσύνῃ καὶ ἀληθείᾳ καὶ μακροθυμίᾳ τῷ παντοκράτορι Θεῷ ὁσίως εὐαρεστεῖν, ὁμονοοῦντας ἀμνησικάκως ἐν ἀγάπῃ καὶ εἰρήνῃ μετὰ ἐκτενοῦς ἐπιεικείας, καθὼς καὶ οἱ προδεδηλωμένοι πατέρες ἡμῶν εὐηρέστησαν ταπεινοφρονοῦντες τὰ πρὸς τὸν Πατέρα καὶ Θεὸν καὶ κτίστην καὶ πάντας ἀνθρώπους.

Epistula ad Corinthios II.

10 *Caelestia terrenis praeferenda.* — C. 6, n. 3. Ἔστιν δὲ οὗτος ὁ αἰὼν καὶ ὁ μέλλων δύο ἐχθροί. 4. Οὗτος λέγει μοιχείαν καὶ φθορὰν καὶ φιλαργυρίαν καὶ ἀπάτην, ἐκεῖνος δὲ τούτοις ἀποτάσσεται. 5. Οὐ δυνάμεθα οὖν τῶν δύο φίλοι εἶναι· δεῖ δὲ ἡμᾶς τούτῳ ἀποταξαμένους ἐκείνῳ χρᾶσθαι. 6. Οἰόμεθα, ὅτι βέλτιόν ἐστιν τὰ ἐνθάδε μισῆσαι, ὅτι μικρὰ καὶ ὀλιγοχρόνια καὶ φθαρτά, ἐκεῖνα δὲ ἀγαπῆσαι, τὰ ἀγαθὰ τὰ ἄφθαρτα.

11 *Eleemosyna.* — 16, 4. Καλὸν οὖν ἐλεημοσύνη ὡς μετάνοια ἁμαρτίας· κρείσσων νηστεία προσευχῆς, ἐλεημοσύνη δὲ ἀμφοτέρων· «ἀγάπη δὲ καλύπτει πλῆθος ἁμαρτιῶν» [1 Petr 4, 8], προσευχὴ δὲ ἐκ καλῆς συνειδήσεως ἐκ θανάτου ῥύεται. Μακάριος πᾶς ὁ εὑρεθεὶς ἐν τούτοις πλήρης· ἐλεημοσύνη γὰρ κούφισμα ἁμαρτίας γίνεται.

---

9 62, 2. De fide enim et paenitentia et sincera caritate et continentia et castitate et patientia omnem locum attigimus, admonentes necesse esse, ut in iustitia et veritate et longanimitate Deo omnipotenti pie placeatis, oblivione iniuriarum concordiam servantes in caritate et pace cum assidua aequitate, sicut et praedicti patres nostri placuerunt humiliter sentientes in Patrem et Deum et creatorem et omnes homines.

10 6, 3. Porro hoc saeculum et futurum sunt duo inimici. 4. Illud praedicat adulterium, corruptelam, avaritiam et fraudem, hoc vero istis renuntiat. 5. Non ergo possumus amborum amici esse; oportet autem, ut illi renuntiantes hoc utamur. 6. Putamus melius esse, quae hic sunt odisse, quia parva et exigui temporis et corruptioni obnoxia sunt, illa autem diligere, utpote bona incorrupta.

11 16, 4. Bona igitur eleemosyna quasi paenitentia peccati; melius ieiunium oratione, eleemosyna autem utroque; *caritas operit multitudinem peccatorum,* oratio autem ex bona conscientia a morte liberat. Beatus omnis, qui invenitur in his rebus perfectus; eleemosyna enim fit levamen peccati.

---

9. F 1, 180; deest apud Migne. 10. F 2, 190; MG 1, 336 C.
11. F 2, 204; deest apud Migne.

S. IGNATIUS ANTIOCHENUS, † 107.

Epistula ad Ephesios.

Discipulus Christi. — C. 3, n. 1. Εἰ γὰρ καὶ δέδεμαι ἐν τῷ 12
ὀνόματι, οὔπω ἀπήρτισμαι ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ. Νῦν γὰρ ἀρχὴν ἔχω τοῦ μαθητεύεσθαι καὶ προσλαλῶ ὑμῖν ὡς συνδιδασκαλίταις μου.

Caritas erga proximum. — 10, 2. Πρὸς τὰς ὀργὰς αὐτῶν 13
[τῶν ἄλλων ἀνθρώπων] ὑμεῖς πραεῖς, πρὸς τὰς μεγαλοῤῥημοσύνας αὐτῶν ὑμεῖς ταπεινόφρονες, πρὸς τὰς βλασφημίας αὐτῶν ὑμεῖς τὰς προσευχάς, πρὸς τὴν πλάνην αὐτῶν ὑμεῖς ἑδραῖοι τῇ πίστει, πρὸς τὸ ἄγριον αὐτῶν ὑμεῖς ἥμεροι, μὴ σπουδάζοντες ἀντιμιμήσασθαι αὐτούς. 3. Ἀδελφοὶ αὐτῶν εὑρεθῶμεν τῇ ἐπιεικείᾳ· μιμηταὶ δὲ τοῦ Κυρίου σπουδάζωμεν εἶναι (τίς πλέον ἀδικηθῇ, τίς ἀποστερηθῇ, τίς ἀθετηθῇ;), ἵνα μὴ τοῦ διαβόλου βοτάνη τις εὑρεθῇ ἐν ὑμῖν, ἀλλ' ἐν πάσῃ ἁγνείᾳ καὶ σωφροσύνῃ μένητε ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ σαρκικῶς καὶ πνευματικῶς.

Silentium Iesu audire. — 15, 2. Ὁ λόγον Ἰησοῦ κεκτημένος 14
ἀληθῶς δύναται καὶ τῆς ἡσυχίας αὐτοῦ ἀκούειν, ἵνα τέλειος ᾖ, ἵνα δι' ὧν λαλεῖ πράσσῃ καὶ δι' ὧν σιγᾷ γινώσκηται. 3. Οὐδὲν λανθάνει τὸν Κύριον, ἀλλὰ καὶ τὰ κρυπτὰ ἡμῶν ἐγγὺς αὐτῷ ἐστιν. Πάντα οὖν ποιῶμεν ὡς αὐτοῦ ἐν ἡμῖν κατοικοῦντος, ἵνα ὦμεν αὐτοῦ ναοὶ καὶ αὐτὸς ἐν ἡμῖν Θεὸς ἡμῶν, ὅπερ καὶ ἔστιν καὶ φανήσεται πρὸ προσώπου ἡμῶν, ἐξ ὧν δικαίως ἀγαπῶμεν αὐτόν.

3, 1. Etiamsi enim vinctus sum propter nomen, nondum tamen 12
perfectus sum in Iesu Christo. Nunc enim incipio discipulus esse et alloquor vos ut condiscipulos meos.

10, 2. Sitis vos adversus iras eorum [aliorum hominum] mites, ad- 13
versus magniloquentias eorum humiles, eorum maledictis opponite vos preces, adversus errorem eorum vos permanete firmi in fide, adversus efferos mores illorum vos mansueti sitis, non studentes ipsos imitari. 3. Fratres eorum inveniamur per benignitatem, imitatores autem Domini studeamus esse (quis maiorem iniuriam passus fuerit umquam, quis magis destitutus, quis magis contemptus?), ne herba aliqua diaboli in vobis inveniatur, sed in omni puritate et temperantia maneatis in Iesu Christo carnaliter et spiritualiter.

15, 2. Qui verbum Iesu possidet, vere potest et silentium ipsius 14
audire, ut perfectus sit, ut per ea, quae loquitur, operetur et per silentium suum cognoscatur. 3. Nihil latet Dominum, sed et arcana nostra prope ipsum sunt. Omnia itaque faciamus quasi ipso in nobis habitante, ut illius simus templa et ipse in nobis Deus noster, quod et est et apparebit ante faciem nostram e caritate, quam iuste erga ipsum habemus.

---

12. F 1, 216; MG 5, 645 C. 13. F 1, 222; MG 5, 653 A.
14. F 1, 224; MG 5, 657 A.

Epistula ad Magnesios.

15 *Unio cum Deo.* — 1, 2. Καταξιωθεὶς γὰρ ὀνόματος θεοπρεπεστάτου, ἐν οἷς περιφέρω δεσμοῖς ᾄδω τὰς ἐκκλησίας, ἐν αἷς ἕνωσιν εὔχομαι σαρκὸς καὶ πνεύματος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ διὰ παντὸς ἡμῶν ζῆν, πίστεώς τε καὶ ἀγάπης, ἧς οὐδὲν προκέκριται, τὸ δὲ κυριώτερον Ἰησοῦ καὶ Πατρός· ἐν ᾧ ὑπομένοντες τὴν πᾶσαν ἐπήρειαν τοῦ ἄρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου καὶ διαφυγόντες Θεοῦ τευξόμεθα.

16 *Character Dei.* — 5, 1. Ἐπεὶ οὖν τέλος τὰ πράγματα ἔχει καὶ πρόκειται τὰ δύο ὁμοῦ, ὅ τε θάνατος καὶ ἡ ζωή, καὶ ἕκαστος εἰς τὸν ἴδιον τόπον μέλλει χωρεῖν· 2. ὥσπερ γάρ ἐστιν νομίσματα δύο, ὃ μὲν Θεοῦ, ὃ δὲ κόσμου, καὶ ἕκαστον αὐτῶν ἴδιον χαρακτῆρα ἐπικείμενον ἔχει, οἱ ἄπιστοι τοῦ κόσμου τούτου, οἱ δὲ πιστοὶ ἐν ἀγάπῃ χαρακτῆρα Θεοῦ Πατρὸς διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ ἐὰν μὴ αὐθαιρέτως ἔχωμεν τὸ ἀποθανεῖν εἰς τὸ αὐτοῦ πάθος, τὸ ζῆν αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν.

Epistula ad Trallianos.

17 *Martyrii merces.* — 5, 2. Καὶ γὰρ ἐγώ, οὐ καθότι δέδεμαι καὶ δύναμαι νοεῖν τὰ ἐπουράνια καὶ τὰς τοποθεσίας τὰς ἀγγελικὰς καὶ τὰς συστάσεις τὰς ἀρχοντικάς, ὁρατά τε καὶ ἀόρατα, παρὰ τοῦτο ἤδη καὶ μαθητής εἰμι· πολλὰ γὰρ ἡμῖν λείπει, ἵνα Θεοῦ μὴ λειπώμεθα.

---

15 1, 2. Ornatus enim honorificentissimo nomine in vinculis, quae circumfero, laudo ecclesias, quibus unionem opto cum carne et spiritu Iesu Christi, qui sempiterna est vita nostra, et unionem in fide et caritate, cui nihil praeferendum, maxime vero unionem cum Iesu et Patre, in quo omnem principis huius saeculi vim sustinentes et evadentes Deo potiemur.

16 5, 1. Quia autem res finem habent et duo simul proposita sunt, mors et vita, et unusquisque in proprium locum iturus est; 2. quemadmodum enim sunt numismata duo, alterum quidem Dei, alterum autem mundi, et unumquodque proprium characterem habet impositum, infideles characterem mundi huius, fideles autem in caritate characterem Dei Patris per Iesum Christum, per quem nisi propensa nobis est voluntas mori iuxta ipsius passionem, nec vita ipsius in nobis est.

17 5, 2. Ego ideo, quod vinctus sum et caelestia intellegere possum et locos angelorum et coetus constitutionesque principatuum, visibilia et invisibilia, propter hoc nondum discipulus sum; multa enim nobis desunt, ne a Deo absimus.

---

15. F 1, 282; MG 5, 664 A. 16. F 1, 234; MG 5, 665 B.
17. F 1, 246; MG 5, 680 A.

Epistula ad Romanos.

Gaudium moriendi pro Christo. — 4, 1. Ἐγὼ γράφω πάσαις 18
ταῖς ἐκκλησίαις καὶ ἐντέλλομαι πᾶσιν, ὅτι ἐγὼ ἑκὼν ὑπὲρ Θεοῦ ἀποθνήσκω, ἐάνπερ ὑμεῖς μὴ κωλύσητε. Παρακαλῶ ὑμᾶς, μὴ εὔνοια ἄκαιρος γένησθέ μοι. Ἄφετέ με θηρίων εἶναι βοράν, δι' ὧν ἔστιν Θεοῦ ἐπιτυχεῖν. Σῖτός εἰμι Θεοῦ καὶ δι' ὀδόντων θηρίων ἀλήθομαι, ἵνα καθαρὸς ἄρτος εὑρεθῶ τοῦ Χριστοῦ. 2. Μᾶλλον κολακεύσατε τὰ θηρία, ἵνα μοι τάφος γένωνται καὶ μηθὲν καταλίπωσι τῶν τοῦ σώματός μου, ἵνα μὴ κοιμηθεὶς βαρύς τινι γένωμαι. Τότε ἔσομαι μαθητὴς ἀληθῶς Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτε οὐδὲ τὸ σῶμά μου ὁ κόσμος ὄψεται. Λιτανεύσατε τὸν Χριστὸν ὑπὲρ ἐμοῦ, ἵνα διὰ τῶν ὀργάνων τούτων Θεῷ θυσία εὑρεθῶ.

5, 2. Ὀναίμην τῶν θηρίων τῶν ἐμοὶ ἡτοιμασμένων καὶ εὔ- 19
χομαι σύντομά μοι εὑρεθῆναι· ἃ καὶ κολακεύσω, συντόμως με καταφαγεῖν, οὐχ ὥσπερ τινῶν δειλαινόμενα οὐχ ἥψαντο. Κἂν αὐτὰ δὲ ἄκοντα μὴ θελήσῃ, ἐγὼ προσβιάσομαι. 3. Συγγνώμην μοι ἔχετε· τί μοι συμφέρει, ἐγὼ γινώσκω. Νῦν ἄρχομαι μαθητὴς εἶναι. Μηθέν με ζηλώσαι τῶν ὁρατῶν καὶ ἀοράτων, ἵνα Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιτύχω. Πῦρ καὶ σταυρὸς θηρίων τε συστάσεις, ἀνατομαί, διαιρέσεις, σκορπισμοὶ ὀστέων, συγκοπὴ μελῶν, ἀλεσμοὶ ὅλου τοῦ σώματος, κακαὶ κολάσεις τοῦ διαβόλου ἐπ' ἐμὲ ἐρχέσθωσαν, μόνον ἵνα Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιτύχω.

4, 1. Ego omnibus ecclesiis scribo omnibusque mando, quod 18
libens pro Deo moriar, siquidem vos me non impediatis. Obsecro vos, ne intempestivam mihi benevolentiam exhibeatis. Sinite me ferarum cibum esse, per quas Deum consequi licet. Frumentum sum Dei et per ferarum dentes molor, ut purus panis Christi inveniar. 2. Feris potius blandimini, ut mihi sepulcrum fiant nihilque mei corporis relinquant, ne, postquam obdormiero, gravis alicui fiam. Tunc vere Iesu Christi discipulus ero, cum neque corpus meum mundus videbit. Christum pro me supplicate, ut per haec instrumenta Deo hostia inveniar.

5, 2. Utinam fruar bestiis mihi praeparatis, quas et opto mihi 19
veloces inveniri; quibus et blandiar, ut cito me devorent, non ut quosdam veritae non tetigerunt. Sin autem illae repugnantes noluerint, ego eas vi appellam. 3. Veniam mihi date; quid mihi prosit, ego novi. Nunc incipio discipulus esse. Nulla res tam earum, quae visibiles sunt, quam earum, quae sub oculos non cadunt, animum meum capiat, ut Iesu Christo possim potiri. Ignis et crux et ferarum conflictus, lacerationes, distractiones, disiunctiones ossium, concisio membrorum, totius corporis contusiones, dira diaboli tormenta in me veniant; solummodo ut Iesum Christum consequar.

---

18. F 1, 256; MG 5, 689 A. 19. F 1, 258; MG 5, 692 A.

20 6, 1. Οὐδέν μοι ὠφελήσει τὰ πέρατα τοῦ κόσμου οὐδὲ αἱ βασιλεῖαι τοῦ αἰῶνος τούτου. Καλόν μοι ἀποθανεῖν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, ἢ βασιλεύειν τῶν περάτων τῆς γῆς. Ἐκεῖνον ζητῶ, τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντα· ἐκεῖνον θέλω, τὸν δι' ἡμᾶς ἀναστάντα. Ὁ δὲ τοκετός μοι ἐπίκειται. 2. Σύγγνωτέ μοι, ἀδελφοί· μὴ ἐμποδίσητέ μοι ζῆσαι, μὴ θελήσητέ με ἀποθανεῖν, τὸν τοῦ Θεοῦ θέλοντα εἶναι κόσμῳ μὴ χαρίσησθε μηδὲ ὕλῃ ἐξαπατήσητε· ἄφετέ με καθαρὸν φῶς λαβεῖν· ἐκεῖ παραγενόμενος ἄνθρωπος ἔσομαι. 3. Ἐπιτρέψατέ μοι μιμητὴν εἶναι τοῦ πάθους του Θεοῦ μου. Εἴ τις αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ ἔχει, νοησάτω, ὃ θέλω, καὶ συμπαθείτω μοι, εἰδὼς τὰ συνέχοντά με.

21 7, 2. Βασκανία ἐν ὑμῖν μὴ κατοικείτω. Μηδ' ἂν ἐγὼ παρὼν παρακαλῶ ὑμᾶς, πείσθητέ μοι· τούτοις δὲ μᾶλλον πείσθητε, οἷς γράφω ὑμῖν. Ζῶν γὰρ γράφω ὑμῖν, ἐρῶν τοῦ ἀποθανεῖν. Ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ἐμοὶ πῦρ φιλόϋλον· ὕδωρ δὲ ζῶν καὶ λαλοῦν ἐν ἐμοί, ἔσωθέν μοι λέγων· Δεῦρο πρὸς τὸν Πατέρα. 3. Οὐχ ἥδομαι τροφῇ φθορᾶς οὐδὲ ἡδοναῖς τοῦ βίου τούτου. Ἄρτον Θεοῦ θέλω, ὅ ἐστιν σὰρξ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἐκ σπέρματος Δαυίδ, καὶ πόμα θέλω τὸ αἷμα αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἀγάπη ἄφθαρτος.

HERMAE PASTOR, 140/155.

22 *Abnegatio divitiarum.* — Vis. 3, c. 6, n. 5. Οἱ δὲ λευκοὶ καὶ στρογγύλοι καὶ μὴ ἁρμόζοντες εἰς τὴν οἰκοδομὴν [λίθοι] τίνες εἰσίν,

---

20 6, 1. Nihil mihi proderunt mundi fines neque huius saeculi regna. Praestat mihi in Christo Iesu mori, quam finibus terrae imperare. Illum quaero, qui pro nobis mortuus est; illum volo, qui propter nos resurrexit. Partus mihi instat. 2. Ignoscite mihi, fratres! Ne me vivere impediatis, ne velitis me mori, me Dei esse cupientem mundo ne tradatis neque per materiam me seducatis; sinite me purum lumen percipere; ubi illuc advenero, homo ero. 3. Concedite mihi imitatorem esse passionis Dei mei. Si quis illum in seipso habet, intellegat, quid velim, et commisereatur mei, sciens quae me coarctent.

21 7, 2. Invidia in vobis ne habitet. Neque, si ego praesens vos orarem, credatis mihi; his potius, quae vobis scribo, credatis. Vivens enim scribo vobis, mori desiderans. Amor meus crucifixus est, nec est in me ignis materiae amans; sed aqua vivens et loquens in me est, mihi interius dicens: Veni ad Patrem. 3. Non delector alimento corruptibili neque voluptatibus huius mundi. Panem Dei volo, qui est caro Iesu Christi, qui ex semine David factus est, et potum volo sanguinem ipsius, qui est caritas incorruptibilis.

22 Vis. 3, 6, 5. Albi autem et rotundi et non congruentes in structuram [lapides] qui sunt, domina? Respondens mihi dicit: Usquequo

---

20. F 1, 258; MG 5, 692 B. 21. F 1, 260; MG 5, 693 A.
22. F 1, 444; MG 2, 903 (textus graeci solum fragmenta apud Migne).

κυρία; Ἀποκριθεῖσά μοι λέγει· Ἕως πότε μωρὸς εἶ καὶ ἀσύνετος καὶ πάντα ἐπερωτᾷς καὶ οὐδὲν νοεῖς; Οὗτοί εἰσιν ἔχοντες μὲν πίστιν, ἔχοντες δὲ καὶ πλοῦτον τοῦ αἰῶνος τούτου· ὅταν γένηται θλῖψις, διὰ τὸν πλοῦτον αὐτῶν καὶ διὰ τὰς πραγματείας ἀπαρνοῦνται τὸν Κύριον αὐτῶν. 6. Καὶ ἀποκριθεὶς αὐτῇ λέγω· Κυρία, πότε οὖν εὔχρηστοι ἔσονται εἰς τὴν οἰκοδομήν; Ὅταν, φησίν, περικοπῇ αὐτῶν ὁ πλοῦτος ὁ ψυχαγωγῶν αὐτούς, τότε εὔχρηστοι ἔσονται τῷ Θεῷ. Ὥσπερ γὰρ ὁ λίθος ὁ στρογγύλος, ἐὰν μὴ περικοπῇ καὶ ἀποβάλῃ ἐξ αὐτοῦ τι, οὐ δύναται τετράγωνος γενέσθαι, οὕτω καὶ οἱ πλουτοῦντες ἐν τούτῳ τῷ αἰῶνι, ἐὰν μὴ περικοπῇ αὐτῶν ὁ πλοῦτος, οὐ δύνανται τῷ Κυρίῳ εὔχρηστοι γενέσθαι.

Virtutes. — Vis. 3, 8, 2. Βλέπεις ἑπτὰ γυναῖκας κύκλῳ τοῦ 23
πύργου; Βλέπω, φημί, κυρία. Ὁ πύργος οὗτος ὑπὸ τούτων βαστάζεται κατ' ἐπιταγὴν τοῦ Κυρίου. 3. Ἄκουε νῦν τὰς ἐνεργείας αὐτῶν. Ἡ μὲν πρώτη αὐτῶν, ἡ κρατοῦσα τὰς χεῖρας, Πίστις καλεῖται· διὰ ταύτης σῴζονται οἱ ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ. 4. Ἡ δὲ ἑτέρα, ἡ περιεζωσμένη καὶ ἀνδριζομένη, Ἐγκράτεια καλεῖται· αὕτη θυγάτηρ ἐστὶν τῆς Πίστεως. Ὃς ἂν οὖν ἀκολουθήσῃ αὐτῇ, μακάριος γίνεται ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ, ὅτι πάντων τῶν πονηρῶν ἔργων ἀφέξεται, πιστεύων, ὅτι, ἐὰν ἀφέξηται πάσης ἐπιθυμίας πονηρᾶς, κληρονομήσει ζωὴν αἰώνιον. 5. Αἱ δὲ ἕτεραι, κυρία, τίνες εἰσίν; Θυγατέρες ἀλλήλων εἰσίν· καλοῦνται δὲ ἡ μὲν Ἁπλότης, ἡ δὲ Ἐπιστήμη, ἡ δὲ Ἀκακία, ἡ δὲ Σεμνότης, ἡ

---

stultus es et insensatus et omnia interrogas et nihil intellegis? Isti sunt qui habent quidem fidem, habent autem et divitias huius saeculi. Quando fit tribulatio, propter divitias suas et propter negotiationes denegant Dominum suum. 6. Et respondens ei dico: Domina, quando igitur utiles erunt ad aedificationem? Cum, inquit, circumcisae fuerint eorum divitiae, quae eos delectant, tum utiles erunt Deo. Sicut enim lapis rotundus, nisi praecisus fuerit et abiecerit aliquid a se, non potest quadratus fieri, ita et divites huius saeculi, nisi praecisae fuerint eorum divitiae, non possunt Domino utiles fieri.

Vis. 3, 8, 2. Videsne septem mulieres circa turrim? Video, in- 23
quam, domina. Turris ista ab his portatur secundum praeceptum Domini. 3. Audi nunc operationes earum. Prima earum, cui robustae sunt manus, Fides vocatur; per hanc salvantur electi Dei. 4. Alia vero, quae praecincta est ac viriliter agit, Continentia vocatur; haec filia est Fidei. Quicumque ergo eam secutus fuerit, beatus fit in vita sua, quia ab omnibus malis operibus abstinebit, credens, qui abstinuerit omni concupiscentia mala, eum hereditarium esse vitam aeternam. 5. Ceterae vero, domina, quae sunt? Filiae invicem sunt; vocantur autem una Simplicitas, alia Scientia, alia Innocentia, alia Castitas, alia Caritas. Cum ergo opera matris

---

23. F 1, 448; MG 2, 906.

δὲ Ἀγάπη. Ὅταν οὖν τὰ ἔργα τῆς μητρὸς αὐτῶν πάντα ποιήσῃς, δύνασαι ζῆσαι. 6. Ἤθελον, φημί, γνῶναι, κυρία, τίς τίνα δύναμιν ἔχει αὐτῶν. Ἄκουε, φησίν, τὰς δυνάμεις, ἃς ἔχουσιν. 7. Κρατοῦνται δὲ ὑπ' ἀλλήλων αἱ δυνάμεις αὐτῶν καὶ ἀκολουθοῦσιν ἀλλήλαις, καθὼς καὶ γεγεννημέναι εἰσίν. Ἐκ τῆς Πίστεως γεννᾶται Ἐγκράτεια, ἐκ τῆς Ἐγκρατείας Ἁπλότης, ἐκ τῆς Ἁπλότητος Ἀκακία, ἐκ τῆς Ἀκακίας Σεμνότης, ἐκ τῆς Σεμνότητος Ἐπιστήμη, ἐκ τῆς Ἐπιστήμης Ἀγάπη. Τούτων οὖν τὰ ἔργα ἁγνὰ καὶ σεμνὰ καὶ θεῖά ἐστιν. 8. Ὃς ἂν οὖν δουλεύσῃ ταύταις καὶ ἰσχύσῃ κρατῆσαι τῶν ἔργων αὐτῶν, ἐν τῷ πύργῳ ἕξει τὴν κατοίκησιν μετὰ τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ.

24 *Simplicitas et caritas.* — Mand. 2. 1. Λέγει μοι· Ἁπλότητα ἔχε καὶ ἄκακος γίνου, καὶ ἔσῃ ὡς τὰ νήπια τὰ μὴ γινώσκοντα τὴν πονηρίαν τὴν ἀπολλύουσαν τὴν ζωὴν τῶν ἀνθρώπων. 2. Πρῶτον μὲν μηδενὸς καταλάλει, μηδὲ ἡδέως ἀκούσῃς καταλαλοῦντος.... 4. Ἐργάζου τὸ ἀγαθὸν καὶ ἐκ τῶν κόπων σου ὧν ὁ Θεὸς δίδωσίν σοι πᾶσιν ὑστερουμένοις δίδου ἁπλῶς, μὴ διστάζων, τίνι δῷς ἢ τίνι μὴ δῷς. Πᾶσιν δίδου· πᾶσιν γὰρ ὁ Θεὸς δίδοσθαι θέλει ἐκ τῶν ἰδίων δωρημάτων.

25 *Veracitas.* — Mand. 3, 1. Πάλιν μοι λέγει· Ἀλήθειαν ἀγάπα καὶ πᾶσα ἀλήθεια ἐκ τοῦ στόματός σου ἐκπορευέσθω, ἵνα τὸ πνεῦμα, ὃ ὁ Θεὸς κατῴκισεν ἐν τῇ σαρκὶ ταύτῃ, ἀληθὲς εὑρεθῇ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις, καὶ οὕτως δοξασθήσεται ὁ Κύριος ὁ ἐν σοὶ κατοικῶν· ὅτι ὁ Κύριος ἀληθινὸς ἐν παντὶ ῥήματι, καὶ οὐδὲν παρ' αὐτῷ ψεῦδος.

---

earum omnia feceris, potes vivere. 6. Volebam, inquam, scire, domina, quam quaeque earum vim haberet. Audi, inquit, vim, quam habent. 7. Tenentur autem ab invicem virtutes earum et sequuntur alia aliam, sicut et natae sunt. Ex Fide nascitur Continentia, ex Continentia Simplicitas, ex Simplicitate Innocentia, ex Innocentia Castitas, ex Castitate Scientia, ex Scientia Caritas. Harum ergo opera casta et sancta et divina sunt. 8. Quicumque igitur servierit istis ac potuerit tenere opera earum, in turri habebit habitationem cum sanctis Dei.

24 Mand. 2, 1. Ait mihi: Simplicitatem tene et innocens esto, et eris sicut infantes, qui ignorant nequitiam vitam hominum perdentem. 2. Primum de nemine detrahas neque libenter audias detrahentem.... 4. Exerce bonum et de fructibus laborum tuorum, quos Deus tibi tribuit, omnibus indigentibus da simpliciter, non dubitans, cui des aut cui non des. Omnibus da; omnibus enim Deus dari vult de suis donis.

25 Mand. 3, 1. Iterum mihi dicit: Veritatem dilige et omnis veritas de ore tuo procedat, ut spiritus, quem Dominus constituit in hac carne, verax inveniatur apud omnes homines, atque ita glorificabitur Dominus in te habitans; Dominus enim verax est in omni verbo nullumque apud eum est mendacium.

---

24. F 1, 470; MG 2, 915. 25. F 1, 472; MG 2, 917.

Castitas. — Mand. 4, 1, 1. Ἐντέλλομαί σοι, φησίν, φυλάσσειν 26
τὴν ἁγνείαν, καὶ μὴ ἀναβαινέτω σου ἐπὶ τὴν καρδίαν περὶ γυναικὸς ἀλλοτρίας ἢ περὶ πορνείας τινὸς ἢ περὶ τοιούτων τινῶν ὁμοιωμάτων πονηρῶν. Τοῦτο γὰρ ποιῶν μεγάλην ἁμαρτίαν ἐργάζῃ.

Patientia. — Mand. 5, 1, 1. Μακρόθυμος, φησί, γίνου καὶ 27
συνετός, καὶ πάντων τῶν πονηρῶν ἔργων κατακυριεύσεις καὶ ἐργάσῃ πᾶσαν δικαιοσύνην. 2. Ἐὰν γὰρ μακρόθυμος ἔσῃ, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ κατοικοῦν ἐν σοὶ καθαρὸν ἔσται, μὴ ἐπισκοτούμενον ὑπὸ ἑτέρου πονηροῦ πνεύματος, ἀλλ' ἐν εὐρυχώρῳ κατοικοῦν ἀγαλλιάσεται καὶ εὐφρανθήσεται μετὰ τοῦ σκεύους, ἐν ᾧ κατοικεῖ, καὶ λειτουργήσει τῷ Θεῷ ἐν ἱλαρότητι πολλῇ, ἔχον τὴν εὐθηνίαν ἐν ἑαυτῷ.

Bonus et malus spiritus. — Mand. 6, 2, 1. Δύο εἰσὶν ἄγ- 28
γελοι μετὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἷς τῆς δικαιοσύνης καὶ εἷς τῆς πονηρίας. 2. Πῶς οὖν, φημί, Κύριε, γνώσομαι τὰς αὐτῶν ἐνεργείας, ὅτι ἀμφότεροι ἄγγελοι μετ' ἐμοῦ κατοικοῦσιν; 3. Ἄκουε, φησί, καὶ σύνιε αὐτάς. Ὁ μὲν τῆς δικαιοσύνης ἄγγελος τρυφερός ἐστι καὶ αἰσχυντηρὸς καὶ πραῢς καὶ ἡσύχιος· ὅταν οὖν οὗτος ἐπὶ τὴν καρδίαν σου ἀναβῇ, εὐθέως λαλεῖ μετὰ σοῦ περὶ δικαιοσύνης, περὶ ἁγνείας, περὶ σεμνότητος καὶ περὶ αὐταρκείας καὶ περὶ παντὸς ἔργου δικαίου καὶ περὶ πάσης ἀρετῆς ἐνδόξου. Ταῦτα πάντα ὅταν εἰς τὴν καρδίαν σου ἀναβῇ, γίνωσκε, ὅτι ὁ ἄγγελος τῆς δικαιοσύνης μετὰ σοῦ ἐστί. Ταῦτα οὖν ἐστὶ τὰ ἔργα τοῦ ἀγγέλου τῆς δικαιοσύνης. Τούτῳ οὖν πίστευε καὶ τοῖς

Mand. 4, 1, 1. Praecipio tibi, inquit, ut custodias castitatem, 26
neque ascendat in corde tuo cogitatio mulieris alienae aut fornicationis cuiuspiam aut eiusmodi vitiorum similium. Hoc enim faciens magnum peccatum operaberis.

Mand. 5, 1, 1. Longanimis, inquit, fias et prudens, et omnium 27
malorum operum dominaberis et operaberis omnem iustitiam. 2. Si enim longanimis fueris, spiritus sanctus, qui habitat in te, mundus erit, alio spiritu malo eum non obscurante, sed in spatiosa domo habitans, exsultabit ac gaudebit cum vase, in quo habitat, et serviet Domino cum hilaritate magna, habens beatitudinem intra se.

Mand. 6, 2, 1. Duo sunt angeli cum homine, unus iustitiae et unus 28
nequitiae. 2. Quomodo igitur, inquam, Domine, operationes eorum cognoscam, cum ambo angeli mecum habitent? 3. Audi, inquit, et intellege eas. Iustitiae angelus tener est et verecundus et mansuetus et tranquillus. Si igitur hic in cor tuum ascenderit, continuo tecum loquitur de iustitia, de castitate, de sanctitate et de temperantia et de omni opere iusto et de omni virtute honesta. Haec omnia cum in cor tuum ascenderint, scito, angelum iustitiae tecum esse. Haec igitur sunt opera angeli iustitiae. Huic ergo crede et operibus eius. 4. Cerne nunc et opera angeli nequitiae. Primum omnium iracundus

---

26. F 1, 474; MG 2, 917. 27. F 1, 482; MG 2, 921.
28. F 1, 488; MG 2, 928 B.

ἔργοις αὐτοῦ. 4. Ὅρα νῦν καὶ τοῦ ἀγγέλου τῆς πονηρίας τὰ ἔργα. Πρῶτον πάντων ὀξύχολός ἐστι καὶ πικρὸς καὶ ἄφρων, καὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ πονηρά, καταστρέφοντα τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ· ὅταν οὖν οὗτος ἐπὶ τὴν καρδίαν σου ἀναβῇ, γνῶθι αὐτὸν ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ. 5. Πῶς, φημί, Κύριε, νοήσω αὐτόν, οὐκ ἐπίσταμαι. Ἄκουε, φησίν. Ὅταν ὀξυχολία σοί τις προσπέσῃ ἢ πικρία, γίνωσκε, ὅτι αὐτός ἐστιν ἐν σοί· εἶτα ἐπιθυμίαι πράξεων πολλῶν καὶ πολυτέλειαι ἐδεσμάτων πολλῶν καὶ μεθυσμάτων καὶ κραιπαλῶν πολλῶν καὶ ποικίλων τρυφῶν καὶ οὐ δεόντων καὶ ἐπιθυμίαι γυναικῶν καὶ πλεονεξιῶν καὶ ὑπερηφανία πολλή τις καὶ ἀλαζονεία καὶ ὅσα τούτοις παραπλήσιά ἐστι καὶ ὅμοια· ταῦτα οὖν ὅταν ἐπὶ τὴν καρδίαν σου ἀναβῇ, γίνωσκε, ὅτι ὁ ἄγγελος τῆς πονηρίας ἐστὶν ἐν σοί. 6. Σὺ οὖν ἐπιγνοὺς τὰ ἔργα αὐτοῦ ἀπόστα ἀπ' αὐτοῦ, καὶ μηδὲν αὐτῷ πίστευε, ὅτι τὰ ἔργα αὐτοῦ πονηρά εἰσι καὶ ἀσύμφορα τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ.

29 *Timor Dei et timor daemonis.* — Mand. 7, 1. «Φοβήθητι, φησί, τὸν Κύριον καὶ φύλασσε τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ» [Eccle 12, 13]· φυλάσσων οὖν τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ ἔσῃ δυνατὸς ἐν πάσῃ πράξει, καὶ ἡ πρᾶξίς σου ἀσύγκριτος ἔσται. Φοβούμενος γὰρ τὸν Κύριον πάντα καλῶς ἐργάσῃ· οὗτος δέ ἐστιν ὁ φόβος, ὃν δεῖ σε φοβηθῆναι, καὶ σωθήσῃ. 2. Τὸν δὲ διάβολον μὴ φοβηθῇς· φοβούμενος γὰρ τὸν Κύριον κατακυριεύσεις τοῦ διαβόλου, ὅτι δύναμις ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν.

30 *Fiducia.* — Mand. 9, 1. Λέγει μοι· Ἆρον ἀπὸ σεαυτοῦ τὴν διψυχίαν, καὶ μηδ' ὅλως διψυχήσῃς αἰτήσασθαί τι παρὰ τοῦ

---

est et amarus et demens, et opera eius mala sunt et pervertunt servos Dei; cum igitur hic in cor tuum ascenderit, cognosce eum ex operibus eius. 5. Quomodo, inquam, Domine, eum intellegam, non scio. Audi, inquit. Cum iracundia aliqua tibi accesserit aut amaritudo, scito, eum in te esse; deinde desiderium multiplicium operationum et magnae in cibis multis et potibus et ebrietatibus multis et deliciis variis et non necessariis impensae et desideria mulierum et avaritiarum et superbia magna et gloriatio et quaecumque his proxima sunt et similia; haec igitur cum intra te cogitaveris, scito, angelum nequitiae in te esse. 6. Tu ergo cum cognoveris opera eius, recede ab eo et nihil ei crede, quia opera eius mala sunt et perniciosa servis Dei.

29 Mand. 7, 1. *Time,* inquit, *Dominum et custodi mandata eius;* custodiens ergo mandata Dei potens eris in omni operatione, et operatio tua incomparabilis erit. Timens enim Dominum omnia bene ages; hic autem est timor, quem timeas oportet, et salvus eris. 2. Diabolum vero ne timeas; timens enim Dominum, dominaberis diaboli, quia potentia in eo non est.

30 Mand. 9, 1. Dicit mihi: Aufer a te dubitationem neque omnino dubites petere aliquid a Deo, dicens intra te: Quomodo possum

---

29. F 1, 490; MG 2, 930 B. 30. F 1, 496; MG 2, 936 B.

Θεοῦ, λέγων ἐν σεαυτῷ, ὅτι πῶς δύναμαι αἰτήσασθαι παρὰ τοῦ Κυρίου καὶ λαβεῖν, ἡμαρτηκὼς τοσαῦτα εἰς αὐτόν; 2. Μὴ διαλογίζου ταῦτα, ἀλλ' «ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου ἐπίστρεψον ἐπὶ τὸν Κύριον» [cf. Ier 24, 7] καὶ αἰτοῦ παρ' αὐτοῦ ἀδιστάκτως, καὶ γνώσῃ τὴν πολυσπλαγχνίαν αὐτοῦ, ὅτι οὐ μή σε ἐγκαταλίπῃ, ἀλλὰ τὸ αἴτημα τῆς ψυχῆς σου πληροφορήσει. 3. Οὐκ ἔστι γὰρ ὁ Θεὸς ὡς οἱ ἄνθρωποι μνησικακοῦντες, ἀλλ' αὐτὸς ἀμνησίκακός ἐστι καὶ σπλαγχνίζεται ἐπὶ τὴν ποίησιν αὐτοῦ.... 5. Ἐὰν δὲ διστάσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, οὐδὲν οὐ μὴ λήψῃ τῶν αἰτημάτων σου. Οἱ γὰρ διστάζοντες εἰς τὸν Θεόν, οὗτοί εἰσιν οἱ δίψυχοι, καὶ οὐδὲν ὅλως ἐπιτυγχάνουσι τῶν αἰτημάτων αὐτῶν. 6. Οἱ δὲ ὁλοτελεῖς ὄντες ἐν τῇ πίστει πάντα αἰτοῦνται πεποιθότες ἐπὶ τὸν Κύριον, καὶ λαμβάνουσιν, ὅτι ἀδιστάκτως αἰτοῦνται, μηδὲν διψυχοῦντες.... 8. Σὺ οὖν μὴ διαλίπῃς αἰτούμενος τὸ αἴτημα τῆς ψυχῆς σου, καὶ λήψῃ αὐτό· ἐὰν δὲ ἐκκακήσῃς καὶ διψυχήσῃς αἰτούμενος, σεαυτὸν αἰτιῶ καὶ μὴ τὸν διδόντα σοι.

Gaudium. — Mand. 10, 1, 1. Ἆρον ἀπὸ σεαυτοῦ, φησί, τὴν 31
λύπην· καὶ γὰρ αὕτη ἀδελφή ἐστι τῆς διψυχίας καὶ τῆς ὀξυχολίας. 2. Πῶς, φημί, Κύριε, ἀδελφή ἐστι τούτων; Ἄλλο γάρ μοι δοκεῖ εἶναι ὀξυχολία καὶ ἄλλο διψυχία καὶ ἄλλο λύπη. Ἀσύνετος εἶ [ἄνθρωπος, φησί] καὶ οὐ νοεῖς, ὅτι ἡ λύπη πάντων τῶν πνευμάτων πονηροτέρα ἐστὶ καὶ δεινοτάτη τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ καὶ παρὰ πάντα τὰ πνεύματα καταφθείρει τὸν ἄνθρωπον καὶ ἐκτρίβει τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον;

---

petere aliquid a Domino et accipere, cum tanta in eum peccaverim? 2. Noli haec cogitare, sed *ex toto corde tuo convertere ad Dominum* et roga eum sine haesitatione, et cognosces magnam eius misericordiam, quod te non derelinquet, sed desiderium animae tuae implebit. 3. Non est enim Deus sicut homines, qui iniuriarum memores sunt, sed ipse iniuriae immemor est et miseretur creaturae suae.... 5. Si autem dubitaveris in corde tuo, nullum accipies desideriorum tuorum. Qui enim dubitant in Deum, hi duplices animo sunt et nihil omnino eorum impetrant, quae petunt. 6. Qui autem perfecti sunt in fide, omnia petunt confidentes in Dominum et accipiunt, quia sine haesitatione petunt, nihil dubitantes.... 8. Tu ergo noli intermittere petens desiderium animae tuae, et accipies illud; si autem defeceris et dubitaveris petens, temetipsum accusa et non eum, qui dat tibi.

Mand. 10, 1, 1. Aufer a te, inquit, tristitiam; etenim haec soror 31
est dubitationis et iracundiae. 2. Quomodo, inquam, Domine, harum est soror? Aliud enim iracundia esse mihi videtur et aliud dubitatio et aliud tristitia. Imprudens, inquit, homo es et non intellegis, tristitiam omnibus spiritibus nequiorem esse et durissimam servis Dei et magis quam omnes spiritus deperdere hominem et exterminare Spiritum Sanctum?

---

31. F 1, 498; MG 2, 939 A.

32 Mand. 10, 3, 1. Ἔνδυσαι οὖν τὴν ἱλαρότητα τὴν πάντοτε ἔχουσαν χάριν παρὰ τῷ Θεῷ καὶ εὐπρόσδεκτον οὖσαν αὐτῷ καὶ ἐντρύφα ἐν αὐτῇ. Πᾶς γὰρ ἱλαρὸς ἀνὴρ ἀγαθὰ ἐργάζεται καὶ ἀγαθὰ φρονεῖ καὶ καταφρονεῖ τῆς λύπης. 2. Ὁ δὲ λυπηρὸς ἀνὴρ πάντοτε πονηρεύεται· πρῶτον μὲν πονηρεύεται, ὅτι λυπεῖ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον τὸ δοθὲν τῷ ἀνθρώπῳ ἱλαρόν· δεύτερον δὲ λυπῶν τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον ἀνομίαν ἐργάζεται, μὴ ἐντυγχάνων μηδὲ ἐξομολογούμενος τῷ Κυρίῳ. Πάντοτε γὰρ λυπηροῦ ἀνδρὸς ἡ ἔντευξις οὐκ ἔχει δύναμιν τοῦ ἀναβῆναι ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τοῦ Θεοῦ. 3. Διατί, φημί, οὐκ ἀναβαίνει ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον ἡ ἔντευξις τοῦ λυπουμένου; Ὅτι, φησίν, ἡ λύπη ἐγκάθηται εἰς τὴν καρδίαν αὐτοῦ· μεμιγμένη οὖν ἡ λύπη μετὰ τῆς ἐντεύξεως οὐκ ἀφίησι τὴν ἔντευξιν ἀναβῆναι καθαρὰν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον. Ὥσπερ γὰρ ὄξος καὶ οἶνος μεμιγμένα ἐπὶ τὸ αὐτὸ τὴν αὐτὴν ἡδονὴν οὐκ ἔχουσιν, οὕτω καὶ ἡ λύπη μεμιγμένη μετὰ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος τὴν αὐτὴν ἔντευξιν οὐκ ἔχει. 4. Καθάρισον οὖν σεαυτὸν ἀπὸ τῆς λύπης τῆς πονηρᾶς ταύτης, καὶ ζήσῃ τῷ Θεῷ· καὶ πάντες ζήσονται τῷ Θεῷ, ὅσοι ἂν ἀποβάλωσιν ἀφ' ἑαυτῶν τὴν λύπην καὶ ἐνδύσωνται πᾶσαν ἱλαρότητα.

33 *Desideria mala.* — Mand. 12, 1, 1. Ἆρον ἀπὸ σεαυτοῦ πᾶσαν ἐπιθυμίαν πονηράν, ἔνδυσαι δὲ τὴν ἐπιθυμίαν τὴν ἀγαθὴν καὶ σεμνήν· ἐνδεδυμένος γὰρ τὴν ἐπιθυμίαν ταύτην μισήσεις τὴν πονηρὰν ἐπιθυμίαν καὶ χαλιναγωγήσεις αὐτήν, καθὼς βούλει.

34 *Fiducia.* — Mand. 12, 3, 4. Κύριε, αἱ ἐντολαὶ αὗται μεγάλαι καὶ καλαὶ καὶ ἔνδοξοί εἰσι καὶ δυνάμεναι εὐφρᾶναι καρδίαν

---

32 Mand. 10, 3, 1. Indue igitur hilaritatem, quae Deo semper grata est et accepta, et laetare in ea. Omnis enim vir hilaris bona operatur et bona sentit et contemnit tristitiam. 2. Vir autem tristis semper male agit; primo male agit, quia contristat Spiritum Sanctum qui datus est homini hilaris; secundo autem contristans Spiritum Sanctum, iniquitatem committit, quia non orat neque confitetur Domino. Numquam enim oratio viri tristis habet vim, ut ascendat ad altare Dei. 3. Quare, inquam, non ascendit ad altare oratio hominis tristis? Quia, inquit, tristitia insidet in corde eius; tristitia ergo mixta cum oratione non sinit orationem ascendere mundam ad altare. Sicut enim acetum et vinum invicem mixtum eamdem suavitatem non habet, ita et tristitia mixta cum Spiritu Sancto eamdem orationem non habet. 4. Munda te ergo a tristitia hac mala, et vives Deo, et omnes vivent Deo, quotquot proiecerint a se tristitiam et induerint omnem hilaritatem.

33 Mand. 12, 1, 1. Tolle a te omne desiderium malum, indue te desiderium bonum et sanctum; indutus enim hoc desiderio, odio habebis malum desiderium et refrenabis, sicut vis.

34 Mand. 12, 3, 4. Domine, mandata haec magna et bona et praeclara sunt et possunt laetificare cor hominis, qui ea servare potest.

---

32. F 1, 502; MG 2, 941 B. 33. F 1, 510; MG 2, 944.
34. F 1, 512; MG 2, 948 B.

ἀνθρώπου τοῦ δυναμένου τηρῆσαι αὐτάς. Οὐκ οἶδα δέ, εἰ δύνανται αἱ ἐντολαὶ αὗται ὑπὸ ἀνθρώπου φυλαχθῆναι, διότι σκληραί εἰσι λίαν. 5. Ἀποκριθεὶς λέγει μοι· Ἐὰν σὺ σεαυτῷ προθῇς, ὅτι δύνανται φυλαχθῆναι, εὐκόλως αὐτὰς φυλάξεις καὶ οὐκ ἔσονται σκληραί· ἐὰν δὲ ἐπὶ τὴν καρδίαν σου ἤδη ἀναβῇ μὴ δύνασθαι αὐτὰς ὑπὸ ἀνθρώπου φυλαχθῆναι, οὐ φυλάξεις αὐτάς. ... 4, 2. Ἰδὼν δέ με τεταραγμένον ὅλον καὶ συγκεχυμένον ἤρξατό μοι ἐπιεικέστερον [καὶ ἱλαρώτερον] λαλεῖν καὶ λέγει· Ἄφρον, ἀσύνετε καὶ δίψυχε, οὐ νοεῖς τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ, πῶς μεγάλη ἐστὶ καὶ ἰσχυρὰ καὶ θαυμαστή, ὅτι ἔκτισε τὸν κόσμον ἕνεκα τοῦ ἀνθρώπου καὶ πᾶσαν τὴν κτίσιν αὐτοῦ ὑπέταξε τῷ ἀνθρώπῳ καὶ τὴν ἐξουσίαν πᾶσαν ἔδωκεν αὐτῷ τοῦ κατακυριεύειν τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν πάντων; 3. Εἰ οὖν, φησίν, πάντων ὁ ἄνθρωπος κύριός ἐστι τῶν κτισμάτων τοῦ Θεοῦ καὶ πάντων κατακυριεύει, οὐ δύναται καὶ τούτων τῶν ἐντολῶν κατακυριεῦσαι; Δύναται, φησί, πάντων καὶ πασῶν τῶν ἐντολῶν τούτων κατακυριεῦσαι ὁ ἄνθρωπος ὁ ἔχων τὸν Κύριον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. 4. Οἱ δὲ ἐπὶ τοῖς χείλεσιν ἔχοντες τὸν Κύριον, τὴν δὲ καρδίαν αὐτῶν πεπωρωμένην καὶ μακρὰν ὄντες ἀπὸ τοῦ Κυρίου, ἐκείνοις αἱ ἐντολαὶ αὗται σκληραί εἰσι καὶ δύσβατοι. 5. Θέσθε οὖν ὑμεῖς, οἱ κενοὶ καὶ ἐλαφροὶ ὄντες ἐν τῇ πίστει, τὸν Κύριον ὑμῶν εἰς τὴν καρδίαν, καὶ γνώσεσθε, ὅτι οὐδέν ἐστιν εὐκοπώτερον τῶν ἐντολῶν τούτων οὔτε γλυκύτερον οὔτε ἡμερώτερον. 6. Ἐπιστράφητε ὑμεῖς οἱ ταῖς ἐντολαῖς πορευόμενοι τοῦ διαβόλου, ταῖς δυσκόλοις καὶ πικραῖς καὶ ἀγρίαις καὶ ἀσελγέσι, καὶ μὴ φοβήθητε τὸν διάβολον, ὅτι ἐν αὐτῷ δύναμις οὐκ ἔστιν καθ' ὑμῶν. 7. Ἐγὼ γὰρ ἔσομαι μεθ' ὑμῶν, ὁ ἄγγελος τῆς

Nescio vero, an mandata haec ab homine custodiri possint, quoniam difficilia sunt valde. 5. Respondens dicit mihi: Si tibi persuaseris, ea posse custodiri, facile ea custodies neque erunt dura; si autem cogitatio in cor tuum ascenderit, ea ab homine non posse custodiri, non custodies ea. ... 4, 2. Cum autem totum conturbatum ac confusum me videret, moderatius et hilarius mihi loqui coepit et dicit: Stulte, insipiens et dubie, nonne intellegis gloriam Dei, quam magna sit et potens et admirabilis, quia mundum creavit hominis causa et omnem creaturam suam homini subiecit et omnem potestatem ei dedit, ut dominetur omnium, quae sub caelo sunt? 3. Si igitur, inquit, homo dominus est omnium creaturarum Dei et omnium dominatur, nonne potest et horum mandatorum dominari? Potest, inquit, omnium dominari et omnium horum mandatorum homo, qui habet Dominum in corde suo. 4. Qui autem in labiis habent Dominum et cor suum obduratum et longe sunt a Domino, illis haec mandata dura sunt et inaccessa. 5. Ponite ergo vos, qui inanes estis et leves in fide, Dominum in corde vestro, et cognoscetis, nihil esse facilius his mandatis neque dulcius neque mansuetius. 6. Convertimini vos, qui in mandatis ambulatis diaboli, quae sunt difficilia et amara et fera et immunda, et nolite timere diabolum, quia non habet potestatem in vos. 7. Ego enim vobis-

μετανοίας ὁ κατακυριεύων αὐτοῦ. Ὁ διάβολος μόνον φόβον ἔχει, ὁ δὲ φόβος αὐτοῦ τόνον οὐκ ἔχει· μὴ φοβήθητε οὖν αὐτόν, καὶ φεύξεται ἀφ' ὑμῶν.

35 *Tentationes.* — Mand. 12, 5, 2. Οὐ δύναται, φησί, καταδυναστεύειν [ὁ διάβολος] τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ τῶν ἐξ ὅλης καρδίας ἐλπιζόντων ἐπ' αὐτόν. Δύναται ὁ διάβολος ἀντιπαλαῖσαι, καταπαλαῖσαι δὲ οὐ δύναται. Ἐὰν οὖν ἀντισταθῆτε αὐτῷ, νικηθεὶς φεύξεται ἀφ' ὑμῶν κατῃσχυμμένος. Ὅσοι δέ, φησίν, ἀπόκενοί εἰσι, φοβοῦνται τὸν διάβολον ὡς δύναμιν ἔχοντα.... 4. Οὕτω καὶ ὁ διάβολος ἔρχεται ἐπὶ πάντας τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ ἐκπειράζων αὐτούς. Ὅσοι οὖν πλήρεις εἰσὶν ἐν τῇ πίστει, ἀνθεστήκασιν αὐτῷ ἰσχυρῶς, κἀκεῖνος ἀποχωρεῖ ἀπ' αὐτῶν μὴ ἔχων τόπον, ποῦ εἰσέλθῃ. Ἔρχεται οὖν τότε πρὸς τοὺς ἀποκένους καὶ ἔχων τόπον εἰσπορεύεται εἰς αὐτούς, καὶ ὃ δὲ βούλεται ἐν αὐτοῖς ἐργάζεται, καὶ γίνονται αὐτῷ ὑπόδουλοι.

36 *Fiducia.* — Mand. 12, 6, 2. Πιστεύσατε οὖν τῷ Θεῷ ὑμεῖς οἱ διὰ τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν ἀπεγνωκότες τὴν ζωὴν ὑμῶν καὶ προστιθέντες ἁμαρτίαις καὶ καταβαρύνοντες τὴν ζωὴν ὑμῶν, ὅτι, ἐὰν «ἐπιστραφῆτε πρὸς τὸν Κύριον ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ὑμῶν καὶ ἐργάσησθε τὴν δικαιοσύνην» [Ier 24, 7; Ioel 2, 12] τὰς λοιπὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ὑμῶν καὶ δουλεύσητε αὐτῷ ὀρθῶς κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ, ποιήσει ἴασιν τοῖς προτέροις ὑμῶν ἁμαρτήμασι καὶ ἕξετε δύναμιν τοῦ κατακυριεῦσαι τῶν ἔργων τοῦ διαβόλου. Τὴν δὲ ἀπειλὴν τοῦ διαβόλου ὅλως μὴ φοβήθητε· ἄτονος γάρ ἐστιν ὥσπερ νεκροῦ νεῦρα.

---

cum ero, angelus paenitentiae, qui eius dominor. Diabolus timorem tantum facit, sed timor eius vanus est; nolite ergo eum timere, et fugiet a vobis.

35 Mand. 12, 5, 2. Non potest, inquit, dominari [diabolus] servorum Dei, qui ex toto corde sperant in eum. Potest diabolus luctari, vincere autem non potest. Si ergo ei resistitis, victus a vobis fugiet confusus. Quicumque autem, inquit, inanes sunt, timent diabolum quasi potestatem habentem.... 4. Ita et diabolus venit ad omnes servos Dei tentans eos. Quicumque ergo pleni sunt fide, resistunt ei fortiter, et ille recedit ab iis non habens locum, quo intret. Vadit ergo tunc ad inanes et habens locum intrat in eos, et quod vult in iis operatur, et fiunt eius servi.

36 Mand. 12, 6, 2. Credite ergo vos Deo, qui propter peccata vestra de vita vestra desperatis et peccatis adicitis et aggravatis vitam vestram, quod, si *conversi fueritis ad Dominum ex toto corde vestro et iustitiam feceritis* dies vitae vestrae reliquos et recte ei servieritis secundum voluntatem eius, dabit remedium peccatis vestris prioribus et habebitis potestatem dominandi operum diaboli. Minas autem diaboli omnino nolite timere; invalidus enim est sicut nervi hominis mortui.

---

35. F 1, 516; MG 2, 949 B. 36. F 1, 516; MG 2, 950 B.

Ieiunium et puritas cordis. — Sim. 5, 1, 3. Λέγω σοι, φησίν, 37
ὅτι οὐκ ἔστιν αὕτη νηστεία, ἣν δοκεῖτε νηστεύειν· ἀλλ' ἐγώ σε διδάξω, τί ἐστι νηστεία πλήρης καὶ δεκτὴ τῷ Κυρίῳ. Ἄκουε, φησίν. 4. Ὁ Θεὸς οὐ βούλεται τοιαύτην νηστείαν ματαίαν· οὕτω γὰρ νηστεύων τῷ Θεῷ οὐδὲν ἐργάσῃ τῇ δικαιοσύνῃ. Νήστευσον δὲ τῷ Θεῷ νηστείαν τοιαύτην· 5. μηδὲν πονηρεύσῃ ἐν τῇ ζωῇ σου καὶ δούλευσον τῷ Κυρίῳ ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ· τήρησον τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ πορευόμενος ἐν τοῖς προστάγμασιν αὐτοῦ καὶ μηδεμία ἐπιθυμία πονηρὰ ἀναβήτω ἐν τῇ καρδίᾳ σου· πίστευσον δὲ τῷ Θεῷ, ὅτι, ἐὰν ταῦτα ἐργάσῃ καὶ φοβηθῇς αὐτὸν καὶ ἐγκρατεύσῃ ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος, ζήσῃ τῷ Θεῷ· καὶ ταῦτα ἐὰν ἐργάσῃ, μεγάλην νηστείαν ποιήσεις καὶ δεκτὴν τῷ Θεῷ.

Virtutes et vitia. — Sim. 9, 15, 1. Δήλωσόν μοι, φημί, Κύριε, 38
τῶν παρθένων τὰ ὀνόματα καὶ τῶν γυναικῶν τῶν τὰ μέλανα ἱμάτια ἐνδεδυμένων. Ἄκουε, φησίν, τῶν παρθένων τὰ ὀνόματα τῶν ἰσχυροτέρων, τῶν εἰς τὰς γωνίας σταθεισῶν. 2. Ἡ μὲν πρώτη Πίστις, ἡ δὲ δευτέρα Ἐγκράτεια, ἡ δὲ τρίτη Δύναμις, ἡ δὲ τετάρτη Μακροθυμία· αἱ δὲ ἕτεραι ἀνὰ μέσον τούτων σταθεῖσαι ταῦτα ἔχουσι τὰ ὀνόματα· Ἁπλότης, Ἀκακία, Ἁγνεία, Ἱλαρότης, Ἀλήθεια, Σύνεσις, Ὁμόνοια, Ἀγάπη. Ταῦτα τὰ ὀνόματα ὁ φορῶν καὶ τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ δυνήσεται εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν. 3. Ἄκουε, φησί, καὶ τὰ ὀνόματα τῶν γυναικῶν τῶν τὰ ἱμάτια μέλανα ἐχουσῶν. Καὶ ἐκ τούτων τέσσαρες εἰσὶ δυνατώτεραι· ἡ πρώτη Ἀπιστία, ἡ δευτέρα

Sim. 5, 1, 3. Dico tibi, inquit, hoc non esse ieiunium, quod vos 37
putatis ieiunare; sed ego te docebo, quid sit ieiunium plenum et acceptum Domino. Audi, inquit. 4. Deus non vult eiusmodi ieiunium inane; sic enim ieiunans Deo nihil operaris iustitiae. Ieiuna autem Deo ieiunium huiusmodi: 5. nihil mali agas in vita tua et servi Domino in mundo corde; serva eius mandata ambulans in praeceptis eius et nulla concupiscentia mala ascendat in corde tuo; crede autem Deo, quod, si haec feceris et eum timueris abstinuerisque ab omni malo negotio, vives Deo; et si haec feceris, magnum facies ieiunium acceptumque Deo.

Sim. 9, 15, 1. Demonstra mihi, inquam, Domine, nomina vir- 38
ginum et mulierum, quae nigris vestibus indutae sunt. Audi, inquit, nomina virginum fortiorum, quae in angulis stant. 2. Prima est Fides, secunda Abstinentia, tertia Potestas, quarta Longanimitas; ceterae vero in medio istarum stantes haec habent nomina: Simplicitas, Innocentia, Castitas, Hilaritas, Veritas, Intellegentia, Concordia, Caritas. Haec nomina qui portat et nomen filii Dei, in regnum Dei poterit intrare. 3. Audi, inquit, et nomina mulierum, quae vestes nigras habent. Ex his quoque quattuor sunt potentiores: prima Incredulitas, secunda Intemperantia, tertia Inoboedientia,

---

37. F 1, 530; MG 2, 958. 38. F 1, 604; MG 2, 993.

Ἀκρασία, ἡ δὲ τρίτη Ἀπείθεια, ἡ δὲ τετάρτη Ἀπάτη. Αἱ δὲ ἀκόλουθοι αὐτῶν καλοῦνται Λύπη, Πονηρία, Ἀσέλγεια, Ὀξυχολία, Ψεῦδος, Ἀφροσύνη, Καταλαλία, Μῖσος. Ταῦτα τὰ ὀνόματα ὁ φορῶν τοῦ Θεοῦ δοῦλος τὴν βασιλείαν μὲν ὄψεται τοῦ Θεοῦ, εἰς αὐτὴν δὲ οὐκ εἰσελεύσεται.

39 *Puritas.* — Sim. 9, 29, 3. Ὅσοι οὖν διαμενεῖτε, φησί, καὶ ἔσεσθε ὡς τὰ βρέφη, κακίαν μὴ ἔχοντες, πάντων τῶν προειρημένων ἐνδοξότεροι ἔσεσθε· πάντα γὰρ τὰ βρέφη ἔνδοξά ἐστι παρὰ τῷ Θεῷ καὶ πρῶτα παρ' αὐτῷ. Μακάριοι οὖν ὑμεῖς, ὅσοι ἂν ἄρητε ἀφ' ἑαυτῶν τὴν πονηρίαν, ἐνδύσησθε δὲ τὴν ἀκακίαν· πρῶτοι πάντων ζήσεσθε τῷ Θεῷ.

TERTULLIANUS, ca 160—222/3.

Ad martyres, 197.

40 *Carcer mundo melior.* — C. 2. Nec hoc vos consternet, quod segregati estis a mundo. Si enim recogitemus ipsum magis mundum carcerem esse, exisse vos e carcere, quam in carcerem introisse, intellegemus. Maiores tenebras habet mundus, quae hominum praecordia excaecant. Graviores catenas induit mundus, quae ipsas animas hominum constringunt. Peiores immunditias exspirat mundus, libidines hominum. Plures postremo mundus reos continet, scilicet universum hominum genus. Iudicia denique non proconsulis, sed Dei sustinet. Quo vos, benedicti, de carcere in custodiarium si forte translatos existimetis. Habet tenebras, sed lumen estis ipsi: habet vincula, sed vos soluti Deo estis. Triste illic exspirat, sed vos odor estis suavitatis. Iudex exspectatur, sed vos estis de iudicibus ipsis iudicaturi. Contristetur illic, qui fructum saeculi suspirat. Christianus etiam extra carcerem saeculo renuntiavit, in carcere autem etiam carceri. Nihil interest, ubi sitis in saeculo, qui extra saeculum estis; et si aliqua amisistis vitae gaudia, negotiatio est aliquid amittere, ut maiora lucreris. Nihil adhuc dico de praemio, ad quod Deus martyres invitat. Ipsam interim conversationem saeculi et carceris

quarta Voluptas. Quae vero eas sequuntur, vocantur Tristitia, Nequitia, Libido, Iracundia, Mendacium, Stultitia, Detractio, Odium. Haec nomina qui portat Dei servus, regnum Dei videbit, sed non intrabit in illud.

39 Sim. 9, 29, 3. Quicumque ergo permanseritis, inquit, et fueritis sicut infantes, nequitiam non habentes, omnibus ante memoratis gloriosiores eritis; omnes enim infantes gloriosi sunt apud Deum et primi apud eum. Beati igitur vos, quicumque malitiam a vobis removeritis, innocentiam vero indueritis; primi omnium vivetis Deo.

39. F 1, 626; MG 2, 1003. 40. ML 1, 621 B.

comparemus, si non plus in carcere spiritus acquirit quam caro amittit, immo et quae iusta sunt caro non amittit per curam ecclesiae, agapen fratrum: et insuper quae semper utilia fidei, spiritus adipiscitur. Non vides alienos deos, non imaginibus eorum incurris, non sollemnes nationum dies ipsa commixtione participas, non nidoribus spurcis verberaris, non clamoribus spectaculorum, atrocitate, vel furore, vel impudicitia celebrantium caederis; non in loca libidinum publicarum oculi tui impingunt; vacas a scandalis, a tentationibus, a recordationibus malis iam et a persecutione. Hoc praestat carcer christiano, quod eremus prophetis. Ipse Dominus in secessu frequentius agebat, ut liberius oraret, ut saeculo cederet. Gloriam denique suam discipulis in solitudine demonstravit. Auferamus carceris nomen, secessum vocemus. Etsi corpus includitur, etsi caro detinetur, omnia spiritui patent. Vagare spiritu, spatiare spiritu, et non stadia opaca aut porticus longas praeponens tibi, sed illam viam, quae ad Deum ducit. Quoties eam spiritu deambulaveris, toties in carcere non eris. Nihil crus sentit in nervo, cum animus in caelo est.

Labor virtutis. — 3. Athletae segregantur ad strictiorem 41
disciplinam, ut robori aedificando vacent; continentur a luxuria, a cibis laetioribus, a potu iucundiore. Coguntur, cruciantur, fatigantur; quanto plus in exercitationibus laboraverint, tanto plus de victoria sperant. Et illi, inquit apostolus [1 Cor 9, 25], ut coronam corruptibilem consequantur; nos aeternam consecuturi. Carcerem nobis pro palaestra interpretemur, ut ad stadium tribunalis bene exercitati incommodis omnibus producamur; quia virtus duritia exstruitur, mollitia vero destruitur.

Apologeticus, 197.

Virginitas. — C. 9. Nos ab isto eventu diligentissima et 42
fidelissima castitas sepsit, quantumque ab stupris et ab omni post matrimonium excessu, tantum et ab incesti casu tuti sumus. Quidam multo securiores totam vim huius erroris virgine continentia depellunt, senes pueri. Haec in vobis esse si consideraretis, proinde in christianis non esse perspiceretis.

De spectaculis, ca 200.

Mundani ludi quantum christianum dedeceant. — C. 24. 43
Quot adhuc modis probavimus, nihil ex his quae spectaculis deputantur, placitum Deo esse! at congruens servo Dei, quod Deo placitum non sit? si omnia propter diabolum instituta, et ex diaboli rebus instructa monstravimus (nihil enim non

41. ML 1, 624 B. 42. ML 1, 326 A.
43. CV 20 (ed. Reifferscheid et Wissowa, 1890), 24; ML 1, 655 C.

diaboli est, quidquid Dei non est, vel Deo displicet), hoc erit pompa diaboli, adversus quem in signaculo fidei eieramus. Quod autem eieramus, neque facto, neque dicto, neque visu, neque conspectu participare debemus. Ceterum sic nos eieramus et rescindimus signaculum, rescindendo testationem eius? Numquid ergo superest, ut ab ipsis ethnicis responsum flagitemus? Illi nobis iam renuntient, an liceat christianis spectaculo uti. Atquin hinc vel maxime intellegunt factum christianum, de repudio spectaculorum. Itaque negat manifeste, qui per quod agnoscitur tollit. Quid autem spei superest in eiusmodi homine? Nemo in castra hostium transit, nisi proiectis armis suis, nisi destitutis signis et sacramentis principis sui, nisi pactus simul perire.

25. An ille recogitabit eo tempore de Deo, positus illic ubi nihil est de Deo? pacem, opinor, habebit in animo contendens pro auriga; pudicitiam ediscet, attonitus in mimos. Immo in omni spectaculo nullum magis scandalum occurret, quam ille ipse mulierum et virorum accuratior cultus; ipsa consensio, ipsa in favoribus aut conspiratio aut dissensio inter se de commercio scintillas libidinum conflabellant. Nemo denique in spectaculo ineundo prius cogitat, nisi videri et videre. Sed tragoedo vociferante, exclamationes ille alicuius prophetae retractabit, et inter effeminati tibicinis modos psalmum secum comminiscetur, et cum athletae agent, ille dicturus est repercutiendum non esse? Poterit ergo et de misericordia moneri defixus in morsus ursorum et spongias retiariorum? Avertat Deus a suis tantam voluptatis exitiosae cupiditatem. Quale est enim de ecclesia Dei in diaboli ecclesiam tendere? de caelo, quod aiunt, in caenum? illas manus, quas ad Deum extuleris, postmodum laudando histrionem fatigare? ex ore, quo Amen in Sanctum protuleris, gladiatori testimonium reddere, εἰς αἰῶνας ἀπ' αἰῶνος alii omnino dicere nisi Deo et Christo.

26. Cur ergo non eiusmodi etiam daemoniis penetrabiles fiant? Nam et exemplum accidit, Domino teste, eius mulieris quae theatrum adiit et inde cum daemonio rediit. Itaque in exorcismo cum oneraretur immundus spiritus, quod ausus esset fidelem aggredi, constanter; et iustissime quidem (inquit) feci; in meo eam inveni.

De oratione, 200/6.

44 *Orationis praestantia.* — C. 3. Igitur et nos angelorum, si meminerimus, candidati iam hinc caelestem illam in Deum vocem et officium futurae claritatis ediscimus.

44. CV 20, 182; ML 1, 1156 A.

In oratione modestia. — 17. Atquin cum modestia et humili- 45
tate adorantes, magis commendabimus Deo preces nostras, ne ipsis quidem manibus sublimius elatis, sed temperate ac probe elatis, ne vultu quidem in audaciam erecto. Nam ille publicanus, qui non tantum prece, sed et vultu humiliatus atque deiectus orabat, iustificatior pharisaeo procacissimo discessit. Sonos etiam vocis subiectos esse oportet, aut quantis arteriis opus est, si pro sono audiamur? Deus autem non vocis, sed cordis auditor est, sicut conspector.

Virgines velandae. — 22. Aliqua se Deo vovit. Tamen et 46
crinem exinde transfigurat et omnem habitum ad mulieris convertit. Totum ergo asseveret, et totum virginis praestet; quod propter Deum abscondit, plene obumbret.... Velare, virgo, si virgo es; debes enim erubescere. Si virgo es, plures oculos pati noli. Nemo miretur in tuam faciem; nemo mendacium tuum sentiat. Bene mentiris nuptam, si caput veles. Immo mentiri non videris; nupsisti enim Christo. Illi carnem tuam tradidisti, age pro mariti tui disciplina. Si nuptas alienas velari iubet, suas utique multo magis.

Orationis condiciones. — 23. De temporibus orationis nihil 47
omnino praescriptum est, nisi plane omni in tempore et loco orare. 24. Sed quomodo *omni loco* [1 Tim 2, 8], cum prohibeamur in publico? Omni, inquit, loco, quem opportunitas aut etiam necessitas importarit.... 25. De tempore vero non erit otiosa extrinsecus observatio etiam horarum quarumdam, istarum dico communium, quae diei interspatia signant, tertia, sexta, nona, quas sollemniores in Scripturis invenire est. Primus Spiritus Sanctus congregatis discipulis hora tertia infusus est. Petrus, qua die visionem communitatis omnis in illo vasculo expertus est, sexta hora orandi gratia ascenderat in superiora. Idem cum Ioanne ad nonam in templum adibat, ubi paralyticum sanitati reformavit.... Ne minus ter die saltem adoremus, debitores trium Patris et Filii et Spiritus Sancti, exceptis utique legitimis orationibus, quae sine ulla admonitione debentur ingressu lucis et noctis. Sed et cibum non prius sumere et lavacrum non prius adire quam interposita oratione fideles decet. Priora enim habenda sunt spiritus refrigeria et pabula quam carnis, et priora caelestia quam terrena.

Orationis efficacia. — 29. Quid enim orationi de spiritu 48
et veritate venienti negabit Deus, qui eam exigit? Legimus, et audimus, et cernimus, quanta documenta efficaciae eius.... Sola est oratio, quae Deum vincit. Sed Christus eam nihil mali voluit operari. Omnem illi virtutem de bono contulit. Itaque nihil novit, nisi defunctorum animas de ipso mortis

45. CV 20, 190; ML 1, 1174 A.
46. CV 20, 195; ML 1, 1188 B.
47. CV 20, 197; ML 1, 1192 A.
48. CV 20, 199; ML 1, 1195 A.

itinere revocare, debiles reformare, aegros remediare, daemoniacos expiare, claustra carceris aperire, vincula innocentium solvere. Eadem diluit delicta, tentationes repellit, persecutiones exstinguit, pusillanimos consolatur, magnanimos oblectat, peregrinantes deducit, fluctus mitigat, latrones obstupefacit, alit pauperes, regit divites, lapsos erigit, cadentes suspendit, stantes continet. Oratio murus est fidei, arma et tela nostra adversus hostem, qui nos undique observat. Itaque numquam inermes incedamus. Die stationis, nocte vigiliae meminerimus. Sub armis orationis signum nostri imperatoris custodiamus; tubam angeli exspectemus orantes. Orant etiam angeli omnes. Orat omnis creatura. Orant pecudes et ferae, et genua declinant, et egredientes de stabulis ac speluncis ad caelum non otioso ore suspiciunt, vibrantes spiritum suo more. Sed et aves nunc exsurgentes eriguntur ad caelum, et alarum crucem pro manibus expandunt, et dicunt aliquid, quod oratio videatur. Quid ergo amplius de officio orationis? Etiam ipse Dominus oravit, cui sit honor et virtus in saecula saeculorum.

De patientia, 200/6.

49 *Patientiae exemplar Christus.* — C. 3. Nasci se Deus in utero patitur matris, exspectat, et natus adolescere sustinet, et adultus non gestit agnosci, sed contumeliosus insuper sibi est, et a servo suo tingitur, et tentatoris congressus solis verbis repellit. Cum de Deo fit magister, docens hominem evadere mortem, ob salutem, scilicet veniam offensae patientiae eruditum, non contendit, non reclamavit, nec quisquam in plateis vocem eius audivit, arundinem quassatam non fregit, linum fumigans non restinxit. Nec enim mentitus fuerat propheta, immo ipsius Dei contestatio, Spiritum suum in Filio cum tota patientia collocantis. Nullum volentem sibi adhaerere non suscepit; nullius mensam tectumve despexit; aquam ipse lavandis discipulorum pedibus ministravit. Non peccatores, non publicanos aspernatus est. Non illi saltim civitati, quae eum recipere noluerat, iratus est, cum etiam discipuli tam contumelioso oppido caelestes ignes repraesentari voluissent. Ingratos curavit, insidiatoribus cessit. Parum hoc, si non etiam proditorem suum secum habuit, nec constanter denotavit. Cum vero traditur, cum adducitur ut pecus ad victimam, sic enim non magis aperit os quam agnus sub tondentis potestate, ille, cui legiones angelorum, si voluisset, uno dicto de caelis adfuissent, ne unius quidem discentis gladium ultorem probavit. Patientia Domini in Malcho vulnerata est. Itaque et gladii opera maledixit in posterum, et sanitatis restitutione ei, quem

49. CV 47 (ed. Kroymann, 1906), 3; ML 1, 1252 A.

non ipse vexaverat, satisfecit per patientiam, misericordiae matrem. Taceo quod figitur, in hoc enim venerat. Numquid tamen subeundae morti etiam contumeliis opus fuerat? Sed saginari voluptate patientiae discessurus volebat. Despuitur, verberatur, deridetur, foedis vestitur, foedioribus coronatur. Mira aequanimitatis fides. Qui in hominis figura proposuerat latere, nihil de impatientia hominis imitatus est. Hinc vel maxime pharisaei Dominum agnoscere debuistis: patientiam huiusmodi nemo hominum perpetraret. Talia tantaque documenta, quorum magnitudo penes nationes quidem detrectatio fidei est, penes nos vero ratio et structio, satis aperte, non sermonibus modo in praecipiendo, sed etiam passionibus Domini in sustinendo, probant his, quibus credere datum est, patientiam Dei esse naturam, effectum et praestantiam ingenitae cuiusdam proprietatis.

Patientia peccati exsors. — 5. Nam ut compendio dictum 50
sit, omne peccatum impatientiae adscribendum. Malum impatientia est boni. Nemo impudicus non impatiens pudicitiae, et improbus probitatis, et impius pietatis, et inquietus quietis. Ut malus unusquisque fiat, bonus perseverare non poterit.... 7. Iam vero, percurrentibus nobis causas impatientiae, cetera quoque praecepta suis locis respondebunt. Si detrimento rei familiaris animus concitatur, omni paene in loco de contemnendo saeculo Scripturis dominicis commonetur; nec maior ad pecuniae contemptum exhortatio subiacet, quam quod ipse Dominus in nullis divitiis invenitur. Semper pauperes iustificat, divites praedamnat. Ita detrimentum patientiae fastidium opulentiae praeministravit, demonstrans per abiectionem divitiarum, laesuras quoque earum computandas non esse. Quod ergo nobis appetere minime opus est, quia nec Dominus appetivit, detruncatum vel etiam ademptum non aegre sustinere debemus. *Cupiditatem omnium malorum radicem* Spiritus Domini per apostolum pronuntiavit [1 Tim 6, 10]. Eam non in concupiscentia alieni tantum constitutam interpretemur; nam et quod nostrum videtur, alienum est: nihil enim nostrum, quoniam Dei omnia, cuius ipsi quoque nos. Itaque si damno affecti impatienter senserimus, non de nostro amissum dolentes, affines cupiditatis deprehendemur. Alienum quaerimus, cum alienum amissum aegre sustinemus. Qui damni impatientia concitatur, terrena caelestibus anteponendo, de proximo in Deum peccat. Spiritum enim quem a Domino sumpsit, saecularis rei gratia concutit. Libenter igitur terrena amittamus, caelestia tueamur. Totum licet saeculum pereat, dum patientiam lucrifaciam. Iam qui minutum sibi aliquid aut furto, aut vi, aut etiam ignavia, non constanter sustinere

50. CV 47, 9; ML 1, 1258 B.

constituit, nescio an facile, vel ex animo, ipse rei suae manum inferre posset in causa eleemosynae. Quis enim ab alio secari omnino non sustinens, ipse ferrum in corpore suo ducit? Patientia in detrimentis, exercitatio est largiendi et communicandi. Non piget donare eum, qui non timet perdere. Alioquin quomodo duas habens tunicas, alteram earum nudo dabit, nisi idem sit, qui auferenti tunicam etiam pallium offerre possit? Quomodo amicos de mammona fabricabimus nobis, si eum in tantum amaverimus, ut amissum non sufferamus? Peribimus cum perdito. Quid hic invenimus, ubi habemus amittere? Gentilium est, omnibus detrimentis impatientiam adhibere, qui rem pecuniariam fortasse animae anteponant. Nam et faciunt, cum lucri cupiditatibus quaestuosa pericula mercimoniorum in mari exercent; cum pecuniae causa etiam in foro nihil damnationi timendum aggredi dubitant; cum denique ludo et castris sese locant, cum pervia immemores bestiarum latrocinantur. Nos vero secundum diversitatem, qua cum illis sumus, non animam pro pecunia, sed pecuniam pro anima deponere convenit, seu sponte in largiendo, seu patienter in amittendo.

51 *Patientia in luctu carorum.* — 9. Cum constet de resurrectione mortuorum, vacat dolor mortis, vacat et impatientia doloris. Cur enim doleas, si periisse non credis? Cur impatienter feras subductum interim, quem credis reversurum? Profectio est, quam putas mortem. Non est lugendus qui antecedit, sed plane desiderandus. Id quoque desiderium patientia temperandum.

52 *Ex patientia paenitentia.* — 13. Quae igitur negotiatio patientiae in corpore? In primis afflictatio carnis, hostia Domino placatoria per humiliationis sacrificium, cum sordes cum angustia victus Domino libat, contenta simplici pabulo puroque aquae potu, cum ieiunia coniungit, cum cineri et sacco inolescit. Haec patientia corporis precationes commendat, deprecationes affirmat: haec aures Christi Dei aperit, severitatem dispergit, clementiam elicit.

Ad uxorem, 200/6.

53 *Vitia mundi.* — L. 1, c. 5. Cum dicit [Dominus]; *Nubebant et emebant* [cf. Mt 24, 38], insigniora ipsa carnis et saeculi vitia denotat, quae a divinis disciplinis plurimum avocent: alterum per lasciviendi voluptatem, alterum per acquirendi voluntatem.

54 *Virginitas.* — 1, 6. Quot enim sunt qui statim a lavacro carnem suam obsignant! Quot item, qui consensu pari inter se matrimonii debitum tollunt, voluntarii spadones pro cupiditate regni caelestis. Quod si salvo matrimonio abstinentia toleratur, quanto magis adempto! Credo enim difficilius salvum derelinqui, quam amissum non desiderari.

51. CV 47, 14; ML 1, 1263 B. 52. CV 47, 20; ML 1, 1269 B.
53. ML 1, 1283 A. 54. ML 1, 1283 B.

Virginitas et viduitas. — 1, 8. Non tantum virginibus datum opinor, licet in illis integritas solida et tota sanctitas de proximo visura sit faciem Dei. Tamen vidua habet aliquid operosius, quia facile est non appetere quod nescias, et aversari quod desideraveris numquam. Gloriosior continentia, quae ius suum sentit; quae quid viderit, novit. Poterit virgo felicior haberi, at vidua laboriosior: illa, quod bonum semper habuit; ista, quod bonum sibi invenit. In illa gratia, in ista virtus coronatur. 55

Christiani sponsi. — 2, 9. Unde sufficiamus ad enarrandam felicitatem eius matrimonii, quod ecclesia conciliat, et confirmat oblatio, et obsignat benedictio, angeli renuntiant, Pater rato habet? Nam nec in terris filii sine consensu patrum recte et iure nubunt. Quale iugum fidelium duorum unius spei, unius disciplinae, eiusdem servitutis! Ambo fratres, ambo conservi, nulla spiritus carnisve discretio. Atquin vere duo in carne una; ubi caro una, unus et spiritus. Simul orant, simul volutantur et simul ieiunia transigunt, alterutro docentes, alterutro hortantes, alterutro sustinentes. In ecclesia Dei pariter utrique, pariter in convivio Dei, pariter in angustiis, in persecutionibus, in refrigeriis; neuter alterum celat, neuter alterum vitat, neuter alteri gravis est; libere aeger visitatur, indigens sustentatur; eleemosynae sine tormento, sacrificia sine scrupulo, cotidiana diligentia sine impedimento; non furtiva signatio, non trepida gratulatio, non muta benedictio; sonant inter duos psalmi et hymni, et mutuo provocant, quis melius Deo suo cantet. Talia Christus videns et audiens gaudet, his pacem suam mittit; ubi duo, ibi et ipse; ubi et ipse, ibi et malus non est. 56

De cultu feminarum, ca 206.

De luxu mulierum in vestimentis coloribus tinctis. — L. 1, c. 8. Quis enim est vestium honor iustus de adulterio colorum iniustorum? Non placet Deo, quod non ipse produxit, nisi si non potuit purpureas et aërinas oves nasci iubere. Si potuit, ergo iam noluit; quod Deus noluit, utique non licet fingi. Non ergo natura optima sunt ista, quae a Deo non sunt, auctore naturae; sic a diabolo esse intelleguntur, ab interpolatore naturae. Alterius enim esse non possunt, si Dei non sunt; quia aemuli sint necesse est, quae Dei non sunt. 57

55. ML 1, 1287 A. 56. ML 1, 1302 A. 57. ML 1, 1312 B.

58 *De pudicitia.* — 2, 1. Cum omnes templum Dei simus, illato in nos et consecrato Spiritu Sancto, eius templi aedituus et antistes pudicitia est, quae nihil immundum nec profanum inferri sinat, ne Deus ille, qui inhabitat, inquinatam sedem offensus derelinquat.

59 *Fucata facies opus diabolicum.* — 2, 5. In illum enim [Dominum] delinquunt, quae cutem medicaminibus ungunt, genas rubore maculant, oculos fuligine collinunt. Displicet nimirum illis plastica Dei, in ipsis redarguunt, reprehendunt artificem omnium. Reprehendunt enim, cum emendant, cum adiciunt, utique ab adversario artifice sumentes additamenta ista, id est diabolo. Nam quis corpus mutare monstraret, nisi qui et hominis spiritum malitia transfiguravit? Ille indubitate huiusmodi ingenia concinnavit, ut in nobis quodammodo manus Deo inferret. Quod nascitur, opus Dei est; ergo quod fingitur, diaboli negotium est.... 7. Atque in illo die christianae exsultationis videbo, an cum cerussa et purpurisso et croco et in illo ambitu capitis resurgatis, an taliter expictas angeli in nebula sublevent obviam Christo. Si nunc bona et Dei sunt, tunc quoque occurrent resurgentibus corporibus et sua loca agnoscent. Sed non potest resurgere nisi caro et spiritus solus ac purus; damnata sunt igitur, quae in carne et spiritu non resurgunt, quia Dei non sunt. Damnatis hodie abstinete. Hodie vos Deus tales videat, quales tunc videbit.

60 *Vita christiana mortificata.* — 2, 9. Quidam ipsam Dei creaturam sibi interdicunt, abstinentes vino et animalibus esculentis, quorum fructus nulli periculo aut sollicitudini adiacent; sed humilitatem animae suae in victus quoque castigatione Deo immolant. Satis igitur et vos usae estis divitiis atque deliciis, satis dotum vestrarum fructum decidistis ante notitiam salutarium disciplinarum. Nos sumus, in quos decurrerunt fines saeculorum. Nos destinati a Deo ante mundum in aestimationem temporum; tamquam castigando et castrando, ut ita dixerim, saeculo erudimur a Domino. Nos sumus circumcisio omnium et spiritalis et carnalis, nam spiritu et carne saecularia circumcidimus.

61 *Qualis debeat esse mulier christiana inter gentiles.* — 2, 11. Si necessitas amicitiarum officiorumque gentilium vos vocat, cur non vestris armis indutae proceditis? Tanto magis, quanto ad extraneas fidei? Ut sit inter ancillas diaboli et Dei discrimen, ut exemplo sitis illis, ut aedificentur in vobis, ut, quomodo ait apostolus, magnificetur Deus in corpore vestro [cf. Phil 1, 20]; magnificatur autem in corpore per pudicitiam, utique et per habitum pudicitiae competentem.... Grandis

58. ML 1, 1316 A. 59. ML 1, 1321 A.
60. ML 1, 1327 A. 61. ML 1, 1329 C.

blasphemia est, qua dicatur: ex quo facta est christiana, pauperius incedit. Timebis pauperior videri, ex quo locupletior facta es, et sordidior, ex quo mundior? Secundum gentilium an secundum Dei placitum incedere christianos oportet?

Virtutes feminae christianae. — 2, 13. Prodite vos iam 62
medicamentis et ornamentis exstructae prophetarum et apostolorum, sumentes de simplicitate candorem, de pudicitia ruborem, depictae oculos verecundia et os taciturnitate, inserentes in aures sermonem Dei, annectentes cervicibus iugum Christi. Caput maritis subicite, et satis ornatae eritis. Manus lanis occupate, pedes domi figite, et plus quam in auro placebunt. Vestite vos serico probitatis, byssino sanctitatis, purpura pudicitiae. Taliter pygmentatae Deum habebitis amatorem.

De virginibus velandis, ca 206.

Virginum caput veletur. — C. 15. Sed enim vera, et tota, 63
et pura virginitas nihil magis timet quam semetipsam; etiam feminarum oculos pati non vult; alios ipsa oculos habet; confugit ad velamen capitis, quasi ad galeam, quasi ad clypeum, qui bonum suum protegat adversus ictus tentationum, adversus iacula scandalorum, adversus suspiciones, et susurros, et aemulationem, ipsum quoque livorem.... 16. Oro te, sive mater, sive soror, sive filia virgo, secundum annorum nomina dixerim, vela caput: si mater, propter filios; si soror, propter fratres; si filia, propter patres; omnes in te aetates periclitantur.

Adversus Marcionem, 207/8.

Matrimonium et virginitas. — L. 1, c. 29. Non proicimus, 64
sed deponimus nuptias; nec praescribimus, sed suademus sanctitatem, servantes et bonum, et melius pro viribus cuiusque sectando; tunc denique coniugium exerte defendentes, cum inimice accusatur spurcitiae nomine in destructionem creatoris, qui proinde coniugium pro rei honestate benedixit, in crementum generis humani, quemadmodum et universum condicionis in integros et bonos usus. Non ideo autem et cibi damnabuntur, quia operosius exquisiti in gulam committunt; tunc nec vestitus ideo accusabuntur, quia pretiosius comparati in ambitionem tumescunt. Sic nec matrimonii res ideo despuentur, quia intemperantius diffusae in luxuriam inardescunt. Multum differt inter causam et culpam, inter statum et excessum.

Ecstasis. — 4, 22. *Faciamus hic tria tabernacula, unum tibi,* 65
et Moysi unum, et Heliae unum [Lc 9, 33]; sed *nesciens quid di-*

62. ML 1, 1332 B. 63. ML 2, 910 A.
64. CV 47, 330; ML 2, 280 C. 65. CV 47, 492; ML 2, 413 C.

ceret [ib.]. Quomodo nesciens? Utrumne simplici errore, an ratione qua defendimus in causa novae prophetiae, gratiae ecstasin, id est, amentiam convenire? In spiritu enim homo constitutus, praesertim cum gloriam Dei conspicit, vel cum per ipsum Deus loquitur, necesse est excidat sensu, obumbratus scilicet virtute divina; de quo cum inter nos et psychicos quaestio est, interim facile est amentiam Petri probare.

66 *Divitiarum contemptus.* — 4, 33. *Et ego,* inquit, *dico vobis, facite vobis amicos de mammona iniustitiae* [Lc 16, 9], de nummo scilicet, de quo et servus ille. Iniustitiae enim auctorem et dominatorem totius saeculi nummum scimus omnes. Cui famulatam videns Pharisaeorum cupiditatem, ammentavit hanc sententiam: *Non potestis Deo servire et mammonae* [Lc 16, 13].

De anima, 208/11.

67 *Ecstasis.* — C. 45. Hanc vim ecstasin dicimus, excessum sensus, et amentiae instar. Sic et in primordio, somnus cum ecstasi dedicatus: *et misit Deus ecstasin in Adam, et dormiit* [Gn 2, 21]. Somnus enim corpori provenit in quietem; ecstasis animae accessit adversus quietem; et inde iam forma, somnum ecstasi miscens, et natura de forma.

De exhortatione castitatis, 208/11.

68 *Virginitas.* — C. 1. *Voluntas Dei est sanctificatio nostra* [cf. 1 Thess 4, 3]. Vult enim imaginem suam nos etiam similitudinem fieri, ut simus *sancti, sicuti ipse sanctus est* [cf. Lv 21, 8]. Id bonum, sanctificationem dico, in species distribuit complures, ut in aliqua earum deprehendamur. Prima species, virginitas a nativitate. Secunda, virginitas a secunda nativitate, id est a lavacro, quae aut in matrimonio purificat ex compacto, aut in viduitate perseverat ex arbitrio. Tertius gradus superest monogamia, cum post matrimonium unum interceptum exinde sexui renuntiatur.

69 *Continentia orationem adiuvat.* — 10. Per continentiam enim negotiaberis magnam substantiam sanctitatis; parcimonia carnis, spiritum acquires. Recogitemus enim ipsam conscientiam nostram, quam alium se homo sentiat: cum forte a sua femina cessat, spiritaliter sapit. Si orationem facit ad Dominum, prope est caelo. Si Scripturis incumbit, totus illic est. Si psalmum canit, placet sibi. Si daemonem adiurat, confidit sibi. Ideo apostolus temporalem purificationem orationum commendandarum causa adiecit, ut sciremus, quod ad tempus prodest, semper nobis exercendum esse, ut semper prosit. Cotidie, immo omni momento oratio hominibus ne-

66. CV 47, 530; ML 2, 439 C. 67. CV 20, 374; ML 2, 725 C.
68. ML 2, 915 A. 69. ML 2, 925 C.

cessaria est, utique et continentia, postquam oratio necessaria est. Oratio de conscientia procedit. Si conscientia erubescat, erubescit oratio. Spiritus deducit orationem ad Deum. Si spiritus reus apud se sit conscientiae erubescentis, quomodo audebit orationem ducere ab illa, de qua erubescente et ipse suffunditur sanctus minister?

De idololatria, ca 211.

Christiana egestas. — C. 12. Male nobis de necessitatibus 70
humanae exhibitionis supplaudimus, si post fidem obsignatam dicimus: non habeo quo vivam. Iam hic enim plenius illi abruptae propositioni respondebo. Sero dicitur. Ante enim fuit deliberandum, ex similitudine providentissimi aedificis illius, qui prius sumptus operis cum viribus suis supputat, ne, ubi coeperit, defectus postea erubescat. Sed et nunc habes dicta Domini, et exempla adimentia tibi omnem causationem. Quid enim dicis? Egebo. Sed felices egenos Dominus appellat. Victum non habebo. Sed *nolite,* inquit, *cogitare de victu* [cf. Mt 5, 3]. Et vestitus habemus exemplum lilia. Substantia mihi opus erat; atquin omnia vendenda sunt et egentibus dividenda. Sed filiis et posteritati providendum. *Nemo aratro manum imponens et retro spectans aptus est operi* [Lc 9, 62]. Sed condicionalis eram. *Nemo duobus dominis servire potest* [Mt 6, 24]. Si vis Domini discipulus esse, crucem tuam tollas et Dominum sequaris necesse est, id est, angustias et cruciatus tuos, vel corpus solum, quod in modum crucis est. Parentes, coniuges, liberi propter Deum relinquendi erunt.... Fides famem non timet. Scit etiam famem non minus sibi contemnendam propter Deum, quam omne mortis genus. Didicit non respicere vitam, quanto magis victum? Quotusquisque haec adimplevit? Sed quae penes homines difficilia, penes Deum facilia.

De ieiunio, 213/17.

Ieiunia christianum decent. — C. 17. Nos certi sumus, eos 71
qui in carne sunt, Deo placere non posse [Rom 8, 8]; non utique in substantia carnis, sed in cura, sed in affectione, sed in operatione, sed in voluntate. Macies non displicet nobis; neque enim ad pondus Deus carnem tribuit, sicut nec *spiritum ad mensuram* [cf. Io 3, 34], facilius si forte per angustam salutis ianuam introibit caro exilior, citius resuscitabitur caro levior, diutius in sepultura durabit caro aridior.

De pudicitia, 217/23.

Laus pudicitiae — C. 1. Pudicitia flos morum, honor cor- 72
porum, decor sexuum, integritas sanguinis, fides generis, fun-

70. CV 20, 42; ML 1, 677 B. 71. CV 20, 297; ML 2, 978 A.
72. CV 20, 219; ML 2, 980 A.

damentum sanctitatis, praeiudicium omnis bonae mentis; quamquam rara, nec facile perfecta, vixque perpetua; tamen aliquatenus in saeculo morabitur, si natura praestruxerit, si disciplina persuaserit, si censura compresserit.

CLEMENS ALEXANDRINUS, ca 150—211/16.

Paedagogus, post 195.

73 *Perfectionis sanctitas et sapientia.* — L. 1, c. 12, n. 98, 3. Ἀκούωμεν τοῦ Λόγου ... ἐναργὲς ὑπόδειγμα ἀφθαρσίας τὴν πολιτείαν ἔχοντες τοῦ Κυρίου, καὶ τὰ ἴχνη τοῦ Θεοῦ διώκοντες· ᾧ μόνῳ προσήκει σκοπεῖν, καὶ δὴ μέλει πῶς καὶ τίνα τρόπον ὑγιεινότερος ἂν ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος γένοιτο. 4. Ἀλλὰ καὶ πρὸς αὐτάρκειαν τοῦ βίου, καὶ ἀπεριττότητα, ἔτι τε εὔζωνόν τε καὶ εὔλυτον ὁδοιπορικὴν ἑτοιμότητα, εἰς ἀϊδιότητα εὐζωΐας, παρασκευάζει, αὐτὸν αὑτοῦ ἕκαστον ἡμῶν ταμιεῖον εἶναι διδάσκων· «Μὴ γὰρ μεριμνᾶτε, φησί, περὶ τῆς αὔριον» [Mt 6, 34]· χρῆναι λέγων τὸν ἀπογεγραμμένον Χριστῷ, αὐτάρκη, καὶ αὐτοδιάκονον, καὶ προσετι ἐφήμερον ἐπαναιρεῖσθαι βίον· οὐ γὰρ ἐν πολέμῳ, ἀλλ' ἐν εἰρήνῃ παιδαγωγούμεθα. 99, 1. Πολέμῳ μὲν οὖν πολλῆς δεῖ τῆς παρασκευῆς· δαψιλείας τε χρῄζει ἡ τρυφή· εἰρήνη δὲ καὶ ἀγάπη, ἀφελεῖς καὶ ἀπράγμονες ἀδελφαί, οὐχ ὅπλων δέονται, οὐ παρασκευῆς ἀσώτου· Λόγος ἐστὶν αὐταῖς ἡ τροφή. Ὁ τὴν ἐνδεικτικὴν καὶ παιδευτικὴν ἡγεμονίαν κεκληρωμένος Λόγος, παρ' οὗ τὸ εὐτελές τε καὶ ἄτυφον, καὶ τὸ ὅλον φιλελεύθερον, καὶ φιλάνθρωπον φιλόκαλόν τε ἐκμανθάνομεν· ἑνὶ λόγῳ, μετ' οἰκειότητος ἀρετῆς ἐξομοιούμενοι τῷ Θεῷ. 2. Ἀλλ' ἐκπόνει, καὶ μὴ ἀπόκαμνε· ἔσῃ γὰρ οἷος οὐκ ἐλπίζεις, οὐδ' εἰκάσαι δύναιο ἄν. Ὡς δέ ἐστί τις ἄλλη μὲν φιλοσόφων ἀγωγή, ἄλλη δὲ ῥητόρων, παλαιστῶν δὲ ἄλλη· οὕτως ἐστὶ γενναία διάθεσις φιλοκάλῳ προαιρέσει κατάλληλος, ἐκ τῆς Χριστοῦ παιδαγωγίας περιγενομένη· καὶ τὰ τῆς ἐνεργείας πεπαιδευμέναι, σεμναὶ διαπρέπουσι, πορεία τε καὶ κατάκλισις, καὶ τροφή, καὶ ὕπνος, καὶ κοίτη, καὶ δίαιτα, καὶ ἡ λοιπὴ παιδεία. Οὐ γὰρ ὑπέρτονος ἡ τοιάδε ἀγωγὴ τοῦ Λόγου, ἀλλ' εὔτονος.

Temperantia ex imitatione Christi. — 2, 2, 23, 3. Κίρνασθαι 74
δὲ ἄριστον ὕδατι ὡς πλείστῳ τὸν οἶνον, καὶ μὴ ὡς ὕδωρ ἐπιζητεῖσθαι, καὶ ἀπαμβλύνεσθαι πρὸς τὴν μέθην καὶ μὴ ὡς ὕδωρ ἐπεγχεῖσθαι, διὰ τὴν φιλοινίαν· ἄμφω μὲν γὰρ τοῦ Θεοῦ ποιήματα· καὶ ταύτῃ πρὸς ὑγίειαν συνεργεῖ ἡ κρᾶσις ἡ ἀμφοῖν, ὕδατός τε καὶ οἴνου· ὅτι ἐκ τοῦ ἀναγκαίου καὶ τοῦ χρησίμου ὁ βίος συνέστηκε. 24, 1. Τῷ μὲν οὖν ἀναγκαίῳ τῷ ὕδατι ὡς ὅτι πλείστῳ ἐγκαταμικτέον καὶ τοῦ χρησίμου.

2, 2, 31, 3. Μὴ σπεύσῃς εἰς βλάβην, ὦ οὗτος· οὐχ ἁρπάζεταί 75
σου τὸ ποτόν· σοὶ δέδοται, καὶ ἀναμένει σε· μὴ διαρραγῆναι σπουδάσῃς, χανδὸν ἑλκύσας· πίμπλαταί σου ἡ δίψα, κἂν βράδιον πίῃς, τὸ κόσμιον προσλαβοῦσα, κοσμίως καταμεριζομένου τοῦ ποτοῦ.... 32, 2. Πῶς οἴεσθε πεπωκέναι τὸν Κύριον, ὁπηνίκα δι' ἡμᾶς ἄνθρωπος ἐγένετο; οὕτως ἀναισχύντως ὡς ἡμεῖς; οὐχὶ ἀστείως; οὐχὶ κοσμίως; οὐκ ἐπιλελογισμένως; Εὖ γὰρ ἴστε,

---

73 1, 12, 98, 3. Verbum audiamus ... evidens incorruptionis exemplar habentes vitae Domini formam, et Dei vestigia persequentes: cui soli convenit considerare, atque adeo cui curae est, quomodo et quanam ratione futura sit vita hominum sanior. 4. Quin etiam ad hoc ut facile contenti simus, et quae sunt supervacanea neglegamus, accinctique, et itinerantium more expediti, et ad beatae vitae aeternitatem parati simus, nos praeparat, unumquemque nostrum esse ipsum sui ipsius penum docens: *Ne solliciti* enim, inquit, *sitis de crastino;* dicens oportere eum, qui Christo nomen suum dedit, sua sorte contentum, sibi per se servientem, in diem vivere. 99, 1. Non enim in bello, sed in pace instituimur. Ac bello quidem magno apparatu opus est, magnoque et profuso sumptu egent deliciae, pax autem et dilectio, simplices et faciles sorores, non armis, neque profuso apparatu indigent: nutrimentum iis Verbum est. Verbum autem is est, cui et demonstrandi et docendi principatus obtigit, a quo frugalitatem, simplicitatem, a fastuque alienationem, libertatis amorem, benignitatem et honesti studium ediscimus: uno verbo, cum virtutis coniunctione Deo similes reddimur. 2. Sed elabora, et ne defatigeris: eris enim qualis non speras, neque vero conicere potueris. Quemadmodum autem philosophorum quidem est alia vivendi ratio, alia vero oratorum, alia autem luctatorum: ita est generosa dispositio voluntati honestatis studiosae conveniens, quae accedit ex Christi paedagogia; et quae hac vi imbuta sunt, honestate praestant, incessus et accubitus, nutritio et somnus, cubitusque et victus, et reliqua disciplina. Non est enim nimis intensa ac vehemens eiusmodi Verbi educatio, sed moderata, et quae iusto ac recto tenore consistat.

2, 2, 23, 3. Optimum est autem aqua plurima vinum miscere, 74
et non ipsum tamquam aquam requirere et sic per temulentiam elanguescere; neque tamquam aquam infundere, prae nimio vini amore; sunt enim ambo Dei opera, et ea ratione conducit ad sanitatem utriusque mixtura, aquae scilicet et vini; quoniam ex eo quod est necessarium et eo quod est utile vita consistit. 24, 1. Ei itaque quod est necessarium, nempe aquae plurimae, ex utili etiam aliquid immiscendum est.

2, 2, 31, 3. Ne ad id, quod tibi damnum affert, o amice, festi- 75
naveris; non eripitur tibi potus; tibi datus est, et te exspectat; ne disrumpi festinaveris, ingenti hiatu attrahens; impletur tua sitis, etsi tardius biberis, honeste ac decore te gerens, dum potus, ut decet, per partes dividitur.... 32, 2. Quomodo Dominum bibisse existimatis, quando propter nos homo factus est? adeone im-

---

73. CB 1 (ed. Stählin, 1905), 149; MG 8, 368 C.

74. CB 1, 170; MG 8, 416 B. 75. CB 1, 175; MG 8, 428 B.

μετέλαβεν οἴνου καὶ αὐτός· καὶ γὰρ ἄνθρωπος καὶ αὐτός· καὶ εὐλόγησέν γε τὸν οἶνον, εἰπών· «Λάβετε, πίετε, τοῦτό μού ἐστιν τὸ αἷμα», αἷμα τῆς ἀμπέλου· τὸν Λόγον, τὸν «περὶ πολλῶν ἐκχεόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν» [Mt 26, 27 sq], εὐφροσύνης ἅγιον ἀλληγορεῖ νᾶμα. 3. Καὶ ὅτι μὲν σωφρονεῖν τὸν πίνοντα δεῖ, δι' ὧν ἐδίδασκε παρὰ τὰς εὐωχίας ἔδειξε σαφῶς· οὐ γὰρ μεθύων ἐδίδασκεν.

76 *Quae sint verae divitiae.* — 2, 3, 39, 3. Νυνὶ δὲ ἀκρόπολις τῆς κακίας ἡ φιλαργυρία εὕρηται, ἣν ὁ ἀπόστολος «ῥίζαν ἁπάντων εἶναι τῶν κακῶν» φησίν· «ἧς τινες ὀρεγόμενοι, ἀπεπλανήθησαν τῆς πίστεως, καὶ ἑαυτοὺς περιέπειραν ὀδύναις πολλαῖς» [1 Tim 6, 10]. 4. Πλοῦτος δὲ ἄριστος ἡ τῶν ἐπιθυμιῶν πενία· καὶ ἡ μεγαλοφροσύνη ἡ ἀληθὴς οὐ τὸ ἐπὶ πλούτῳ μεγαλοφρονεῖν, τούτου δὲ καταφρονεῖν. Τὸ δὲ ἐπὶ τοῖς σκεύεσι μεγαλαυχεῖν αἰσχρὸν κομιδῇ· οὐ γὰρ σπουδάζειν ἔτι περὶ τούτων πάνυ δίκαιον, ἃ καὶ ἐξ ἀγορᾶς τῷ βουλομένῳ ἔξεστιν ὠνήσασθαι. Σοφία δὲ οὐκ ὠνητὴ νομίσματι γηΐνῳ, οὐδ' ἐν ἀγορᾷ, ἀλλ' ἐν οὐρανῷ πιπράσκεται· καὶ πιπράσκεται νομίσματι δικαίῳ, τῷ Λόγῳ τῷ ἀφθάρτῳ, τῷ βασιλικῷ χρυσίῳ.

77 *Quae unguenta christianum deceant.* — 2, 8, 65, 1. Οὐ γὰρ θέμις δολερὰ εἵματα καὶ χρίσματα εἰς τὴν ἀληθείας παρεισιέναι πόλιν· 2. χρὴ δὲ καὶ μάλα τοὺς μὲν ἄνδρας τοὺς παρ' ἡμῖν μὴ μύρων, ἀλλὰ καλοκἀγαθίας ὄζειν· γυνὴ δὲ ἀποπνείτω Χριστοῦ τοῦ ἀλείμματος τοῦ βασιλικοῦ, μὴ διαπασμάτων καὶ μύρων· ἀεὶ δὲ τῷ σωφροσύνης ἀμβροσίῳ χρίσματι συναλειφέσθω, ἁγίῳ

---

pudenter ut nos? an non honeste ac temperate? an non considerate? Certo enim scitote, ipse quoque vino usus est; nam ipse quoque homo est. Et vinum benedixit, cum dixit: *Accipite, bibite, hoc est sanguis meus,* sanguis vitis; Verbum enim, quod *pro multis effunditur in remissionem peccatorum,* sanctum laetitiae fluentum allegorice vocat. 3. Et quod sobrium esse oportet eum, qui bibit, ex eo, quod in conviviis docuit, aperte ostendit; neque enim ebrius docuit.

76 2, 3, 39, 3. Nunc autem arx vitii inventa est pecuniae cupiditas, quam apostolus dicit esse *radicem omnium malorum: quam quidam appetentes, a fide aberrarunt, et seipsos confixerunt multis doloribus.* 4. Verae autem divitiae sunt paupertas cupiditatum; et vera animi magnitudo est, non propter divitias magnos spiritus sumere, sed eas despicere. De supellectile autem et vasis se iactare est perquam turpe; non enim in iis studium suum ponere aequum est, quae volenti licet vel e foro emere. Sapientia autem emi non potest terreno numismate, nec in foro, sed in caelo venditur; et iusto nummo venditur, nempe Logo immortali, regali aureo.

77 2, 8, 65, 1. Nefas est enim dolosa vestimenta et unguenta in civitatem veritatis ingredi; 2. oportet autem viros in primis apud nos unguenta non olere, sed vitae probitatem; spiret autem femina Christum, qui est regalis unctio, non unguenta et diapasmata;

---

76. CB 1, 181; MG 8, 437 C. 77. CB 1, 196; MG 8, 472 B.

τερπομένη μύρῳ, τῷ Πνεύματι. 3. Τοῦτο σκευάζει Χριστὸς ἀνθρώποις γνωρίμοις εὐωδίας ἄλειμμα, ἐκ τῶν οὐρανίων συντιθεὶς ἀρωμάτων τὸ μύρον. Τούτῳ καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος συναλείφεται τῷ μύρῳ· ὡς διὰ Δαβὶδ μεμήνυται· «Διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεός, ὁ Θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου· σμύρνα καὶ στακτὴ καὶ κασία ἀπὸ τῶν ἱματίων σου» [Ps 44, 9]. 66, 1. Ἀλλὰ γὰρ μὴ λάθωμεν, ὥσπερ οἱ γῦπες, τὰ μύρα βδελυττόμενοι, ἢ οἱ κάνθαροι (τούτους γὰρ ῥοδίνῳ χρισθέντας μύρῳ τελευτᾶν λέγουσιν)· καὶ τούτων ἐκκριτέον ὀλίγα τινὰ τῶν μύρων ταῖς γυναιξίν, ὅσα μὴ καρῶσι τὸν ἄνδρα.

In somno temperantia. — 2, 9, 78, 3. Ἡμῖν δὲ χρηστέον ἀκο- 78
λούθως τῷ λόγῳ ἀφελεῖ τῇ εὐνῇ καὶ λιτῇ, σύμμετρον ἐχούσῃ τὸ παρηγοροῦν· εἰ θέρος εἴη, τὸ σκέπον· εἰ κρύος εἴη, τὸ θάλπον.... 5. Μάλιστα δὲ τῆς κοίτης τὸ μαλθακὸν συμμέτρως ἀρρενιστέον· οὐ γὰρ ἔκλυσιν χρὴ τοῦ σώματος εἶναι παντελῆ τὸν ὕπνον, ἀλλὰ ἄνεσιν. Διὸ καὶ παραλαμβάνεσθαί φημι δεῖν αὐτὸν οὐκ ἐπὶ ῥᾳθυμίᾳ, ἀλλ' ἐπὶ τῇ τῶν πράξεων ἀναπαύλῃ. 79, 1. Ἐπεγερτικῶς οὖν ἀπονυστακτέον.... Οὐδὲν γὰρ ἀνδρὸς ὄφελος καθεύδοντος, ὥσπερ οὐδὲ τεθνεῶτος. 2. Διὸ πολλάκις καὶ τῆς νυκτὸς ἀνεγερτέον τῆς κοίτης, καὶ τὸν Θεὸν εὐλογητέον· μακάριοι γὰρ οἱ ἐγρηγορότες εἰς αὐτόν, σφᾶς αὐτοὺς ἀπεικάζοντες ἀγγέλοις, οὓς ἐγρηγόρους καλοῦμεν. 3. Καθεύδων δὲ ἄνθρωπος οὐδεὶς οὐδενὸς ἄξιος, οὐδὲν μᾶλλον τοῦ μὴ ζῶντος.

---

divina autem semper ungatur pudicitiae unctione, sancto delectata unguento, nempe Spiritu. 3. Hanc suavis odoris unctionem discipulis suis Christus parat, ex aromatibus caelestibus hoc unguentum componens. Hoc autem unguento ipse quoque Dominus ungitur, sicut per David declarat: *Propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo laetitiae prae participibus tuis. Myrrha et stacte et casia a vestimentis tuis.* 66, 1. Ceterum ne forte sicut vultures unguenta abhorreamus, aut sicut scarabaei (hos enim rosaceo unguento delibutos mori aiunt); pauca quaedam ex his unguentis sunt eligenda feminis, quae viro minime caput gravent.

2, 9, 78, 3. Nobis autem, ut rationi convenit, simplici cubili et 78
frugali utendum est, quod habeat id, quod nos iuvet, moderatum et conveniens: si aestus sit, quod protegat; si sit frigus, quod foveat.... 5. In primis autem cubilis mollities moderate et prout viros decet procuranda est: non oportet enim somnum esse plenam corporis solutionem, sed tantum remissionem. Et ideo eum dico esse assumendum non ad otium et socordiam, sed ad negotiorum et actionum quietem. 79, 1. Ita ergo dormitandum est, ut facile excitemur.... Dormientis enim hominis nullus usus, quemadmodum nec mortui. 2. Quocirca saepe etiam noctu e lecto surgendum est, Deusque est laudandus: beati enim, qui in ipsum vigilarunt, seipsos assimilantes angelis, quos nos ἐγρηγόρους, hoc est vigiles, vocamus. 3. Dormiens autem homo nullus ullius est pretii, non magis quam qui non vivit.

---

78. CB 1, 205; MG 8, 492 C.

79 2, 9, 81, 4. Ἦν οὖν τὰ αἴτια τῆς πολλῆς εἰς ὕπνον περικόπτωμεν καταφορᾶς, νηφαλιώτερον κοιμηθησόμεθα· οὐ γὰρ χρὴ παννύχιον εὕδειν τοὺς ἔνοικον ἔχοντας τὸν Λόγον, τὸν ἐγρήγορον.

80 *Christianus solus vere dives.* — 3, 6, 35, 2. Ἀλλ' ὡς ἔοικεν, τὰ πλείονος ἄξια κεκτημένος, πλούσιος ὢν μόνος ἐλελήθει. Πολλοῦ δὲ ἄξια οὐ λίθος, οὐκ ἄργυρος, οὐκ ἐσθής, οὐ κάλλος σώματος, ἀλλ' ἡ ἀρετή· ὅς ἐστι Λόγος διὰ τοῦ Παιδαγωγοῦ παραδιδόμενος εἰς ἄσκησιν. 3. Λόγος οὗτος ὁ τὴν τρυφὴν ἐξομνύμενος, τὴν δε αὐτουργίαν διάκονον παρακαλῶν, καὶ τὴν εὐτέλειαν ἐξυμνῶν, τῆς σωφροσύνης τὴν ἔγγονον. «Λάβετε παιδείαν, φησί, καὶ μὴ ἀργύριον, καὶ γνῶσιν ὑπὲρ χρυσίον δεδοκισμαμένον· κρείσσων γὰρ σοφία λίθων πολυτελῶν· πᾶν δὲ τίμιον οὐκ ἄξιον αὐτῆς ἐστι» [Prv 8, 10 sq]. Καὶ πάλιν· «Ἐμὲ καρπίζεσθαι ὑπὲρ χρυσίον, καὶ λίθον τίμιον, καὶ ἄργυρον· τὰ γὰρ ἐμὰ γεννήματα κρείττω ἀργυρίου ἐκλεκτοῦ» [ib. 19]. 4. Εἰ δὲ καὶ διελεῖν χρή, πλούσιος μὲν ὁ πολυκτήμων ἔστω, χρυσίῳ σεσαγμένος, καθάπερ φασκώλιον ἐρρυπωμένον· εὐσχήμων δὲ ὁ δίκαιος, ἐπεὶ εὐσχημοσύνη τάξις ἐστιν· ἐν τῷ δέοντι σχηματισμῷ περὶ τὰς διοικήσεις καὶ τὰς ἐπιδόσεις μεμετρημένη. 5. «Εἰσὶ γὰρ οἱ σπείροντες, καὶ πλείονα συνάγοντες» [Prv 11, 24], περὶ ὧν γέγραπται· «Ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς πένησιν· ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα» [Ps 111, 9]. Ὥστε οὐχ ὁ ἔχων καὶ φυλάττων, ἀλλ' ὁ μεταδιδοὺς πλούσιος· καὶ ἡ μετάδοσις

79 2, 9, 81, 4. Si ergo causas, quae ad multum ac profundum somnum nos impellunt, praeciderimus, magis sobrie dormiemus: non enim oportet eos, qui inhabitantem et vigilantem intus habent Logon, tota nocte dormire.

80 3, 6, 35, 2. Ceterum, ut videtur, non satis animadvertimus, quod sit is solus dives, qui quae sunt pretiosissima possidet. Magni autem pretii sunt non gemma, non argentum, non vestis, non corporis pulchritudo, sed virtus. 3. Ea est autem Logos traditus per Paedagogum ad exercitationem. Hic est Logos, qui abiurat delicias, et eam, quae per se fit, operationem in ministerium evocat, laudatque frugalitatem, temperantiae filiam: *Accipite*, inquit, *disciplinam, et non argentum, et cognitionem super aurum probatum; melior est enim sapientia lapidibus pretiosis; quidquid est autem pretiosum, nequaquam est ea dignum.* Et rursus: *Colligite me super aurum, et lapidem pretiosum, et argentum; germina enim mea meliora sunt argento electo.* 4. Quod si etiam distinguere oporteat, sit quidem dives, qui multa possidet, auro onustus, ut sordidum marsupium; at qui iustus est, est et decorus; decorum enim est ordo; quemadmodum autem oportet et decorum est, in administrandis bonis suis et distribuendis moderatus. 5. *Sunt enim qui seminant, et plura colligunt,* de quibus scriptum est: *Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in saeculum saeculi.* Quare non qui habet et servat, sed qui impertit, est dives; et impertitio ac

79. CB 1, 207; MG 8, 496 B. 80. CB 1, 256; MG 8, 605 A.

τὸν μακάριον, οὐχ ἡ κτῆσις δείκνυσι· καρπὸς δὲ ψυχῆς τὸ εὐμετάδοτον. 36, 1. Ἐν ψυχῇ ἄρα τὸ πλούσιον. Καὶ μὴν τὰ μὲν ἀγαθὰ ἔστω μόνοις κτητὰ τοῖς ἀγαθοῖς· ἀγαθοὶ δὲ οἱ χριστιανοί.

3, 7, 37, 2. Ἀλλοτριώτατον δὲ τῆς θείας φύσεως ἡ φιληδονία· 81
ὁμοίως μὲν σιτεῖσθαι τοῖς στρουθοῖς, ὁμοίως δὲ τοῖς ὑσὶ καὶ τοῖς τράγοις ὀχεύειν. Τὸ γὰρ τὴν ἡδονὴν νομίζειν ἀγαθόν, ἀπειροκαλίας ἐστὶ τελείας. Φιλοπλουτία δὲ ἐξίστησι τῆς ὀρθῆς διαίτης τὸν ἄνθρωπον, ἀπερυθριᾶν πρὸς τὰ αἰσχρὰ ἀναπείθουσα· ἐὰν μόνον ἔχῃ δύναμιν, καθάπερ θηρίον, τοῦ φαγεῖν παντοδαπά, καὶ πιεῖν ὡσαύτως, καὶ ἀφροδισίων πᾶσαν πάντως παρέχειν πλησμονήν· 3. διὰ τοῦτο σπανιαίτατα «τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ» [Mc 10, 24] κληρονομεῖ. Ποῦ τοίνυν τὰ τοσαῦτα παρασκευάζονται ὄψα, ἢ ἵνα μίαν πληρώσωσι γαστέρα; Τὸ ἀκάθαρτον τῆς γαστριμαργίας οἱ κοπρῶνες ἐλέγχουσιν, εἰς οὓς ἀποπτύουσιν ἡμῶν αἱ γαστέρες τῆς δαιτὸς τὰ λείψανα. 4. Ποῦ δὲ τοὺς οἰνοχόους τοὺς τοσούτους συναγείρουσι, μιᾷ κύλικι πλησθῆναι δυνάμενοι; ποῦ δὲ τῶν ἐσθήτων τὰς κιβωτούς; τὰ χρυσία δὲ ποῦ; καὶ τὰ κόσμια ποῦ; Λωποδύταις δὲ αὐτὰ καὶ κακούργοις παρασκευάζονται, καὶ τοῖς λίχνοις ὀφθαλμοῖς. «Ἐλεημοσύναι δὲ καὶ πίστεις μὴ ἐκλειπέτωσάν σε» [Prv 3, 3], φησὶν ἡ Γραφή. 38, 1. Ἰδοῦ γοῦν καὶ τὸν Θεσβίτην Ἠλίαν καλὸν ὑπόδειγμα τῆς εὐτελείας ἔχομεν, ὅτε ἐκάθισεν ὑπὸ τὴν ῥάμνον, καὶ ὁ ἄγγελος αὐτῷ κομίζει τροφάς·

communicatio, non autem possessio, beatum reddit; animae autem fructus est benigna communicatio. 36, 1. Divitiae ergo sunt in anima. Iam vero bona possideri solum possunt a bonis; boni autem christiani.

3, 7, 37, 2. A divina autem vita nihil tam alienum est quam 81
voluptatis studium: utpote qua similiter quis vescitur ac passeres; coit autem similiter ut hirci et sues. Voluptatem enim bonum existimare eius est, qui plane quid honestum sit ignorat. Porro autem nimia divitiarum cupiditas hominem a recta vitae ratione dimovet, ut in turpia sine pudore feratur, si modo ei, sicut ferae, copia sit quibusvis vesci, et quaelibet similiter bibere, et in rebus venereis suam quacumque ratione libidinem explere; 3. ideo rarissime *regni Dei* fit heres. Quorsum ergo tot parantur obsonia? annon ut unum ventrem impleant? Quam res sit immunda ingluvies, arguunt sterquilinia, in quae ventres nostri exspuunt reliquias convivii. 4. Quorsum autem tot pocillatores congregant, cum calice uno possint impleri? quorsum autem vestium arcas? quorsum vasa aurea et quorsum ornamenta? Compilatoribus et sceleratis hominibus haec parantur, et oculis qui satiari nequeunt. *Eleemosynae autem et fides*, inquit Scriptura, *te non deserant.* 38, 1. Ecce igitur Eliam quoque Thesbitem habemus pulchrum exemplum frugalitatis, cum sedit sub rhamno, et angelus ei affert alimentum: *Erat subcinericius panis hordeaceus, et amphora aquae.* Eiusmodi prandium ad eum

81. CB 1, 258; MG 8, 608 B.

«Ἐγκρυφίας κρίθινος ἦν, καὶ καψάκης ὕδατος» [3 Rg 19, 6]. Τοιοῦτον ἄριστον αὐτῷ Κύριος ἔπεμψεν. 2. Ἡμῖν ἄρα ἀνάγκη πρὸς ἀλήθειαν ὁδοιποροῦσιν εὐζώνοις γενέσθαι. «Μὴ βαστάζετε γάρ, εἶπεν ὁ Κύριος, βαλλάντιον, μὴ πήραν, μηδὲ ὑπόδημα» [Lc 10, 4], τουτέστι· Μὴ πλοῦτον κτήσησθε, τὸν ἐν βαλλαντίῳ μόνον θησαυριζόμενον· μὴ τὰς ἀποθήκας πληρώσητε τὰς ἰδίας, ὡς ἐν πήρᾳ παρατιθέμενοι τὸν σπόρον, ἀλλὰ καὶ τοῖς δεομένοις κοινωνήσατε· μὴ ὑποζύγια καὶ οἰκέτας πολυπραγμονεῖτε, οἵτινες ὑποδήματα τῆς πορείας τῶν πλουσίων, ἀχθοφοροῦντες ἀλληγορικῶς εἴρηνται. 3. Ἀποῤῥιπτέον οὖν τῶν σκευῶν τὸ πλῆθος, καὶ τὰ ἀργυρᾶ, καὶ τὰ χρυσᾶ ἐκπώματα, καὶ τὸν ὄχλον τῶν οἰκετῶν· καλὰς καὶ σεμνὰς παρὰ τοῦ Παιδαγωγοῦ συνοπαδούς, αὐτουργίαν καὶ εὐτέλειαν παραλαβόντας. Καὶ δὴ βαδιστέον εὐαρμόστως τῷ Λόγῳ· κἂν γυνὴ τῷ παρῇ καὶ τέκνα, οὐκ ἄχθος ἐστὶν ὁ οἶκος, συνεπισπέσθαι μαθὼν ὁδοιπόρῳ σώφρονι. 39, 1. Σταλτέον δὲ καὶ τὴν φίλανδρον γυναῖκα, τἀνδρὶ παραπλησίως, ὁδοιπορικῶς. Καλὸν ἐφόδιον τῆς εἰς οὐρανοὺς πορείας, εὐτέλειαν ἐπιφερομένους μιᾷ σεμνότητι σώφρονι. Μέτρον δέ, καθάπερ ὁ πούς τοῦ ὑποδήματος, οὕτως καὶ τῆς κτήσεως ἑκάστου τὸ σῶμα. Τὸ δὴ περιττόν, ἃ δή φασι κόσμια καὶ τὰ ἔπιπλα τῶν πλουσίων, ἄχθος ἐστίν, οὐ κόσμος, τοῦ σώματος. 2. Χρὴ δὲ τὸν ἀναβαίνειν βιαζόμενον εἰς τοὺς οὐρανοὺς καλὴν βακτηρίαν, τὴν εὐεργεσίαν, περιφέρειν· καὶ τοῖς θλιβομένοις μεταδεδωκότα, τῆς ἀληθοῦς ἀναπαύσεως μεταλαμβάνειν. Ὁμολογεῖ γὰρ ἡ Γραφή, «ὡς ἄρα λύτρον ἐστὶν ἀνδρὸς ψυχῆς ὁ ἴδιος πλοῦτος» [Prv 13, 8], τουτέστιν, ἐὰν πλουτῇ, μεταδόσει

---

misit Dominus. 2. Proficiscentes ergo nos ad veritatem accinctos esse oportet. *Ne portetis,* inquit Dominus, *crumenam, non peram, neque calceamentum,* hoc est: Ne possideatis divitias, quae solum in crumena reconduntur; ne vestra implete horrea, tamquam sementem in pera deponentes, sed iis etiam, qui egent, impertite; ne de iumentis et famulis sitis nimium solliciti, quae, cum onera portent, calcei divitum in itinere allegorice dicuntur. 3. Abicienda est ergo vasorum multitudo, et pocula aurea et argentea, et famulorum turba; et pulchrae venerandaeque pedissequae a Paedagogo accipiendae, qui dat nobis, ut per nos operari et parvo contenti esse possimus. Iam vero ita incedendum est, ut convenienter Logo ingrediamur; et si cui adsit uxor et filii, domus nequaquam est onus, quae cum prudenti viatore migrare didicerit. 39, 1. Uxor quoque, quae virum diligit, est componenda, similiter ac maritus, ut ad iter parata sit. Pulchrum est viaticum vitae, quae ducit ad caelum, si frugalitatem una cum honesta gravitate iungamus. Mensura autem, sicut pes calcei, ita etiam uniuscuiusque possessionis est corpus. Quod autem superabundat, qualia dicunt ornamenta et supellex divitum, oneri sunt, non ornatui corporis. 2. Oportet autem vi in caelos conscendere, et pulchrum baculum, beneficentiam scilicet, circumferre, et iis, qui affliguntur, elargiendo, veram quietem percipere. Fatetur enim Scriptura, *animae re-*

σωθήσεται. 3. Καθάπερ γὰρ τῶν φρεάτων, ὅσα πέφυκε βρύειν, ἀπαντλούμενα, εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀναπιδύει μέτρον· οὕτως ἡ μετάδοσις, ἀγαθὴ φιλανθρωπίας ὑπάρχουσα πηγή, κοινωνοῦσα τοῖς διψῶσι τοῦ ποτοῦ, αὔξεται πάλιν καὶ πίμπλαται· ὃν τρόπον ἐπὶ τοὺς θηλαζομένους, ἢ καὶ βδαλλομένους μαστούς, ἐπιῤῥεῖν εἴωθε τὸ γάλα.

Stromata, 208/11.

Perfectio christiani. — L. 2, c. 19, n. 97, 1. Οὗτός ἐστιν ὁ 82
κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ὁ γνωστικός, ὁ μιμούμενος τὸν Θεὸν καθ' ὅσον οἷόν τε, μηδὲν παραλιπὼν τῶν εἰς τὴν ἐνδεχομένην ὁμοίωσιν· ἐγκρατευόμενος, ὑπομένων, δικαίως βιούς, βασιλεύων τῶν παθῶν, μεταδιδοὺς ὧν ἔχει, ὡς οἷός τε ἐστὶν εὐεργετῶν καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ.

Beatitudo ex similitudine Dei. — 2, 19, 100, 3. Πλάτων δὲ 83
ὁ φιλόσοφος, εὐδαιμονίαν τέλος τιθέμενος, ὁμοίωσιν Θεῷ φησιν αὐτὴν εἶναι κατὰ τὸ δυνατόν.... 4. Φησὶ γὰρ ὁ νόμος· «Ὀπίσω Κυρίου τοῦ Θεοῦ ὑμῶν πορεύεσθε, καὶ τὰς ἐντολάς μου φυλάξετε» [Dt 13, 4]. Τὴν μὲν γὰρ ἐξομοίωσιν ὁ νόμος ἀκολουθίαν ὀνομάζει· ἡ δὲ τοιαύτη ἀκολουθία κατὰ δύναμιν ἐξομοιοῖ. «Γίνεσθε», φησὶν ὁ Κύριος, «ἐλεήμονες καὶ οἰκτίρμονες, ὡς ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος οἰκτίρμων ἐστίν» [Lc 6, 36].

Perfectus gnosticus. — 2, 20, 104, 1. Μαρτυρήσει νύκτωρ, 84
μαρτυρήσει μεθ' ἡμέραν· ἐν λόγῳ, ἐν βίῳ, ἐν τρόπῳ μαρτυρήσει. Σύνοικος ἐν τῷ Κυρίῳ, ὀαριστής τε καὶ συνέστιος κατὰ τὸ πνεῦμα

---

demptionis pretium esse proprias divitias, hoc est, si ditescat, salvus erit per elargitionem. 3. Quemadmodum enim quicumque putei scaturiunt, exhausti in pristinam mensuram revertuntur: ita etiam elargitio, quae est bonus fons benignitatis, potum sitientibus communicans, rursus augetur et repletur: quemadmodum ad ubera, quae suguntur, vel etiam mulgentur, solet lac confluere.

2, 19, 97, 1. Hic est, qui ad imaginem et similitudinem Dei est 82
gnosticus, qui Deum imitatur quoad eius fieri potest, nihil praetermittens eorum, quae faciunt ad conciliandum, quatenus fieri potest, similitudinem, continens, sustinens, iuste vivens, imperans animi perturbationibus, ea, quae habet, impertiens, pro viribus benefaciens et verbo et opere.

2, 19, 100, 3. Plato autem philosophus finem ponens beatitudinem, 83
dicit eam esse Deo assimilationem, quoad fieri potest.... 4. Dicit enim lex: *Post Dominum Deum vestrum ambulate, et mandata mea servate.* Assimilationem enim lex nominat consectationem; talis autem consectatio, quoad fieri potest, assimilat. *Estote,* inquit Dominus, *misericordes, sicut Pater vester caelestis misericors est.*

2, 20, 104, 1. Noctu erit martyr, interdiu martyr; in sermone, in 84
vita, in moribus erit martyr. Cum Domino cohabitans, eoque familia-

---

82. CB 2 (ed. Stählin, 1906), 166; MG 8, 1040 B.
83. CB 2, 167; MG 8, 1044 B. 84. CB 2, 169; MG 8, 1048 D.

διαμένει· καθαρὸς μὲν τὴν σάρκα, καθαρὸς δὲ τὴν καρδίαν· ἡγιασμένος τὸν λόγον· 3. «Ὁ κόσμος τούτῳ, φησίν, ἐσταύρωται, καὶ αὐτὸς τῷ κόσμῳ» [Gal 6, 14]. Οὗτος, τὸν σταυρὸν τοῦ Σωτῆρος περιφέρων, ἕπεται Κυρίῳ μετ' ἴχνιον, ὥστε Θεοῖο [cf. Homer., Od. 5, 193], ἅγιος ἁγίων γενόμενος. 105, 1. Πάσης τοίνυν ἀρετῆς μεμνημένος ὁ θεῖος νόμος, ἀλείφει μάλιστα τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τὴν ἐγκράτειαν, θεμέλιον ἀρετῶν κατατιθέμενος ταύτην· καὶ δὴ προπαιδεύει ἡμᾶς εἰς τὴν περιποίησιν τῆς ἐγκρατείας, ἀπὸ τῆς τῶν ζώων χρήσεως ἀπαγορεύων μεταλαμβάνειν τῶν ὅσα φύσει πίονα, καθάπερ τὸ τῶν συῶν γένος, εὐσαρκότατον τυγχάνον. Τρυφητιῶσι γὰρ ἡ τοιαύτη χρῆσις χορηγεῖται.

85 *Continentia.* — 3, 1, 4, 1. Ἐγκράτεια τοίνυν σώματος ὑπεροψία, κατὰ τὴν πρὸς Θεὸν ὁμολογίαν· οὐ μόνον γὰρ περὶ τὰ ἀφροδίσια, ἀλλὰ καὶ περὶ τὰ ἄλλα, ἃ ἐπιθυμεῖ ἡ ψυχὴ κακῶς, οὐκ ἀρκουμένη τοῖς ἀναγκαίοις, ἡ ἐγκράτεια ἀναστρέφεται. 2. Ἔστι δὲ καὶ περὶ τὴν γλῶσσαν, καὶ περὶ τὴν κτῆσιν, καὶ περὶ τὴν χρῆσιν, καὶ περὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἐγκράτεια. Οὐ διδάσκει δ' αὕτη σωφρονεῖν μόνον, ἥ γε παρέχει σωφροσύνην ἡμῖν, δύναμις οὖσα καὶ θεία χάρις. 3. Τίνα οὖν τοῖς ἡμετέροις δοκεῖ περὶ τοῦ προκειμένου, λεκτέον. Ἡμεῖς εὐνουχίαν μέν, καὶ οἷς τοῦτο δεδώρηται ὑπὸ Θεοῦ μακαρίζομεν.

86 4, 22, 137, 3. Τοιούτοις τισὶν ὁ Κύριος λέγει· «Γίνεσθε ὡς ὁ Πατὴρ ὑμῶν τέλειος» [Mt 5, 48]. Τούτῳ τέθνηκεν ἡ σάρξ· ζῇ δὲ αὐτὸς μόνος, ἀφιερώσας τὸν τάφον εἰς ναὸν ἅγιον Κυρίῳ, τὴν

---

riter utens, in spiritu permanet; mundus quidem carne, mundus autem corde; sanctificatus sermone. 3. *Mundus,* inquit, *ei crucifixus est, et ipse mundo.* Is crucem Servatoris circumferens, Domini sequitur vestigia, tamquam Dei, effectus sanctus sanctorum. 105, 1. Omnis ergo virtutis cum meminerit lex divina, hominem maxime exercet ad continentiam, eam statuens fundamentum virtutum; atque adeo nos praeerudit ad continentiam acquirendam, ex usu animantium, iis vesci prohibens, quae sunt natura pinguia, quemadmodum genus suum, quod carnis habet plurimum. Delicatis enim ac luxuriosis suppeditatur talis usus.

85 3, 1, 4, 1. Est ergo continentia corporis despicientia secundum confessionem in Deum; non solum enim in rebus venereis, sed etiam in aliis, quae anima perperam concupiscit, non contenta necessariis, versatur continentia. 2. Est autem et in lingua, et in acquirendo, et in utendo, et in concupiscendo continentia. Non docet autem ea solummodo esse temperantes, siquidem praebet nobis temperantiam, ut quae sit divina potestas et gratia. 3. Dicendum est ergo, quidnam nostris videatur de eo, quod est propositum. Nos quidem castitatem, et eos, quibus hoc a Deo datum est, beatos dicimus.

86 4, 22, 137, 3. Iis, qui sunt eiusmodi, dicit Dominus: *Estote sicut Pater vester perfectus.* Ei caro est mortua, vivit autem ipse

---

85. CB 2, 197; MG 8, 1104 B. 86. CB 2, 309; MG 8, 1348 B.

παλαιὰν ἁμαρτητικὴν ψυχὴν ἐπιστρέψας πρὸς Θεόν. 138, 1. Οὐκ ἐγκρατὴς οὗτος ἔτι, ἀλλ' ἐν ἕξει γέγονεν ἀπαθείας, σχῆμα θεῖον ἐπενδύσασθαι ἀναμένων.

Perfectio a carnalibus abstrahere debet. — 5, 11, 67, 1. Θυσία 87
δὲ ἡ τῷ Θεῷ δεκτὴ σώματός τε καὶ τῶν τούτου παθῶν ἀμετανόητος χωρισμός· ἡ ἀληθὴς τῷ ὄντι θεοσέβεια αὕτη. 2. Καὶ μήτι εἰκότως μελέτη θανάτου διατοῦτο εἴρηται τῷ Σωκράτει ἡ φιλοσοφία; Ὁ γὰρ μήτε τὴν ὄψιν παρατιθέμενος ἐν τῷ διανοεῖσθαι, μήτε τινὰ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων ἐφελκόμενος, ἀλλ' αὐτῷ καθαρῷ τῷ νῷ τοῖς πράγμασιν ἐντυγχάνων, τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν μέτεισιν. 3. Τοῦτο ἄρα βούλεται καὶ τῷ Πυθαγόρᾳ ἡ τῆς πενταετίας σιωπή, ἣν τοῖς γνωρίμοις παρεγγυᾷ, ὡς δὴ ἀποστραφέντες τῶν αἰσθητῶν, ψιλῷ τῷ νῷ τὸ Θεῖον ἐποπτεύοιεν.

Gnostici veri mens. — 6, 9, 71, 4. Οὐδὲ γὰρ ἐν δεινοῖς γί- 88
νεται, μηδὲν δεινὸν ἡγούμενος τῶν ἐν τῷ βίῳ, οὐδὲ ἀποστῆσαί τι καὶ τούτου αὐτὸν τῆς πρὸς Θεὸν ἀγάπης δύναται· οὐδὲ εὐθυμίας χρεία ἐστίν· οὔτε γὰρ εἰς λύπην ἐμπίπτει, πάντα καλῶς γίνεσθαι πεπεισμένος· οὐδὲ μὴν θυμοῦται· οὐδὲ γάρ ἐστιν ὅ τι συγκινήσει αὐτὸν πρὸς θυμόν, ἀγαπῶντα ἀεὶ τὸν Θεόν, καὶ πρὸς τούτῳ μόνῳ ὅλον τετραμμένον, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲν τῶν κτισμάτων τοῦ Θεοῦ μεμισηκότα. 5. Ἀλλ' οὐδὲ ζηλοῖ· οὐδὲ γὰρ ἐνδεῖ τι αὐτῷ πρὸς ἐξομοίωσιν τῷ καλῷ καὶ ἀγαθῷ εἶναι· οὐδὲ ἄρα φιλεῖ τινα τὴν κοινὴν ταύτην φιλίαν, ἀλλ' ἀγαπᾷ τὸν κτίστην

---

solus, ut qui sepulcrum in sanctum templum Domino consecraverit, veteri peccatis obnoxia anima ad Deum conversa. 138, 1. Is non est amplius continens, sed ad habitum pervenit impatibilitatis, ut divinam formam induat exspectans.

5, 11, 67, 1. Sacrificium autem Deo acceptum est corporis et 87
eius affectionum numquam paenitenda separatio; is est verus revera Dei cultus. 2. Annon autem propterea merito dicta est a Socrate philosophia mortis meditatio? Qui enim neque visum adducit in cogitando, neque aliquem trahit ex aliis sensibus, sed ipsa pura mente se rebus applicat, is veram persequitur philosophiam. 3. Hoc sibi vult etiam Pythagorae quinque annorum silentium, quod praecipit discipulis, ut scilicet, aversi a rebus sensibilibus, nuda mente Deum contemplarentur.

6, 9, 71, 4. Neque enim versatur in rebus gravibus et molestis, 88
cum ex iis quae sunt in vita, nihil grave molestumve existimet, neque potest eum aliquid huiusmodi abducere a Dei caritate; neque tranquillitate animi opus habet, neque enim in dolorem incidit animive angorem, cum persuasum habeat omnia recte fieri; neque irascitur, neque est enim quod eum ad iram moveat, cum semper Deum diligat, et ad hoc solum totus sit conversus, et ideo ex Dei creaturis nullam habet odio. 5. Sed neque aemulatur, nihil enim ei deest ad assimilationem, quo sit bonus et honestus. Sed neque amat aliquem communi hac amicitia, sed creatorem diligit per

---

87. CB 2, 370; MG 9, 101 B. 88. CB 2, 467; MG 9, 293 A.

διὰ τῶν κτισμάτων. 72, 1. Οὔτ' οὖν ἐπιθυμίᾳ καὶ ὀρέξει τινὶ περιπίπτει, οὔτε ἐνδεής ἐστι κατά γε τὴν ψυχὴν τῶν ἄλλων τινός, συνὼν ἤδη δι' ἀγάπης τῷ ἐραστῷ, ᾧ δὴ ᾠκείωται κατὰ τὴν αἵρεσιν, καὶ τῇ ἐξ ἀσκήσεως ἕξει, τούτῳ προσεχέστερον συνεγγίζων, μακάριος ὢν διὰ τὴν τῶν ἀγαθῶν περιουσίαν. Ὥστε ἕνεκά γε τούτων ἐξομοιοῦσθαι βιάζεται τῷ διδασκάλῳ εἰς ἀπάθειαν.

89 *Gnostici caritas.* — 6, 9, 73, 3. Ἀλλ' οὐκ ἴσασιν, ὡς ἔοικεν, οὗτοι τὸ θεῖον τῆς ἀγάπης· οὐ γάρ ἐστιν ἔτι ὄρεξις τοῦ ἀγαπῶντος ἡ ἀγάπη· στερκτικὴ δὲ οἰκείωσις, εἰς τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως ἀποκατεστηκυῖα τὸν γνωστικόν, χρόνου καὶ τόπου μὴ προσδεόμενον. 4. Ὁ δ' ἐν οἷς ἔσται δι' ἀγάπης ἤδη γενόμενος, τὴν ἐλπίδα προειληφὼς διὰ τῆς γνώσεως, οὐδὲ ὀρέγεταί τινος, ἔχων, ὡς οἷόν τε, αὐτὸ τὸ ὀρεκτόν. 5. Εἰκότως τοίνυν ἐν τῇ μιᾷ ἕξει μένει τῇ ἀμεταβόλῳ, γνωστικῶς ἀγαπῶν· οὐδ' ἄρα ζηλώσει ἐξομοιοθῆναι τοῖς καλοῖς εἶναι δι' ἀγάπης ἔχων τοῦ κάλλους. 6. Θάρσους τε καὶ ἐπιθυμίας τίς ἔτι τούτῳ χρεία, τὴν ἐκ τῆς ἀγάπης οἰκείωσιν πρὸς τὸν ἀπαθῆ Θεὸν ἀπειληφότι, καὶ διὰ τῆς ἀγάπης ἑαυτὸν εἰς τοὺς φίλους ἐγγεγραφότι; 74, 1. Ἐξαιρετέον ἄρα τὸν γνωστικὸν ἡμῖν καὶ τέλειον ἀπὸ παντὸς ψυχικοῦ πάθους· ἡ μὲν γὰρ γνῶσις συνάσκησιν, ἡ συνάσκησις δὲ ἕξιν ἢ διάθεσιν· ἡ κατάστασις δὲ ἡ τοιάδε ἀπάθειαν

---

creaturas. 72, 1. Neque ergo in cupiditatem aliquam incidit aut appetitionem, neque quoad animam alterius cuiusvis rei indiget, cum iam per caritatem versetur cum dilecto, cui quidem iam est familiariter coniunctus per electionem, et per habitum qui procedit ab exercitatione, ei appropinquat continentius, et est beatus propter bonorum abundantiam. Quamobrem his de causis maxima vi contendit in hoc assimilari Domino ipsi, ut nullas admittat passiones.

89 6, 9, 73, 3. Sed hi, ut videtur, nesciunt divinitatem caritatis; non est enim utique caritas eius qui diligit appetitio, sed est benevola coniunctio, in unitatem fidei restituens eum qui est gnosticus, loco et tempore minime indigentem. 4. Qui autem per caritatem iam versatur in iis in quibus est futurus, ut qui spem perceperit per cognitionem, nihil expetit, ut qui, quoad fieri potest, habeat quod est expetendum. 5. Merito ergo manet in uno immutabili habitu, diligens gnostice. Neque ergo vehementi ardebit studio, ut assimiletur pulchris, cum habeat per caritatem ipsam pulchritudinem. 6. Audacia autem et cupiditate quid ei adhuc est opus, qui cum Deo nullis passionibus obnoxio coniunctionem acceperit per caritatem, et per eam se in eius amicorum numerum adscripserit? 74, 1. Is ergo qui gnosticus et perfectus, eximendus est a quavis animae affectione ac perturbatione; cognitio enim efficit exercitationem, exercitatio autem habitum vel dispositionem; eiusmodi autem constitutio efficit, ut quis sit passionibus immunis, non solum

---

89. CB 2, 468; MG 9, 293 C.

ἐργάζεται, οὐ μετριοπάθειαν· ἀπάθειαν δὲ καρποῦται παντελὴς τῆς ἐπιθυμίας ἐκκοπή. 2. Ἀλλ' οὐδὲ ἐκείνων τῶν θρυλλουμένων ἀγαθῶν, τουτέστι τῶν παρακειμένων τοῖς πάθεσιν παθητικῶν ἀγαθῶν, μεταλαμβάνει ὁ γνωστικός· οἷον εὐφροσύνης λέγω (ἥτις παράκειται τῇ ἡδονῇ) καὶ κατηφείας (αὕτη γὰρ τῇ λύπῃ παρέζευκται) καὶ εὐλαβείας (ὑπέσταλκε γὰρ τῷ φόβῳ), ἀλλ' οὐδὲ θυμοῦ (παρὰ τὴν ὀργὴν οὗτος τέτακται), 75, 1. κἂν λέγωσί τινες μηκέτ' εἶναι ταῦτα κακά, ἀλλ' ἤδη ἀγαθά· ἀδύνατον γάρ, τὸν ἅπαξ τελειωθέντα δι' ἀγάπης, καὶ τὴν ἀπλήρωτον τῆς θεωρίας εὐφροσύνην ἀϊδίως καὶ ἀκορέστως ἑστιώμενον, ἐπὶ τοῖς μικροῖς καὶ χαμαιζήλοις ἔτι τέρπεσθαι; 2. Τίς γὰρ ὑπολείπεται ἔτι τούτῳ εὔλογος αἰτία ἐπὶ τὰ κοσμικὰ παλινδρομεῖν ἀγαθά, τῷ «τὸ ἀπρόσιτον» [1 Tim 6, 16] ἀπειληφότι φῶς; Κἂν μηδέπω κατὰ τὸν χρόνον καὶ τὸν τόπον, ἀλλ' ἐκείνῃ γε τῇ γνωστικῇ ἀγάπῃ, δι' ἣν καὶ ἡ κληρονομία καὶ ἡ παντελὴς ἕπεται ἀποκατάστασις, βεβαιοῦντος δι' ἔργων τοῦ μισθαποδότου, ὃ διὰ τοῦ ἑλέσθαι γνωστικῶς, διὰ τῆς ἀγάπης φθάσας προείληφεν ὁ γνωστικός; 3. Ἦ γὰρ οὐχὶ ἀποδημῶν πρὸς τὸν Κύριον δι' ἀγάπην τὴν πρὸς αὐτόν, κἂν τὸ σκῆνος αὐτοῦ ἐπὶ γῆς θεωρῆται, ἑαυτὸν μὲν οὐκ ἐξάγει τοῦ βίου (οὐ γὰρ ἐπιτέτραπται αὐτῷ)· ἐξήγαγε δὲ τὴν ψυχὴν τῶν παθῶν (συγκεχώρηται γὰρ αὐτῷ)· ζῇ τε αὖ νεκρώσας τὰς ἐπιθυμίας, καὶ οὐκέτι συγχρῆται τῷ σώματι· μόνον δὲ αὐτῷ ἐπιτρέπει χρῆσθαι τοῖς ἀναγκαίοις, ἵνα μὴ τὴν αἰτίαν τῆς διαλύσεως παράσχῃ;

---

ut iis modum imponat; immunitatem autem a passionibus acquirit perfecta amputatio cupiditatis. 2. Sed nec eorum quae vulgo iactantur bonorum, hoc est patibulum bonorum quae propinqua sunt passionibus, est particeps gnosticus: ut, exempli causa, laetitiae (quae adiuncta est voluptati), et maestitiae (ipsa enim adiuncta est dolori), et cautionis (subicitur enim metui), sed nec excandescentiae (collocata est enim prope iram), 75, 1. etiamsi quidam dicant, ea iam non esse amplius mala, sed bona; fieri enim non potest, ut qui iam semel est consummatus per caritatem, et inexplebilem contemplationis delectationem aeterne et insatiabiliter percipit eaque fruitur, parvis et humilibus quibusdam et abiectis delectetur? 2. Quae enim iusta ei amplius restat causa, cur ad bona mundana revertatur, qui eam acceperit *lucem ad quam non patet aditus?* Etsi nondum tempore et loco, at illa quidem certe gnostica caritate, propter quam sequitur hereditas perfectaque restitutio, dum is qui mercedem solvit, id per opera praestat, quod electione gnostica, per caritatem prius accepit gnosticus? 3. Annon enim peregrinans apud Dominum per suam in eum caritatem, etiamsi in terra cernatur eius tabernaculum, seipsum quidem a vita non educit (non est enim ei permissum), sed animam abducit a passionibus (est enim hoc ei concessum), vivit etiam cupiditatibus suis morte affectis, et corpore non amplius utitur, sed solum ei permittit uti necessariis, ne ei praebeat causam dissolutionis?

90 *Vita militia.* — 7, 3, 20, 3. Οὗτός ἐστιν οὗτος ὁ ἀθλητὴς ἀληθῶς, ὁ ἐν τῷ μεγάλῳ σταδίῳ τῷ καλῷ κόσμῳ τὴν ἀληθινὴν νίκην κατὰ πάντων στεφανούμενος τῶν παθῶν. 4. Ὅ τε γὰρ ἀγωνοθέτης ὁ παντοκράτωρ Θεός· ὅ τε βραβευτὴς ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ· θεαταὶ δὲ ἄγγελοι καὶ θεοί· καὶ τὸ παγκράτιον τὸ πάμμαχον «οὐ πρὸς αἷμα καὶ σάρκα» [Eph 6, 12], ἀλλὰ τὰς διὰ σαρκῶν ἐνεργούσας πνευματικὰς ἐξουσίας ἐμπαθῶν παθῶν. 5. Τούτων περιγινόμενος τῶν μεγάλων ἀνταγωνισμάτων, καὶ οἷον ἄθλους τινὰς τοῦ πειράζοντος ἐπαρτῶντος καταγωνισάμενος, ἐκράτησε τῆς ἀθανασίας.

91 *Oratio gnostici.* — 7, 7, 35, 1. Σέβειν δὲ δεῖν ἐγκελευόμεθα καὶ τιμᾶν τὸν αὐτόν, καὶ Λόγον Σωτῆρά τε αὐτὸν καὶ ἡγεμόνα εἶναι πεισθέντες, καὶ δι' αὐτοῦ τὸν Πατέρα, οὐκ ἐν ἐξαιρέτοις ἡμέραις, ὥσπερ ἄλλοι τινές, ἀλλὰ συνεχῶς τὸν ὅλον βίον τοῦτο πράττοντες, καὶ κατὰ πάντα τρόπον. 2. Ἀμέλει τὸ γένος τὸ ἐκλεκτόν· «Ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ᾔνεσά σοι» [Ps 118, 164], φησί, κατ' ἐντολὴν δικαιούμενον. 3. Ὅθεν οὔτε ὡρισμένον τόπον, οὐδὲ ἐξαίρετον ἱερόν, οὐδὲ μὴν ἑορτάς τινας καὶ ἡμέρας ἀποτεταγμένας, ἀλλὰ τὸν πάντα βίον ὁ γνωστικὸς ἐν παντὶ τόπῳ, κἂν καθ' ἑαυτὸν μόνος ὢν τυγχάνῃ, καὶ ὅπου τινὰς ἂν τῶν ὁμοίως πεπιστευκότων ἔχῃ, τιμᾷ τὸν Θεόν, τουτέστιν χάριν ὁμολογεῖ τῆς γνώσεως τῆς πολιτείας.

92 7, 7, 43, 4. Ὅθεν τὰς πολυφώνους γλώσσας οὐκ ἀναμένει ὁ Θεός, καθάπερ οἱ παρὰ ἀνθρώπων ἑρμηνεῖς, ἀλλ' ἁπαξαπλῶς

---

90 7, 3, 20, 3. Hic est verus athleta, qui in magno stadio, nempe pulchro hoc mundo, coronatur, veram assecutus victoriam adversus omnes animi perturbationes. 4. Nam et agonotheta est omnipotens Deus, et qui praemia distribuit est unigenitus Dei Filius; spectatores autem sunt angeli et dii; variumque et ex omni genere pugnae constans certamen *non est adversus carnem et sanguinem*, sed adversus spiritales potestates, quae per carnes operantur vehementes vitiorum et affectionum motus. 5. Qui haec magna superaverit proelia, et tentatorem, qui veluti quaedam certamina intentat, prostraverit, is potitus est immortalitate.

91 7, 7, 35, 1. Iubemur autem colere et honorare eumdem, quem et Verbum esse et Servatorem atque ducem habemus persuasum, et per ipsum Patrem, non selectis diebus, ut aliqui alii, sed continenter per totam vitam hoc agentes, et modis omnibus. 2. Certe genus electum, per praeceptum iustificatum: *Septies,* inquit, *laudem dixi tibi.* 3. Unde nec in definito loco, neque in templo selecto, neque diebus aliquibus festis et praestitutis, sed per totam vitam is qui est gnosticus, in omni loco, etiamsi per se sit solus, etsi secum habuerit alios qui eamdem fidem amplexi sunt, Deum honorat, hoc est, agit gratias propter rectae vitae cognitionem.

92 7, 7, 43, 4. Unde loquaces Deus linguas non exspectat, ut hominum interpretes, sed cognoscit omnium, ut semel dicam, mentes; et

---

90. CB 3 (ed. Stählin, 1909), 14; MG 9, 424 C.
91. CB 3, 27; MG 9, 449 B. 92. CB 3, 32; MG 9, 460 C.

ἁπάντων γνωρίζει τὰς νοήσεις· καὶ ὅπερ ἡμῖν ἡ φωνὴ σημαίνει, τοῦτο τῷ Θεῷ ἡ ἔννοια ἡμῶν λαλεῖ, ἣν καὶ πρὸ τῆς δημιουργίας εἰς νόησιν ἥξουσαν ἠπίστατο. 5. Ἔξεστιν οὖν μηδὲ φωνῇ τὴν εὐχὴν παραπέμπειν, συντείνοντα, μόνον δ' ἔνδοθεν τὸ πνευματικὸν πᾶν εἰς φωνὴν τὴν νοητήν, κατὰ τὴν ἀπερίσπαστον πρὸς τὸν Θεὸν ἐπιστροφήν.

Perfectio. — 7, 10, 55, 1. Ἔστιν γάρ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἡ 93
γνῶσις τελείωσίς τις ἀνθρώπου, ὡς ἀνθρώπου, διὰ τῆς τῶν θείων ἐπιστήμης συμπληρουμένη, κατά τε τὸν τρόπον καὶ τὸν βίον καὶ τὸν λόγον σύμφωνος καὶ ὁμόλογος ἑαυτῇ τε καὶ τῷ θείῳ Λόγῳ. 2. Διὰ ταύτης γὰρ τελειοῦται ἡ πίστις, ὡς τελείου τοῦ πιστοῦ ταύτῃ μόνως γινομένου.

Fortitudo in adversis. — 7, 11, 61, 5. Ἀκολούθως ἄρα, κἂν 94
νόσος ἐπίῃ καί τι τῶν περιστατικῶν τῷ γνωστικῷ, καὶ δὴ μάλιστα ὁ φοβερώτατος θάνατος, ἄτρεπτος μένει κατὰ τὴν ψυχήν, πάντα εἰδὼς τὰ τοιαῦτα κτίσεως ἀνάγκην εἶναι, ἀλλὰ καὶ οὕτως δυνάμει τοῦ Θεοῦ φάρμακον γίνεσθαι σωτηρίας, διὰ παιδείας τοὺς ἀπηνέστερον μεταρρυθμιζομένους εὐεργετοῦντα, πρὸς τῆς ἀγαθῆς ὄντως κατ' ἀξίαν μεριζόμενα προνοίας. 62, 1. Χρώμενος τοίνυν τοῖς κτιστοῖς, ὁπόταν αἱρῇ Λόγος, εἰς ὅσον αἱρεῖ, κατὰ τὴν ἐπὶ τὸν κτίσαντα εὐχαριστίαν, καὶ τῆς ἀπολαύσεως κύριος καθίσταται. 2. Οὐ μνησικακεῖ ποτε, οὐ χαλεπαίνει οὐδενί, κἂν μίσους ἄξιος τυγχάνῃ ἐφ' οἷς διαπράττεται.... 63, 2. Ταύτῃ ἄρα τοὺς πόνους καὶ τὰς βασάνους

---

quod nobis vox significat, hoc Deo nostra loquitur cogitatio, quam etiam ante creationem sciebat esse venturam in mentem. 5. Licet ergo etiam absque voce emittere orationem, modo quis quidquid est intrinsecus spiritale, intendat in vocem quae mente percipitur, per indivulsam ad Deum conversionem.

7, 10, 55, 1. Est enim, ut ita dicam, cognitio, quaedam hominis, 93
tamquam hominis, perfectio, quae completur per rerum divinarum scientiam, et moribus, et vita, et sermone congruens, et consentiens sibi et Logo divino. 2. Per hanc enim fides perficitur, utpote cum per eam solummodo fidelis efficiatur perfectus.

7, 11, 61, 5. His consequenter, si vel morbus vel casus aliquis, 94
gnosticum invaserit, atque adeo mors, quae est omnium maxime terribilis, manet animo interritus, sciens quaecumque sunt huiusmodi esse naturae necessitatem, sed sic quoque Dei virtute ea effici medicamentum salutis, ut quae per disciplinam eos beneficio afficiant qui difficilius transformantur, ut vere bona pro meritis dispertiantur providentia. 62, 1. Utens igitur rebus creatis, quando et quantum eligit Verbum, eique qui creavit agens gratias, usus earum fit dominus. 2. Numquam acceptae est memor iniuriae, nemini fit infensus, etiamsi sit odio dignus propter ea quae facit.... 63, 2. Hac ergo ratione labores et tormenta et afflictiones sustinet,

---

93. CB 3, 40; MG 9, 477 C. 94. CB 3, 44; MG 9, 485 C.

καὶ τὰς θλίψεις, οὐχ ὡς παρὰ τοῖς φιλοσόφοις οἱ ἀνδρεῖοι, ἐλπίδι τοῦ παύσασθαι μὲν τὰ ἐνεστῶτα ἀλγεινά, αὖθις δὲ τῶν ἡδέων μετασχεῖν, ὑπομένει· ἀλλ' ἡ γνῶσις αὐτῷ πεῖσμα βεβαιότατον ἐνεγέννησε τῆς τῶν μελλόντων ἐλπίδων ἀπολήψεως. Διόπερ οὐ μόνον τῶν ἐνταῦθα κολάσεων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἡδέων ἁπάντων καταφρονεῖ.

«Quis dives salvetur?»

95 *Usus divitiarum.* — C. 11, n. 2. «Πώλησον τὰ ὑπάρχοντά σου» [Mt 19, 21]. Τί δὲ τοῦτό ἐστιν; Οὐχ ὃ προχείρως δέχονταί τινες, τὴν ὑπάρχουσαν οὐσίαν ἀποῤῥίψαι προστάσσει καὶ ἀποστῆναι τῶν χρημάτων· ἀλλὰ τὰ δόγματα περὶ χρημάτων ἐξορίσαι τῆς ψυχῆς, τὴν πρὸς αὐτὰ συμπάθειαν, τὴν ὑπεράγαν ἐπιθυμίαν, τὴν περὶ αὐτὰ πτοίαν καὶ νόσον, τὰς μερίμνας, τὰς ἀκάνθας τοῦ βίου, αἳ τὸ σπέρμα τῆς ζωῆς συμπνίγουσιν.... 4. Οὔτε καινὸν τὸ ἀπείπασθαι πλοῦτον καὶ χαρίσασθαι πτωχοῖς ἢ πατρίσιν, ὃ πολλοὶ πρὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος καθόδου πεποιήκασιν, οἱ μὲν τῆς εἰς λόγους σχολῆς καὶ νεκρᾶς σοφίας ἕνεκεν, οἱ δὲ φήμης κενῆς καὶ κενοδοξίας, Ἀναξαγόραι καὶ Δημόκριτοι καὶ Κράτητες. 12, 1. Τί οὖν ὡς καινὸν καὶ ἴδιον Θεοῦ παραγγέλλει καὶ μόνον ζωοποιοῦν, ὃ τοὺς προτέρους οὐκ ἔσωσε; Εἰ δὲ ἐξαίρετόν τι ἡ καινὴ κτίσις, ὁ Υἱὸς Θεοῦ μηνύει καὶ διδάσκει, οὐ τὸ φαινόμενον, ὅπερ ἄλλοι πεποιήκασι, παρεγγυᾷ, ἀλλ' ἕτερόν τι διὰ τούτου σημαινόμενον μεῖζον καὶ θειότερον καὶ τελεώτερον, τὸ

---

non ut qui sunt fortes apud philosophos propter spem quod praesentes quidem sunt cessaturi dolores, sint autem rursus iucundorum futuri participes; sed cognitio ei persuasionem ingeneravit firmissimam, se esse recepturum quae sperat futura. Quocirca non solum quae hic sunt supplicia, sed etiam iucunda contemnit omnia.

95 11, 2. *Vende quae habes.* Quid vero hoc sibi vult? Haud sane, quod quidam obvio statim sensu accipiunt, facultates proici iubet et pecunias a se amovere; sed quae de divitiis vana iudicia sunt animo exterminare, erga eas effrenem libidinem ac avaritiae labem, sollicitudines saeculi, spinas, quae suffocant vitae semen.... 4. Nec nova res abdicare divitias et in pauperes atque egenos elargiri, quod et multi ante Salvatoris adventum praestiterunt, qua ut litterarum studiis mortuaeque sapientiae vacarent, qua ut inani iactantia nominis claritatem ac gloriolae curam captarent, Anaxagorae, Democriti, Cratetes. 12, 1. Quid igitur ut novum Deique proprium iubet, ac solum eiusmodi, ut vivificare queat, quod antiquis salutem non attulit? Si vero eximium quid ac singulare nova creatura, Dei Filius praecipit ac docet, non hoc mandat, quod in aspectum cadit, quod alii fecere, sed aliud quid maius diviniusque et perfectius,

---

95. CB 3, 166; MG 9, 616 A.

τὴν ψυχὴν αὐτὴν καὶ τὴν διάθεσιν γυμνῶσαι τῶν ὑπόντων παθῶν καὶ πρόῤῥιζα τὰ ἀλλότρια τῆς γνώμης ἐκτεμεῖν καὶ ἐκβαλεῖν.

14, 1. Οὐκ ἄρα ἀποῤῥιπτέον τὰ καὶ τοὺς πέλας ὠφελοῦντα 96
χρήματα· κτήματα γάρ ἐστι κτητὰ ὄντα, καὶ χρήματα χρήσιμα ὄντα καὶ εἰς χρῆσιν ἀνθρώπων ὑπὸ τοῦ Θεοῦ παρεσκευασμένα· ἃ δὴ παράκειται καὶ ὑποβέβληται καθάπερ ὕλη τις καὶ ὄργανα πρὸς χρῆσιν ἀγαθὴν τοῖς εἰδόσι. 2. Τὸ ὄργανον, ἐὰν χρῇ τεχνικῶς, τεχνικόν ἐστιν· ἐὰν ὑστερῇς τῆς τέχνης, ἀπολαύει τῆς σῆς ἀμουσίας, ὂν ἀναίτιον. 3. Τοιοῦτον καὶ ὁ πλοῦτος ὄργανόν ἐστι. Δύνασαι χρῆσθαι δικαίως αὐτῷ; Πρὸς δικαιοσύνην καθυπηρετεῖ. Ἀδίκως τις αὐτῷ χρῆται; Πάλιν ὑπηρέτης ἀδικίας εὑρίσκεται. Πέφυκε γὰρ ὑπηρετεῖν, ἀλλ' οὐκ ἄρχειν. 4. Οὐ χρὴ τοίνυν τὸ ἐξ αὑτοῦ μὴ ἔχον μήτε τὸ ἀγαθὸν μήτε τὸ κακόν, ἀναίτιον ὄν, αἰτιᾶσθαι· ἀλλὰ τὸ δυνάμενον καὶ καλῶς τούτοις χρῆσθαι καὶ κακῶς, ἀφ' ὧν ἂν ἕληται καθ' αὑτό· τοῦτο δέ ἐστι νοῦς ἀνθρώπου καὶ κριτήριον, ἐλεύθερον ἔχων ἐν ἑαυτῷ καὶ τὸ αὐτεξούσιον τῆς μεταχειρίσεως τῶν δοθέντων. 5. Ὥστε μὴ τὰ κτήματά τις ἀφανιζέτω μᾶλλον ἢ τὰ πάθη τῆς ψυχῆς, τὰ μὴ συγχωροῦντα τὴν ἀμείνω χρῆσιν τῶν ὑπαρχόντων· ἵνα καλὸς καὶ ἀγαθὸς γενόμενος, καὶ τούτοις τοῖς κτήμασι χρῆσθαι δυνηθῇ καλῶς. 6. Τὸ οὖν ἀποτάξασθαι πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσι καὶ πω-

---

quod illo significatur: ut animum scilicet affectumque vitiis nudemus ac quae aliena sunt radicitus ex eo exscindamus et eiciamus.

14, 1. Non ergo abiciendae sunt opes, quae et in proximi cedant 96
utilitatem; etenim possessiones dicuntur, quia earum ea indoles est, ut possideantur; insuper opes appellantur, quia opem ferunt et humanis usibus sunt a Deo accommodatae. Porro divitiae ac opes praesto sunt subiacentque velut materia quaedam et instrumentum, boni usus praestandi causa, his qui vim instrumenti sciant. 2. Si ex artis rationibus utaris, artificiale est; si arte careas, imperitiae tuae labem contrahit, cum sit ipsum ab omni immune culpa. 3. Tales divitiae quoque sunt; instrumentum sunt. Potes illis uti, iustitia comite? ad iustitiam ministrae sunt. Utitur quis illis, ea non comite? ministrae rursus fiunt iniustitiae. Divitiis enim ex indole est, ut inserviant, non ut praesint aut imperent. 4. Cum igitur opes ex se neque bonum neque malum habeant, atque omni vacent crimine, haud ipsae vituperandae sunt; sed quod suo arbitratu, et a se illis bene aut male uti potest, mens scilicet humana ac iudicii facultas, cui liberum sit, qua ratione uti velit illis ad usum concessis. 5. Nemo igitur divitias et opes, et non magis affectus ac perturbationes destruat, per quas non liceat uti facultatibus in bonum virtutis; quo nimirum bonus quis ac probus effectus, his quoque divitiis ac pecuniis probe exque honesti ratione uti possit. 6. Quod igitur cunctis opibus renuntiare iubemur, et ut quae in censu sunt,

---

96. CB 3, 168; MG 9, 617 C.

λῆσαι πάντα τὰ ὑπάρχοντα, τοῦτον τὸν τρόπον ἐκδεκτέον, ὡς ἐπὶ τῶν ψυχικῶν παθῶν διειρημένον.

97 *Eleemosynae praestantia.*— 34, 2. Ἀλλὰ σύ γε μὴ ἐξαπατηθῆς, ὁ γεγευμένος ἀληθείας, καὶ κατηξιωμένος τῆς μεγάλης λυτρώσεως· ἀλλὰ τὸ ἐναντίον τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις σεαυτῷ κατάλεξον στρατὸν ἄοπλον, ἀπόλεμον, ἀναίμακτον, ἀόργητον, ἀμίαντον, γέροντας θεοσεβεῖς, ὀρφανοὺς θεοφιλεῖς, χήρας πραότητι ὡπλισμένας, ἄνδρας ἀγάπῃ κεκοσμημένους. 3. Τοιούτους κτῆσαι τῷ σῷ πλούτῳ καὶ τῷ σώματι καὶ τῇ ψυχῇ δορυφόρους, ὧν στρατηγεῖ Θεός, δι' οὓς καὶ ναῦς βαπτιζομένη κουφίζεται, μόναις ἁγίων εὐχαῖς κυβερνωμένη, καὶ νόσος ἀκμάζουσα δαμάζεται, χειρῶν ἐπιβολαῖς διωκομένη, καὶ προσβολὴ λῃστῶν ἀφοπλίζεται, εὐχαῖς εὐσεβέσι σκυλευομένη, καὶ δαιμόνων βία θραύεται, προστάγμασι συντόνοις ἐλεγχομένη. 35, 1. Ἐνεργοὶ οὗτοι πάντες οἱ στρατιῶται καὶ φύλακες βέβαιοι. Οὐδεὶς ἀργός, οὐδεὶς ἀχρεῖος. Ὁ μὲν ἐξαιτήσασθαί σε δύναται παρὰ Θεοῦ, ὁ δὲ παραμυθήσασθαι κάμνοντα, ὁ δὲ δακρῦσαι καὶ στενάξαι συμπαθῶς ὑπὲρ σοῦ πρὸς τὸν Κύριον τῶν ὅλων, ὁ δὲ διδάξαι τι τῶν πρὸς τὴν σωτηρίαν χρησίμων, ὁ δὲ νουθετῆσαι μετὰ παρρησίας, ὁ δὲ συμβουλεῦσαι μετ' εὐνοίας· πάντες δὲ φιλεῖν ἀληθῶς, ἀδόλως, ἀφόβως, ἀνυποκρίτως, ἀκολακεύτως, ἀπλάστως.

---

omnia vendamus, in hunc modum intellegendum est, ut de affectibus animi ac perturbationibus dictum accipiatur.

97 34, 2. Tu vero cave ne decipiaris, qui veritatis gustum feceris, magnaeque redemptionis pretio dignus habitus sis; sed contra quam faciunt reliqui homines, coge tibi exercitum inermem, ad bella ineptum, fundendi sanguinis nescium, ira vacuum, incontaminatum; senes pietate praestantes, pupillos religiosis moribus, viduas mansuetudine instructas, viros caritate ornatos. 3. Tales divitiis tuis corporique et animo tibi para satellites, quorum Deus imperator exsistat; per quos ipsa prope mergenda navis emergat, quam solae levent sanctorum preces; vigensque morbus edometur, quem fugent crebro iniectae manus; ac latronum insultus inermis fiat, piis precibus despoliantibus; visque postremo daemonum frangatur, contenta mandatorum opera ac tenore iners comprobata. 35, 1. Hi omnes milites ac custodes strenui. Nemo otiosus, nemo inutilis. Hic quidem a Deo te tuamque salutem efflagitare potest, ille vero laborantem solari; alius lacrimas et gemitus miserante affectu in tui gratiam ad universorum Dominum fundere, alius quidpiam eorum, quae ad salutem conducunt, docere; alter libere admonere ac corripere, alter benevole consilium dare, omnes denique vere, sine dolo, nullo timore, nulla simulatione aut adulatione, nihilque ficte amare.

---

97. CB 3, 182; MG 9, 640 C.

ORIGENES, 185/6—254/5.

Περὶ ἀρχῶν, ca 230.

Initia tentationum in nobis. — L. 3, c. 2, n. 2. Initia quidem 98
et velut quaedam semina peccatorum ab his rebus, quae in usu naturaliter habentur, accipimus; cum vero indulserimus ultra quam satis est, et non restiterimus adversum primos intemperantiae motus, tunc primi huius delicti accipiens locum virtus inimica instigat et perurget omni modo studens profusius dilatare peccata, nobis quidem hominibus occasiones et initia praebentibus peccatorum, inimicis autem potestatibus latius ea et longius et, si fieri potest, absque ullo fine propagantibus. Ita denique in avaritiam lapsus efficitur, cum primo homines parum quid pecuniae desiderant, deinde augescente vitio cupiditas increscit. Post haec iam etiam cum caecitas menti ex passione successerit, inimicis virtutibus suggerentibus ac perurgentibus, pecunia iam non desideratur, sed rapitur et vi aut etiam sanguinis humani profusione conquiritur. Ad certiorem denique rei fidem, quod immensitates istae vitiorum a daemonibus veniant, contemplari et ex eo facile potest, quod nihil minus his, qui corporaliter a daemonibus vexantur, etiam illi patiuntur, qui vel immoderatis amoribus, vel irae intemperantia, vel nimietate tristitiae perurgentur.

Quattuor fontes cogitationum. — 3, 2, 4. Cogitationes, quae 99
de corde nostro procedunt (vel memoria quorumcumque gestorum, vel quarumlibet rerum causarumque contemplatio), invenimus quod aliquoties ex nobis ipsis procedant, aliquoties a contrariis virtutibus concitentur, interdum etiam a Deo vel a sanctis angelis immittantur. Verum haec ita esse fabulosum fortasse videbitur, nisi Scripturae divinae testimoniis fuerit comprobatum. Quod ergo cogitatio oriatur ex nobis, David testatur in psalmis dicens: *Quia cogitatio hominis confitebitur tibi, et reliquiae cogitationum diem festum agent tibi* [Ps 75, 11]. Quod autem et a contrariis virtutibus fieri soleat, Salomon in Ecclesiaste testatur hoc modo: *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne relinquas, quoniam sanitas compescit peccata multa* [Eccle 10, 4]. Et Paulus apostolus de his iisdem testimonium dabit dicens: *Cogitationes destruentes et omnem elationem, quae se extollit adversum scientiam Christi* [2 Cor 10, 4 sq]. Ex Deo autem quod fiat, David nihilominus testatur in psalmis hoc modo: *Beatus vir, cuius est susceptio eius apud te, Domine, ascensus in corde eius* [Ps 84, 5]. Et apostolus dicit, quoniam *Deus dedit in corde Titi* [2 Cor 8, 16]. Quod

---

98. CB 5 (ed. Koetschau, 1913), 247; MG 11, 306 B.
99. CB 5, 250; MG 11, 308 C.

vero etiam per angelos vel bonos vel malos aliqua humanis cordibus suggerantur, designat vel Tobiam angelus comitatus vel prophetae sermo dicentis: *Et respondit angelus, qui loquebatur in me* [Zach 1, 14]; sed et Pastoris liber haec eadem declarat docens, quod bini angeli singulos quosque hominum comitentur, et si quando bonae cogitationes cor nostrum ascenderint, a bono angelo suggeri dicit, si quando vero contrariae, mali angeli dicit esse instinctum. Eadem quoque etiam Barnabas in epistula sua declarat, cum duas vias esse dicit, unam lucis, alteram tenebrarum, quibus etiam praeesse certos quosque angelos dicit: viae quidem lucis angelos Dei, tenebrarum autem viae angelos satanae. Nihil tamen aliud putandum est accidere nobis ex his, quae cordi nostro suggeruntur, bonis vel malis, nisi commotionem solam et incitamentum provocans nos vel ad bona vel ad mala. Possibile autem nobis est, cum maligna virtus provocare nos coeperit ad malum, abicere a nobis pravas suggestiones et resistere persuasionibus pessimis et nihil prorsus culpabiliter gerere; et rursum possibile est ut, cum nos divina virtus ad meliora provocaverit, non sequamur, liberi arbitrii potestate nobis in utroque servata.

100 *Quomodo fiunt homines participes Dei.* — 3, 3, 3. Sanctae et immaculatae animae, cum se omni affectu omnique puritate voverint Deo et alienas se ab omni daemonum contagione servaverint et per multam abstinentiam purificaverint se et piis ac religiosis imbutae fuerint disciplinis, participium per hoc divinitatis assumunt et prophetiae ceterorumque divinorum donorum gratiam promerentur.

101 *Actio spirituum.* — 3, 3, 4. Humana anima, dum in hoc corpore est, recipere potest diversas energias, id est inoperationes spirituum diversorum malorum ac bonorum; et malorum quidem duplici specie, id est vel tunc, cum penitus ex integro eorum possederint mentem, ita ut nihil omnino eos, quos obsederint, intellegere vel sentire permittant, sicut exemplo sunt hi, quos vulgo energumenos vocant, quos amentes et insanos videmus, quales et illi erant, qui in evangelio a Salvatore curati esse referuntur, vel cum sentientem quidem et intellegentem animum cogitationibus variis et sinistris persuasionibus inimica suggestione depravant, ut exemplo est Iudas ad proditionis facinus diaboli immissione provocatus, sicut Scriptura declarat dicens: *Cum autem iam immisisset diabolus in cor Iudae Scariothis ut traderet eum* [Io 13, 2]. Boni vero spiritus recipit quis energiam aut inoperationem, cum movetur aut provocatur ad bona et inspiratur ad caelestia vel divina, sicut sancti angeli et ipse Deus inoperatus est in

100. CB 5, 259; MG 11, 316 C. 101. CB 5, 260; MG 11, 317 B.

prophetis, suggestionibus sanctis ad meliora provocans et cohortans, ita sane ut maneret in arbitrio hominis ac iudicio, si sequi velit aut nolit ad caelestia et divina provocantem. Unde et ex hoc manifesta discretione dignoscitur, quando anima melioris spiritus praesentia moveatur, si nullam prorsus ex imminenti aspiratione obturbationem vel alienationem mentis incurrat nec perdat arbitrii sui iudicium liberum; sicut exemplo sunt omnes vel prophetae vel apostoli, qui divinis responsis sine ulla mentis obturbatione ministrabant.

Perfectio. — 3, 6, 1. Igitur summum bonum, ad quod na- 102
tura rationabilis universa festinat, qui etiam finis omnium dicitur, a quamplurimis etiam philosophorum hoc modo terminatur, quia summum bonum sit, prout possibile est, similem fieri Deo. Sed hoc non tam ipsorum inventum, quam ex divinis libris ab iis assumptum puto. Hoc namque indicat Moyses ante omnes, cum primam condicionem hominis enarrat dicens: *Et dixit Deus: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* [Gn 1, 26]. Tum deinde addit: *Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit illum, masculum et feminam fecit eos, et benedixit eos* [Gn 1, 27]. Hoc ergo quod dixit, *ad imaginem Dei fecit eum,* et de similitudine siluit, non aliud indicat nisi quod imaginis quidem dignitatem in prima condicione percepit, similitudinis vero ei perfectio in consummatione servata est: scilicet ut ipse sibi eam propriae industriae studiis ex Dei imitatione consisceret, quo possibilitate sibi perfectionis in initiis data per imaginis dignitatem, in fine demum per operum expletionem perfectam sibi ipse similitudinem consummaret.

De oratione, post 231.

Orationis qualitates. — C. 2, n. 1. Ἀναγκαῖον δὲ οὐ τὸ 103
προσεύχεσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ προσεύχεσθαι καθὸ δεῖ, καὶ προσεύχεσθαι ὃ δεῖ. Ἵνα γὰρ καὶ ὃ δεῖ προσεύχεσθαι δυνηθῶμεν καταλαβεῖν, ἐλλιπές ἐστι τοῦτο, ἐὰν μὴ καὶ τὸ καθὸ δεῖ προσλάβωμεν. Τί δὲ ἡμῖν ὄφελος τοῦ καθὸ δεῖ, μὴ εἰδῶσιν εὔχεσθαι ὃ δεῖ; 2. Τὸ μὲν οὖν ἕτερον τούτων, λέγω δὴ τὸ ὃ δεῖ, οἱ λόγοι εἰσὶ τῆς εὐχῆς· τὸ δὲ καθὸ δεῖ, ἡ κατάστασις τοῦ εὐχομένου.

2, 1. Necesse est autem non orare solum, sed et orare sicut 103
oportet, et orare quod oportet. Nam etsi quid oporteat orare comprehendere potuerimus, mancum id erit, nisi illud «sicut oportet» adiunxerimus. Quid vero nobis proderit sicut oportet orare ignorantibus quid orare oporteat? 2. Horum alterum, nempe orare quod oportet, ipse est orationis sermo; alterum, orare sicut oportet, status

102. CB 5, 280; MG 11, 333 B.
103. CB 2 (ed. Koetschau, 1899), 299; MG 11, 417 B.

Οἷον ὡς ἐπὶ παραδείγματος, τὸ μὲν ὃ δεῖ· «Αἰτεῖτε τὰ μεγάλα, καὶ τὰ μικρὰ ὑμῖν προστεθήσεται»· καί, «Αἰτεῖτε τὰ ἐπουράνια, καὶ τὰ ἐπίγεια ὑμῖν προστεθήσεται» [cf. Mt 6, 33]· καί, «Προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς» [cf. Mt 5, 44]· καί, «Δεήθητε οὖν τοῦ Κυρίου τοῦ θερισμοῦ, ἵνα ἐμβάλῃ ἐργάτας εἰς τὸν θερισμὸν αὐτοῦ» [Mt 9, 38]· καί, «Προσεύχεσθε μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμόν» [Lc 22, 40]· καί, «Προσεύχεσθε ἵνα μὴ γένηται ὑμῶν ἡ φυγὴ χειμῶνι, μηδὲ σαββάτῳ» [Mt 24, 20]· καί, «Προσευχόμενοι δέ, μὴ βαττολογήσητε» [Mt 6, 7]· καὶ εἴ τι τούτοις ἐστὶ παραπλήσιον. Τὸ δὲ καθὸ δεῖ· «Βούλομαι οὖν προσεύχεσθαι τοὺς ἄνδρας ἐν παντὶ τόπῳ ἐπαίροντας ὁσίας χεῖρας χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμοῦ. Ὡσαύτως καὶ γυναῖκας ἐν καταστολῇ κοσμίῳ, μετὰ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης κοσμεῖν ἑαυτάς, μὴ ἐν πλέγμασιν, ἢ χρυσῷ, ἢ μαργαρίταις, ἢ ἱματισμῷ πολυτελεῖ· ἀλλ' ὃ πρέπει γυναιξὶν ἐπαγγελομέναις θεοσέβειαν, δι' ἔργων ἀγαθῶν» [1 Tim 2, 8 sqq]. Τοῦ δὲ καθὸ δεῖ διδασκαλικόν ἐστι καὶ τό· «Ἐὰν οὖν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, κἀκεῖ μνησθῇς ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ σοῦ, ἄφες ἐκεῖ τὸ δῶρόν σου ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ὕπαγε, πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου» [Mt 5, 23].

104 *Quomodo orandum.* — 8, 1. Οὐ βαττολογητέον οὖν, οὐδὲ μικρὰ αἰτητέον, οὐδὲ περὶ ἐπιγείων προσευκτέον, οὐδὲ μετὰ ὀργῆς καὶ τεταραγμένων λογισμῶν ἐπὶ τὴν προσευχὴν ἐλθετέον· ἀλλ' οὐδὲ χωρὶς καθαρεύσεως ἔστιν ἐπινοῆσαι γινομένην τῇ προσευχῇ σχολήν· ἀλλ' οὐδὲ ἀφέσεως ἁμαρτημάτων οἷόν τε

---

ipsius orantis est. Exempli gratia, haec sunt quae orare oportet: *Petite magna, et parva adicientur vobis;* et: *Petite caelestia, et terrestria vobis adicientur;* et: *Orate pro calumniantibus vos;* et: *Rogate Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam;* et: *Orate, ne intretis in tentationem;* et: *Orate, ut non fiat fuga vestra in hieme vel sabbato;* et: *Orantes autem nolite multum loqui,* et si quid his affine est. Quomodo autem orandum sit: *Volo autem viros orare in omni loco levantes puras manus sine ira et disceptatione. Similiter et mulieres in habitu ornato cum verecundia et sobrietate ornantes se, et non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veste pretiosa; sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona.* Modum etiam orandi nos illud docet: *Si ergo offers munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare, et vade prius reconciliari fratri tuo, et tunc veniens offeres munus tuum.*

104 8, 1. Itaque non est multum loquendum, non exigua petenda, nec de terrenis rogandum, nec cum ira aut animo perturbato ad orationem accedendum. Sed neque sine puritate intellegere licet, quomodo quis orationi vacare possit, nec remissionem peccatorum

---

104. CB 2, 316; MG 11, 441 B.

τυχεῖν τὸν εὐχόμενον, μὴ ἀπὸ τῆς καρδίας ἀφιέντα τῷ πεπλημμεληκότι καὶ συγγνώμης τυχεῖν ἀξιοῦντι ἀδελφῷ. 2. Ὠφέλειαν δὲ ἐγγίνεσθαι τῷ ὃν δεῖ τρόπον εὐχομένῳ, ἢ ἐπὶ τοῦτο κατὰ τὸ δυνατὸν ἐπειγομένῳ, πολλαχῶς ἡγοῦμαι συμβαίνειν. Καὶ πρῶτόν γε πάντως ὤνατό τι ὁ πρὸς τὸ εὔξασθαι ταθεὶς κατὰ τὸν νοῦν, δι' αὐτῆς τῆς ἐν τῷ εὔχεσθαι καταστάσεως Θεῷ παριστάναι ἑαυτὸν καὶ παρόντι ἐκείνῳ λέγειν σχηματίσας, ὡς ἐφορῶντι καὶ παρόντι.... Ἵνα γὰρ καθ' ὑπόθεσιν μηδεμία ἔτι παρὰ ταύτην ὠφέλεια γένηται τῷ καταστήσαντι αὐτοῦ τὸν λογισμὸν εἰς τὸ εὔχεσθαι, οὐ τὸ τυχὸν ἐννοητέον λαβεῖν τὸν οὕτως εὐλαβῶς ἑαυτὸν ῥυθμίσαντα ἐν τῷ τῆς εὐχῆς καιρῷ. Τοῦτο δὲ γινόμενον πολλάκις ὅσων ἀφίστησιν ἁμαρτημάτων, καὶ ἐφ' ὅσα φέρει τῶν κατορθωμάτων, ἴσασι τῇ πείρᾳ οἱ συνεχέστερον τῷ εὔχεσθαι ἑαυτοὺς ἐπιδεδωκότες. Εἰ γὰρ ὑπόμνησις καὶ ἀναπόλησις ἐλλογίμου ἀνδρὸς καὶ ὠφελημένου ἐν σοφίᾳ, ἐπὶ ζῆλον ἡμᾶς αὐτοῦ προκαλεῖται, καὶ πολλάκις ἐμποδίζει ὁρμὰς τὰς ἐπὶ τὸ χεῖρον· πόσῳ πλέον Θεοῦ τοῦ τῶν ὅλων Πατρὸς ὑπόμνησις μετὰ τῆς πρὸς αὐτὸν εὐχῆς ὀνίνησι τοὺς πείσαντας ἑαυτούς, ὅτι παρόντι καὶ ἀκούοντι παρεστήκασι καὶ λέγουσι Θεῷ;

Homo per orationem fit particeps intellegentiae divinae. — 105
9, 2. Ἐπαιρόμενοι γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ τοῦ διανοητικοῦ ἀπὸ τοῦ προσδιατρίβειν τοῖς γηΐνοις καὶ πληροῦσθαι φαντασίας τῆς ἀπὸ τῶν ὑλικωτέρων, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ὑψούμενοι, ὥστε καὶ ὑπερκύπτειν τὰ γεννητὰ καὶ πρὸς μόνῳ τῷ ἐννοεῖν τὸν Θεὸν

---

potest orans consequi, nisi ex corde remiserit fratri illatae veniam iniuriae postulanti. 2. Iam quod orantem eo quo oportet modo vel ad id pro viribus properantem adiuvet, multis arbitror modis evenire posse. Ac primum quidem omnino utile erit, si quis ad orandum mente intentus, per ipsum quem inter orandum habebit statum ita se composuerit, quasi qui Deo adstet, et cum ipso loquatur tamquam inspiciente ac praesente.... Ut enim supponamus nullam aliam utilitatem accessuram ei, qui sic mentem ad orationem composuerit, non modicum fructum capere intellegendus est, qui ipso orationis tempore ita se pie composuerit. Hoc vero si frequenter fiat, quot a peccatis avertat, quot ad virtutes impellat, experientia norunt ii qui orationi se assidue dediderunt. Si enim cordati sapientisque viri recordari eiusque speciem mente revolvere aemulatione nos provocat, nostrosque in deteriora impetus saepe retardat: quanto magis Dei omnium parentis orationi coniuncta recordatio eos adiuvat, qui sibi persuaserunt praesenti se ac audienti Deo et adstare et loqui?

9, 2. Cum enim mentis oculi sic elevati sunt, ut iam terrenis 105
non immorentur, nec eorum quae materia constant, speciebus impleantur, suntque adeo sublimes, ut corruptibilia quaeque despiciant, eique uni vacent, ut Deum cogitent audientemque reverenter ac

---

105. CB 2, 318; MG 11, 444 C.

κἀκείνῳ σεμνῶς καὶ πρεπόντως τῷ ἀκούοντι ὁμιλεῖν γίνεσθαι, πῶς οὐχὶ τὰ μέγιστα ἤδη ὤνησαν αὐτοὺς τοὺς ὀφθαλμοὺς «ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζομένους, καὶ τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφουμένους ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν» [2 Cor 3, 18]; Ἀποῤῥοῆς γὰρ νοητοῦ τινος θειοτέρου μεταλαμβάνουσι τότε· ὅπερ δηλοῦται ἐκ τοῦ· «Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, Κύριε» [Ps 4, 7]. Καὶ ἡ ψυχὴ δὲ ἐπαιρομένη καὶ τῷ Πνεύματι ἑπομένη, τοῦ τε σώματος χωριζομένη, καὶ οὐ μόνον ἑπομένη τῷ Πνεύματι, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ γινομένη (ὅπερ δηλοῦται ἐκ τοῦ· «Πρὸς σὲ ἦρα τὴν ψυχήν μου» [Ps 24, 1])· πῶς οὐχὶ ἤδη ἀποτιθεμένη τὸ εἶναι ψυχὴ πνευματικὴ γίνεται;

106 *Orandum sine intermissione.* — 12, 2. Ἀδιαλείπτως δὲ προσεύχεται, καὶ τῶν ἔργων τῆς ἀρετῆς, ἢ τῶν ἐντολῶν τῶν ἐπιτελουμένων εἰς εὐχῆς ἀναλαμβανομένων μέρος, ὁ συνάπτων τοῖς δέουσιν ἔργοις τὴν εὐχήν, καὶ τῇ εὐχῇ τὰς πρεπούσας πράξεις· οὕτω γὰρ μόνως τὸ «ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε» [1 Thess 5, 17] ἐκδέξασθαι δυνάμεθα ὡς δυνατὸν ὂν εἰρημένον, εἰ πάντα τὸν βίον τοῦ ἁγίου μίαν συναπτομένην μεγάλην εἴποιμεν εὐχήν· ἧς εὐχῆς μέρος ἐστὶ καὶ ἡ συνήθως ὀνομαζομένη εὐχή, οὐκ ἔλαττον τοῦ τρὶς ἑκάστης ἡμέρας ἐπιτελεῖσθαι ὀφείλουσα.

107 *Orationis situs.* — 31, 2. Δοκεῖ τοίνυν μοι τὸν μέλλοντα ἥκειν ἐπὶ τὴν εὐχήν, ὀλίγον ὑποστάντα καὶ ἑαυτὸν εὐτρεπίσαντα, ἐπιστρεφέστερον καὶ εὐτονώτερον πρὸς τὸ ὅλον γενέσθαι τῆς εὐχῆς· πάντα πειρασμὸν καὶ λογισμῶν ταραχὴν ἀποβεβληκότα,

---

modeste alloquantur: quidni plurimum iam profecerint illi oculi, *revelata facie gloriam Domini speculantes et in eamdem imaginem transformati a claritate in claritatem?* Tunc enim divinioris cuiusdam effluxum intellegentiae participant, ut ex his liquet: *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine.* Iam vero anima elevata, Spiritum secuta, a corpore segregata, nec secuta tantum Spiritum, sed et in ipsum mutata (quod illa docent: *Ad te levavi animam meam),* quidni, deposita animae natura, spiritualis efficiatur?

106 12, 2. Porro cum virtutis actus praeceptaque adimpleta in orationis partem veniant, ille sine intermissione orat, qui debitis operibus orationem iungit, orationique convenientes actiones; istud enim, *sine intermissione orate,* hoc uno modo ut praeceptum possibile possumus accipere, nempe si dixerimus totam viri sancti vitam unam aliquam magnam esse continuam orationem, cuius etiam pars sit, quae solet oratio vocari, et quae non minus quam ter quaque die fieri debet.

107 31, 2. Arbitror igitur eum, qui ad orationem accessurus est, si paululum substiterit seque ipsum composuerit, promptiorem et attentiorem per totam orationem fieri; item si omnes animi anxietates cogitationumque perturbationes abiecerit, sibique pro viribus in

---

106. CB 2, 324; MG 11, 452 C. 107. CB 2, 395; MG 11, 549 B.

ἑαυτόν τε ὑπομνήσαντα κατὰ τὸ δυνατὸν τοῦ μεγέθους ᾧ προσέρχεται, καὶ ὅτι ἀσεβές ἐστι τούτῳ χαῦνον καὶ ἀνειμένον προσελθεῖν, καὶ ὡσπερεὶ καταφρονοῦντα, ἀποθέμενον πάντα τὰ ἀλλότρια, οὕτως ἥκειν ἐπὶ τὸ εὔξασθαι, πρὸ τῶν χειρῶν ὡσπερεὶ τὴν ψυχὴν ἐκτείναντα, καὶ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν τὸν νοῦν πρὸς τὸν Θεὸν ἐντείναντα, καὶ πρὸ τοῦ στῆναι διεγείραντα χαμόθεν τὸ ἡγεμονικόν, καὶ στήσαντα αὐτὸ πρὸς τὸν τῶν ὅλων Κύριον, πᾶσαν μνησικακίαν τὴν πρός τινα τῶν ἠδικηκέναι δοκούντων ἐπὶ τοσοῦτον ἀποθέμενον, ὅσον τις καὶ αὐτῷ ἀμνησικακεῖν τὸν Θεὸν βούλεται ἠδικηκότι.... Οὐδὲ διστάσαι γὰρ χρή, ὅτι μυρίων καταστάσεων οὐσῶν τοῦ σώματος, τὴν κατάστασιν τὴν μετ' ἐκτάσεως τῶν χειρῶν καὶ ἀνατάσεως τῶν ὀφθαλμῶν πάντων προκριτέον· οἱονεὶ τὴν εἰκόνα τῶν πρεπόντων ἰδιωμάτων τῇ ψυχῇ κατὰ τὴν εὐχὴν φέροντα, καὶ ἐπὶ τοῦ σώματος. Ταῦτα δὲ λέγομεν χωρὶς πάσης περιστάσεως δεῖν γενέσθαι προηγουμένως· μετὰ γὰρ περιστάσεως δέδοται καθηκόντως ποτὲ καθεζόμενον εὔξασθαι διά τινα νόσον τῶν ποδῶν οὐκ εὐκαταφρόνητον, ἢ καὶ κατακείμενον διὰ πυρετούς, ἢ τοιαύτας ἀσθενείας. Καὶ διὰ περιεστῶτα δέ, φέρε εἰπεῖν, ἐὰν πλέωμεν, ἢ τὰ πράγματα μὴ ἐπιτρέπῃ ἀναχωροῦντας ἡμᾶς ἀποδοῦναι τὴν ὀφειλομένην εὐχήν, ἔστιν εὔξασθαι, μηδὲ προσποιούμενον τοῦτο ποιεῖν.... 4. Ἔχει δὲ καὶ τεταγμένον ὑπὲρ τοῦ ἐφ' ἡσυχίας μὴ περισπώμενον τὰς εὐχὰς ἐπιτελεῖν ἕκαστον ἐπιλεξάμενον τοῦ ἰδίου οἴκου, ἐὰν ἐγχωρῇ, τὸ σεμνότερον, ἵν' οὕτως εἴπω, χωρίον, οὕτως εὔχεσθαι, πρὸς τῷ καθολικῷ τῆς περὶ αὐτοῦ ἐξετάσεως ἐπισκοποῦντα, εἰ ἐν τῷδε τῷ τόπῳ ᾧ εὔχεται οὐ παρανενόμηταί ποτε,

---

memoriam reduxerit eius, ad quem accedit, maiestatem, et quam impium sit illi se laxum et remissum et quasi contemnentem offerre, si denique aliena deposuerit, sic venire ad orandum; animam ante manus, ut ita loquar, extendere; ante oculos mentem ad Deum dirigere; antequam stet, erigere humo superiorem animae partem et coram universorum Domino statuere; omnem denique earum, quas ab aliquo sibi passus videtur, iniuriarum memoriam in tantum deponere, quantum et Deum quispiam vult immemorem esse eorum quae inique gessit ipse.... Nam cum innumeri sint corporis habitus, ille procul dubio, quo extenduntur manus et sursum oculi tolluntur, praeponendus omnibus est ab eo, qui etiam fert in corpore velut imaginem eorum quae animam per orationem decent. Hoc tamen dicimus nulla obstante circumstantia praecipue servandum; ob circumstantiam enim licet aliquando sedentem orare, puta propter aegritudinem pedum non contemnendam; aut etiam iacentem, propter febres aut eiusmodi morbos. Eademque de causa si verbi gratia navigemus, aut negotia non sinant secedere ad debitam orationem persolvendam, orare licet nihil tale prae se ferentem.... 4. Potest etiam, quo suas quisque preces quietior ac minus distractus absolvat, certum ac definitum in privatis aedibus, si spatium sit, eligere locum, ut ita dicam, sanctiorem, ibique orare; cum prius tamen praeter generale de illo examen inspexerit, nihilne ibi ne-

καὶ παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον πεποίηται· οἱονεὶ γὰρ οὐ μόνον ἑαυτόν, ἀλλὰ καὶ τὸν τόπον τῆς ἰδίας εὐχῆς τοιοῦτον πεποίηκεν, ὡς φυγεῖν ἐκεῖθεν τὴν ἐπισκοπὴν τοῦ Θεοῦ.

Exhortatio ad martyrium, 235.

108 *Abnegatio.* — N. 3. Ὅλῃ δὲ ψυχῇ νομίζω ἀγαπᾶσθαι τὸν Θεὸν ὑπὸ τῶν ἀποσπώντων καὶ διϊστάντων αὐτήν, διὰ πολλὴν τὴν πρὸς τὸ κοινωνῆσαι τῷ Θεῷ προθυμίαν, οὐ μόνον ἀπὸ τοῦ γηΐνου σώματος, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ παντὸς σώματος· οἷς οὐδὲ μετὰ περισπασμοῦ καὶ περιελκυσμοῦ τινος γίνεται τὸ ἀποθέσθαι «τὸ τῆς ταπεινώσεως σῶμα» [Phil 3, 21], ὅταν καιρὸς διδῷ διὰ τοῦ νομιζομένου θανάτου ἐκδύσασθαι «τὸ σῶμα τοῦ θανάτου» καὶ ἐπακουσθῆναι ἀποστολικῶς εὐξάμενον καὶ εἰπόντα· «Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου;» [Rom 7, 24.]

109 *Abnegationis necessitas.* — 12. Πάλαι τοίνυν ὀφείλομεν ἀρνεῖσθαι ἑαυτούς, καὶ λέγειν· «Ζῶ οὐκέτι ἐγώ» [Gal 2, 20]· καὶ νῦν δὲ φανείτω, εἰ, ἄραντες ἑαυτῶν τὸν σταυρόν, τῷ Ἰησοῦ ἠκολουθήσαμεν· ὅπερ γέγονεν, εἰ ζῇ ἐν ἡμῖν ὁ Χριστός. Εἰ θέλομεν ἡμῶν σῶσαι τὴν ψυχήν, ἵνα αὐτὴν ἀπολάβωμεν κρείττονα ψυχῆς, μαρτυρίῳ ἀπολέσωμεν αὐτήν. Ἐὰν γὰρ ἀπολέσωμεν αὐτὴν ἕνεκεν Χριστοῦ, αὐτῷ ἐπιῤῥιπτοῦντες αὐτὴν ἐν τῷ δι' αὐτὸν θανάτῳ, τὴν ἀληθῆ σωτηρίαν πεποιήσομεν αὐτῇ.

110 *Paupertas et martyrium conferuntur.*—15. Ἐὰν δέ τις ὡσπερεὶ ζηλῶν χαρίσματα τὰ μείζονα, καὶ μακαρίζων πλουσίους μάρτυρας,

---

farium nihilne rectae contrarium rationi admissum umquam sit; qui enim id fecit, non se tantum, sed et ipsum orationis locum talem effecit, ut in eum Deus respicere fugiat.

108 3. Tota vero anima Deum ab iis diligi puto, qui eam prae maximo cum Deo communicandi desiderio non a terreno tantum corpore, sed et ab omni corpore abstrahunt ac divellunt, et quibus nec invitis nec reluctantibus accidit, ut *corpus humilitatis* deponant, cum se tempus dederit, ut per eam, quae mors esse putatur, *corpus mortis* exuant, et exaudiatur is, qui ad instar apostoli precatus fuerit in haec verba: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?*

109 12. Dudum igitur nosmetipsos abnegare debuimus et dicere: *Vivo iam non ego;* nunc vero appareat, an sustulerimus crucem nostram et Iesum secuti simus; quod factum est, si vivit in nobis Christus. Si nostram volumus animam salvam facere, ut ipsam anima meliorem recipiamus, martyrio perdamus eam. Si enim eam perdiderimus propter Christum, eamque illi profuderimus propter ipsum moriendo, veram salutem ei comparabimus.

110 15. Si quis autem quasi aemulatus charismata meliora, et beatos putans divites martyres et patres martyres, qui centies tot liberos

---

108. MG 11, 565 C. 109. MG 11, 580 B. 110. MG 11, 581 D.

καὶ πατέρας μάρτυρας ἑκατονταπλασίονα γεννήσοντας τέκνα, καὶ ἑκατονταπλασίονας ἀγροὺς καὶ οἰκίας ληψομένους, ζητεῖ, εἰ εὐλόγως ἐκεῖνοι παρὰ τοὺς ἐν βίῳ πένητας μάρτυρας πολυπλασιαζομένην ἕξουσι τὴν ἐν νοητοῖς κτῆσιν· λεκτέον πρὸς αὐτόν, ὅτι ὥσπερ οἱ βασάνους καὶ πόνους ὑπομείναντες τῶν μὴ ἐν τούτοις ἐξητασμένων λαμπροτέρα· ἐπεδείξαντο τὴν ἐν τῷ μαρτυρίῳ ἀρετήν, οὕτως οἱ πρὸς τῷ φιλοσωματεῖν καὶ φιλοζωεῖν καὶ τοὺς τοσούτους δεσμοὺς διακόψαντες καὶ διαῤῥήξαντες, μεγάλῃ τῇ πρὸς τὸν Θεὸν ἀγάπῃ χρησάμενοι, καὶ ἀληθῶς ἀνειληφότες τὸν ζῶντα τοῦ Θεοῦ λόγον, καὶ ἐνεργῆ, καὶ «τομώτερον ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον» [Hebr 4, 12], δεδύνηνται τοὺς τοσούτους διακόψαντες δεσμούς, καὶ κατασκευάσαντες ἑαυτοῖς πτέρυγας, ὥσπερ ἀετὸς ἐπιστρέψαι εἰς τὸν οἶκον τοῦ προεστηκότος ἑαυτῶν. Ἄξιον οὖν, ὥσπερ τοῖς μὴ ἐξετασθεῖσιν ἐν βασάνοις καὶ πόνοις παραχωρεῖν πρωτείων πρὸς τοὺς ἐν ἀρθρεμβόλοις καὶ ποικίλοις στρεβλωτηρίοις καὶ πυρὶ ἐπιδειξαμένους τὴν ὑπομονήν, οὕτω καὶ ἡμῖν τοῖς πένησι, κἂν μαρτυρήσωμεν, ὁ λόγος ὑποβάλλει ἐξίστασθαι, πρωτείων ὑμῖν, τοῖς διὰ τὴν ἐν Χριστῷ πρὸς Θεὸν ἀγάπην πατοῦσι τὴν ἀπατηλὴν δόξαν καὶ τῶν πολλῶν καθικνουμένην, καὶ τὴν τοσαύτην κτῆσιν, καὶ τὴν πρὸς τέκνα φιλοστοργίαν.

Selecta in Genesim.

Oratio mentalis et vocalis. — In Gn 24, 21. «Ὁ δὲ ἄν- 111
θρωπος κατεμάνθανεν αὐτήν, καὶ παρεσιώπα, τοῦ γνῶναι, εἰ εὐώδωκε Κύριος τὴν ὁδὸν αὐτοῦ ἢ οὔ.» Ἐντεῦθέν ἐστι διδαχθῆναι, ὅτι καλόν ἐστι τὸν προσευχόμενον μὴ μετὰ αἰσθητῆς

---

generaturi et centies tot agros ac domos accepturi sunt, quaerat aequumne sit illos ampliorem in spiritualibus possessionem habere quam ii martyres qui hac in vita pauperes sunt; sic ei respondendum est: quemadmodum qui tormenta sunt aerumnasque perpessi, illustriorem exhibuerunt in martyrio virtutem iis qui eo modo probati non sunt, sic qui praeter corporis amorem et vitae illa etiam tanta vincula inciderunt et diruperunt, magna in Deum usi caritate, susceperuntque vere vivum Dei sermonem et efficacem et *penetrabiliorem omni gladio ancipiti,* potuerunt ii, tot ruptis vinculis paratisque sibi pennis, sicut aquila reverti ad domum principis sui. Ut igitur aequum est eos, qui tormentis et laboribus probati non sunt, primas iis cedere qui in equuleis et variis tormentorum generibus et igne patientiam exhibuerunt, sic et nos pauperes, etsi martyres erimus, ratio suadet primas vobis relinquere, qui propter Dei in Christo caritatem, fallacem et quaesitam a plerisque gloriam et possessiones tantas et naturalem in liberos amorem conculcatis.

In Gn 24, 21. *Homo autem observabat eam, et tacebat, ut nosceret,* 111
utrum prosperum iter suum fecisset Dominus, annon. Hinc discere

---

111. MG 12, 120 A.

ἀκουόμενον τῆς φωνῆς προσεύχεσθαι, ἀλλ' ἐν τῇ καρδίᾳ τῷ ἐτάζοντι καρδίας καὶ νεφρούς.

Homiliae in Genesim.

112 *Perfectio est cirumcisio cordis et sensuum.* — Hom. 3, n. 6. Ut enim perfectus sit homo Dei in omnibus, cuncta circumcidenda sunt membra, manus quidem a rapinis, a furtis, a caedibus, et ad sola Dei opera pandendae. Circumcidendi sunt pedes, ne veloces sint ad effundendum sanguinem, et ne intrent in consilium malignantium, sed ut tantum pro mandatis Dei circumeant. Circumcidatur et oculus, ne concupiscat aliena, ne videat ad concupiscendum mulierem. Cui enim erga feminarum formas lascivus et curiosus oberrat aspectus, iste incircumcisus est oculis. Sed et si quis est, qui sive manducet, sive bibat, sicut apostolus praecipit, ad gloriam Dei manducat et bibit, iste circumcisus est gustu. Cuius autem Deus venter est, et suavitatibus gulae deservit, huius incircumcisum dixerim gustum. Si qui Christi odorem bonum capit, et in operibus misericordiae odorem suavitatis requirit, huius circumcisa est odoratio. Qui vero primis unguentis delibutus incedit, iste incircumcisus odoratu dicendus est. Sed et singula quaeque membrorum, si in officiis mandatorum Dei deserviant, circumcisa dicenda sunt. Si vero ultra praescriptas sibi divinitus luxuriant leges, incircumcisa reputanda sunt.

Homiliae in Exodum.

113 *Perfectionis labores.* — Hom. 5, n. 3. Multae enim tentationes occurrunt, multa offendicula volentibus agere quae Dei sunt. Tum deinde in fide multa invenias tortuosa, plurimas quaestiones, multas obiectiones haereticorum, multas contradictiones infidelium. Hoc ergo iter agendum est sequentibus Deum. Sed est et turris in hoc itinere. Quae est ista turris? Illa nimirum, quam Dominus in evangelio dicit: *Quis vestrum volens turrim aedificare, nonne prius sedebit, et computabit sumptus, si habet, unde perficiat?* [Lc 14, 28.] Ista est ergo turris, sedes ardua et excelsa virtutum.

114 5, 4. Verumtamen quia dicunt: *Melius fuerat nos servire Aegyptiis, quam mori in eremo* [Ex 14, 12], tentationis et fragilitatis haec verba sunt. Alioquin falsum est; longe enim melius est in eremo mori, quam servire Aegyptiis. Qui enim in

est satius esse, ut qui orat, non cum sensili qua audiatur voce, sed in corde oret eum, qui scrutatur corda et renes.

112. CB 6 (ed. Baehrens, 1920), 47; MG 12, 181 B.
113. CB 6, 187; MG 12, 328 C. 114. CB 6, 188; MG 12, 329 D.

eremo moritur, hoc ipso quod separatus est ab Aegyptiis, et discessit a rectoribus tenebrarum et de potestate Satanae, habuit aliquem profectum, etiam si ad integrum pervenire non potuit. Melius enim est perfectam vitam quaerenti in itinere mori, quam ne proficisci quidem ad perfectionem quaerendam. Unde et eorum falli videtur opinio, qui, dum nimis arduum iter virtutis exponunt, dumque multas eius difficultates multaque pericula et lapsus enumerant, ne ineundum quidem id aut incipiendum iudicant.

Homiliae in Leviticum.

Ieiunii necessitas ad continentiam et perfectionem. — Hom. 115
10, n. 2. Habemus enim quadragesimae dies ieiuniis consecratos. Habemus quartam et sextam septimanae dies, quibus sollemniter ieiunamus. Est certe libertas christiano per omne tempus ieiunandi, non observantiae superstitione, sed virtute continentiae Nam quomodo apud eos castitas incorrupta servatur, nisi artioribus continentiae fulta subsidiis? Quomodo Scripturis operam navant, quomodo scientiae et sapientiae student? Nonne per continentiam ventris et gutturis? Quomodo quis seipsum castrat propter regnum caelorum, nisi ciborum affluentiam resecet, nisi abstinentia utatur ministra? Haec ergo christianis ieiunandi ratio est. Sed est et alia adhuc religiosa, cuius laus etiam quorumdam apostolorum litteris praedicatur. Invenimus enim in quodam libello ab apostolis dictum: «Beatus est, qui etiam ieiunat pro eo, ut alat pauperem.» Huius ieiunium valde acceptum est apud Deum, et revera digne satis.

Virginitatis praestantia et votum. — 11, 1. Si qui enim 116
seipsum devoverit Deo, si qui nullis se negotiis saecularibus implicaverit, ut ei placeat, cui se probavit, si qui separatus est et segregatus a reliquis hominibus carnaliter viventibus et mundanis negotiis obligatis, non quaerens ea, quae super terram, sed quae in caelis sunt: iste merito sanctus appellatur. Donec enim permixtus est turbis et in multitudine fluctuantium volutatur nec vacat soli Deo, segregatus a vulgo, non potest esse sanctus.... Sed et si nos ipsos consecramus et offerimus Deo, aut etiam si alios vovemus, observemus hunc laqueum, ne forte, posteaquam nos Deo vovimus, iterum humanis usibus vel actibus subiugemur. Vovet autem se unusquisque, verbi gratia, sicut Nazaraei faciebant tribus aut quattuor aut quot placuisset annis templo se consecrantes Dei.... Ex quibus omnibus clarum est, quomodo unusquisque nostrum, qui vult esse sanctus, consecrare se debeat Deo, et nullis praeterea negotiis vel actibus, qui ad Deum minime pertinent, occupari.

115. CB 6, 445; MG 12, 528 B. 116. CB 6, 447; MG 12, 529 D.

117 *Animi solitudo.* — 12, 4. Sed et tu, qui sequeris Christum et imitator eius es, si permaneas in verbo Dei, si in lege eius mediteris die ac nocte, si in mandatis eius exercearis, semper in sanctis es nec umquam inde discedis. Neque enim in loco sancta quaerenda sunt, sed in actibus et vita ac moribus. Quae si secundum Deum sint et secundum praeceptum Dei habeantur, etiamsi in domo sis, etiamsi in foro; et quid dico in foro: etiamsi in theatro inveniaris verbo Dei deserviens, in sanctis te esse non dubites. Aut non tibi videtur Paulus, cum ingressus est theatrum, vel cum ingressus est Areopagum et praedicavit Atheniensibus Christum, in sanctis fuisse?

Homiliae in Numeros.

118 *Christus animae sponsus.* — Hom. 20, n. 2. Generalis autem fornicatio dicitur, cum anima, quae in consortium Verbi Dei adscita est et matrimonio eius quodammodo sociata, ab ullo alio, alieno scilicet et adversario illius viri, qui eam sibi despondit in fide, corrumpitur et violatur. Est ergo sponsus et vir animae mundae et pudicae Verbum Dei, qui est Christus Dominus, sicut et apostolus scribit: *Volo autem omnes vos uni viro virginem castam exhibere Christo; timeo autem, ne forte, sicut serpens seduxit Evam astutia sua, corrumpantur sensus vestri a simplicitate, quae est in Christo Iesu* [2 Cor 11, 2 sq]. Donec igitur anima adhaeret sponso suo, et audit verbum eius, et ipsum complectitur, sine dubio ab ipso semen suscipit verbi; et sicut ille dixit: *De timore tuo, Domine, in ventre concepimus* [Is 26, 18], ita et haec dicit: De verbo tuo, Domine, in ventre concepi et parturivi, et spiritum salutis tuae feci super terras. Si ergo sic de Christo concepit anima, facit filios, pro quibus dicatur de ea, quia *salva erit per filiorum generationem, si permanserit in fide et caritate et sanctitate, cum sobrietate* [1 Tim 2, 15], etiamsi prius sicut Eva seducta fuisse anima videatur. Est itaque vere beata soboles, ubi concubitus factus fuerit animae cum Verbo Dei, et ubi complexus ad invicem dederint. Inde nascetur generosa progenies, inde pudicitia orietur, inde iustitia, inde patientia, inde mansuetudo et caritas atque omnium virtutum proles veneranda succedet.

119 *Castitatis votum.* — 24, 2. Qui in castitate vivit, corpus suum vovit Deo secundum eum, qui dixit: *Virgo autem cogitat, quomodo sit sancta corpore et spiritu* [1 Cor 7, 34]. Nam et hoc ipsum, quod dixit sancta, ad hoc respicit; sancti enim dicuntur illi, qui se voverunt Deo.... Ex his ergo colligamus, quid

117. CB 6, 462; MG 12, 540 B.
118. CB 7 (ed. Baehrens, 1921), 187; MG 12, 728 C.
119. CB 7, 230; MG 12, 761 B.

est hominem seipsum vovere Deo. Si te voveris Deo, imitandus tibi est vitulus, quem non licet humanis operibus deservire, nihil facere quod ad homines et ad praesentem vitam pertineat. Sed quidquid ad animam pertinet et ad divini cultus observantiam, hoc et agendum et cogitandum tibi est.

In librum Iesu Nave homiliae, 249/51.

Duplex christianorum pugna. — Hom. 11, n. 4. Saepe diximus duplicem esse christianorum pugnam. Perfectis quidem et talibus, qualis erat Paulus et Ephesii, sicut ipse apostolus dicit, *non erat iis pugna adversus carnem et sanguinem, sed adversus principatus et potestates, adversus mundi huius rectores tenebrarum et spiritalia nequitiae in caelestibus* [Eph 6, 12]. Inferioribus vero et nondum perfectis pugna adhuc adversus carnem et sanguinem geritur, his qui adhuc carnalibus vitiis et fragilitatibus impugnantur. 120

Duae classes hominum, simplices et perfectiores. — 17, 2. In omni populo (eorum dico, qui salvantur) maior sine dubio pars est et longe numerosior eorum, qui simpliciter credentes in timore Dei, per opera bona, per honestos mores et actus probabiles Domino placent. Pauci vero sunt et valde rari, qui sapientiae ac scientiae operam dantes, et mentem suam mundam puramque servantes, atque omnibus praeclaris virtutibus suas animas excolentes, ceteris simplicioribus per doctrinae gratiam illuminant iter, quo gradiuntur, et veniunt ad salutem. 121

Selecta in Psalmos.

Actio et contemplatio. — In Ps 133, 1. Οἱ μὲν θεωρητικοὶ ἐν οἴκῳ Θεοῦ εἰσιν, οἱ δὲ πρακτικοὶ ἐν αὐλαῖς οἴκου Θεοῦ ἡμῶν. 122

Tentationes sub specie boni et tentationes apertae. — In Ps 139, 6. Ἀλλὰ καὶ τὰ φαῦλα νοήματα πολλάκις οἱ δαίμονες οὐ γυμνὰ ἀποτίθενται ἡμῖν, ἵνα μὴ ὁ νοῦς ἄντικρυς τὸ ἄλογον αὐτῶν θεασάμενος, τοὺς λογισμοὺς ἀποῤῥίψῃ· ἀλλὰ μετά τινων ἄλλων χρηστοφανῶν νοημάτων τὰ πονηρὰ νοήματα ἐπισπείρουσι· καὶ τοῦτο μόνον ἐπὶ τῶν τελείων ποιοῦσι, τῶν μὴ ἐχόντων πάθη· 123

In Ps 133, 1. Qui contemplationi dediti sunt, in domo Dei sunt; qui autem actioni vacant, in atriis sunt domus Dei nostri. 122

In Ps 139, 6. Quin et malas cogitationes saepe daemones non nudas nobis ingerunt, ne mens statim perspecta illarum absurditate eas reiciat, sed cum aliis quibusdam cogitationibus, quae speciem boni prae se ferunt, malas cogitationes interseminant; idque solum faciunt in perfectis, qui affectuum expertes sunt; nam iis qui affectibus 123

120. CB 7, 364; MG 12, 885 A. 121. CB 7, 402; MG 12, 911 B.
122. MG 12, 1651 C. 123. MG 12, 1663 C.

τοῖς γὰρ ἐμπαθέσι καὶ ἀκαθάρτοις καὶ φανερῶς ἐμβάλλουσι τοὺς λογισμούς, οὓς ἀπώσασθαι ἀδυνατοῦσιν.

Homiliae in Canticum Canticorum, ca 240.

124 *Ordo progressus.* — Prolog. Si qui ergo primum locum in emendandis moribus mandatisque servandis, qui per Proverbia designatur, implevit, post haec autem, etiam deprehensa vanitate mundi, et rerum caducarum fragilitate perspecta, venit in hoc, ut renuntiet mundo et omnibus quae in mundo sunt: consequenter veniet etiam ad contemplanda et desideranda ea quae non videntur et aeterna sunt. Ad quae tamen ut pervenire possimus, indigemus divina misericordia, si forte valeamus perspecta puchritudine Verbi Dei salutari in eum amore succendi, ut et ipse dignetur huiusmodi animam diligere, quam desiderium sui habere perspexerit.

125 *Seipsum cognoscendi necessitas.* — L. 2, v. 8. Quomodo igitur anima cognoscat semetipsam, nec facile puto nec breviter explicari posse; tamen pro viribus pauca ex multis aperire tentabimus. Videtur ergo mihi duplici modo agnitionem sui capere animam debere. Quidve sit ipsa et qualiter moveatur, id est quid in substantia et quid in affectibus habeat; utputa, ut intellegat, si boni affectus sit, aut non boni, aut recti propositi, aut non recti; et si quidem recti sit, si erga omnes virtutes eumdem tenorem habeat, tam in intellegendo quam in agendo, an erga necessaria tantum et quae in promptu sunt; et utrum in eo sit, ut recipiat profectus et augeatur in intellectu rerum augmentoque virtutum, an in eo stet et resideat, in quod potuit pervenire; et utrum erga semetipsam tantummodo excolendam, an et aliis prodesse et conferre aliquid utilitatis vel in verbo doctrinae, vel in exemplis gestorum potest. Si vero cognoscat semetipsam non esse boni affectus neque recti propositi, in hoc ipso, ut intellegat, utrum satis ei desit, et procul a virtutum via, an in ipso iam posita sit itinere, et incedere iam conetur, cupiens quae in ante sunt apprehendere et quae retro sunt oblivisci, sed nondum approximaverit, aut proxima quidem sit, nondum tamen ad perfectionem venerit. Sed et in eo opus videtur esse animae cognoscentis semetipsam, si haec ipsa, quae operatur mala, ex affectu ea, et studio operetur, an fragilitate quadam, et ut ille ait, quasi quod non vult agens, et quae odit faciens, et

sunt obnoxii et immundi sunt, etiam aperte iniciunt cogitationes, quas expellere nequeunt.

124. CB 8 (ed. Baehrens, 1925), 79; MG 13, 76 D.
125. CB 8, 142; MG 13, 124 A.

rursus ea quae bona sunt, affectibus et recto proposito gerere videtur. Verbi gratia, si iracundiam apud aliquos quidem cohibet, apud aliquos autem effert, an semper eam cohibet, et apud nullum omnino profert. Similiter et tristitiam, si in aliquibus quidem negotiis vincit, in aliquibus vero recipit, an in omnibus omnino non recipit. Ita et timorem aliaque similiter, quae virtutibus videntur esse contraria. Adhuc et istud opus est animae cognoscentis se, si gloriae multum cupida sit, aut parum, aut omnino nihil. Quod inde colligit, si laudibus multum aut mediocriter delectetur, aut omnino nihil; et si in opprobriis satis aut parum aut omnino nihil contristetur. Sed et in dando et accipiendo animae cognoscentis semetipsam sunt quaedam indicia, si quod tribuit et praebet utrum communicabili affectu, et quasi cui aequitatem haberi inter homines placeat; an, ut ille ait, ex tristitia aut necessitate, vel certe gratiam sive ab accipientibus, sive ab audientibus quaerens. Sed et in accipiendo anima, quae cognoscit semetipsam, observabit, utrum indifferenter habeat ea, quae accipit, an velut super aliquo bono gaudeat. Sed et in intellectu perpensabit semetipsam huiusmodi anima, ut cognoscat, utrum facile eam moveat cuiuscumque verisimilitudinis auditio, et subripiatur ei arte vel suavitate vel calliditate sermonum, an raro hoc, an numquam omnino patiatur. Sed sufficiant ista in hoc agnitionis genere a nobis dicta.

Ordinata caritas. — 3, v. 4. Est autem ordo eius et men- 126
sura huiusmodi, verbi gratia: Deum diligere nullus modus, nulla mensura est, nisi haec sola, ut totum exhibeas, quantum habes. In Christo enim Iesu diligendus est Deus ex toto corde, et ex tota anima, et ex totis viribus. In hoc ergo nulla mensura est. Diligere vero proximum, est iam mensura aliqua. *Proximum*, inquit, *tuum diliges sicut teipsum* [Mt 19, 19]. Si ergo aut in Dei dilectione minus aliquid feceris, quam potes, et quam in viribus tuis est, aut inter te et proximum non servaveris aequitatem, sed aliquid differentiae habueris, non est in te caritas ordinata nec ordinem suum tenens.

Homiliae in Ieremiam.

Ascetae notio. — Hom. 20 (alias 19), n. 7. Ἵνα δὲ μᾶλλον 127
νοήσῃς τό· «Ταλαιπωρίαν ἐπικαλέσομαι» [Ier 20, 8], διαγράψω τι γινόμενον τοῖς ἀσκηταῖς· πολλάκις γὰρ παρακειμένου τοῦ γῆμαι,

19, 7. Ut vero melius intellegas, quid sit, *miseriam invocabo,* 127
describam quod fieri solet ab ascetis; est enim saepe qui, cum sit

126. CB 8, 186; MG 13, 156 A.
127. CB 3 (ed. Klostermann, 1901), 188; MG 13, 517 B.

καὶ μὴ ἔχειν πρᾶγμα ἐπανισταμένης τῆς σαρκὸς τῷ πνεύματι, αἱρεῖταί τις οὐ καταχρήσασθαι τῇ τοῦ γαμεῖν ἐξουσίᾳ, ἀλλὰ ταλαιπωρεῖν καὶ κάμνειν, ὑπωπιάζειν τὸ σῶμα νηστείαις καὶ δουλαγωγεῖν αὐτὸ ἀποχαῖς τοιῶνδε βρωμάτων, καὶ παντὶ τρόπῳ τῷ πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦν. Ἆρ' ὁ τοιοῦτος οὐ τὴν ταλαιπωρίαν ἐπεκαλέσατο, παρὸν ἐπιδοῦναι ἑαυτὸν τρυφῇ καὶ ἡδονῇ, καὶ μὴ ἐπικαλεῖσθαι τὴν ταλαιπωρίαν;

Commentarii in Romanos.

128 *Perfectio duplex.* — Praef. *Quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus* [Phil 3, 15]. In quo ostendit duplicem esse perfectionem: unam, quae est in expletione virtutum, secundum quam dicit, quod non sit perfectus, et aliam, cum ita quis profioit, ut decidere non possit neque retrorsum aspicere.

129 *Duae viae: Christus aut diabolus rex animae.* — L. 5, n. 6. Non ergo potest fieri, ut sine rege aliquando sit anima; sed hoc providendum est, ut Christum regem habeat, cuius *iugum suave est et onus leve* [Mt 11, 30], et non diabolum, cuius regnum grave est. Iniquitas enim est, quae sedet super talentum plumbi [cf. Zach 5, 7]. Christus autem ubi regnat, ibi superabundant gratia et iustitia in vita aeterna.

130 *Status animae semper mutabilis.* — 5, 10. Libertas enim arbitrii semper naturae rationabili permanebit, et sicut possibile fuit etiam illum, qui pro splendore gloriae Lucifer erat, et propter lumen scientiae mane oriebatur, commutari de gloria sua, et effici tenebras propter malitiam, quam recepit; et illum qui fuit immaculatus a nativitate sua, et habitavit cum cherubim, et in medio lapidum igneorum conversatus est, et indutus est omne ornamentum virtutum, nec fuit ulla in paradiso Dei arbor virtutum, quae ei comparari posset, post haec inventae sunt iniquitates in eo, et de caelo in terram proiectus est: ita potest fieri, ut, in quocumque statu fuerit anima et in quacumque perfectione virtutum, quoniam virtus mutabilis est, lapsum possit incurrere, ut sicut a vitiis ad virtutem, ita et a virtutibus inclinetur ad vitia.

131 *Vis crucis Christi in nobis.* — 6, 1. Quomodo ergo possibile est, ut peccatum in carne nostra non regnet? Si faciamus

---

ei liberum nubere, sicque vitare molestiam insurgentis adversus spiritum carnis, eligit non abuti nubendi potestate, sed affligi et tolerare, ieiuniis corpus domare, ipsum in servitutem redigere talium ciborum abstinentia, et omnimodo spiritu facta carnis mortificare. Nonne hic miseriam invocavit, cum posset deliciis voluptatibusque se dare et miseriam non invocare?

128. MG 14, 834 A. 129. MG 14, 1034 D.
130. MG 14, 1052 C. 131. MG 14, 1056 B.

illud, quod idem apostolus dicit: *Mortificate membra vestra, quae sunt supra terram* [Col 3, 5], et si *semper mortem Christi in corpore nostro circumferamus* [2 Cor 4, 10]. Certum namque est, quia ubi mors Christi circumfertur, non potest regnare peccatum. Est enim tanta vis crucis Christi, ut, si ante oculos ponatur et in mente fideliter retineatur, ita ut in ipsam mortem Christi intentus oculus mentis adspiciat, nulla concupiscentia, nulla libido, nullus furor, nulla superare possit invidia, sed continuo ad eius praesentiam totus ille, quem supra enumeravimus, peccati et carnis fugatur exercitus; ipsum vero peccatum nec subsistit, quippe cum nec substantia eius usquam sit nisi in opere et gestis. Est ergo in nobis et concupiscentia peccati, quae regnum habet in carne; est et concupiscentia spiritus, quae regnum habet in mente, secundum id quod supra diximus, quia *caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem* [Gal 5, 17]. Cum ergo concupiscimus quod non licet, vel quod non decet, vel quod non expedit, concupiscentia carnis est. Cum vero concupiscit et deficit anima nostra, quando videat salutare Dei, ista concupiscentia spiritus est.

In passiones dominium. — 6, 9. Est enim talis quaedam 132
infirmitas in his, qui initia conversionis accipiunt, ut cum velit quis statim facere omne quod bonum est, non statim voluntatem sequatur effectus. Nam et meditatus apud semetipsum decernit, verbi causa, ut non irascatur, et hoc in voluntate definit; sed quoniam longo usu et consuetudine diutina vitium in eo iracundiae dominatum est, obsistit etiam voluntati et proposito, ac solido sibi usa itinere vis furoris erumpit.

Actuum carnis mortificatio. — 6, 14. Sic et patientia spi- 133
ritus impatientiam carnis exstinguit, et bonitas malitiam perimit, et mansuetudo ferociam, et continentia intemperantiam, et castitas impudicitiam necat, talique ordine qui per spiritum actus carnis mortificaverit, vivet. . . . Sed et illud scire debemus, quod ista mortificatio actuum carnis per patientiam fiat, et non ad subitum, sed paulatim. Primo languescere eos necesse est in his, qui incipiunt; tum deinde cum ardentius proficere coeperint et abundantiore spiritu repleri, actus carnis non solum languescere, sed et tabescere incipient; ubi vero ad perfectum iam venerint, ita ut nulla in iis prorsus vel in facto, vel in dicto, vel in cogitatu peccati oriantur indicia, tunc plane actus carnis mortificasse et ad integrum morti tradidisse credendi sunt.

Perfectio est similitudo cum Christo. — 7, 7. Arbitror ergo 134
secundum ea, quae in aliis idem Paulus designat, ubi dicit: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis*

---

132. MG 14, 1087 B. 133. MG 14, 1102 B.
134. MG 14, 1122 B.

[Gal 4, 19], formari in his qui ad perfectionem tendunt Christum dicat, secundum hoc quod Verbum est, ut in iis Verbi Dei sinceritas ad purum informetur; et secundum hoc quod veritas est, ut veritas in iis absque ullius fuci admixtione consistat; et secundum hoc quod sapientia est, ut sapientia Dei in iis illa, quam inter perfectos loquitur Paulus [cf. 1 Cor 2, 6], pura et absque ullo erroris diverticulo conservetur. Sic et secundum omnia quae Christus est, vel iustitia, vel sanctificatio, vel ceterae quaeque virtutes, si in iis formentur ad liquidum, isti videbuntur ad illam formam, qua in forma Dei est, conformes imaginis esse effecti.... Quamvis omnis, qui se ad eam formam quam supra posuimus excoluerit, imago sit Dei, hoc est imago Filii Dei, tamen specialis ac propria imago eius, quae eum totum atque ex integro suscepit et in semetipsa formavit, ipsa Iesu anima dicenda est, quae se per omnia Verbo ac Sapientiae Dei ita coaptavit, ut in nullo prorsus ab eius similitudine decolor haberetur, ita ut quicumque summam perfectionis ac beatitudinis consectatur, ad illius se imaginem ac similitudinem tendat, quae primo loco et super omnes ceteros Filii Dei imago est.

135 *Vulnera carnis et caritatis.* — 7, 11. Dum enim in illius [Dei] amore pendemus, sensum doloris non recipimus. Illius enim caritas, qua nos dilexit, et nostrum ad se rapuit affectum, cruciatum corporis et dolorem non sentire nos facit. Ideo ergo *in his omnibus superamus* [Rom 8, 37]. Tale aliquid et in Canticis sponsa dicit ad Verbum, quia *vulnerata,* inquit, *caritate ego sum* [Ct 2, 5]. Ad hunc ergo modum et anima nostra a Christo vulnere caritatis accepto, etiamsi tradat gladio corpus, non sentiet vulnera carnis prae vulnere caritatis.

136 *Virginitas est hostia viva.* — 9, 1. Videbitur ergo praecipue hostia vivens, et sancta, et Deo placens [cf. Rom 12, 1], corpus esse incontaminatum. Verum quoniam videmus nonnullos sanctorum, aliquos etiam apostolorum habuisse coniugia, non usquequaque possumus hoc de sola virginitate sentire, quamvis in huiuscemodi hostiis habere primum ordinem possit; sicut et in lege alia erat hostia sacerdotis, alia principis, alia synagogae, et alia unius animae. Et quamvis in ecclesia prima post apostolos hostia martyrum, secunda virginum videatur, tertia continentium, puto tamen quod neque illi, qui in coniugiis positi sunt et ex consensu ad tempus vacant orationi, velut Nazaraeorum vota solventes, si in ceteris sancte agant et iuste, negandi sunt corpora sua exhibere posse *hostiam viventem, sanctam, Deo placentem;* nec rursum corpora virginum vel continentium, si aut superbiae macula, aut avaritiae sordibus, aut linguae maledicae vel mendacii immunditia

135. MG 14, 1132 C. 136. MG 14, 1205 A.

polluantur, hostiam sanctam et Deo placentem putandi sunt ex sola virginitate corporis obtulisse.

Praecepta et consilia. — 10, 14. Praecepta donantur, ut 137
debita persolvamus. Denique et in evangelio Salvator ita dicit: *Cum autem feceritis omnia quae praecepi vobis, dicite quia servi inutiles sumus; quod debuimus facere, fecimus* [Lc 17, 10]. Ea vero quae supra debitum facimus, non facimus ex praeceptis. Verbi causa, virginitas non ex debito solvitur; neque enim per praeceptum expetitur, sed supra debitum offertur.

Orationis difficultas. — 10, 15. Et ideo ostendit Paulus 138
esse non minimum etiam in oratione certamen, si quidem in hoc certamine etiam auxilium eorum, qui Romae sunt, crediderit implorandum [cf. Rom 15, 30 sq]. Obsistunt enim vere daemones et contrariae potestates in oratione primo per illud, ne talis inveniatur is qui in orationis agone desudat, ut levet *puras manus sine ira* [1 Tim 2, 8]. Quod etsi hoc quis obtinere potuerit, ut sine ira sit, vix est ut effugiat esse sine disceptatione, hoc est sine superfluis et vanis cogitationibus. Vix enim invenies, ut oranti cuiquam non aliquid inanis et alienae cogitationis occurrat, et intentionem, qua in Deum mens dirigitur, declinet ac frangat, atque eam per ea quae non competit rapiat. Et ideo agon magnus est orationis, ut obsistentibus inimicis et orationis sensum in diversa rapientibus, fixa ad Deum semper mens stabili intentione contendat, ut merito possit etiam ipse dicere: *Certamen bonum certavi, cursum consummavi* [2 Tim 4, 7].

Commentarii in Matthaeum.

Tentatio. — Tom. 11, n. 6. Ἡμεῖς δὲ εἴ ποτε ἀνάγκῃ πει- 139
ρασμῶν περιπίπτομεν, ἀναμιμνησκώμεθα, ὅτι ἠνάγκασεν ἡμᾶς ὁ Ἰησοῦς ἐμβῆναι εἰς τὸ πλοῖον αὐτῶν, βουλόμενος ἡμᾶς προάγειν εἰς τὸ πέραν. Οὐ γὰρ δυνατὸν μὴ πειρασμοὺς ὑπομείναντας κυμάτων καὶ ἀνέμου ἐναντίου, εἰς τὸ πέραν φθάσαι. Εἶτ' ἐπειδὰν ἴδωμεν πολλὰ τὰ περιεστηκότα ἡμᾶς πράγματα καὶ χαλεπά, καὶ κάμνοντες μετρίως αὐτὰ ἐπὶ ποσὸν διανηξώμεθα, λογιζώμεθα, ὅτι τὸ πλοῖον ἡμῶν μέσον ἐστὶ τῆς θαλάσσης, τότε βασανιζόμενον ὑπὸ τῶν κυμάτων, βουλομένων ἡμᾶς ναυαγῆσαι περὶ τὴν

11, 6. Nos autem si quando in tentationum periclitationem in- 139
cidamus, meminerimus Iesum coegisse nos conscendere illarum navigium, volentem nos praecedere sese in ulteriorem ripam. Nec enim fieri potest, ut qui tentationes fluctuum et venti contrarii non sustinuerint, ad ulteriorem ripam perveniant. Deinde cum viderimus nos multitudine rerum difficilium circumveniri, et mediocriter laborantes ea aliquatenus tranaverimus, cogitemus navigium nostrum

137. MG 14, 1275 B. 138. MG 14, 1277 A.
139. MG 13, 920 B.

πίστιν, ἤ τινα τῶν ἀρετῶν. Ἀλλ' ἐπὰν τὸ πνεῦμα τοῦ πονηροῦ βλέπομεν ἀντιπρᾶττον ἡμῶν τοῖς πράγμασιν, ἐννοήσωμεν, ὅτι τότε ἡμῖν ἐναντίος ἐστὶν ὁ ἄνεμος. Ἐπὰν οὖν ταῦτα πάσχοντες τρεῖς φυλακὰς τῆς νυκτός, τοῦ ἐν τοῖς πειρασμοῖς σκότους, διανύσωμεν, κατὰ τὸ δυνατὸν ἀγωνιζόμενοι καλῶς, καὶ τηροῦντες ἑαυτοὺς πρὸς τὸ μὴ ναυαγῆσαι περὶ τὴν πίστιν ἤ τινα τῶν ἀρετῶν . . ., τότε πιστεύομεν, ὅτι τετάρτης ἐνεστηκυίας φυλακῆς, ὅτε ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν, ἐλεύσεται πρὸς ἡμᾶς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἵν' εὐτρεπίσῃ ἡμῖν τὴν θάλασσαν, περιπατῶν ἐπ' αὐτῆς.

140 *Oratio castitatem impetrat.* — 14, 25. Δώσει οὖν τὸ ἀγαθὸν δόμα τὴν παντελῆ καθάρευσιν ἐν ἀγαμίᾳ καὶ ἁγνείᾳ ὁ Θεὸς τοῖς ἐξ ὅλης ψυχῆς, καὶ μετὰ πίστεως, καὶ ἀδιαλείπτως ἐν προσευχαῖς αἰτοῦσιν αὐτόν.

141 *Mortificatio.* — 15, 4. Τὸ δ' ἀποχῆς ἄξιον, εἰ τὸν λόγον τις ἀναλαβὼν τὸν ζῶντα, καὶ ἐνεργῆ, καὶ τομώτερον ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον [cf. Hebr 4, 12], καὶ τήν, ὡς ὠνόμασεν ὁ ἀπόστολος, «μάχαιραν τοῦ πνεύματος» [Eph 6, 17], ἐκτέμνοι τὸ τῆς ψυχῆς παθητικόν, μὴ ἁπτόμενος τοῦ σώματος, καὶ τοῦτο ποιοῖ καὶ νοήσας βασιλείαν οὐρανῶν, καὶ μέγιστον συμβαλλόμενον πρὸς τὸ κληρονομῆσαι βασιλείαν οὐρανῶν τὸ ἐκτεμεῖν λόγῳ τὸ παθητικὸν τῆς ψυχῆς αὐτοῦ. Τοῖς δὲ τοιούτοις ἁρμόζοι ἄν, καὶ οὐχ ὡς οἴονται οἱ σωματικῶς τὰ κατὰ τὸν τόπον ἐξειληφότες, τό· «Εἰσὶν εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν» [Mt 19, 12].

---

in medio mari esse, tunc iactatum a fluctibus, volentibus nos circa fidem aut aliquam e virtutibus naufragium facere. Sed postquam spiritum mali viderimus rebus nostris adversantem, tunc nobis contrarium esse ventum in animum inducamus. Ubi igitur id perpetientes exegerimus tres vigilias noctis, hoc est tenebrarum, quae sunt in tentationibus, pro viribus egregie decertantes, caventesque a naufragio circa fidem aut aliquam e virtutibus . . ., tunc credimus venturum ad nos Filium Dei, instante quarta vigilia, cum nox processit et appropinquavit dies, ut mare nobis componat super illud ambulans.

140 14, 25. Perfectam ergo in caelibatu et castitate munditiem, egregium videlicet donum, iis largietur Deus, qui ex animo et cum fide et precibus illam continuis postulabunt.

141 15, 4. Quod si quis autem, assumpto sermone Dei vivo et efficaci, penetrabiliore omni gladio ancipiti, sive, ut eum appellat apostolus, *gladio spiritus,* animi affectiones intacto corpore resecet, atque id quidem regni caelestis intuitu faciat, et affectionum animi sui, ope sermonis, amputationem ad consequendum caeleste regnum maxime conducere existimet, illud vero est, quod pro vera abstinentia et castitate habendum est. In eos autem illud quadrat, non ut censuerunt qui hunc locum retulerunt ad corpus: *Sunt eunuchi, qui seipsos castraverunt propter regnum caelorum.*

140. MG 13, 1252 B. 141. MG 13, 1264 A.

Quomodo perfectio habeatur in renuntiatione bonorum. — 142
15, 16. Ζητήσαι δ' ἄν τις, ὅτι, εἴπερ τέλειός ἐστιν ὁ πάσας ἔχων τὰς ἀρετὰς καὶ μηκέτι ἀπὸ κακίας πράττων, πῶς τέλειος γένοιτ' ἂν ὁ πωλήσας ἑαυτοῦ τὰ ὑπάρχοντα καὶ δοὺς τοῖς πτωχοῖς. Ἔστω γάρ τινα τοῦτο πεποιηκέναι, πῶς ἂν καὶ ἀόργητος γένοιτ' ἂν ἀθρόως, εἰ τύχοι εὐέμπτωτος ὢν εἰς ὀργήν; Πῶς δὲ καὶ ἄλυπος, καὶ κρείττων παντὸς οὑτινοσοῦν συμβῆναι δυναμένου, τὴν λύπην προκαλουμένου; Πῶς δὲ καὶ ἔξω φόβου πάντη ἔσται, τοῦ περὶ πόνων, ἢ θανάτου, ἢ τῶν ὅσα δύναται τὴν ἔτι ἀτελεστέραν ψυχὴν φοβῆσαι; Τίνα δὲ τρόπον ὁ ἀποδόμενος τὰ ὑπάρχοντα, καὶ διαδοὺς πτωχοῖς, ἐκτὸς ἔσται πάσης ἐπιθυμίας; Λέγοι γὰρ ἄν τις, ὅτι δυνατὸν παρ' αὐτὸ τὸ ἀποδίδοσθαι πάντα τὰ ὑπάρχοντα, παθόντα τι ἀνθρώπινον ὑπὸ τῆς πενίας, μετανοῆσαι μὲν ἐπὶ τῷ τετολμημένῳ, ἐπιθυμῆσαι δὲ τῆς παραπλησίου κτήσεως. Εἰ δὲ καὶ ἡ λεγομένη ἡδονή, ἄλογος οὖσα ἔπαρσις τῆς ψυχῆς, πάθος ἐστί, πῶς ἄν τις ἅμα τε ἀποδῷτο πάντα τὰ ὑπάρχοντα καὶ διδῴη πτωχοῖς, ἅμα δὲ ἀπαλλαγείη τοῦ ἀλόγως ἐπαίρεσθαι; Προσθείη δ' ἄν τις τῇ ἐπαπορήσει, ὅτι πῶς δύναται παρὰ τὸ ἀποδέδοσθαι τὰ ὑπάρχοντα καὶ πτωχοῖς τις διαδεδωκέναι, σοφὸς γενέσθαι τὴν τοῦ Θεοῦ σοφίαν, ὥστε λόγον διδόναι παντὶ τῷ ἐρωτῶντι αὐτὸν περὶ τῆς ἐν αὐτῷ πίστεως, περὶ ἑκάστου τῶν πεπιστευμένων, καὶ περὶ τῶν ἐν ταῖς ἱεραῖς Γραφαῖς κεκρυμμένως εἰρημένων. Ὅρα δὲ ὅτι γενική ἐστιν ἡ ἐπαπόρησις, ἤτοι γενναία καὶ οὐκ εὔλυτος· εἴτε γὰρ παρ' αὐτὸ

15, 16. Quaerere autem potest aliquis, quomodo is perfectus 142
esse queat, qui facultates omnes suas vendidit et pauperibus erogavit, cum ille demum perfectus sit, qui omnibus virtutibus instructus, iam nihil amplius nequitia adductus facit. Esto enim, aliquis id fecerit, quomodo minime iracundus derepente prodibit, si impotens irae antea fuerit? Quomodo item omnis anxietatis expers, et rebus omnibus superior, quae homini contingere possunt et molestiam ipsi parere? Quomodo omnis vacuus formidinis, quam sive dolores et aerumnae, sive mors, vel ea incutiunt, quaecumque in animam etiamnum imperfectam cadere possunt? Qui fiet, ut qui facultates vendidit et egenis distribuit, nulli sit cupiditati obnoxius? Fieri enim posse dicet quisquam, ut ex eo quod bona sua universa aliquis distraxerit, humani aliquid ob paupertatem passus, audacis facinoris paeniteat et proximi sui facultates concupiscat. Quod si id quod voluptas appellatur, cum sit animi sine ratione elatio, affectus est, quomodo bona omnia sua vendat aliquis et dividat pauperibus, et simul ab omni praeter rationem elatione liberetur? Ad eam quaestionem haec etiam addi potest, qui fieri queat, ut ob divendita et egenis distributa bona divinam sapientiam aliquis adipiscatur, adeo ut unicuique de ipsius fide fideique capitibus et obscurioribus sacrae Scripturae locis hunc percontanti rationem dare possit. At nota arduam esse quaestionem illam, hoc est ope-

142. MG 13, 1300 A.

τοῦτο μόνον φήσομέν τινα τέλειον γεγονέναι, κἂν μὴ ἀναλαβὼν ἢ ἃ ἐξεθέμεθα, ἀτόπῳ περιπεσούμεθα λέγοντες εἶναί τινα καὶ τέλειον ἅμα καὶ ἁμαρτωλόν· ἁμαρτωλὸς γὰρ ὁ ὀργίλος, καὶ ὁ τὴν τοῦ κόσμου λύπην λυπούμενος, καὶ ὁ τὰ ἐπίπονα καὶ θάνατον φοβούμενος, καὶ ἐπιθυμῶν τῶν ἀπόντων, καὶ ἀλόγως ἐπαιρόμενος τὴν ψυχήν, ὡς ἐπ' ἀγαθοῖς, τοῖς οὐκ ἀγαθοῖς· εἴτε ἅμα τῷ ἀποδόσθαι τινὰ τὴν οὐσίαν, καὶ διαδοῦναι πτωχοῖς, φήσομεν αὐτὸν ὡσπερεὶ θεόληπτον γενόμενον πάσας τὰς ἀρετὰς ἀνειληφέναι, καὶ πᾶσαν κακίαν ἀποτεθεῖσθαι, πιστῶς μέν, ἵνα κοινότερον ὀνομάσω, ἐροῦμεν, οὐκ οἶδα δὲ εἰ ἀληθῶς· καὶ τάχα καταγελάσονται ἡμῶν, ὡς οὐ φρόνιμα λεγόντων, οἱ ἀκούσαντες τοιαύτης λύσεως προσαγομένης τῷ ἐπηπορημένῳ.

143 15, 17. Φρονιμώτερον οὖν τις δόξαι ἂν τηρῶν τὰ τῆς λέξεως, καὶ μηδαμῶς τροπολογῶν τὰ κατ' αὐτήν, οὕτως ἀπαντῶν, ὡς πιστὸς μέν, εἰ δὲ καὶ ἀξίως τῶν κατὰ τὸν τόπον νοῶ τὰ λεγόμενα, ἢ μή, καὶ αὐτὸς κρινεῖς. Φήσει οὖν, ὅτι, εἴπερ βοηθεῖται ὁ τοῖς πένησι μεταδιδοὺς ὑπὸ τῆς ἐκείνων εὐχῆς, πρὸς τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν λαμβάνων τὸ ἐν τοῖς δεομένοις τῶν χρηματικῶν ἐν πνευματικοῖς περίσσευμα εἰς τὸ ἑαυτοῦ ὑστέρημα, ὡς ὑπέφηνεν ὁ ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους δευτέρᾳ [2 Cor 8, 14], τίς ἂν ἄλλος τοῦτο πάθοι, καὶ μεγάλην βοήθειαν βοηθηθείη, ἐπακούοντος τοῦ Θεοῦ ταῖς τῶν τοσούτων πενήτων ἀναπεπαυμένων εὐχαῖς, ἐν οἷς τάχα ἂν εἶέν τινες παραπλησίως τοῖς

---

rosam, quaeque non facile solvi queat; nam sive eo ipso dumtaxat perfectum aliquem evasisse dicamus, licet ea quae diximus in se non receperit, in absurdum incurremus, aliquem perfectum simul et peccatis deditum esse dicentes: peccatis enim deditus est, qui iracundus, qui mundi tristitiam patitur, qui aerumnas et mortem reformidat, qui ea concupiscit quibus caret, quique praeter rationem rebus minime bonis tamquam bonis effertur; sive simul atque substantiam aliquis vendiderit et egentibus diviserit, hunc velut Deo afflatum omne virtutum genus suscepisse et omnem nequitiam abiecisse pronuntiemus, a fide quidem haud abhorrentia, ut levius dicam, nescio utrum et vera dicemus; et fortasse nos quasi malesana iactantes deridebunt, qui eiusmodi solutionem propositae quaestioni adhibitam audierint.

143 15, 17. Sapientius ergo aliquis litterae adhaerens et non in tropologias divertens, ita quaestioni obviam ire videbitur, ut fidelis quidem, an etiam pro rerum quae hoc loco continentur dignitate, eas animo comprehendens, necne, penes te iudicium erit. Dicet ergo quod si pauperum precibus iuvatur, qui bona sua iis impertivit, ad salutem suam assumens rerum spiritualium copiam, qua praediti sunt rei pecuniariae egentes, ut suae inopiae succurrat, quemadmodum in posteriore ad Corinthios declaravit apostolus, cuinam id contingit potius, vel quis maiore iuvatur auxilio, tot pauperum sublevatorum preces exaudiente Deo, inter quos apostolis

---

143. MG 13, 1301 B.

ἀποστόλοις, ἢ ὀλίγῳ ὑποδεεστέροις αὐτῶν, πένητες μὲν ἐν τοῖς σωματικοῖς, ὡς ἐκεῖνοι, πλουτοῦντες δὲ ἐν τοῖς πνευματικοῖς; Οὗτος δὴ ὁ ἀνθυπαλλασσόμενος ἀντὶ πλούτου πενίαν ὑπὲρ τοῦ τέλειος γενέσθαι, πεισθεὶς τοῖς Ἰησοῦ λόγοις, ἀθρόως ἂν βοηθηθείη, ὡς καὶ οἱ ἀπόστολοι τοῦ Χριστοῦ, πρὸς τὸ γενέσθαι σοφὸς ἐν Χριστῷ, καὶ ἀνδρεῖος, καὶ δίκαιος, καὶ σώφρων, καὶ ἐκτὸς παντὸς πάθους. Φήσει δὲ ὁ οὕτως ἀπολογούμενος, ὅτι οὐκ ἀνάγκη τοῦτο νοηθῆναι αὐτῆς ἡμέρας ἀπαντῆσαι τῷ ἀποδεδομένῳ τὰ ὑπάρχοντα καὶ διδόντι πτωχοῖς, ἀλλ' ἴσως ἀπ' ἐκείνης μὲν τῆς ἡμέρας ἄρξεται ἡ θεία ἐπισκοπὴ ἐπὶ τὰ τοιαῦτα αὐτὸν ἄγειν· λέγω δὲ τὴν ἐπαινετὴν ἀπάθειαν καὶ πᾶσαν τὴν ἀρετήν· προβαίνων δὲ ὡς ὁ Ἰσαὰκ [cf. Gn 26, 13] διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς αὐτὸν ἐν Χριστῷ βοήθειαν, μείζων ἔσται, ἕως οὗ αὐξάνων μέγας γένηται σφόδρα σφόδρα ἐν πάσῃ ἀρετῇ, πάσης ἐξαφανισθείσης τῆς κακίας ἀπὸ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ. Καὶ οὐκ ἀναγκασθήσεταί γε ὁ ταύτην ἀποδεδωκὼς τὴν διήγησιν εἰπεῖν τέλειον παρ' αὐτὸ τοῦτο γενέσθαι ἄνθρωπον τὰ ἄλλα ἁμαρτάνοντα.

Commentarii in Ioannem.

Primum facere iusta; actio et contemplatio.— Tom. 1, n. 16. 144
«Ἀρχὴ ὁδοῦ ἀγαθῆς τὸ ποιεῖν τὰ δίκαια» [Prv 16, 5]. Τῆς γὰρ ἀγαθῆς ὁδοῦ μεγίστης τυγχανούσης, κατὰ μὲν τὰ πρῶτα νοητέον εἶναι τὸ πρακτικόν, ὅπερ παρίσταται διὰ τοῦ «ποιεῖν τὰ δίκαια»· κατὰ δὲ τὰ ἑξῆς τὸ θεωρητικόν, εἰς ὃ καταλήγειν οἶμαι

---

fortasse similes sunt aliqui, vel paulo iis certe inferiores, rebus egentes corporalibus, sicut illi, spiritualibus vero abundantes? Qui ergo sermonibus Iesu adductus, ut perfectus evadat, divitiis egestatem permutat, is confestim adiuvabitur, haud secus ac Christi apostoli, ut sapiens in Christo et fortis et prudens et omni affectu vacuus efficiatur. At qui eiusmodi explicationem tuendi huius loci gratia proferet, minime necessarium esse dicet, ut ipso die quo quis bona sua vendidit et pauperibus distribuit, id contingere nobis animo fingamus, sed ab illo fortasse die hunc ad ea deducere divina cura incipiet, laudabilem illam ab affectibus immunitatem dico et omnigenam virtutem; deinde vero tamquam Isaac proficiens et crescens, propter collatum ipsi a Deo in Christo adiumentum, maior erit, donec in omni virtute incrementum capiens, erasa ex ipsius anima omni nequitia, valde valde magnus exsistat. Nec vero qui expositionem hanc tradiderit, dicere cogetur hominem alioqui peccatis deditum eo ipso perfectum evadere.

1, 16. *Viae bonae principium est facere iusta.* Cum enim bona 144
via sit longissima, ad eam in primis pertinere eam philosophiae partem censendum est, quae in rerum actione versatur; quod ostenditur ex illis verbis: *facere iusta,* cum quod reliquum est viae, id totum ad eam vim spectet, quae sita est in rerum contemplatione,

---

144. CB 4 (ed. Preuschen, 1903), 20; MG 14, 49 C.

καὶ τὸ τέλος αὐτῆς ἐν τῇ λεγομένῃ ἀποκαταστάσει, διὰ τὸ μηδένα καταλείπεσθαι τότε ἐχθρόν, εἴ γε ἀληθὲς τό· «Δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν, ἄχρι οὗ θῇ πάντας τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, ἔσχατος δὲ ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος» [1 Cor 15, 25 sq]. Τότε γὰρ μία πρᾶξις ἔσται τῶν πρὸς Θεὸν διὰ τὸν πρὸς αὐτὸν Λόγον φθασάντων, ἡ τοῦ κατανοεῖν τὸν Θεόν· ἵνα γένωνται οὕτως ἐν τῇ γνώσει τοῦ Πατρὸς μορφωθέντες πάντες ἀκριβῶς Υἱός, ὡς νῦν μόνος ὁ Υἱὸς ἔγνωκε τὸν Πατέρα.

145 *Duae viae.* — 19, 21 (al. 5). Ἀμήχανον γὰρ συνυπάρχειν τὴν πρὸς τὸν κόσμον ἀγάπην τῇ πρὸς τὸν Θεὸν ἀγάπῃ, ὡς ἀμήχανον συνυπάρχειν ἀλλήλοις φῶς καὶ σκότος, ἢ Χριστὸν καὶ τὸν Βελίαρ, ἢ τὸ ναὸν εἶναι τοῦ Θεοῦ μετὰ τοῦ ναὸν τυγχάνειν εἰδώλων [cf. 2 Cor 6, 15 sq].

Contra Celsum, 248.

146 *Qualis ascetismus christianus.* — L. 5, n. 49. Ἀλλ' ἐπεὶ οὐ τὰ εἰσερχόμενα εἰς τὸ στόμα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον, καὶ βρῶμα ἡμᾶς οὐ παραστήσει τῷ Θεῷ [cf. Mt 15, 2; 1 Cor 8, 8], οὐ μέγα φρονοῦμεν μὴ ἐσθίοντες οὐδ' ἀπὸ γαστριμαργίας ἥκομεν ἐπὶ τὸ ἐσθίειν. Διόπερ τὸ ὅσον ἐφ' ἡμῖν οἱ ἀπὸ Πυθαγόρου ἐμψύχων ἀπεχόμενοι χαιρόντων. Ὅρα δὲ καὶ τὴν διαφορὰν τοῦ αἰτίου τῆς τῶν ἐμψύχων ἀποχῆς τῶν ἀπὸ τοῦ Πυθαγόρου καὶ τῶν ἐν ἡμῖν ἀσκητῶν. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ διὰ τὸν περὶ ψυχῆς μετενσωματουμένης μῦθον ἐμψύχων ἀπέχονται.... Ἡμεῖς δὲ κἂν τὸ τοιοῦτο πράττωμεν, ποιοῦμεν αὐτό, ἐπεὶ ὑπωπιάζομεν τὸ σῶμα καὶ

in quam etiam ipsius finem desiturum opinor, simul atque advenerit restitutio quam vocant, eo quod tum temporis ne unus quidem relinquendus sit inimicus, si quidem verum est illud: *Oportet enim eum regnare, donec posuerit omnes inimicos sub pedes suos et novissimus hostis aboleatur mors.* Tum enim cognoscendi Deum una erit actio eorum, qui ad Deum pervenerint, duce eo Verbo, quod est apud Deum; ut sic sint in cognitione Patris formati omnes accurate Filius, ut nunc solus Filius novit Patrem.

145 19, 21 (al. 5). Fieri enim nequit, ut simul exsistat amor erga mundum cum amore erga Deum, quemadmodum fieri nequit, ut simul exsistant lux et tenebrae, Christus et Belial; item fieri nequit, ut idem templum sit templum Dei et templum idolorum.

146 5, 49. Cum id quod in os intrat, non coinquinet hominem, nec esca nos commendet Deo, abstinentiam non gloriae ducimus, neque gula ad comedendum adducimur. Itaque valeant per nos licet Pythagorici, qui animatis abstinent. Vide autem, quam dispar sit Pythagoricorum animatis abstinentium et nostrorum ascetarum ratio. Illi enim animatis abstinent propter fabulam de migratione animae in varia corpora.... Nos vero, si quando abstinemus, id a nobis fit, ut castigetur corpus et in servitutem redigatur. Quippe

145. CB 4, 323; MG 14, 565 C.
146. CB 2 (ed. Koetschau, 1899), 53; MG 11, 1257 C.

δουλαγωγοῦμεν [1 Cor 9, 27] καὶ βουλόμεθα «νεκροῦν τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν, ἀσέλγειαν, πάθος, ἐπιθυμίαν κακήν» [Col 3, 5], καὶ πάντα γε πράττομεν, ἵνα «τὰς πράξεις τοῦ σώματος» [Rom 8, 13] θανατώσωμεν.

Virginitas. — 7, 48. Οἱ δ' ὑπὸ αὐτῶν ἐπὶ ἰδιωτείᾳ ἐξουθενού- 147
μενοι καὶ μωροὶ καὶ ἀνδράποδα εἶναι λεγόμενοι, κἂν μόνον πιστεύωσιν ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ, παραδεξάμενοι τὴν τοῦ Ἰησοῦ διδασκαλίαν, τοσοῦτον ἀποδέουσιν ἀσελγείας καὶ ἀκαθαρσίας καὶ πάσης τῆς ἐν συνουσίαις ἀσχημοσύνης, ὡς καὶ τρόπον τελείων ἱερέων πᾶσαν συνουσίαν ἀποστραφέντων, πολλοὺς αὐτῶν παντελῶς καθαρεύειν, οὐ μόνον ἀπὸ πάσης μίξεως.... Ἔστι δ' ἐν χριστιανοῖς ἰδεῖν ἄνδρας μὴ δεηθέντας κωνείου, ἵνα τὸ θεῖον καθαρῶς θεραπεύσωσιν, ἀλλ' ἀρκουμένους Λόγῳ ἀντὶ κωνείου, ὡς πᾶσαν ἐπιθυμίαν ἀπὸ τῆς διανοίας αὐτῶν ἐξελάσαντες τὸ θεῖον εὐχαῖς θεραπεύωσι. Παρ' ἄλλοις δὲ νομιζομένοις εἶναι θεοῖς παρθένοι πάνυ εὐαρίθμητοι, εἴτε ὑπὸ ἀνθρώπων φρουρούμεναι εἴτε καὶ μὴ (οὐ γὰρ τοῦτο πρόκειται νῦν ἐξετάζειν), δοκοῦσι διατελεῖν ἐν τῇ διὰ τὴν εἰς τὸ θεῖον τιμὴν καθαρότητι· ἐν δὲ χριστιανοῖς οὐ διὰ τὰς παρ' ἀνθρώποις τιμάς, οὐ διὰ μισθοὺς καὶ ἀργύρια οὐδὲ διὰ δοξάριον ἀσκοῦσι τὴν παντελῆ παρθενίαν· «καὶ ὡς ἐδοκίμασαν τὸν Θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει» [Rom 1, 28], τηροῦνται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐν δοκίμῳ νῷ καὶ τῷ ποιεῖν τὰ καθήκοντα πληρούμεναι πάσης δικαιοσύνης καὶ ἀγαθότητος.

Christiano daemon nocere non valet. — 8, 36. Ἀλλ' οὐ 148
χριστιανός, ὁ ἀληθῶς χριστιανὸς καὶ ὑποτάξας ἑαυτὸν μόνῳ

volumus *mortificare membra, quae sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, affectus, concupiscentiam malam;* et nihil non experimur, ut *facta carnis* mortificemus.

7, 48. Verum quos ob imperitiam nihili ducunt, quosque stultos 147
et vilia mancipia vocant, isti simul atque Iesu disciplinam amplexi se Deo commiserunt, tantum ab obscenitate et impudicitia et omni venerearum voluptatum dedecore absunt, ut more perfectorum sacerdotum, qui ab omni coitu abstinent, multi eorum se omni ex parte puros praestent, nedum cum feminis rem habeant.... Apud christianos viri sunt, qui cicuta non opus habent, ut pure Deo deserviant. Verbum Dei illis loco cicutae est, ut omni concupiscentia ex animo eiecta, divinitatem precibus prosequantur. Et apud illos alios, qui dii habentur, virgines sunt paucae, quae custoditae ab hominibus aut non custoditae (id enim nunc inquirere propositum non est) videntur colendi numinis causa integram vitae servare puritatem; sed apud christianos, non propter humanos honores, non propter mercedes pecuniarias, non propter gloriolam perfectam virginitatem colunt; *et sicut probaverunt Deum habere in notitia,* conservantur a Deo in sensu probato, ita ut quae decent faciant, repletae omni iustitia et bonitate.

8, 36. Sed christianus, verus, inquam, christianus, qui solius 148
Dei Verbique eius imperio se subdit, cum daemonibus praestantior

147. CB 2, 199; MG 11, 1489 D. 148. CB 2, 251; MG 11, 1572 C.

τῷ Θεῷ καὶ τῷ Λόγῳ αὐτοῦ, πάθοι τι ἂν ὑπὸ τῶν δαιμονίων, ἅτε κρείττων δαιμόνων τυγχάνων. Καὶ οὐ πάθοι γ' ἄν, ἐπεὶ «παρεμβαλεῖ ἄγγελος Κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν καὶ ῥύσεται αὐτούς» [Ps 33, 8], καὶ «ὁ ἄγγελος αὐτοῦ διὰ παντὸς βλέπων τὸ πρόσωπον τοῦ ἐν οὐρανοῖς Πατρὸς» [Mt 18, 10] ἀεὶ τὰς εὐχὰς αὐτοῦ ἀναφέρει διὰ τοῦ μόνου ἀρχιερέως τῷ Θεῷ τῶν ὅλων, καὶ αὐτὸς συνευχόμενος τῷ ὑπ' αὐτοῦ ἐπιτροπευομένῳ.

S. CYPRIANUS, ca 200—258.

De habitu virginum.

149 *Virginitatis praestantia.* — 3. Nunc nobis ad virgines sermo est; quarum quo sublimior gloria est, maior et cura est. Flos est ille ecclesiastici germinis, decus atque ornamentum gratiae spiritalis, laeta indoles, laudis et honoris opus integrum atque incorruptum, Dei imago respondens ad sanctimoniam Domini, illustrior portio gregis Christi. Gaudet per illas atque in illis largiter floret ecclesiae matris gloriosa fecunditas; quantoque plus copiosa virginitas numerō suo addit, gaudium matris augescit.... 4. Neque enim inanis haec cautio est et vana formido, quae ad salutis viam consulit, quae dominica et vitalia praecepta custodit, ut quae se Christo dicaverint et a carnali concupiscentia recedentes tam carne quam mente se Deo voverint, consumment opus suum magno praemio destinatum, nec ornari iam aut placere cuiquam nisi Domino suo studeant, a quo et mercedem virginitatis exspectant, dicente ipso: *Non omnes capiunt verbum, sed illi quibus datum est* [Mt 19, 11].... 5. Quod si Christum continentia sequitur et regno Dei virginitas destinatur, quid istae cum terreno cultu et cum ornamentis, quibus dum hominibus placere gestiunt, Deum offendunt.... Continentia vero et pudicitia non in sola carnis integritate consistit, sed etiam in cultus et ornatus honore pariter ac pudore, ut, secundum apostolum, quae innupta est, sancta sit et corpore et spiritu [cf. 1 Cor 7, 34].... Virgo non esse tantum, sed et intellegi debet et credi. Nemo cum virginem viderit, dubitet an virgo sit. Parem se integritas in omnibus praestet, nec bonum corporis cultus infamet. Quid ornata, quid compta procedit, quasi

---

sit, nihil a daemoniis pati potest. Cuius rei causa est, quia *castrametabitur angelus Domini in circuitu timentium eum, et eripiet eos,* et eius *angelus,* qui *semper videt faciem Patris caelestis,* eius preces per solum sacerdotem magnum semper universorum Deo offert, et ipse precatur cum eo, cuius ipsi commissa cura est.

---

149. CV 3 (ed. Hartel, 1868—1871), 1, 189; ML 4, 443 A.

maritum aut habeat aut quaerat?... Neque enim virginem fas est ad speciem formae suae comi aut de carne et de eius pulchritudine gloriari, cum nulla sit illis magis quam adversus carnem colluctatio et vincendi corporis ac domandi obstinata certatio.

Virginitatis divitiae spirituales. — 6. Neminem christia- 150
num decet, et maxime virginem non decet, claritatem ullam computare carnis et honorem, sed solum appetere sermonem Dei, bona in aeternum mansura complecti. Aut si carne sit gloriandum, tunc plane quando in nominis confessione cruciatur, quando fortior femina viris torquentibus invenitur, quando ignes aut cruces aut ferrum aut bestias patitur, ut coronetur. Illa sunt carnis pretiosa monilia, illa corporis ornamenta meliora. 7. Sed sunt aliquae divites et facultatum ubertate locupletes, quae opes suas praeferant et se bonis suis uti debere contendant. Sciant primo illam divitem esse quae in Deo dives est, illam esse locupletem quae locuples in Christo est, bona esse illa quae sint spiritalia, divina, caelestia, quae nos ad Deum ducant, quae nobiscum apud Deum perpetua possessione permaneant. Ceterum, quaecumque terrena sunt in saeculo accepta et hic cum saeculo remansura, tam contemni debent quam mundus ipse contemnitur, cuius pompis et deliciis iam tum renuntiavimus, cum meliore transgressu ad Deum venimus.

Virginum modestia. — 9. Ceterum, si tu te sumptuosius 151
comas, et per publicum notabiliter incedas, oculos in te iuventutis illicias, suspiria adulescentium post te trahas, concupiscendi libidinem nutrias, sperandi fomenta succendas, ut, etsi ipsa non pereas, alios tamen perdas et velut gladium te et venenum videntibus praebeas, excusari non potes, quasi mente casta sis et pudica. Redarguit te cultus improbus et impudicus ornatus, nec computari iam potes inter puellas et virgines Christi, quae sic vivis, ut possis adamari.

Eleemosynae officium. — 11. Locupletem te dicis et di- 152
vitem, et utendum putas his quae possidere te Deus voluit. Utere, sed ad res salutares et bonas artes; utere ad illa quae Deus praecepit, quae Dominus ostendit. Divitem te sentiant pauperes, locupletem te sentiant indigentes; patrimonio tuo Deum faenera; Christum ciba.

Incompta virginitas. — 13. Sericum et purpuram indutae 153
Christum induere non possunt; auro et margaritis et monilibus adornatae ornamenta cordis ac pectoris perdiderunt.

Fucus reprobatur. — 15. Non virgines tantum aut viduas, 154
sed et nuptas puto et omnes omnino feminas admonendas,

---

150. CV 3, 1, 192; ML 4, 446 A. 151. CV 3, 1, 194; ML 4, 448 A.
152. CV 3, 1, 195; ML 4, 449 A. 153. CV 3, 1, 197; ML 4, 451 B.
154. CV 3, 1, 198; ML 4, 454 A.

quod opus Dei et factura eius et plastica adulterari nullo modo debeat adhibito flavo colore, vel nigro pulvere, vel rubore, aut quolibet denique lineamenta nativa corrumpente medicamine. Dicit Deus: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* [Gn 1, 26]. Et audet quisquam mutare et convertere quod Deus fecit! Manus Deo inferunt, quando id quod ille formavit reformare et transfigurare contendunt, nescientes quia opus Dei est omne quod nascitur, diaboli quodcumque mutatur. Si quis pingendi artifex vultum alicuius et speciem et corporis qualitatem aemulo colore signasset, et, signato iam consummatoque simulacro, manus alius afferret, iam formata, iam picta quasi peritior reformaret, gravis prioris artificis iniuria et iusta indignatio videretur. Tu te existimas impune laturam tam improbae temeritatis audaciam, Dei artificis offensam? Ut impudica circa homines et incesta fucis lenocinantibus non sis, corruptis violatisque quae Dei sunt, peior adultera detineris. Quod ornari te putas, quod putas comi, impugnatio est ista divini operis, praevaricatio est veritatis.

155 *Convivia devitentur.* — 18. Quis illi in nuptiis locus est, cui animus ad nuptias non est, aut voluptaria illic et laeta esse quae possunt, ubi et studia et vota diversa sunt? Quid illic discitur, quid videtur? Quantum a proposito suo virgo deficit! Quantum impudicitior, quae venerat pudica, discedit! Corpore licet virgo ac mente permaneat, oculis, auribus, lingua minuit illa quod habebat. 19. Quid vero quae promiscuas balneas adeunt, quae oculis ad libidinem curiosis pudori ac pudicitiae corpora dicata prostituunt?

156 *Ornatus reprobatur.* — 20. Sic, dum ornari cultius, dum liberius evagari virgines volunt, esse virgines desinunt, furtivo dedecore corruptae, viduae antequam nuptae, non mariti sed Christi adulterae; quam fuerant praemiis ingentibus virgines destinatae, tam magna supplicia pro amissa virginitate sensurae.

157 *Virginitas.* — 22. Servate, virgines, servate quod esse coepistis, servate quod eritis. Magna vos merces habet, praemium grande virtutis, munus maximum castitatis.... Nullus vobis de partu circa filios metus est, nec maritus dominus, dominus vester et caput Christus est ad instar et vicem masculi.... Quod futuri sumus, iam vos esse coepistis. Vos resurrectionis gloriam in isto saeculo iam tenetis, per saeculum sine saeculi contagione transitis. Cum castae perseveratis et virgines, angelis Dei estis aequales. Tantum maneat et duret solida et illaesa virginitas, et ut coepit fortiter, iugiter perseveret; nec monilium aut vestium quaerat ornamenta, sed morum. Deum

---

155. CV 3, 1, 200; ML 4, 457 A. 156. CV 3, 1, 201; ML 4, 459 A.
157. CV 3, 1, 202; ML 4, 461 A.

spectet et caelum, neque oculos ad sublime porrectos ad carnis et mundi concupiscentiam deprimat, ad terrena deponat. 23. Prima sententia crescere et multiplicari praecepit, secunda et continentiam suasit.... Nec hoc iubet Dominus, sed hortatur; nec iugum necessitatis imponit, quando maneat voluntatis arbitrium liberum. Sed cum habitationes multas apud Patrem suum dicat [Io 14, 2], melioris habitaculi hospitia demonstrat. Habitacula ista meliora vos petitis, carnis desideria castrantes, maioris gratiae praemium in caelestibus obtinetis.

De catholicae ecclesiae unitate, 251.

Fraterna caritas. — 14. Exhibere se non potest martyrem, 158
qui fraternam non tenuit caritatem. Docet hoc et contestatur Paulus apostolus dicens: *Et si habuero fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habeam, nihil sum* [1 Cor 13, 2].... Qui caritatem non habet, Deum non habet. Ioannis beati apostoli vox est: *Deus,* inquit, *dilectio est; et qui manet in dilectione, in Deo manet, et Deus in illo manet* [1 Io 4, 16]. Cum Deo manere non possunt, qui esse in ecclesia Dei unanimes noluerunt. Ardeant licet flammis et ignibus traditi, vel obiecti bestiis animas suas ponant, non erit illa fidei corona, sed poena perfidiae; nec religiosae virtutis exitus gloriosus, sed desperationis interitus. Occidi talis potest, coronari non potest.

De dominica oratione, 252.

Orationis modus exterior. — 4. Sit autem orantibus sermo 159
et precatio cum disciplina quietem continens et pudorem. Cogitemus nos sub conspectu Dei stare. Placendum est divinis oculis et habitu corporis et modo vocis. Nam, ut impudentis est clamoribus strepere, ita contra congruit verecundo modestis precibus orare. Denique magisterio suo Dominus secrete orare nos praecepit, in abditis et semotis locis, in cubiculis ipsis, quod magis convenit fidei, ut sciamus Deum ubique esse praesentem, audire omnes et videre, et maiestatis suae plenitudine in abdita quoque et occulta penetrare.... 6. Adorans autem, fratres dilectissimi, nec illud ignoret, quemadmodum in templo cum pharisaeo publicanus oraverit, non allevatis in caelum impudenter oculis, nec manibus insolenter erectis; pectus suum pulsans, et peccata intus inclusa contestans, divinae misericordiae implorabat auxilium; et cum sibi pharisaeus placeret, sanctificari hic magis meruit qui sic rogavit, qui spem salutis non in fiducia innocentiae suae posuit, cum innocens nemo sit, sed peccata confessus humiliter oravit; et exaudivit orantem qui humilibus ignoscit.

---

158. CV 3, 1, 222; ML 4, 510 B. 159. CV 3, 1, 268; ML 4, 521 B.

160 *Paupertas.* — 20. Docet [Paulus] non tantum contemnendas, sed et periculosas esse divitias, illic esse radicem malorum blandientium, caecitatem mentis humanae occulta deceptione fallentium.... Contra autem Dominus perfectum et consummatum docet fieri, qui, omnibus suis venditis atque in usum pauperum distributis, thesaurum sibi condat in caelo. Eum dicit posse se sequi et gloriam dominicae passionis imitari, qui, expeditus et succinctus, nullis laqueis rei familiaris involvitur, sed solutus ac liber facultates suas ad Dominum ante praemissas ipse quoque comitatur [Mt 19, 21]. Ad quod ut possit unusquisque nostrum parare se, sic discit orare et de orationis lege qualis esse debeat noscere.

161 *In oratione evagationes.* — 31. Quando autem stamus ad orationem, fratres dilectissimi, invigilare et incumbere ad preces toto corde debemus. Cogitatio omnis carnalis et saecularis abscedat, nec quicquam animus quam id solum cogitet, quod precatur. Ideo et sacerdos, ante orationem praefatione praemissa, parat fratrum mentes dicendo: «Sursum corda»; ut, dum respondet plebs: «Habemus ad Dominum», admoneatur nihil aliud se quam Dominum cogitare debere.... Quomodo audiri te a Deo postulas, cum te ipse non audias? Vis esse Dominum memorem tui, cum rogas, quando tui memor ipse non sis?

162 *Orationem comitentur opera bona.* — 32. Orantes autem non infructuosis nec nudis precibus ad Deum veniant. Inefficax petitio est, cum precatur Deum sterilis oratio. Nam, cum *omnis arbor non faciens fructum excidatur et in ignem mittatur* [Mt 7, 19], utique et sermo non habens fructum promereri Deum non potest, quia nulla operatione fecundus est. Et ideo Scriptura divina instruit dicens: *Bona est oratio cum ieiunio et eleemosyna* [Tob 12, 9]. Nam qui in die iudicii praemium pro operibus et eleemosynis redditurus est, hodie quoque ad orationem cum operatione venienti benignus auditor est.... 33. Cito orationes ad Deum ascendunt, quas ad Deum merita nostri operis imponunt. Sic et Raphael angelus Tobiae oranti semper et semper operanti adstitit.... Adesse se repromittit et audire ac protegere se eos dicit, qui, iniustitiae nodos de corde solventes et eleemosynas circa domesticos Dei, secundum eius praecepta, facientes, dum audiunt, quod Deus praecipit fieri, ipsi quoque a Deo merentur audiri.

De mortalitate, 252/4.

163 *Mortis timor.* — 2. Praemium vitae, et gaudium salutis aeternae, et perpetua laetitia, et possessio paradisi nuper

160. CV 3, 1, 282; ML 4, 533 B. 161. CV 3, 1, 289; ML 4, 539 B.
162. CV 3, 1, 290; ML 4, 540 A. 163. CV 3, 1, 298; ML 4, 584 B.

amissa, mundo transeunte iam veniunt; iam terrenis caelestia, et magna parvis, et caducis aeterna succedunt. Quis hic anxietatis et sollicitudinis locus est? Quis inter haec trepidus et maestus est, nisi cui spes et fides deest? Eius est enim mortem timere, qui ad Christum nolit ire. Eius est ad Christum nolle ire qui se non credat cum Christo incipere regnare.

Mori lucrum. — 7. Quantum prosit exire de saeculo, Christus ipse salutis atque utilitatis nostrae magister ostendit; qui, 164
cum discipuli eius contristarentur, quod se iam diceret recessurum, locutus est ad eos dicens: *Si me dilexissetis, gauderetis, quoniam vado ad Patrem* [Io 14, 28], docens et ostendens, cum cari quos diligimus de saeculo exeunt, gaudendum potius quam dolendum. Cuius rei memor beatus apostolus Paulus in epistula sua ponit et dicit: *Mihi vivere Christus est, et mori lucrum* [Phil 1, 21].

Fides et robur christianorum. — 12. Ad omnia te paratum 165
facere timor Dei et fides debet. Sit licet rei familiaris amissio, sit de infestantibus morbis assidua membrorum et cruenta vexatio, sit de uxore, de liberis, de excedentibus caris funebris et tristis avulsio: non sint tibi offendicula ista, sed proelia; nec debilitent aut frangant christiani fidem, sed potius ostendant in colluctatione virtutem, cum contemnenda sit omnis iniuria malorum praesentium fiducia futurorum bonorum. Nisi praecesserit pugna, non potest esse victoria; cum fuerit in pugnae congressione victoria, tunc datur vincentibus et corona.... 13. Hoc denique inter nos et ceteros interest, qui Deum nesciunt, quod illi in adversis queruntur et murmurant, nos adversa non avocant a virtutis et fidei veritate, sed corroborant in dolore.... 20. Nobis quoque ipsis minimis et extremis quoties revelatum est, quam frequenter atque manifeste de Dei dignatione praeceptum est, ut contestarer assidue, ut publice praedicarem fratres nostros non esse lugendos arcessitione dominica de saeculo liberatos, cum sciamus non amitti, sed praemitti.

Mors transitus. — 22. Quod interim morimur, ad immortali- 166
tatem morte transgredimur; nec potest vita aeterna succedere, nisi hinc contigerit exire. Non est exitus iste, sed transitus et temporali itinere decurso ad aeterna transgressus. Quis non ad meliora festinet? quis non mutari et reformari ad Christi speciem et ad caelestis gratiae dignitatem citius exoptet?

Caelum patria nostra. — 26. Considerandum est, fratres 167
dilectissimi, et identidem cogitandum renuntiasse nos mundo, et tamquam hospites et peregrinos hic interim degere. Amplectamur diem, qui assignat singulos domicilio suo, qui nos

164. CV 3, 1, 300; ML 4, 586 B. 165. CV 3, 1, 304; ML 4, 590 A.
166. CV 3, 1, 310; ML 4, 597 A. 167. CV 3, 1, 313; ML 4, 600 B.

istinc ereptos et laqueis saecularibus exsolutos paradiso restituit et regno. Quis non peregre constitutus properet in patriam regredi? Quis non, ad suos navigare festinans, ventum prosperum cupidius optet, ut velociter caros liceat amplecti? Patriam nos nostram paradisum computamus: parentes patriarchas habere iam coepimus. Quid non properamus et currimus, ut patriam nostram videre, ut parentes salutare possimus? Magnus illic nos carorum numerus exspectat, parentum, fratrum, filiorum frequens nos et copiosa turba desiderat, iam de sua incolumitate secura, adhuc de nostra salute sollicita. Ad horum conspectum et complexum venire quanta et illis et nobis in commune laetitia est! Qualis illis caelestium regnorum voluptas sine timore moriendi, et cum aeternitate vivendi quam summa et perpetua felicitas! Illic apostolorum gloriosus chorus, illic prophetarum exsultantium numerus, illic martyrum innumerabilis populus ob certaminis et passionis gloriam et victoriam coronatus; triumphantes virgines, quae concupiscentiam carnis et corporis continentiae robore subegerunt; remunerati misericordes, qui alimentis et largitionibus pauperum iustitiae opera fecerunt, qui dominica praecepta servantes ad caelestes thesauros terrena patrimonia transtulerunt. Ad hos, fratres dilectissimi, avida cupiditate properemus, ut cum his cito esse, ut cito ad Christum venire contingat, optemus.

De opere et eleemosynis, 253.

168 *Eleemosynae lex et utilitas.* — 3. Agnoscamus itaque, fratres carissimi, divinae indulgentiae salubre munus, et emundandis purgandisque peccatis nostris, qui sine aliquo conscientiae vulnere esse non possumus, medelis spiritalibus vulnera nostra curemus. Nec quisquam sic sibi de puro atque immaculato pectore blandiatur, ut, innocentia sua fretus, medicinam non putet adhibendam esse vulneribus, cum scriptum sit: *Quis gloriabitur castum se habere cor, aut quis gloriabitur mundum se esse a peccatis?* [Prv 20, 9], et iterum in epistula sua Ioannes ponat et dicat: *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, et veritas in nobis non est* [1 Io 1, 8]. Si autem nemo esse sine peccato potest, et quisquis se inculpatum dixerit, aut superbus aut stultus est, quam necessaria, quam benigna est divina clementia, quae, cum sciat non deesse sanatis quaedam postmodum vulnera, dedit curandis denuo sanandisque vulneribus remedia salutaria!

4. Numquam denique, fratres dilectissimi, admonitio divina cessavit et tacuit, quominus in Scripturis sanctis tam veteribus quam novis semper et ubique ad misericordiae opera Dei populus provocaretur; et canente atque exhortante Spiritu Sancto, quisque ad spem regni caelestis instruitur, facere eleemosynas iubetur. Mandat et praecipit Esaiae Deus: *Exclama,* inquit, *in fortitudine, et noli parcere. Sicut tuba exalta vocem tuam, annuntia plebi meae peccata ipsorum et domui Iacob facinora eorum* [Is 58, 1]. Et cum peccata iis sua exprobrari praecepisset, cumque eorum facinora pleno indignationis impetu protulisset, dixissetque eos nec, si orationibus et precibus et ieiuniis uterentur, satisfacere pro delictis posse, nec, si in cilicio et cinere volverentur, iram Dei posse lenire, in novissima tamen parte, demonstrans solis eleemosynis Deum posse placari, addidit dicens: *Frange esurienti panem tuum, et egenos sine tecto induc in domum tuam. Si videris nudum, vesti, et domesticos seminis tui non despicies. Tunc erumpet temporaneum lumen tuum, et vestimenta tua cito orientur, et praeibit ante te iustitia, et claritas Dei circumdabit te. Tunc exclamabis, et Deus exaudiet te. Dum adhuc loqueris, dicet: Ecce adsum* [ib. 7—9].

5. Remedia propitiando Deo ipsius Dei verbis data sunt, quid deberent facere peccantes magisteria divina docuerunt, operationibus iustis Deo satisfieri, misericordiae meritis peccata purgari. Et apud Salomonem legimus: *Conclude eleemosynam in corde pauperis, et haec pro te exorabit ab omni malo* [Eccli 29, 15]. Et iterum: *Qui obturat aures, ne audiat imbecillum, et ipse invocabit Deum, et non erit qui exaudiat eum* [Prv 21, 13]. Neque enim mereri Dei misericordiam poterit, qui misericors ipse non fuerit, aut impetrabit de divina pietate aliquid in precibus, qui ad precem pauperis non fuerit humanus. Quod item in psalmis Spiritus Sanctus declarat et probat dicens: *Beatus qui intellegit super egenum et pauperem, in die malo liberabit eum Dominus* [Ps 40, 2]. Quorum praeceptorum memor Daniel, cum rex Nabuchodonosor adverso somnio territus aestuaret, avertendis malis a divina ope impetranda remedium dedit dicens: *Propterea, rex, consilium meum placeat tibi, et peccata tua eleemosynis redime et iniustitias tuas miserationibus pauperum, et erit Deus parcens peccatis tuis* [Dn 4, 24]. Cui rex non obtemperans, adversa quae viderat et infesta perpessus est; quae evadere et vitare potuisset, si peccata sua eleemosynis redemisset. Raphael quoque angelus paria testatur, et ut eleemosyna libenter ac largiter fiat hortatur dicens: *Bona est oratio cum ieiunio et eleemosyna, quia eleemosyna a morte liberat, et ipsa purgat peccata* [Tob 12, 8]. Ostendit orationes nostras ac ieiunia minus posse, nisi eleemosynis adiuventur, deprecationes solas parum ad impetrandum valere, ni factorum et operum accessione satientur. Revelat angelus et manifestat et firmat eleemosynis petitiones nostras efficaces fieri, eleemosynis vitam de periculis redimi, eleemosynis a morte animas liberari.

---

168. CV 3, 1, 375; ML 4, 604 B.

6. Nec sic, fratres carissimi, ista proferimus, ut non quod Raphael angelus dixit veritatis testimonio comprobemus; in Actis apostolorum facti fides posita est, et quod eleemosynis non tantum a secunda, sed a prima morte animae liberentur, gestae et impletae rei probatione compertum est. Tabitha, operationibus iustis et eleemosynis praestandis plurimum dedita, cum infirmata esset et mortua, ad cadaver exanimae Petrus accitus est; qui cum impigre pro apostolica humanitate venisset, circumsteterunt eum viduae flentes et rogantes, pallia et tunicas et omnia illa quae prius sumpserant indumenta monstrantes, nec pro defuncta suis vocibus, sed ipsius operibus deprecantes. Sensit Petrus impetrari posse quod sic petebatur, nec defuturum Christi auxilium viduis deprecantibus, quando esset in viduis ipse vestitus. Cum itaque genibus nixus orasset, et viduarum ac pauperum idoneus advocatus legatas sibi preces ad Dominum pertulisset, conversus ad corpus, quod in tabula iam lotum iacebat, *Tabitha*, inquit, *exsurge in nomine Iesu Christi* [Act 9, 40]. Nec defuit Petro, quominus statim ferret auxilium, qui in evangelio dari dixerat quicquid fuisset eius nomine postulatum. Mors itaque suspenditur et spiritus redditur, et, mirantibus ac stupentibus cunctis, ad hanc mundi denuo lucem redivivum corpus animatur. Tantum potuerunt misericordiae merita, tantum opera iusta valuerunt! Quae laborantibus viduis largita fuerat subsidia vivendi, meruit ad vitam viduarum petitione revocari.

169 *Eleemosyna patresfamilias decet.* — 18. Sed enim multi sunt in domo liberi, et retardat te numerositas filiorum, quominus largiter bonis operibus insistas. Atqui hoc ipso operari amplius debes, quo multorum pignorum pater es. Plures sunt, pro quibus Dominum depreceris; multorum delicta redimenda sunt, multorum purgandae conscientiae, multorum animae liberandae. Ut in hac vita saeculari alendis sustinendisque pignoribus, quo maior est numerus, hoc maior et sumptus est, ita et in vita spiritali atque caelesti, quo amplior fuerit pignorum copia, esse et operum debet maior impensa. Sic Iob sacrificia numerosa pro liberis offerebat; quantusque erat in domo pignorum numerus, tantus dabatur Deo et numerus hostiarum. Et quoniam cotidie deesse non potest, quod peccetur in conspectu Dei, sacrificia cotidiana non deerant, quibus possent peccata tergi. Probat Scriptura dicens: *Iob homo verus et iustus habuit filios septem et filias tres, et emundabat illos offerens pro iis hostias Deo secundum numerum illorum et pro peccatis eorum vitulum unum* [Iob 1, 2 5]. Si ergo vere filios tuos diligis, si iis exhibes plenam et paternam dulcedinem caritatis, operari magis debes, ut filios tuos Deo iusta opera-

169. CV 3, 1, 387; ML 4, 615 B.

tione commendes. 19. Nec eum liberis tuis cogites patrem, qui et temporarius et infirmus est, sed illum pares, qui aeternus et firmus filiorum spiritalium pater est. Illi assigna facultates tuas, quas heredibus servas. Ille sit liberis tuis tutor, ille curator, ille contra omnes iniurias saeculares divina maiestate protector. Patrimonium Deo creditum nec respublica eripit, nec fiscus invadit, nec calumnia aliqua forensis evertit. In tuto hereditas ponitur, quae Deo custode servatur. Hoc est caris pignoribus in posterum providere, hoc est futuris heredibus paterna pietate consulere secundum fidem Scripturae sanctae dicentis: *Iuvenior fui, et senui, et non vidi iustum derelictum, neque semen eius quaerens panem. Tota die miseretur et faenerat, et semen eius in benedictione erit* [Ps 36, 25]. Et iterum: *Qui conversatur sine vituperatione in iustitia, beatos filios relinquet* [Prv 20, 7]. Praevaricator itaque et proditor pater es, nisi filiis tuis fideliter consulas, nisi conservandis iis religiosa et vera pietate prospicias. Qui studes terreno magis quam caelesti patrimonio, filios tuos diabolo magis commendare quam Christo! Bis delinquis et geminum ac duplex crimen admittis, et quod non praeparas filiis tuis Dei Patris auxilium, et quod doces filios patrimonium plus amare quam Christum.

Opera bona. — 26. Praeclara et divina res, fratres carissimi, 170
salutaris operatio, solatium grande credentium, securitatis nostrae salubre praesidium, munimentum spei, tutela fidei, medela peccati, res posita in potestate facientis, res et grandis et facilis, sine periculo persecutionis, corona pacis, verum Dei munus et maximum, infirmis necessarium, fortibus gloriosum, quo christianus adiutus perfert gratiam spiritalem, promeretur Christum iudicem, Deum computat debitorem.... In pace vincentibus coronam candidam pro operibus dabit, in persecutione purpuream pro passione geminabit.

De bono patientiae, 256.

Patientia. — 3. Nos autem, fratres dilectissimi, qui philo- 171
sophi non verbis, sed factis sumus, nec vestitu sapientiam, sed veritate praeferimus, qui virtutum conscientiam magis quam iactantiam novimus, qui non loquimur magna, sed vivimus, quasi servi et cultores Dei, patientiam, quam magisteriis caelestibus discimus, obsequiis spiritalibus praebeamus. Est enim nobis cum Deo virtus ista communis.... 4. Et cum crebris, immo continuis exacerbetur offensis Deus, indignationem suam temperat et praestitutum semel retributionis diem patienter exspectat, cumque habeat in potestate vindictam, mavult diu tenere patientiam, sustinens scilicet clementer et differens,

170. CV 3, 1, 394; ML 4, 621 B. 171. CV 3, 1, 398; ML 4, 623 C.

ut, si fieri potest, multum malitia protracta aliquando mutetur, et homo in errorum et scelerum contagione volutatus vel sero ad Deum convertatur.

172 *Patientia et caritas.* — 15. Caritas fraternitatis vinculum est, fundamentum pacis, tenacitas ac firmitas unitatis, quae et spe et fide maior est, quae et opera et martyria praecedit, quae nobiscum semper aeterna in regnis caelestibus permanebit. Tolle illi patientiam, et desolata non durat.

173 *Patientiae praestantia.* — 20. Patientia est quae nos Deo et commendat et servat. Ipsa est quae iram temperat, quae linguam frenat, quae mentem gubernat, pacem custodit, disciplinam regit, libidinis impetum frangit, tumoris violentiam comprimit, incendium simultatis exstinguit, coercet potentiam divitum, inopiam pauperum refovet, tuetur in virginibus beatam integritatem, in viduis laboriosam castitatem, in coniunctis et maritatis individuam caritatem. Facit humiles in prosperis, in adversis fortes, contra iniurias et contumelias mites. Docet delinquentibus cito ignoscere; si ipse delinquas, diu et multum rogare. Tentationes expugnat, persecutiones tolerat, passiones et martyria consummat. Ipsa est quae fidei nostrae fundamenta firmiter munit; ipsa est quae incrementa spei sublimiter provehit. Ipsa actum dirigit, ut tenere possimus viam Christi, dum per eius tolerantiam gradimur; ipsa efficit, ut perseveremus filii Dei, dum patientiam Patris imitamur.

De zelo et livore.

174 *Remedia contra livorem.* — 16. His meditationibus corroborandus est animus, fratres dilectissimi, eiusmodi exercitationibus contra omnia diaboli iacula firmandus. Sit in manibus divina lectio, in sensibus dominica cogitatio; oratio iugis omnino non cesset; salutaris operatio perseveret. Spiritalibus semper actibus occupemur, ut quotiescumque inimicus accesserit, quoties adire tentaverit, et clausum adversum se pectus inveniat et armatum. Non enim christiani hominis corona una est, quae tempore persecutionis accipitur: habet et pax coronas suas, quibus de varia et multiplici congressione victores, prostrato et subacto adversario, coronamur.... 17. Ad quas ut pervenire tu etiam possis, qui fueras zelo et livore possessus, omnem illam malitiam, qua prius tenebaris, abice, ad viam vitae aeternae vestigiis salutaribus reformare. Evelle de pectore tuo spinas et tribulos, ut te dominicum semen fertili fruge locupletet, ut divina et spiritalis seges in copiam fecundae messis exuberet. Venena fellis evome, discordiarum virus exclude, purgetur mens, quam serpentinus livor infecerat,

172. CV 3, 1, 407; ML 4, 631 C. 173. CV 3, 1, 411; ML 4, 635 A.
174. CV 3, 1, 430: ML 4, 649 A.

amaritudo omnis, quae intus insederat, Christi dulcedine leniatur. De sacramento crucis et cibum sumis et potum, lignum quod apud Merrham profecit in imagine, ad saporis dulcedinem tibi in veritate proficiat ad mulcendi pectoris lenitatem, nec ad medelam prosperandae valetudinis laborabis. Unde vulneratus fueras, inde curare. Ama eos quos ante oderas, dilige illos quibus iniustis obtrectationibus invidebas. Bonos imitare, si sectari potes. Si sectari non potes, collaetare certe et congratulare melioribus. Fac te illis adunata dilectione participem, fac te consortio caritatis et fraternitatis vinculo coheredem. Dimittentur tibi debita, quando ipse dimiseris; accipientur sacrificia tua, cum pacificus ad Deum veneris; sensus atque actus tui divinitus dirigentur, quando ea quae divina et iusta sunt cogitaveris, sicut scriptum est: *Cor viri cogitet iusta, ut a Domino dirigantur gressus eius* [Prv 16, 9]. 18. Habes autem multa quae cogites. Paradisum cogita, quo Cain non redit, qui zelo fratrem peremit. Cogita caeleste regnum, ad quod non nisi concordes atque unanimes Dominus admittit. Cogita quod filii Dei hi soli possint vocari, qui sint pacifici, qui nativitate et lege divina ad similitudinem Dei Patris et Christi respondeant adunati.

Epistula ad Fortunatum, 257.

Tentationes. — Praef. 2. Adversarius vetus est et hostis 175
antiquus, cum quo proelium gerimus; sex milia annorum iam pene complentur, ex quo hominem diabolus impugnat. Omnia genera tentandi et artes atque insidias deiciendi usu ipso vetustatis edidicit. Si imparatum invenerit Christi militem, si rudem, si non sollicito ac toto corde vigilantem, circumvenit nescium, fallit incautum, decipit imperitum. Si vero quis dominica praecepta custodiens et fortiter Christo adhaerens contra eum steterit, vincatur necesse est, quia Christus, quem confitetur, invictus est.

Merces patientiae caelum. — C. 13. *Non sunt,* inquit [Paulus], 176
condignae passiones huius temporis ad superventuram claritudinem, quae revelabitur in nobis [Rom 8, 18]. Quis ergo non omnibus modis elaboret ad claritatem tantam pervenire, ut amicus Dei fiat, ut cum Christo statim gaudeat, ut post tormenta et supplicia terrena praemia divina percipiat? Si militibus saecularibus gloriosum est, ut hoste devicto redeant in patriam triumphantes, quanto potior et maior est gloria, victo diabolo, ad paradisum triumphantem redire.... Clauduntur in persecutionibus terrae, sed patet caelum; minatur antichristus, sed Christus tuetur; mors infertur, sed immortalitas sequitur;

175. CV 3, 1, 317; ML 4, 653 A. 176. CV 3, 1, 346; ML 4, 674 D.

occiso mundus eripitur, sed restituto paradisus exhibetur; vita temporalis exstinguitur, sed aeterna repraesentatur. Quanta est dignitas et quanta securitas exire hinc laetum, exire inter pressuras et angustias gloriosum; claudere in momento oculos, quibus homines videbantur et mundus, aperire eosdem statim ut Deus videatur et Christus! Tam feliciter migrandi quanta velocitas! Terris repente subtraheris, ut in regnis caelestibus reponaris. Haec oportet me te et cogitatione complecti, haec die ac nocte meditari. Si talem persecutio invenerit Dei militem, vinci non poterit virtus ad proelium prompta. Vel si arcessitio ante praevenerit, sine praemio non erit fides, quae erat ad martyrium praeparata. Sine damno temporis merces, Deo iudice, redditur: in persecutione militia, in pace conscientia coronatur.

Epistulae.

177 *Mundi contemptus.* — Ep. 1 (ad Donatum), 14. Una igitur placida et fida tranquillitas, una solida et firma securitas, si quis, ab his inquietantis saeculi turbinibus extractus, salutaris portus statione fundatus, ad caelum oculos tollit a terris, et ad Domini munus admissus ac Deo suo mente iam proximus, quicquid apud ceteros in rebus humanis sublime ac magnum videtur, intra suam iacere conscientiam glorietur. Nihil appetere iam, nihil desiderare de saeculo potest, qui saeculo maior est. Quam stabilis, quam inconcussa tutela est, quam perennibus bonis caeleste praesidium, implicantis mundi laqueis solvi, in lucem immortalitatis aeternae de terrena faece purgari!

178 *Laus carceris.* — 6, 1. O beatum carcerem, quem illustravit vestra praesentia! O beatum carcerem, qui homines mittit ad caelum! O tenebras lucidiores sole ipso et luce hac mundi clariores, ubi modo constituta sunt Dei templa et sanctificanda divinis confessionibus membra vestra.

179 *Potestas diaboli augetur, si mandata non observamus: visio S. Cypriani.* — 11, 3. Quod magis suasit et compulit, ut has ad vos litteras scriberem, scire debetis, sicut Dominus ostendere et revelare dignatus est, dictum esse in visione: *Petite, et impetratis* [Mt 7, 7]; tunc deinde praeceptum plebi assistenti, ut pro quibusdam personis designatis sibi peterent, in petendo autem fuisse dissonas voces et dispares voluntates, et vehementer hoc displicuisse illi qui dixerat: *Petite, et impetratis,* quod plebis inaequalitas discreparet, nec esset fratrum consensio una et simplex et iuncta concordia, cum scriptum sit: *Deus qui inhabitare facit unanimes in domo* [Ps 67, 7], et in

177. CV 3, 1, 14; ML 4, 220 A.
178. CV 3, 2, 481; ML (ep. 81) 4, 425 B.
179. CV 3, 2, 497; ML (ep. 7) 4, 242 A.

Actis apostolorum legamus: *Turba autem eorum qui crediderant, anima ac mente una agebant* [Act 4, 32], et Dominus sua voce mandaverit dicens: *Hoc est mandatum meum, ut diligatis invicem* [Io 15, 17], et iterum: *Dico autem vobis, quoniam, si duobus ex vobis convenerit in terra, de omni re, quamcumque petieritis, continget vobis a Patre meo, qui in caelis est* [Mt 18, 19]. Quod si duo unanimes tantum possunt, quid, si unanimitas apud omnes esset? Quod si secundum pacem, quam nobis Dominus dedit, universis fratribus conveniret, iampridem de divina misericordia impetrassemus quod petimus, nec tamdiu in hoc salutis et fidei nostrae periculo fluctuaremus. Immo vero nec venissent fratribus haec mala, si in unum fraternitas fuisset animata. 4. Nam et illud ostensum est, quod sederet paterfamilias, sedente sibi ad dexteram iuvene; qui iuvenis, anxius et cum quadam indignatione subtristis, maxillam manu tenens, maesto vultu sedebat. Alius vero in sinistra parte consistens rete portabat, quod se mittere, ut circumstantem populum caperet, minabatur. Et cum miraretur quid hoc esset ille qui vidit, dictum est ei iuvenem, qui ad dexteram sic sederet, contristari et dolere, quod praecepta sua non observarentur; illum vero in sinistra exsultare, quod sibi daretur occasio, ut a patrefamilias potestatem sumeret saeviendi. Hoc prius longe ostensum est, quam tempestas vastitatis huius oriretur. Et vidimus impletum quod fuerat ostensum, ut, dum praecepta Domini contemnimus, dum datae legis mandata salutaria non tenemus, facultatem nocendi inimicus acciperet, minus armatos et ad repugnandum minus cautos iactu retis operiret.

Exhortatio martyrii. — 58, 3. Gaudere nos et exsultare voluit 180
in persecutionibus Dominus, quia, quando persecutiones fiunt, tunc dantur coronae fidei, tunc probantur milites Dei, tunc martyribus patent caeli. Neque enim sic nomen militiae dedimus, ut pacem tantummodo cogitare, et detrectare et recusare militiam debeamus, quando in ipsa militia primus ambulaverit Dominus, humilitatis et tolerantiae et passionis magister, ut quod fieri docuit, prior faceret, et quod pati hortatur, prior pro nobis ipse pateretur. Sit ante oculos vestros, fratres dilectissimi, quod qui omne iudicium a Patre solus accepit et qui venturus est iudicaturus, iam iudicii sui et cognitionis futurae sententiam protulerit, praenuntians et contestans confessurum se coram Patre suo confitentes et negaturum negantes. Si mortem possemus evadere, merito mori timeremus; porro autem, cum mortalem mori necesse sit, amplectamur occasionem de divina promissione et dignatione venientem, et fungamur exitu mortis cum praemio immortali-

180. CV 3, 2, 663; ML (ep. 56) 4, 351 C.

tatis, nec vereamur occidi, quos constat, quando occidimur, coronari.... 8. Ad agonem saecularem exercentur homines et parantur; et magnam gloriam computant honoris sui, si illis, spectante populo et imperatore praesente, contigerit coronari. Ecce agon sublimis et magnus et coronae caelestis praemio gloriosus, ut spectet nos certantes Deus, et super eos, quos filios facere dignatus est, oculos suos pandens, certaminis nostri spectaculo perfruatur. Proeliantes nos et fidei congressione pugnantes spectat Deus, spectant angeli eius, spectat et Christus. Quanta est gloriae dignitas et quanta felicitas praesente Deo congredi et Christo iudice coronari! Armemur, fratres dilectissimi, viribus totis et paremur ad agonem mente incorrupta, fide integra, virtute devota. Ad aciem, quae nobis indicitur, Dei castra procedant; armentur integri, ne perdat integer quod nuper stetit; armentur et lapsi, ut et lapsus recipiat quod amisit. Integros honor, lapsos dolor ad proelium provocet.

181 *Exhortatio martyrii.* — 76, 2. Quod autem, fustibus caesi prius graviter et afflicti, per eiusmodi poenas initiastis confessionis vestrae gloriosa primordia, exsecranda nobis ista res non est. Neque enim ad fustes christianum corpus expavit, cuius est spes omnis in ligno. Sacramentum salutis suae Christi servus agnovit. Redemptus ligno ad vitam aeternam, ligno provectus est ad coronam. Quid vero mirum, si vasa aurea et argentea in metallum, id est auri et argenti domicilium, dati estis, nisi quod nunc metallorum natura conversa est, locaque, quae aurum et argentum dare ante consueverant, accipere coeperunt? Imposuerunt quoque compedes pedibus vestris, et membra felicia ac Dei templa infamibus vinculis ligaverunt, quasi cum corpore ligetur et spiritus, aut aurum vestrum ferri contagione maculetur. Dicatis Deo hominibus et fidem suam religiosa virtute testantibus ornamenta sunt ista, non vincula; nec christianorum pedes ad infamiam copulant, sed clarificant ad coronam. O pedes feliciter vincti, qui non a fabro, sed a Domino resolvuntur! O pedes feliciter vincti, qui in itinere salutari ad paradisum diriguntur! O pedes in saeculo ad praesens ligati, ut sint semper apud Dominum liberi! O pedes compedibus et traversariis interim cunctabundi, sed celeriter ad Christum glorioso itinere cursuri! Quantum vult hic vel invida crudelitas vel maligna, nexibus vos suis et vinculis teneat, cito a terris et poenis istis ad caelorum regna venietis. Non fovetur in metallis lecto et culcitris corpus, sed refrigerio et solatio Christi fovetur. Humi iacent fessa laboribus viscera; sed poena non est cum Christo iacere. Squalent sine balneis membra situ et sorde deformia;

181. CV 3, 2, 829; ML (ep. 77) 4, 416 A.

sed spiritaliter intus abluitur quod foris carnaliter sordidatur. Panis illic exiguus; at *non in solo pane vivit homo, sed in sermone Dei* [Dt 8, 3]. Vestis algentibus deest; sed qui Christum induit, et vestitus abundanter et cultus est. Semitonsi capitis capillus horrescit; sed, cum sit caput viri Christus, qualecumque illud caput deceat necesse est, quod ob Domini nomen insigne est. Omnis ista deformitas detestabilis et tetra gentilibus, quali splendore pensabitur? Saecularis haec et brevis poena quam clari et aeterni honoris mercede mutabitur, cum, secundum beati apostoli vocem transformaverit Dominus corpus humilitatis nostrae conformatum corpori claritatis suae?

S. ATHANASIUS, 295—373.

Oratio de Incarnatione Verbi, 318.

Contemptus mortis apud christianos est signum victoriae 182
Christi. — 27. Τοῦ μὲν γὰρ καταλελύσθαι τὸν θάνατον, καὶ νίκην κατ' αὐτοῦ γεγενῆσθαι τὸν σταυρόν, καὶ μηκέτι λοιπὸν ἰσχύειν, ἀλλ' εἶναι νεκρὸν αὐτὸν ἀληθῶς, γνώρισμα οὐκ ὀλίγον, καὶ πίστις ἐναργὴς τὸ παρὰ πάντων τῶν τοῦ Χριστοῦ μαθητῶν αὐτὸν καταφρονεῖσθαι, καὶ πάντας ἐπιβαίνειν κατ' αὐτοῦ, καὶ μηκέτι φοβεῖσθαι τοῦτον, ἀλλὰ τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ, καὶ τῇ εἰς Χριστὸν πίστει καταπατεῖν αὐτὸν ὡς νεκρόν. Πάλαι μὲν γὰρ πρὶν τὴν θείαν ἐπιδημίαν γενέσθαι τοῦ Σωτῆρος, φοβερὸς ἦν καὶ αὐτοῖς τοῖς ἁγίοις ὁ θάνατος, καὶ πάντες τοὺς ἀποθνήσκοντας ὡς φθειρομένους ἐθρήνουν· ἄρτι δὲ τοῦ Σωτῆρος ἀναστήσαντος τὸ σῶμα, οὐκέτι μὲν ὁ θάνατός ἐστι φοβερός, πάντες δὲ οἱ τῷ Χριστῷ πιστεύοντες ὡς οὐδὲν αὐτὸν ὄντα πατοῦσι καὶ μᾶλλον ἀποθνήσκειν αἱροῦνται, ἢ ἀρνήσασθαι τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν. Ἴσασι γὰρ ὄντως, ὅτι ἀποθνήσκοντες οὐκ ἀπόλλυνται, ἀλλὰ καὶ ζῶσι καὶ ἄφθαρτοι διὰ τῆς ἀναστάσεως

27. Mortem enim dissolutam esse et cruce devictam, nec eam 182
amplius vim ullam habere, sed vere mortuam esse, non tenue argumentum, sed certissimum indicium est, quod ab omnibus Christi discipulis illa contemnatur omnesque eidem insultent, nec iam ab illis timeatur, sed signo crucis et fide Christi tamquam mortua conculcetur. Olim siquidem ante divinum Salvatoris adventum, ipsis etiam sanctis mors erat terribilis, cunctique eos, qui moriebantur, tamquam pereuntes deflebant; iam autem, postquam Salvator corpus suum a mortuis excitavit, mors non amplius terribilis est, sed omnes, qui Christo credunt, eam tamquam quae nihil sit calcant potiusque mori eligunt, quam fidem Christi negare. Nimirum certo sciunt se moriendo non perire, sed vivere et incorruptos per resurrectionem fieri. Ille autem qui nobis antea morte improbe

182. MG 25, 141 C.

γίνονται. Ἐκεῖνος δὲ ὁ πάλαι τῷ θανάτῳ πονηρῶς ἐναλλόμενος διάβολος, λυθεισῶν αὐτοῦ τῶν ὠδίνων, ἔμεινε μόνος ἀληθῶς νεκρός. Καὶ τούτου τεκμήριον, ὅτι, πρὶν πιστεύσουσιν οἱ ἄνθρωποι τῷ Χριστῷ, φοβερὸν τὸν θάνατον ὁρῶσι καὶ δειλιῶσιν αὐτόν· ἐπειδὰν δὲ εἰς τὴν ἐκείνου πίστιν καὶ διδασκαλίαν μετέλθωσι, τοσοῦτον καταφρονοῦσι τοῦ θανάτου, ὡς καὶ προθύμως ἐπ' αὐτὸν ὁρμᾶν καὶ μάρτυρας γίνεσθαι τῆς κατ' αὐτοῦ παρὰ τοῦ Σωτῆρος γενομένης ἀναστάσεως. Καὶ γὰρ ἔτι νήπιοι ὄντες τὴν ἡλικίαν, σπεύδουσιν ἀποθνήσκειν, καὶ μελετῶσι κατ' αὐτοῦ τοῖς ἀσκήσεσιν οὐ μόνον ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες. Οὕτως ἀσθενὴς γέγονε, ὡς καὶ γυναῖκας τὰς ἀπατηθείσας τὸ πρὶν παρ' αὐτοῦ νῦν παίζειν αὐτὸν ὡς νεκρὸν καὶ παρειμένον.

183 *Virginitas argumentum christianorum.* — 51. Τίς οὖν ἀνθρώπων μετὰ θάνατον ἢ ἄλλως ζῶν περὶ παρθενίας ἐδίδαξε, καὶ οὐκ ἀδύνατον εἶναι τὴν ἀρετὴν ταύτην ἐν ἀνθρώποις; Ἀλλ' ὁ ἡμέτερος Σωτὴρ καὶ τῶν πάντων βασιλεὺς Χριστὸς τοσοῦτον ἴσχυεν ἐν τῇ περὶ ταύτης διδασκαλίᾳ, ὡς καὶ παιδία μήπω τῆς νομίμης ἡλικίας ἐπιβάντα τὴν ὑπὲρ τὸν νόμον ἐπαγγέλλεσθαι παρθενίαν.

Epistula ad Dracontium, 354.

184 *Episcopi inter monachos electi.* — 7. Οὐ γὰρ σὺ μόνος ἐκ μοναχῶν κατεστάθης, οὐδὲ σὺ μόνος προέστης μοναστηρίου, ἢ μόνος ὑπὸ μοναχῶν ἠγαπήθης· ἀλλ' οἶδας, ὅτι καὶ Σεραπίων μοναχός ἐστι καὶ τόσων μοναχῶν προέστη. Οὐκ ἔλαθέ σε, πόσων μοναχῶν πατὴρ γέγονεν Ἀπολλῶς. Οἶδας Ἀγάθωνα καὶ οὐκ ἀγνοεῖς Ἀρίστωνα· μνημονεύεις Ἀμμωνίου, τοῦ μετὰ Σεραπίωνος ἀποδημήσαντος· ἴσως δὲ ἤκουσας καὶ περὶ Μουΐτου ἐν τῇ ἄνω Θηβαΐδι, καὶ δύνασαι μαθεῖν περὶ Παύλου τοῦ ἐν τῷ Λατῷ, καὶ περὶ ἄλλων πολλῶν. Καὶ ὅμως οὗτοι, κατασταθέντες, οὐκ ἀντειρήκασιν, ἀλλ' ἔχοντες τύπον τὸν Ἐλισσαῖον, καὶ εἰδότες τὰ κατὰ Ἠλίαν, μαθόντες τε τὰ κατὰ τοὺς μαθητὰς καὶ ἀποστόλους, ἀντελάβοντο τῆς φροντίδος, καὶ οὐ κατεφρόνησαν τῆς λειτουργίας, καὶ οὔτε χείρους ἑαυτῶν γεγόνασιν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον τοῦ καμάτου τὸν μισθὸν προσδοκῶσι, προκόπτοντες καὶ προκόπτειν ἄλλους νουθετοῦντες. Πόσους ἀπὸ τῶν εἰδώλων ἐπέστρεψαν; Πόσους ἀπὸ τῆς δαιμονιώδους συνηθείας ἔπαυσαν νουθετοῦντες; Πόσους παρέστησαν τῷ Κυρίῳ δούλους, ὥστε καὶ τοὺς ὁρῶντας τὰ σημεῖα ταῦτα βλέποντας θαυμάζειν; Ἢ οὐχὶ μέγα σημεῖον κόρην ποιῆσαι παρθενεύειν, καὶ νεώτερον ἐγκρατεύεσθαι, καὶ εἰδωλολάτρην ἐπιγνῶναι τὸν Χριστόν;

9. Ἔξεστι γὰρ καὶ ἐπίσκοπον ὄντα σε πεινᾶν καὶ διψῆν, ὡς 185
ὁ Παῦλος· δύνασαι μὴ πιεῖν οἶνον, ὡς ὁ Τιμόθεος· καὶ νηστεύειν καὶ αὐτὸς συνεχῶς, ὡς ὁ Παῦλος ἐποίει· ἵνα κατ' ἐκεῖνον οὕτως νηστεύων, χορτάζῃς ἄλλους ἐν τοῖς λόγοις, καὶ διψῶν ἐν τῷ μὴ πιεῖν, ποτίζῃς ἄλλους διδάσκων. Μὴ οὖν ταῦτα προβαλλέτωσαν οἱ συμβουλεύοντές σοι. Οἴδαμεν γὰρ καὶ ἐπισκόπους νηστεύοντας, καὶ μοναχοὺς ἐσθίοντας. Οἴδαμεν καὶ ἐπισκόπους μὴ πίνοντας οἶνον, μοναχοὺς δὲ πίνοντας. Οἴδαμεν

---

insultabat diabolus, solutis mortis doloribus, solus vere mortuus mansit; cuius quidem rei signum est, quod homines, antequam Christo credant, mortem ut terribilem intueantur et refugiant; postea vero quam ad illius fidem et doctrinam transierint, adeo fortiter mortem spernunt, ut et mira alacritate ad eam properent et testes fiant resurrectionis, quam Salvator contra illam produxit. Hinc ipsi etiam infantes mori festinant, seseque contra mortem non viri tantum, sed et mulieres exercent. Ita scilicet infirma facta est, ut et mulieres, quas prius deceperat, nunc illi velut mortuae et dissolutae illudant.

183 51. Quis igitur hominum post mortem vel etiam per vitam virginitatem docuit, ac non potius hanc virtutem acquiri ab hominibus non posse? At Salvator noster omniumque imperator Christus in illa suadenda virtute tantum pondus habuit, ut etiam pueri, legitimam aetatem nondum adepti, virginitatem, quae quidem supra legem est, profiteri non vereantur.

184 7. Neque enim tu solus ex monachis es ordinatus, neque tu tantum monasterio praefuisti, vel solus a monachis dilectus es; sed nosti Serapionem monachum esse et tam multis praefuisse monachis. Nec te praeterit, quot monachorum pater fuerit Apollos. Nosti Agathonem, nec ignoras Aristonem, ac meministi Ammonii cum Serapione peregre profecti; fortassis etiam ad te pervenit fama Muiti in superiori Thebaide commorantis, atque discere potuisti, quid Paulus, qui Lati degebat, egerit. Ac similiter alii complurimi, qui tamen ordinati, non repugnarunt; sed Elisaei exemplo ducti, nec ignorantes, quid egerit Elias, gnari quoque rerum ab apostolis gestarum, hanc suscepere curam, nec ministerium aspernati sunt, vel propterea seipsis deteriores facti sunt; sed potius cum laboris mercedem exspectent, ipsi in melius proficiunt, dum alios ad profectum cohortantur. Quot illi quantosque ab idolorum cultu revocarunt? Quot a daemoniaca consuetudine monitis suis averterunt? Quot Domino adduxere servos, adeo ut qui ista signa videant, admiratione capti sint? Annon ingens signum, puellam ad virginitatem, adulescentem ad continentiam, idololatram ad Christi cognitionem deducere?

9. Licet tibi etiam in episcopatu esurire et sitire, quemadmodum 185
egit Paulus. Potes vinum non bibere, ut Timotheus; frequentissime ieiunare, uti solebat Paulus; ut dum eius exemplo ieiunas, alios doctrina tua satiare valeas, et dum abstinendo a potu sitim toleras, aliis docendo potum praebeas. Ne tibi igitur talia obiciant consiliarii tui. Novimus enim et episcopos qui ieiunent, et monachos qui comedant. Novimus episcopos qui vino abstineant, ut et mo-

---

183. MG 25, 185 D. 184. MG 25, 532 A. 185. MG 25, 532 D.

καὶ σημεῖα ποιοῦντας ἐπισκόπους, μοναχοὺς δὲ μὴ ποιοῦντας. Πολλοὶ δὲ τῶν ἐπισκόπων οὐδὲ γεγαμήκασι, μοναχοὶ δὲ πατέρες τέκνων γεγόνασιν· ὥσπερ καὶ ἐπισκόπους πατέρας τέκνων, καὶ μοναχοὺς ἐξ ὁλοκλήρου γένους τυγχάνοντας. Καὶ πάλιν οἴδαμεν κληρικοὺς πεινῶντας, μοναχοὺς δὲ νηστεύοντας. Ἔξεστι γὰρ καὶ οὕτως, καὶ ἐκείνως οὐ κεκώλυται. Ἀλλὰ πανταχοῦ τις ἀγωνιζέσθω καὶ γὰρ ὁ στέφανος οὐ κατὰ τόπον, ἀλλὰ κατὰ τὴν πρᾶξιν ἀποδίδοται.

Epistula ad Amunem, 355.

186 *Matrimonium facit fructum tricesimum, virginitas vero centesimum.* — Δύο γὰρ οὐσῶν ὁδῶν ἐν τῷ βίῳ περὶ τούτων, μιᾶς μὲν μετριωτέρας καὶ βιωτικῆς, τοῦ γάμου λέγω, τῆς δὲ ἑτέρας ἀγγελικῆς καὶ ἀνυπερβλήτου, τῆς παρθενίας· εἰ μέν τις τὴν κοσμικήν, τοῦτ' ἔστι τὸν γάμον, ἕλοιτο, μέμψιν μὲν οὐκ ἔχει, τοσαῦτα δὲ χαρίσματα οὐ λήψεται. Λήψεται γάρ, ἐπείπερ φέρει καὶ αὐτὸς καρπὸν τῶν τριάκοντα. Εἰ δὲ τὴν ἁγνήν τις καὶ ὑπερκόσμιον ἀσπάσοιτο, εἰ καὶ τραχεῖα παρὰ τὴν πρώτην καὶ δυσκατόρθωτος ἡ ὁδός, ὅμως ἔχει χαρίσματα θαυμασιώτερα· τὸν γὰρ τέλειον καρπὸν τὴν ἑκατοντάδα ἐβλάστησεν.

Vita S. Antonii, 357.

187 *Vocatio et initia S. Antonii.* — 2. Μετὰ δὲ τὸν θάνατον τῶν γονέων, αὐτὸς μόνος κατελείφθη μετὰ μιᾶς βραχυτάτης ἀδελφῆς· καὶ ἦν ἐτῶν ἐγγὺς δέκα καὶ ὀκτὼ ἢ καὶ εἴκοσι γεγονώς, αὐτός τε τῆς οἰκίας καὶ τῆς ἀδελφῆς ἐφρόντιζεν. Οὔπω

---

nachos qui bibant. Episcopos etiam novimus qui signa edant, et monachos qui id minime praestent. Sunt quoque ex episcopis multi qui numquam nupserint, monachi autem reperiuntur qui filios suscepere, quemadmodum vicissim episcopos filiorum parentes, monachos vero nullam posteritatem habuisse cernimus. Vidimus rursum clericos qui famem tolerarent, et monachos qui ieiunarent. Hoc enim modo licet agere, et alio nihil vetat. Sed omnes ubique decertent: corona quippe non pro loci, sed pro factorum ratione tribuitur.

186 Nam duplex cum sit via in vita, alia quidem inferior vulgariorque, matrimonii scilicet, alia vero angelica et suprema omnium, nempe virginitatis: si quis mundanam, nuptias nimirum elegerit, culpa quidem vacat, sed tot tantaque non consequetur dona. Consequetur tamen aliqua, si quidem et ipse fert fructum tricesimum. Si quis vero castam mundoque superiorem amplexus fuerit vitam, tametsi haec altera asperior et difficilior via est, at excellentioribus ille muneribus donandus est: perfectum quippe fructum, nempe centesimum produxit.

187 2. Post parentum autem obitum, solus cum sola sorore admodum parva relictus, cum decem et octo vel viginti annorum esset, domus sororisque curam gessit. Sex autem nondum exactis mensibus a

186. MG 26, 1173 C. 187. MG 26, 841 B.

δὲ μῆνες ἓξ παρῆλθον τοῦ θανάτου τῶν γονέων αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὸ εἰωθὸς προερχόμενος εἰς τὸ Κυριακόν, καὶ συνάγων ἑαυτοῦ τὴν διάνοιαν, ἐλογίζετο περιπατῶν, πῶς οἱ μὲν ἀπόστολοι πάντα καταλιπόντες ἠκολούθησαν τῷ Σωτῆρι, οἱ δὲ ἐν ταῖς Πράξεσι πωλοῦντες τὰ ἑαυτῶν ἔφερον καὶ ἐτίθουν παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων, εἰς διάδοσιν τῶν χρείαν ἐχόντων, τίς τε καὶ πόση τούτοις ἐλπὶς ἐν οὐρανοῖς ἀπόκειται. Ταῦτα δὴ ἐνθυμούμενος, εἰσῆλθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ συνέβη τότε τὸ εὐαγγέλιον ἀναγινώσκεσθαι, καὶ ἤκουσε τοῦ Κυρίου λέγοντος τῷ πλουσίῳ· «Εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, ὕπαγε, πώλησον πάντα τὰ ὑπάρχοντά σοι, καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι, καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανοῖς» [Mt 19, 21]. Ὁ δὲ Ἀντώνιος, ὥσπερ θεόθεν ἐσχηκὼς τὴν τῶν ἁγίων μνήμην, καὶ ὡς δι' αὐτὸν γενομένου τοῦ ἀναγνώσματος, ἐξελθὼν εὐθὺς ἐκ τοῦ Κυριακοῦ, τὰς μὲν κτήσεις ἃς εἶχεν ἐκ προγόνων (ἄρουραι δὲ ἦσαν τριακόσιαι εὔφοροι καὶ πάνυ καλαί), ταύτας ἐχαρίσατο τοῖς ἀπὸ τῆς κώμης, ἵνα εἰς μηδ' ὁτιοῦν ὀχλήσωσιν αὐτῷ τε καὶ τῇ ἀδελφῇ. Τὰ δὲ ἄλλα ὅσα ἦν αὐτοῖς κινητά, πάντα πωλήσας, καὶ συναγαγὼν ἀργύριον ἱκανόν, δέδωκε τοῖς πτωχοῖς, τηρήσας ὀλίγα διὰ τὴν ἀδελφήν.

3. Ὡς δέ, πάλιν εἰσελθὼν εἰς τὸ Κυριακόν, ἤκουσεν ἐν τῷ 188
εὐαγγελίῳ τοῦ Κυρίου λέγοντος· «Μὴ μεριμνήσητε περὶ τῆς αὔριον» [Mt 6, 34], οὐκ ἀνασχόμενος ἔτι μένειν, ἐξελθὼν διέδωκε κἀκεῖνα τοῖς μετρίοις. Τὴν δὲ ἀδελφὴν παραθέμενος γνωρίμοις καὶ πισταῖς παρθένοις, δούς τε αὐτὴν εἰς Παρθενῶνα ἀνατρέφεσθαι, αὐτὸς πρὸ τῆς οἰκίας ἐσχόλαζε λοιπὸν τῇ ἀσκήσει,

---

parentum exitu, cum de more ad Dominicum procederet, atque secum animo cogitaret, qua ratione apostoli relictis omnibus secuti sunt Salvatorem, et qui in Actibus apostolorum, venditis possessionibus, pretia afferebant ad pedes apostolorum, ut egenis distribuerentur, necnon quaenam quantaque istis spes in caelis reposita sit, haec secum reputans, in ecclesiam ingreditur, contigitque, ut tum evangelium legeretur, et audivit Dominum diviti illi dixisse: *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quae habes, et da pauperibus, et veni, sequere me; et habebis thesaurum in caelis.* Antonius porro quasi divinitus immissa sibi esset sanctorum memoria, et quasi sui causa lecta illa fuissent, egressus quamprimum ex Dominico, quas a maioribus habuit possessiones (erant autem illi arurae trecentae, fertiles et perquam amoenae) vicanis dono dedit, ne sibi sororique molestiam afferrent. Mobilibus vero omnibus venditis, multam hinc collectam pecuniam pauperibus distribuit, paucis solum sororis causa reservatis.

3. Rursus in Dominicum ingressus, audivit Dominum in evan- 188
gelio dicere: *Nolite solliciti esse in crastinum.* Nec ultra illic remanere sustinens, egressus, illa quoque tenuioribus largitus est. Sorore vero virginibus notis sibi atque fidelibus commendata, atque ad Parthenonem tradita, ut illic educaretur, ipse ante domum suam

188. MG 26, 844 A.

προσέχων ἑαυτῷ καὶ καρτερικῶς ἑαυτὸν ἄγων. Οὔπω γὰρ ἦν οὕτως ἐν Αἰγύπτῳ συνεχῆ μοναστήρια, οὐδ' ὅλως ᾔδει μοναχὸς τὴν μακρὰν ἔρημον, ἕκαστος δὲ τῶν βουλομένων ἑαυτῷ προσέχειν οὐ μακρὰν τῆς ἰδίας κώμης καταμόνας ἠσκεῖτο. Ἦν τοίνυν ἐν τῇ πλησίον κώμῃ τότε γέρων, ἐκ νεότητος τὸν μονήρη βίον ἀσκήσας· τοῦτον ἰδὼν Ἀντώνιος, ἐζήλωσεν ἐν καλῷ καὶ πρῶτον μὲν ἤρξατο καὶ αὐτὸς μένειν ἐν τοῖς πρὸ τῆς κώμης τόποις. Κἀκεῖθεν εἴ που τινὰ σπουδαῖον ἤκουεν, προερχόμενος ἐζήτει τοῦτον ὡς ἡ σοφὴ μέλισσα, καὶ οὐ πρότερον εἰς τὸν ἴδιον τόπον ἀνέκαμπτεν, εἰ μὴ τοῦτον ἑωράκει, καὶ ὥσπερ ἐφόδιον τι τῆς εἰς ἀρετὴν ὁδοῦ παρ' αὐτοῦ λαβών, ἐπανῄει. Ἐκεῖ τοίνυν τὰς ἀρχὰς διατρίβων, τὴν διάνοιαν ἐστάθμιζεν, ὅπως πρὸς μὲν τὰ τῶν γονέων μὴ ἐπιστρέφηται, μηδὲ τῶν συγγενῶν μνημονεύῃ· ὅλον δὲ τὸν πόθον καὶ πᾶσαν τὴν σπουδὴν ἔχῃ περὶ τὸν τόνον τῆς ἀσκήσεως. Εἰργάζετο γοῦν ταῖς χερσίν, ἀκούσας· Ὁ δὲ ἀργὸς μηδὲ ἐσθιέτω [cf. 2 Thess 3, 10]· καὶ τὸ μὲν εἰς τὸν ἄρτον, τὸ δὲ εἰς τοὺς δεομένους ἀνήλισκε. Προσηύχετο δὲ συνεχῶς, μαθών, ὅτι δεῖ κατ' ἰδίαν προσεύχεσθαι ἀδιαλείπτως· καὶ γὰρ προσεῖχεν οὕτως τῇ ἀναγνώσει, ὡς μηδὲν τῶν γεγραμμένων ἀπ' αὐτοῦ πίπτειν χαμαί, πάντα δὲ κατέχειν, καὶ λοιπὸν αὐτῷ τὴν μνήμην ἀντὶ βιβλίων γίνεσθαι.

189 4. Οὕτω μὲν οὖν ἑαυτὸν ἄγων, ἠγαπᾶτο παρὰ πάντων ὁ Ἀντώνιος· αὐτὸς δὲ τοῖς σπουδαίοις, πρὸς οὓς ἀπήρχετο, γνη-

asceticae vitae deinceps operam dedit, atque attentus sibi asperum vitae genus toleranter agebat. Nondum enim tam frequentia erant in Aegypto monasteria, neque ullus norat monachus vastam eremum, sed quisquis sibi ipsi vacare cuperet, is haud procul suo pago sese exercebat solus. Erat itaque tunc temporis in vicino pago senex homo, qui a iuventute monasticam egerat vitam; hunc cum videret Antonius, probo eius imitandi studio incensus primum coepit ip.:e in locis pago vicinis commorari. Atque hinc si quem audiret alicubi degere ad virtutem strenuum, hunc prudentis apis more perquirebat, neque ante ad sedes suas remigrabat, quam hominem vidisset, atque hinc accepto ceu viatico ad virtutis iter instituendum, revertebatur. Sub initium itaque ibidem commoratus, mentem firmabat suam, ut ne ad paterna inde bona reverteretur, neque suorum meminisset cognatorum, sed toto desiderio, tota sollicitudine ad asceticae vitae perfectionem contenderet. Laborabat itaque manibus suis; audierat nempe: Qui otiosus fuerit, ne manducet; atque hinc partim panem sibi emebat, partim egenis largiebatur. Frequens orabat, quod didicisset oportere seorsim sine intermissione orare; etenim ita attentus erat lectioni, ut nihil sibi scriptorum excideret, sed retineret omnia, ita ut ipsi deinde memoria librorum loco esset.

189 4. Cum ita vitam suam institueret Antonius, diligebatur ab omnibus; ipse vero sedulis quos adibat fratribus libenter obseque-

189. MG 26, 845 A.

σίως ὑπετάσσετο, καὶ καθ' ἑαυτὸν ἑκάστου τὸ πλεονέκτημα τῆς σπουδῆς καὶ τῆς ἀσκήσεως κατεμάνθανε· καὶ τοῦ μὲν τὸ χαρίεν, τοῦ δὲ τὸ πρὸς τὰς εὐχὰς σύντονον ἐθεώρει· καὶ ἄλλου μὲν τὸ ἀόργητον, ἄλλου δὲ τὸ φιλάνθρωπον κατενόει· καὶ τῷ μὲν ἀγρυπνοῦντι, τῷ δὲ φιλολογοῦντι προσεῖχε· καὶ τὸν μὲν ἐν καρτερίᾳ, τὸν δὲ ἐν νηστείαις καὶ χαμευνίαις ἐθαύμαζε· καὶ τοῦ μὲν τὴν πραότητα, τοῦ δὲ τὴν μακροθυμίαν παρετηρεῖτο· πάντων δὲ ὁμοῦ τὴν εἰς τὸν Χριστὸν εὐσέβειαν καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἀγάπην ἐσημειοῦτο. Καὶ οὕτω πεπληρωμένος, ὑπέστρεφεν εἰς τὸν ἴδιον τοῦ ἀσκητηρίου τόπον· λοιπὸν αὐτὸς τὰ παρ' ἑκάστου συνάγων εἰς ἑαυτόν, καὶ σπουδάζων ἐν ἑαυτῷ τὰ πάντων δεικνύναι. Καὶ γὰρ πρὸς τοὺς καθ' ἡλικίαν ἴσους οὐκ ἦν φιλόνεικος, ἢ μόνον ἵνα μὴ δεύτερος ἐκείνων ἐν τοῖς βελτίοσι φαίνηται. Καὶ τοῦτο ἔπραττεν, ὥστε μηδένα λυπεῖν, ἀλλὰ κἀκείνους ἐπ' αὐτῷ χαίρειν. Πάντες μὲν οὖν οἱ ἀπὸ τῆς κώμης καὶ οἱ φιλόκαλοι, πρὸς οὓς εἶχε τὴν συνήθειαν, οὕτως αὐτὸν ὁρῶντες, ἐκάλουν θεοφιλῆ· καὶ οἱ μὲν ὡς υἱόν, οἱ δὲ ὡς ἀδελφὸν ἠσπάζοντο.

Tentationes S. Antonii. — 5. Ὁ δὲ μισόκαλος καὶ φθονερὸς 190
διάβολος οὐκ ἤνεγκεν ὁρῶν ἐν νεωτέρῳ τοιαύτην πρόθεσιν. Ἀλλ' οἷα μεμελέτηκε ποιεῖν, ἐπιχειρεῖ καὶ κατὰ τούτου πράττειν· καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐπείραζεν αὐτὸν ἀπὸ τῆς ἀσκήσεως καταγαγεῖν, ὑποβάλλων μνήμην τῶν κτημάτων, τῆς ἀδελφῆς τὴν κηδεμονίαν, τοῦ γένους τὴν οἰκειότητα, φιλαργυρίαν, φιλοδοξίαν, τροφῆς τὴν ποικίλην ἡδονήν, καὶ τὰς ἄλλας ἀνέσεις τοῦ βίου, καὶ τέλος

batur, addiscebatque in quo quisque eorum virtutis et exercitationis genere excelleret; atque huius suavitatem contemplabatur, illius orandi assiduitatem; illius lenitatem, illius humanitatem cogitabat; huic vigilias agenti, illi lectionis studioso adhibebat animum; huius perseverantiam, alius ieiunia et humi cubationem mirabatur; huius mansuetudinem observabat, illius longanimitatem; unaque omnium pietatem erga Christum ac mutuam dilectionem reputabat secum. Atque ita plenus ad asceterii sui locum remeabat, atque singulorum dotes animo colligens, curabat in se ipse omnia exprimere. Etenim nullum ipsi cum aequalibus fuit contentionis studium, praeter hoc solum, ut ne virtute secundus ab illis esset. Atque illud ita agebat, nemini ut offensioni, immo potius illis ipsis hoc gaudio esset. Omnes itaque vici incolae atque probi viri, quorum consuetudine utebatur, eiusmodi hominem cernentes, Dei amicum vocabant; et alii ut filium diligebant, alii ut fratrem.

5. At omni bono inimicus atque invidus diabolus huiusmodi in 190
adulescente propositum cernere non tulit. Sed quae iam antehac adversus eum meditatus fuerat, haec exsequi conatus, illum primo ex ascetica vita deducere tentavit, submissa facultatum memoria, sororis sollicitudine, generis sui consuetudine, pecuniarum et gloriae cupiditate, varii et lauti cibi voluptate, necnon variis remissioris

190. MG 26, 845 C.

τὸ τραχὺ τῆς ἀρετῆς, καὶ ὡς πολὺς αὐτῆς ἐστιν ὁ πόνος· τοῦ τε σώματος τὴν ἀσθένειαν ὑπετίθετο, καὶ τοῦ χρόνου τὸ μῆκος. Καὶ ὅλως πολὺν ἤγειρεν αὐτῷ κονιορτὸν λογισμῶν ἐν τῇ διανοίᾳ, θέλων αὐτὸν ἀποσχοινίσαι τῆς ὀρθῆς προαιρέσεως. Ὡς δὲ εἶδεν ἑαυτὸν ὁ ἐχθρὸς ἀσθενοῦντα πρὸς τὴν τοῦ Ἀντωνίου πρόθεσιν, καὶ μᾶλλον ἑαυτὸν καταπαλαιόμενον ὑπὸ τῆς ἐκείνου στεῤῥότητος, καὶ ἀνατρεπόμενον τῇ πολλῇ πίστει, καὶ πίπτοντα ταῖς συνεχέσιν Ἀντωνίου προσευχαῖς, τότε δὴ τοῖς «ἐπ' ὀμφαλοῦ γαστρὸς ὅπλοις ἑαυτοῦ» [Iob 40, 11] θαῤῥῶν, καὶ καυχώμενος ἐπὶ τούτοις (ταῦτα γάρ ἐστιν αὐτοῦ τὰ πρῶτα κατὰ τῶν νεωτέρων ἔνεδρα), προσέρχεται κατὰ τοῦ νεωτέρου, νυκτὸς μὲν αὐτὸν θορυβῶν, μεθ' ἡμέραν δὲ οὕτως ἐνοχλῶν, ὡς καὶ τοὺς ὁρῶντας αἰσθέσθαι τὴν γινομένην ἀμφοτέρων πάλην. Ὁ μὲν γὰρ ὑπέβαλλε λογισμοὺς ῥυπαρούς, ὁ δὲ ταῖς εὐχαῖς ἀνέτρεπε τούτους· καὶ ὁ μὲν ἐγαργάλιζεν, ὁ δέ, ὡς ἐρυθριᾶν δοκῶν, τῇ πίστει καὶ ταῖς εὐχαῖς καὶ νηστείαις ἐτείχιζε τὸ σῶμα· καὶ ὁ μὲν διάβολος ὑπέμενεν ὁ ἄθλιος καὶ ὡς γυνὴ σχηματίζεσθαι νυκτός, καὶ πάντα τρόπον μιμεῖσθαι, μόνον ἵνα τὸν Ἀντώνιον ἀπατήσῃ· ὁ δὲ τὸν Χριστὸν ἐνθυμούμενος, καὶ τὴν δι' αὐτὸν εὐγένειαν καὶ τὸ νοερὸν τῆς ψυχῆς λογιζόμενος, ἀπεσβέννυε τὸν ἄνθρακα τῆς ἐκείνου πλάνης. Πάλιν τε ὁ μὲν ἐχθρὸς ὑπέβαλλε τὸ λεῖον τῆς ἡδονῆς· ὁ δέ, ὀργιζομένῳ καὶ λυπουμένῳ ἐοικώς, τὴν ἀπειλὴν τοῦ πυρὸς καὶ τοῦ σκώληκος τὸν πόνον ἐνεθυμεῖτο· καὶ ἀντιτιθεὶς ταῦτα, διέβαινε τούτων ἀβλαβής. Ἦν δὲ ταῦτα πάντα πρὸς αἰσχύνην γινόμενα τοῦ ἐχθροῦ. Ὁ γὰρ νομίσας ὅμοιος γενέσθαι Θεῷ ὑπὸ νεανίσκου νῦν ἐπαίζετο· καὶ ὁ σαρκὸς καὶ αἵματος κατακαυχώμενος ὑπὸ

---

vitae blandimentis, atque demum asperitate virtutis, quae tanti laboris esset; subiciebat item corporis infirmitatem, temporis diuturnitatem. Uno verbo, ingentem in mente ipsius excitavit cogitationum pulverem, ut a recto avocaret instituto. Verum se infirmiorem conspicatus inimicus, quam ut Antonii propositum everteret, immo vero sese illius constantia devictum et magna fide subversum atque cadentem assiduis Antonii precibus, tum confisus iis quae *in umbilico ventris sui sunt* armis iisque gloriatus (quae priores sunt eius adversus adulescentes insidiae), iuvenem adoritur, noctu perturbationes excitans, interdiu vero ita infestans, ut qui eum cernerent, commissam inter utrumque pugnam adverterent. Ille namque obscenas cogitationes subiciebat, hic eas precibus fugabat; titillabat ille, hic, ceu erubescens, fide, precibus, ieiuniis corpus muniebat; sustinebat miser diabolus vel mulieris formam noctu induere feminaeque gestus imitari, Antonium ut deciperet; at ille Christum cogitans ac propter illum nobilitatem spiritualitatemque animae secum reputans, carbonem illius fallaciae restinxit. Rursum suggerebat inimicus voluptatis suavitatem; ille iracundo ac maerenti similis, ignis comminationem atque vermis cruciatum cogitabat; quibus ipsi oppositis haec praeteribat illaesus. Quae omnia pudori erant adversario. Nam qui putabat se Deo similem esse posse, ab adulescente iam deludebatur; et qui adversus carnem

ἀνθρώπου σάρκα φοροῦντος ἀνετρέπετο. Συνήργει γὰρ ὁ Κύριος αὐτῷ, ὁ σάρκα δι' ἡμᾶς φορέσας, καὶ τῷ σώματι δοὺς τὴν κατὰ τοῦ διαβόλου νίκην· ὥστε τῶν ὄντως ἀγωνιζομένων ἕκαστον λέγειν· «Οὐκ ἐγὼ δέ, ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ σὺν ἐμοί» [1 Cor 15, 10].

Contra tentationes certamen. — 6. Τέλος γοῦν, ὡς οὐκ ἠδυ- 191
νήθη τὸν Ἀντώνιον οὐδ' ἐν τούτῳ καταβαλεῖν ὁ δράκων, ἀλλὰ καὶ ἔβλεπεν ἑαυτὸν ἐξωθούμενον ἀπὸ τῆς καρδίας αὐτοῦ, τρίζων τοὺς ὀδόντας, κατὰ τὸ γεγραμμένον [cf. Act 7, 54], καὶ ὥσπερ ἐξιστάμενος, οἷός ἐστι τὸν νοῦν, τοιοῦτος ὕστερον καὶ τῇ φαντασίᾳ μέλας αὐτῷ φαίνεται παῖς· καὶ ὥσπερ ὑποπίπτων, οὐκέτι μὲν λογισμοῖς ἐπέβαινεν (ἐκβέβλητο γὰρ ὁ δόλιος)· λοιπὸν δὲ ἀνθρωπίνῃ χρώμενος φωνῇ, ἔλεγε· Πολλοὺς μὲν ἠπάτησα, καὶ πλείστους κατέβαλον· νῦν δέ, ὡς ἐπὶ πολλοῖς, καὶ ἐπὶ σοὶ καὶ τοῖς σοῖς πόνοις προσβαλών, ἠσθένησα. Εἶτα τοῦ Ἀντωνίου πυθομένου· Τίς εἶ σὺ ὁ τοιαῦτα λαλῶν παρ' ἐμοί; εὐθὺς ἐκεῖνος οἰκτρὰς ἠφίει φωνάς· Ἐγὼ τῆς πορνείας εἰμὶ φίλος· ἐγὼ τὰ εἰς ταύτην ἔνεδρα, καὶ τοὺς ταύτης γαργαλισμοὺς κατὰ τῶν νέων ἀνεδεξάμην, καὶ πνεῦμα πορνείας κέκλημαι. Πόσους θέλοντας σωφρονεῖν ἠπάτησα. Πόσους ἐγκρατευομένους μετέπεισα γαργαλίζων. Ἐγώ εἰμι δι' ὃν καὶ ὁ προφήτης μέμφεται τοὺς πεσόντας, λέγων· «Πνεύματι πορνείας ἐπλανήθητε» [Os 4, 12]· δι' ἐμοῦ γὰρ ἦσαν ἐκεῖνοι σκελισθέντες. Ἐγώ εἰμι ὁ πολλάκις σοι ὀχλήσας, καὶ τοσαυτάκις ἀνατραπεὶς παρὰ σοῦ. Ὁ δὲ Ἀντώνιος εὐχαριστήσας τῷ Κυρίῳ καὶ καταθαῤῥήσας αὐτοῦ, φησὶ πρὸς αὐτόν· Πολὺ τοίνυν εὐκαταφρόνητος τυγχάνεις· καὶ γὰρ μέλας εἶ τὸν

---

et sanguinem gloriabatur, ab homine carnem gestante prostratus est. Aderat enim illi adiutor Dominus, qui carnem propter nos gestavit et victoriam dedit corpori contra diabolum; ita ut quisquis vere certat, possit dicere: *Non ego, sed gratia Dei mecum.*

6. Demum, cum nec hoc modo posset draco Antonium pro- 191
sternere, sed sese videret ex corde illius abiectum, stridens, ut scriptum est, dentibus et quasi extra se raptus, qualis animo est, tali specie ipse apparuit, niger scilicet puer; non iam cogitationibus illum aggreditur (deiectus quippe fuerat dolosus ille); sed humana deinceps usus voce: Multos, aiebat, decepi, plurimos prostravi; nunc vero ut ad alios, sic ad te laboresque tuos accedens, infirmior fui. Sciscitante Antonio: Quis tu es, qui haec mecum loqueris? tum ille lamentabili voce: Ego, inquit, fornicationis sum amicus: ego insidias titillationesque ad iuvenes hac in re expugnandos suscepi, et spiritus fornicationis vocor. Quot temperanter vivere volentes decepi! Quot continentes titillationibus e sententia deduxi! Ego sum, cuius causa propheta eos, qui lapsi sunt, increpat his verbis: *Spiritu fornicationis decepti estis;* per me etenim supplantati illi fuerant. Ego sum, qui saepius tibi molestiam creavi, ac toties a te repulsus sum. Antonius autem, gratiis Domino actis assumptaque adversus hostem confidentia, ait illi: Admodum ergo

---

191. MG 26, 850 A.

νοῦν καὶ ὡς παῖς ἀσθενής· οὐδὲ μία μοι λοιπόν ἐστι φροντὶς περὶ σοῦ· «Κύριος γὰρ ἐμοὶ βοηθός, κἀγὼ ἐπόψομαι τοὺς ἐχθρούς μου» [Ps 117, 7]. Ταῦτα ἀκούσας ὁ μέλας ἐκεῖνος, εὐθὺς ἔφυγε καταπτήξας τὰς φωνάς, καὶ φοβηθεὶς ἔτι κἂν ἐγγίσαι τῷ ἀνδρί.

192 7. Περιήρχετο γὰρ πάλιν ὡς λέων, ζητῶν τινα πρόφασιν κατ' αὐτοῦ. Ὁ δὲ Ἀντώνιος, μαθὼν ἐκ τῶν Γραφῶν πολλὰς εἶναι τὰς μεθοδείας τοῦ ἐχθροῦ, συντόνως ἐκέχρητο τῇ ἀσκήσει, λογιζόμενος, ὅτι, εἰ καὶ μὴ ἴσχυσε τὴν καρδίαν ἐν ἡδονῇ σώματος ἀπατῆσαι, πειράσει πάντως δι' ἑτέρας ἐνεδρεῦσαι μεθόδου· ἔστι γὰρ φιλαμαρτήμων ὁ δαίμων. Μᾶλλον οὖν καὶ μᾶλλον ὑπεπίαζε τὸ σῶμα καὶ ἐδουλαγώγει, μήπως, ἐν ἄλλοις νικήσας, ἐν ἄλλοις ὑποσυρῇ. Βουλεύεται τοίνυν σκληροτέραις ἀγωγαῖς ἑαυτὸν ἐθίζειν. Καὶ πολλοὶ μὲν ἐθαύμαζον, αὐτὸς δὲ ῥᾷον τὸν πόνον ἔφερεν· ἡ γὰρ προθυμία τῆς ψυχῆς, πολὺν χρόνον ἐμμείνασα, ἕξιν ἀγαθὴν ἐνειργάζετο ἐν αὐτῷ· ὥστε καὶ μικρὰν πρόφασιν λαμβάνοντα παρ' ἑτέρων, πολλὴν εἰς τοῦτο τὴν σπουδὴν ἐνδείκνυσθαι. Ἠγρύπνει γὰρ τοσοῦτον, ὡς πολλάκις καὶ ὅλην τὴν νύκτα διατελεῖν αὐτὸν ἄϋπνον· καὶ τοῦτο δὲ οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ πλειστάκις ποιῶν ἐθαυμάζετο. Ἤσθιέ τε ἅπαξ τῆς ἡμέρας μετὰ δύσιν ἡλίου· ἦν δ' ὅτε καὶ διὰ δύο, πολλάκις δὲ καὶ διὰ τεσσάρων μετελάμβανε. Καὶ ἦν αὐτῷ ἡ τροφὴ ἄρτος καὶ ἅλας, καὶ τὸ ποτὸν ὕδωρ μόνον. Περὶ γὰρ κρεῶν καὶ οἴνου περιττόν ἐστι καὶ λέγειν· ὅπου γε οὐδὲ παρὰ τοῖς ἄλλοις σπου-

contemnendus es; nam mente es atra et quasi infirmus puer; nulla mihi posthac ex te sollicitudo: *Dominus enim mihi adiutor, et ego despiciam inimicos meos.* His ater ille auditis statim aufugit, tales pertimescens voces, atque reformidans vel ad virum accedere.

192 7. Circuibat enim rursum quasi leo captans aliquam adversus eum occasionem. At Antonius quod ex Scripturis didicisset, multas esse inimici insidias, asceticae vitae cum contentione operam dabat, ratus, etsi non potuisset diabolus voluptate corporis cor decipere, alia sane arte eum insidias paraturum: daemon quippe peccatis delectatur. Magis igitur magisque corpus macerabat et in servitutem redigebat, ne forte in aliis victor, in aliis succumberet. Asperiori igitur vitae genere assuescere in animum induxit. Quod multis admirationi fuit, ipse tamen eiusmodi laborem facile tolerabat: animi enim alacritas, diuturnitate temporis, habitum illi bonum afferebat; ita ut vel minima oblata ab aliis occasione, permagnum ipse hac in re studium exhiberet. Ita vigilabat, ut totam persaepe noctem insomnem duceret; idque non semel, sed saepissime observabat, haud sine aliorum admiratione. Cibum semel in die sumebat post solis occasum; nonnumquam post biduum, immo saepe post quatriduum edebat. Cibus illi panis cum sale, et aqua sola potus. Carnium enim et vini meminisse supervacaneum fuerit, cum nec apud alios strenuos ascetas eiusmodi quidpiam reperiretur.

192. MG 26, 852 B.

δαίοις ηὑρίσκετό τι τοιοῦτον. Εἰς δὲ τὸν ὕπνον ἠρκεῖτο ψιαθίῳ· τὸ δὲ πλεῖστον καὶ ἐπὶ γῆς μόνης κατέκειτο. Ἀλείφεσθαι δὲ ἐλαίῳ παρῃτεῖτο, λέγων μᾶλλον πρέπειν τοὺς νεωτέρους ἐκ προθυμίας ἔχειν τὴν ἄσκησιν, καὶ μὴ ζητεῖν τὰ χαυνοῦντα τὸ σῶμα· ἀλλὰ καὶ ἐθίζειν αὐτὸ τοῖς πόνοις, λογιζομένους τὸ τοῦ ἀποστόλου ῥητόν· «Ὅταν ἀσθενῶ, τότε δυνατός εἰμι» [2 Cor 12, 10]. Τότε γὰρ ἔλεγεν ἰσχύειν τῆς ψυχῆς τὸν τόνον, ὅταν αἱ τοῦ σώματος ἀσθενῶσιν ἡδοναί. Καὶ ἦν αὐτῷ παράδοξος ὄντως καὶ οὗτος ὁ λογισμός· οὐ γὰρ ἠξίου χρόνῳ μετρεῖν τὴν τῆς ἀρετῆς ὁδόν, οὐδὲ τὴν δι' αὐτὴν ἀναχώρησιν, ἀλλὰ πόθῳ καὶ τῇ προαιρέσει. Αὐτὸς γοῦν οὐκ ἐμνημόνευε τοῦ παρελθόντος χρόνου· ἀλλὰ καθ' ἡμέραν, ὡς ἀρχὴν ἔχων τῆς ἀσκήσεως, μείζω τὸν πόνον εἶχεν εἰς προκοπήν.

Tentationis forma. — 9. Ἀπηνέχθη οὖν παρὰ τοῦ ἀνδρός, 193
καὶ συνήθως τῆς θύρας κεκλεισμένης, ἔνδον ἦν πάλιν μόνος. Καὶ στήκειν μὲν οὐκ ἴσχυε διὰ τὰς πληγάς, ἀνακείμενος δὲ ηὔχετο. Καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν ἔλεγε μετὰ κραυγῆς· Ὧδέ εἰμι ἐγὼ Ἀντώνιος· οὐ φεύγω τὰς παρ' ὑμῶν πληγάς· κἂν γὰρ πλείονας ποιήσητε, οὐδέν με χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ [cf. Rom 8, 35]. Εἶτα καὶ ἔψαλλεν· «Ἐὰν παρατάξηται ἐπ' ἐμὲ παρεμβολή, οὐ φοβηθήσεται ἡ καρδία μου» [Ps 27, 3]. Ὁ μὲν οὖν ἀσκητὴς ἐφρόνει καὶ ἔλεγε ταῦτα· ὁ δὲ μισόκαλος ἐχθρὸς θαυμάσας, ὅτι καὶ μετὰ τὰς πληγὰς ἐθάρρησεν ἐλθεῖν, συγκαλέσας αὐτοῦ τοὺς κύνας, καὶ διαρρηγνύμενος, ἔφη· Ὁρᾶτε, ὅτι οὐ πνεύματι πορνείας, οὐ πληγαῖς ἐπαύσαμεν τοῦτον, ἀλλὰ

Ad somnum vero capiendum sufficiebat ei storea, ac ut plurimum humi cubabat. Oleo inungi nolebat, aiens praestare iuvenes magna alacritate ascesim exercere, nec ea quaerere, quae corpus emollirent, quin potius laboribus assuefacere, memores apostolici huius dicti: *Cum infirmor, tunc potens sum.* Tunc enim aiebat animi vigorem roborari, cum corporis voluptates minuerentur. Eratque haec illius admiranda cogitatio: non oportere virtutis viam, vel secessum eius causa susceptum, tempore metiri, sed desiderio et proposito. Ipse vero nequaquam recordabatur praeteriti temporis; sed ac si cotidie exercitationis initium fecisset, maiori ad profectum labore contendebat.

9. Delatus a viro, clausisque de more foribus, iterum solus erat 193
intus. Atque ob plagas stare cum non posset, decumbens orabat. Et post orationem edito clamore aiebat: Hic adsum ego Antonius; non vestras fugio plagas; etiamsi plures inflixeritis, nihil me separabit a caritate Christi. Psallebat deinde: *Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum.* Haec asceta sentiebat, haec loquebatur. At omni bono adversarius inimicus, Antonium tot acceptis vulneribus redire ausum miratus, accitis canibus suis et furore quasi diruptus: Cernitis, ait, eum non spiritu fornicationis,

193. MG 26, 856 B.

καὶ θρασύνεται καθ' ἡμῶν· προσέλθωμεν ἄλλως αὐτῷ. Εὔκολον δὲ τῷ διαβόλῳ τὰ εἰς κακίαν σχήματα. Τότε δὴ οὖν ἐν τῇ νυκτὶ κτύπον μὲν τοιοῦτον ποιοῦσιν, ὡς δοκεῖν πάντα τὸν τόπον ἐκεῖνον σείεσθαι· τοὺς δὲ τοῦ οἰκίσκου τέσσαρας τοίχους ὥσπερ ῥήξαντες οἱ δαίμονες, ἔδοξαν δι' αὐτῶν ἐπεισέρχεσθαι, μετασχηματισθέντες εἰς θηρίων καὶ ἑρπετῶν φαντασίαν· καὶ ἦν ὁ τόπος εὐθὺς πεπληρωμένος φαντασίας λεόντων, ἄρκτων, λεοπάρδων, ταύρων καὶ ὄφεων, ἀσπίδων καὶ σκορπίων καὶ λύκων. Καὶ ἕκαστον μὲν τούτων ἐκίνει κατὰ τὸ ἴδιον σχῆμα. Ὁ λέων ἔβρυχε, θέλων ἐπελθεῖν, ὁ ταῦρος ἐδόκει κερατίζειν, ὁ ὄφις ἕρπων οὐκ ἔφθανε, καὶ ὁ λύκος ὁρμῶν ἐπείχετο· καὶ ὅλως πάντων ὁμοῦ ἦσαν τῶν φαινομένων οἱ ψόφοι δεινοὶ καὶ οἱ θυμοὶ χαλεποί. Ὁ δὲ Ἀντώνιος, μαστιζόμενος καὶ κεντούμενος παρ' αὐτῶν, ᾔσθετο μὲν δεινοτέρου πόνου σωματικοῦ. Ἀτρέμας καὶ μᾶλλον τῇ ψυχῇ γρηγορῶν ἀνέκειτο· καὶ ἔστενε μὲν διὰ τὸν τοῦ σώματος πόνον· νήφων δὲ τῇ διανοίᾳ καὶ ὥσπερ χλευάζων, ἔλεγεν· Εἰ δύναμίς τις ἦν ἐν ὑμῖν, ἤρκει καὶ μόνον ἕνα ἐξ ὑμῶν ἐλθεῖν· ἐπειδὴ δὲ ἐξενεύρωσεν ὑμᾶς ὁ Κύριος, διὰ τοῦτο κἂν τῷ πλήθει πειράζετέ πως ἐκφοβεῖν· γνώρισμα τῆς ἀσθενείας ὑμῶν τὸ τὰς ἀλόγων ὑμᾶς μιμεῖσθαι μορφάς. Θαῤῥῶν γοῦν πάλιν ἔλεγεν· Εἰ δύνασθε καὶ ἐξουσίαν ἐλάβετε κατ' ἐμοῦ, μὴ μέλλετε, ἀλλ' ἐπίβητε· εἰ δὲ μὴ δύνασθε, τί μάτην ταράσσεσθε; Σφραγὶς γὰρ ἡμῖν καὶ τεῖχος εἰς ἀσφάλειαν ἡ εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν πίστις. Πολλὰ τοίνυν ἐπιχειρήσαντες, ἔτριζον κατ' αὐτοῦ τοὺς ὀδόντας, ὅτι μᾶλλον ἔπαιζον ἑαυτούς, καὶ οὐκ ἐκεῖνον.

---

non plagis deterreri a nobis potuisse, immo audacter nos provocat; sed alia ratione ipsum aggrediamur. In promptu enim diabolo est, varias ad malitiam induere formas. Noctu itaque tantum excitavere strepitum, ut totus concuti videretur locus et quasi ruptis quattuor casae parietibus irrumpere daemones visi sunt, variis ferarum reptiliumque induti formas; fuitque statim locus spectris repletus leonum, ursorum, leopardorum, taurorum, serpentum, aspidum, scorpionum atque luporum. Horum unumquodque forma propria movebatur. Rugiebat leo quasi invasurus, taurus cornu petere videbatur, serpens reptando non accedebat tamen, lupus irruens retinebatur. Erat demum omnium quae apparebant ferarum horrendus strepitus feroxque animus. Antonius vero flagris stimulisque laesus ab illis, sentiebat quidem graviores corporis cruciatus, animo tamen intrepidus vigilansque iacebat, gemens quidem ob corporis dolorem, animo tamen vigil, quasi rideret illos: Si qua vis, ait, inesset vobis, sufficiebat ingredi unum; at cum vos enervarit Dominus, ideo multitudine me terrere conamini; argumentum sane illud est imbecillitatis vestrae, brutorum formas imitari. Fidenterque rursum: Si valetis, inquit, si quam accepistis adversum me potestatem, ne cunctemini, sed invadite; sin non potestis, cur frustra turbamini? Sigillum nobis atque ad tutelam murus est fides in Dominum nostrum. Multis igitur tentatis, stridebant dentibus in eum, quod sese potius illuderent quam illum.

Deus hominem tentatum adiuvat. — 10. Ὁ δὲ Κύριος οὐδὲ 194
ἐν τούτῳ ἐπελάθετο τῆς ἀθλήσεως Ἀντωνίου, ἀλλ' εἰς ἀντίληψιν αὐτοῦ παραγέγονεν. Ἀναβλέψας γοῦν, εἶδε τὴν στέγην ὥσπερ διανοιγομένην καὶ ἀκτῖνά τινα φωτὸς κατερχομένην πρὸς αὐτόν. Καὶ οἱ μὲν δαίμονες ἐξαίφνης ἄφαντοι γεγόνασιν· ὁ δὲ πόνος τοῦ σώματος εὐθὺς ἐπέπαυτο, καὶ ὁ οἶκος πάλιν ἦν ὁλόκληρος. Ὁ δὲ Ἀντώνιος, αἰσθόμενος τῆς ἀντιλήψεως, καὶ πλέον ἀναπνεύσας, κουφισθείς τε τῶν πόνων, ἐδέετο τῆς φανείσης ὀπτασίας, λέγων· Ποῦ ἦς; διὰ τί μὴ ἐξ ἀρχῆς ἐφάνης, ἵνα μου τὰς ὀδύνας παύσῃς; Καὶ φωνὴ γέγονε πρὸς αὐτόν· Ἀντώνιε, ὧδε ἤμην, ἀλλὰ περιέμενον ἰδεῖν τὸ σὸν ἀγώνισμα. Ἐπεὶ οὖν ὑπέμεινας καὶ οὐχ ἡττήθης, ἔσομαί σοι ἀεὶ βοηθὸς καὶ ποιήσω σε ὀνομαστὸν πανταχοῦ γενέσθαι. Ταῦτα ἀκούσας, ἀναστὰς ηὔχετο· καὶ τοσοῦτον ἴσχυσεν, ὡς αἰσθέσθαι αὐτόν, ὅτι πλείονα δύναμιν ἔσχεν ἐν τῷ σώματι μᾶλλον, ἧς εἶχε τὸ πρότερον. Ἦν δὲ τότε λοιπὸν ἐγγὺς τριάκοντα καὶ πέντε ἐτῶν.

Alacritas contra tentationem. — 16. Ἔστω δὲ προηγουμένως 195
κοινὴ πᾶσιν αὕτη σπουδή, ἀρξαμένους μὴ ὑπενδοῦναι, μηδὲ ἐκκακεῖν ἐν τοῖς πόνοις, μηδὲ λέγειν· Ἐχρονίσαμεν ἐν τῇ ἀσκήσει· ἀλλὰ μᾶλλον ὡς ἀρχόμενοι καθ' ἡμέραν, τὴν προθυμίαν ἐπαυξήσωμεν. Ὅλος γὰρ ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος βραχύτατός ἐστι, μετρούμενος πρὸς τοὺς μέλλοντας αἰῶνας, ὥστε καὶ πάντα τὸν χρόνον ἡμῶν μηδὲν εἶναι πρὸς τὴν αἰώνιον ζωήν.... Ὅταν τοίνυν πάντα τὰ ὀγδοήκοντα ἔτη, ἢ καὶ ἑκατὸν διαμείνωμεν ἐν τῇ ἀσκήσει, οὐκ ἴσα τοῖς ἑκατὸν ἔτεσι βασιλεύσομεν, ἀλλ' ἀντὶ

---

10. Dominus vero neque tunc certaminis Antonii oblitus, ad 194
opem ferendam advenit. Sublatis itaque oculis, tectum vidit quasi apertum ac lucis radium ad se descendere. Daemonesque statim evanuere, et protinus remisere corporis dolores, domiciliumque integrum apparuit. Auxilio Antonius animadverso, postquam amplius respirasset, doloribusque levatus, visum quod apparebat his verbis compellavit: Ubi eras? cur non ab initio apparuisti, ut meos levares dolores? Tum vox illi emissa: Hic eram, ait, Antoni, morabarque tuum spectans certamen. Cum itaque sustinueris neque superatus fueris, ero semper tibi adiutor tuumque nomen ubique terrarum celebre reddam. His ille auditis, surrexit atque oravit; tantumque roboris accepit, ut plus sibi virium corporis esse sentiret, quam habuisset ante. Eratque tum annorum prope triginta quinque.

16. Illud in primis sit commune omnium studium, ut a coepto 195
ne recedamus, neve propter laborem animo concidamus, nec dicamus: Iamdiu asceticam agimus vitam; immo potius, ac si cotidie inciperemus, alacritatem augeamus. Brevissima quippe hominis vita, si cum futuris conferatur saeculis, ita ut nihil sit aevum nostrum cum aeterna vita comparatum.... Si itaque totos octoginta vel etiam centum annos in ascetica vita perseveraverimus, nequa-

---

194. MG 26, 860 A. 195. MG 26, 868 A.

τῶν ἑκατὸν αἰῶνας αἰώνων βασιλεύσομεν. Καὶ ἐπὶ γῆς ἀγωνισάμενοι, οὐκ ἐν γῇ κληρονομοῦμεν, ἀλλ' ἐν οὐρανοῖς ἔχομεν τὰς ἐπαγγελίας· πάλιν δὲ φθαρτὸν ἀποθέμενοι τὸ σῶμα ἄφθαρτον ἀπολαμβάνομεν αὐτό.

196 *Quae sint vera et falsa bona.* — 17. Μηδὲ εἰς τὸν κόσμον βλέποντες νομίζωμεν μεγάλοις τισὶν ἀποτετάχθαι· καὶ γὰρ καὶ αὐτὴ πᾶσα ἡ γῆ βραχυτάτη πρὸς ὅλον τὸν οὐρανόν ἐστιν. Εἰ τοίνυν καὶ πάσης τῆς γῆς κύριοι ἐτυγχάνομεν καὶ ἀπετασσόμεθα τῇ γῇ πάσῃ, οὐδὲν ἄξιον ἦν πάλιν πρὸς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.... Εἰ δὲ οὐδὲ πᾶσα ἡ γῆ ἀξία τῶν οὐρανῶν ἐστιν, ὁ ἄρα ἀφεὶς ὀλίγας ἀρούρας, ὡς οὐδὲν καταλιμπάνων, κἂν οἰκίαν ἢ χρυσίον ἱκανὸν ἀφῇ, οὐκ ὀφείλει καυχᾶσθαι ἢ ἀκηδιᾷν. Ἄλλως τε ὀφείλομεν λογίζεσθαι, ὅτι, κἂν μὴ ἀφῶμεν δι' ἀρετήν, ἀλλ' ὕστερον ἀποθνήσκοντες καταλιμπάνομεν αὐτὰ πολλάκις καὶ οἷς οὐ θέλομεν, ὡς ἐμνημόνευσεν ὁ Ἐκκλησιαστής [Eccle 4, 8]. Διὰ τί οὖν μὴ δι' ἀρετὴν ἡμεῖς καταλιμπάνομεν, ἵνα καὶ βασιλείαν κληρονομήσωμεν; Διὰ τοῦτο μηδὲ τοῦ κτᾶσθαί τις ἡμῶν ἐπιθυμίαν λαμβανέτω. Τί γὰρ κέρδος ταῦτα κτᾶσθαι, ἃ μηδὲ αἴρομεν μεθ' ἑαυτῶν; Τί οὐ μᾶλλον ἐκεῖνα κτώμεθα, ἃ καὶ μεθ' ἑαυτῶν ἆραι δυνάμεθα, ἅτινά ἐστι φρόνησις, δικαιοσύνη, σωφροσύνη, ἀνδρεία, σύνεσις, ἀγάπη, φιλοπτωχία, πίστις ἡ εἰς Χριστόν, ἀοργησία, φιλοξενία; Ταῦτα κτώμενοι, εὑρήσομεν αὐτὰ πρὸ ἑαυτῶν ἐκεῖ ποιοῦντα ἡμῖν ξενίαν ἐν τῇ γῇ τῶν πραέων.

---

quam centum solum annis regnabimus, sed pro centum illis in saecula saeculorum. Et cum in terra decertemus, non in terra hereditas erit nostra, sed in caelis promittitur nobis; atque corruptibili deposito corpore, incorruptibile accipiemus.

196 17. Ne mundum intuentes existimemus magnis nos rebus renuntiasse; siquidem totus terrarum orbis minimus est, si cum toto conferatur caelo. Si tota igitur terra potiremur totique renuntiaremus, nequaquam dignum illud esset regno caelorum.... Quod si ne tota quidem terra digna sit regno caelorum, qui ergo aruras paucas relinquit, quasi nihil amittit; vel etiam si domum multumque auri dimittat, nequaquam gloriari debet aut remissius agere. Et alioqui cogitandum nobis est, si ea virtutis causa non relinquamus, morte amissuros tandem nos esse ac persaepe quibus minime vellemus, ut ait Ecclesiastes. Cur ergo ea virtutis causa non relinquamus, ut regni accipiamus hereditatem? Quapropter ne quem nostrum invadat possidendi cupido. Quid lucri ea adipisci, quae nobiscum non auferemus? Aut cur non potius ea acquiramus, quae nobiscum auferemus, prudentiam scilicet, iustitiam, temperantiam, fortitudinem, intellegentiam, caritatem, pauperum amorem, fidem in Christum, mansuetudinem, hospitalitatem? Haec si adipiscamur, illic reperiemus, quae nos in mansuetorum terra hospitio excipiant.

---

196. MG 26, 868 C.

Mortis memoria. — 19. Εἰς δὲ τὸ μὴ ὀλιγωρεῖν ἡμᾶς καλὸν 197
τὸ τοῦ ἀποστόλου ῥητὸν μελετᾷν, τό· «Καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω» [1 Cor 15, 31]. Ἂν γὰρ καὶ ἡμεῖς, ὡς ἀποθνήσκοντες καθ' ἡμέραν, οὕτως ζῶμεν, οὐχ ἁμαρτήσομεν. Ἔστι δὲ τὸ λεγόμενον τοιοῦτον, ἵνα, ἐγειρόμενοι καθ' ἡμέραν, νομίζωμεν μὴ μένειν ἕως ἑσπέρας, καὶ πάλιν μέλλοντες κοιμᾶσθαι, νομίζωμεν μὴ ἐγείρεσθαι· ἀδήλου φύσει καὶ τῆς ζωῆς ἡμῶν οὔσης, καὶ μετρουμένης καθ' ἡμέραν παρὰ τῆς Προνοίας. Οὕτω δὲ διακείμενοι, καὶ καθ' ἡμέραν οὕτω ζῶντες, οὔτε ἁμαρτήσομεν, οὔτε τινὸς ἐπιθυμίαν ἕξομεν, οὔτε μηνιοῦμέν τινι, οὔτε θησαυρίσομεν ἐπὶ τῆς γῆς· ἀλλ' ὡς καθ' ἡμέραν προσδοκῶντες ἀποθνήσκειν, ἀκτήμονες ἐσόμεθα, καὶ πᾶσι πάντα συγχωρήσομεν· ἐπιθυμίας δὲ γυναικός, ἢ ἄλλης ῥυπαρᾶς ἡδονῆς, οὐδ' ὅλως κρατήσομεν, ἀλλ' ὡς παρερχομένην ἀποστραφησόμεθα, ἀγωνιῶντες ἀεὶ καὶ προβλέποντες τὴν ἡμέραν τῆς κρίσεως. Ἀεὶ γὰρ ὁ μείζων φόβος καὶ ὁ ἀγὼν τῶν βασάνων διαλύει τὸ λεῖον τῆς ἡδονῆς καὶ τὴν ψυχὴν κλίνουσαν ἀνίστησιν.

Perfectio nobis est interior. — 20. Μὴ φοβεῖσθε δὲ ἀκούοντες 198
περὶ ἀρετῆς, μηδὲ ξενίζεσθε περὶ τοῦ ὀνόματος· οὐ γὰρ μακρὰν ἀφ' ἡμῶν ἐστιν οὐδ' ἔξωθεν ἡμῶν συνίσταται, ἐν ἡμῖν δέ ἐστι τὸ ἔργον, καὶ εὔκολόν ἐστι τὸ πρᾶγμα, ἐὰν μόνον θελήσωμεν. Ἕλληνες μὲν οὖν ἀποδημοῦσι καὶ θάλατταν περῶσι, ἵνα γράμματα μάθωσιν· ἡμεῖς δὲ οὐ χρείαν ἔχομεν ἀποδημῆσαι διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, οὔτε περᾶσαι θάλατταν διὰ τὴν ἀρετήν. Φθάσας γὰρ εἶπεν ὁ Κύριος· «Ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν» [Lc 17, 21]. Οὐκοῦν ἡ ἀρετὴ τοῦ θέλειν ἡμῶν μόνου

---

19. Ut autem non neglegenter agamus, apostoli dictum meditari 197
convenit: *Cotidie morior.* Si enim vixerimus quasi cotidie morituri, non peccabimus. Quod ita intellegendum, ut cotidie mane surgentes non existimemus nos ad vesperam usque esse victuros, et cum decumbimus, ne surrecturos arbitremur, cum vita nostra natura incerta sit et cotidie per Providentiam dimensa. Sic affecti, et si in dies ita vixerimus, neque peccabimus, neque alicuius rei cupiditate tenebimur, nulli succensebimus, nullum recondemus thesaurum in terra; sed quasi cotidie mortem exspectantes, nullam rem possidebimus; omnia omnibus delicta condonabimus; nec mulieris concupiscentia, nec obscena ulla voluptate tenebimur, sed ut caducam aversabimur, semper concertantes atque iudicii diem prospicientes. Semper enim gravior formido et cruciatuum periculum voluptatis suavitatem dissolvit nutantemque erigit animam.

20. Ne timete de virtute audientes, neve de nomine stupeatis. 198
Non enim procul nobis est, neque extra nos consistit: in nobis ipsis res est et perfacilis sane, si modo voluerimus. Graeci peregrinantur et mare traiciunt, ut litteras ediscant; nobis vero peregrinatione opus non est propter regnum caelorum, neque ut virtutis causa mare traiciamus. Iam olim quippe Dominus dixit: *Regnum Dei intra vos est.* Virtus itaque nostra dumtaxat voluntate

---

197. MG 26, 872 A. 198 MG 26, 872 C.

χρείαν ἔχει, ἐπειδήπερ ἐν ἡμῖν ἐστι καὶ ἐξ ἡμῶν συνίσταται. Τῆς γὰρ ψυχῆς τὸ νοερὸν κατὰ φύσιν ἑκούσης [lege: ἐχούσης] ἡ ἀρετὴ συνίσταται. Κατὰ φύσιν δὲ ἔχει, ὅτ' ἂν ὡς γέγονε μένει, γέγονε δὲ καλὴ καὶ εὐθὴς λίαν.

199 *Discretio spirituum.* — 22. Πρῶτον τοίνυν τοῦτο γινώσκωμεν, ὅτι οἱ δαίμονες οὐ καθ' ὃ δαίμονες καλοῦνται, οὕτω γεγόνασιν· οὐδὲν γὰρ κακὸν ἐποίησεν ὁ Θεός· ἀλλὰ καλοὶ μὲν γεγόνασι καὶ αὐτοί, ἐκπεσόντες δὲ ἀπὸ τῆς οὐρανίου φρονήσεως, καὶ λοιπὸν περὶ τὴν γῆν καλινδούμενοι, τοὺς μὲν Ἕλληνας ἠπάτησαν ταῖς φαντασίαις, ἡμῖν δὲ τοῖς χριστιανοῖς φθονοῦντες, πάντα κινοῦσι, θέλοντες ἐμποδίζειν ἡμᾶς τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀνόδου, ἵνα μὴ ὅθεν ἐξέπεσον αὐτοί, ἀνέλθωμεν ἡμεῖς. Δι' ὃ καὶ πολλῆς εὐχῆς καὶ ἀσκήσεώς ἐστι χρεία, ἵνα τις, λαβὼν διὰ τοῦ Πνεύματος χάρισμα διακρίσεως πνευμάτων, γνῶναι δυνηθῇ τὰ κατ' αὐτούς, καὶ τίνες μὲν αὐτῶν εἰσιν ἔλαττον φαῦλοι, τίνες δὲ ἐκείνων φαυλότεροι, καὶ περὶ ποῖον ἐπιτήδευμα ἕκαστος αὐτῶν ἔχει τὴν σπουδήν, καὶ πῶς ἕκαστος αὐτῶν ἀνατρέπεται καὶ ἐκβάλλεται. Πολλὰ γὰρ αὐτῶν ἐστι τὰ πανουργεύματα καὶ τὰ τῆς ἐπιβουλῆς κινήματα.

200 *Daemonis fraudes.* — 23. Οὗτοι μὲν οὖν, ἐὰν ἴδωσι καὶ πάντας μὲν χριστιανούς, μάλιστα δὲ μοναχούς, φιλοπονοῦντας καὶ προκόπτοντας, πρῶτον μὲν ἐπιχειροῦσι καὶ πειράζουσιν, ἐχόμενα τρίβου τιθέντες σκάνδαλα· σκάνδαλα δὲ αὐτῶν εἰσιν οἱ πονηροὶ λογισμοί. Οὐ δεῖ δὲ ἡμᾶς φοβεῖσθαι τὰς ὑποβολὰς αὐτῶν· εὐχαῖς γὰρ καὶ νηστείαις καὶ τῇ εἰς τὸν Κύριον πίστει

---

opus habet, in nobis cum sit, ex nobisque consistat. Siquidem cum anima natura sua vim intellegendi habeat, hinc virtus consistit. Secundum naturam autem se habet anima, cum talis manet qualis est, facta vero est et bona et admodum recta.

199 22. Primum itaque hoc nosse debemus daemones appellari daemones, non quod tales fuerint conditi: nihil enim mali condidit Deus; sed boni etiam ipsi facti sunt, lapsi vero a caelesti sapientia, post in terra volutati, gentiles phantasiis deceperunt, invidiaque in nos christianos ardentes, nihil non movent, ut caelorum nobis aditum intercludant, ne eo nos ascendamus, unde lapsi illi sunt. Quapropter multa oratione, multa exercitatione opus est, ut accepta quis per Spiritum discretionis spirituum gratia, quae illos spectant, possit agnoscere, quinam scilicet illorum minus nequam, quinam nequiores sint, quo studio singuli eorum teneantur, qua quisque ratione prosternatur et eiciatur. Multi sunt enim eorum doli, multi ad parandas insidias motus.

200 23. Si igitur viderint illi christianos quoslibet maximeque monachos laborare atque proficere, primum aggressi tentant et offendicula ponunt in via, quae scilicet offendicula sunt malae cogitationes. Non est autem quod eorum suggestionibus terreamur; nam

---

199. MG 26, 876 A. 200. MG 26, 876 C.

πίπτουσιν εὐθὺς ἐκεῖνοι. Ἀλλὰ καὶ πεσόντες οὐ παύονται, αὖθις δὲ πάλιν προσέρχονται πανούργως καὶ δολίως. Ἐπειδὰν γὰρ ἐκ φανεροῦ καὶ ῥυπαρᾶς ἡδονῆς μὴ δυνηθῶσιν ἀπατῆσαι τὴν καρδίαν, ἄλλως πάλιν ἐπιβαίνουσι· καὶ λοιπὸν φαντασίας ἀναπλάττοντες ἐκφοβεῖν προσποιοῦνται, μετασχηματιζόμενοι, καὶ μιμούμενοι γυναῖκας, θηρία, ἑρπετά, καὶ μεγέθη σωμάτων, καὶ πλῆθος στρατιωτῶν. Ἀλλ' οὐδὲ οὕτως δεῖ τὰς τούτων φαντασίας δειλιᾷν· οὐδὲν γάρ εἰσιν, ἀλλὰ καὶ ταχέως ἀφανίζονται, ἐὰν μάλιστα τῇ πίστει καὶ τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ ἑαυτόν τις περιφράττῃ.

25. Δόλιοι δέ εἰσι καὶ ἕτοιμοι πρὸς πάντα μεταβάλλεσθαι 201
καὶ μετασχηματίζεσθαι. Πολλάκις γοῦν καὶ ψάλλειν μετ' ᾠδῆς προσποιοῦνται μὴ φαινόμενοι, καὶ μνημονεύουσι τῶν ἀπὸ τῶν Γραφῶν λέξεων· ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἀναγινωσκόντων ἡμῶν, εὐθὺς ὥσπερ ἠχὼ λέγουσιν αὐτοὶ τὰ αὐτὰ πολλάκις ἅπερ ἀνέγνωσται· καὶ κοιμωμένους ἡμᾶς διεγείρουσιν εἰς προσευχάς· καὶ τοῦτο συνεχῶς ποιοῦσι, σχεδὸν μὴ ἐπιτρέποντες ἡμῖν μηδὲ κοιμᾶσθαι. Ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἀποτυποῦντες ἑαυτοὺς εἰς σχήματα μοναχῶν, ὡς εὐλαβεῖς προσποιοῦνται λαλεῖν, ἵνα τῷ ὁμοίῳ σχήματι πλανήσωσι, καὶ λοιπὸν ἔνθα θέλουσιν ἑλκύσωσι τοὺς ἀπατηθέντας παρ' αὐτῶν. Ἀλλ' οὐ χρὴ προσέχειν αὐτοῖς, κἂν εἰς προσευχὴν διεγείρωσι, κἂν συμβουλεύωσι μήθ' ὅλως ἐσθίειν, κἂν κατηγορεῖν καὶ ὀνειδίζειν προσποιῶνται, ἐν οἷς ποτε συνέγνωσαν ἡμῖν. Οὐ γὰρ δι' εὐλάβειαν ἢ ἀλήθειαν ταῦτα ποιοῦσιν, ἀλλ' ἵνα τοὺς ἀκεραίους εἰς ἀπόγνωσιν ἐνέγκωσιν καὶ ἀνωφελῆ τὴν ἄσκησιν εἴπωσι, ναυτιᾶσαι τε ποιήσωσι τοὺς ἀνθρώπους, ὡς

---

precibus, ieiuniis et fide in Dominum statim illi labuntur. Sed lapsi minime quiescunt, vafre quippe et callide rursum accedunt. Ubi enim palam per obscenas voluptates cor decipere nequeunt, alia aggrediuntur via, vanisque speciebus perterrere nituntur, variis assumptis formis mulierum, ferarum, reptilium, praegrandium corporum, militarium turmarum. Sed neque hae illorum phantasiae nobis sunt pertimescendae; nihil enim cum sint, subito evanescunt, si maxime fide et signo crucis se quis munierit.

25. Dolosi sunt etiam, atque parati ad omnem se formam atque 201
speciem transferre. Plerumque etenim se psalmos canere simulant, licet minime videantur, memorantque Scripturarum verba; saepenumero nobis legentibus, quae nos legimus statim quasi echo repetunt ipsi; dormientes nos ad preces excitant: quod frequenter illi agunt, ut propemodum dormire non sinant. Aliquando, specie monastici habitus assumpta, quasi pii viri loquuntur, ut habitus similitudine decipiant atque deceptos demum quo voluerint trahant. Verum audiendi non sunt, etsi ad orandum excitent, etsi hortentur, ut nihil prorsus comedamus, etiamsi accusare aut convitiari videantur, de quibus conscii nobis sunt. Non enim pietatis aut veritatis studio haec agunt, sed ut simpliciores ad desperationem deducant inutilemque dicant asceticam vitam nauseamque hominibus afferant mona-

---

201. MG 26, 881 A.

φορτικοῦ καὶ βαρυτάτου ὄντος τοῦ μονήρους βίου, καὶ ἐμποδίσωσι τοὺς κατ' αὐτῶν πολιτευομένους.

202 28. Ἀλλ' οἱ δαίμονες, μηδὲν δυνάμενοι, παίζουσιν ὡς ἐπὶ σκηνῆς, ἀλλάττοντες τὰς μορφάς, καὶ τοὺς παῖδας ἐκφοβοῦντες τῇ τῶν ὄχλων φαντασίᾳ καὶ τοῖς σχηματισμοῖς· ἐξ ὧν μᾶλλον καταφρονητέοι ὡς ἀσθενεῖς ὀφείλουσιν εἶναι. Ὁ γοῦν ἀληθινὸς ἄγγελος, ἀποσταλεὶς παρὰ τοῦ Κυρίου κατὰ τῶν Ἀσσυρίων, οὐ χρείαν ἔσχεν ὄχλων, οὐ φαντασίας τῆς ἔξωθεν, οὐ κτύπων, οὐ κρότων· ἀλλ' ἠρέμα τῇ ἐξουσίᾳ ἐκέχρητο, καὶ ἀνεῖλεν εὐθὺς ἑκατὸν ὀγδοήκοντα πέντε χιλιάδας [4 Rg 19, 35]. Οἱ δὲ μηδὲν δυνάμενοι δαίμονες, οἷοί εἰσιν οὗτοι, κἂν ταῖς φαντασίαις ἐκφοβεῖν πειράζουσιν.

203 *Tentationi quomodo resistendum.* — 30. Ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ὅσον ταῦτα ποιοῦσιν, ἐπιτείνωμεν ἡμεῖς τὴν ἄσκησιν κατ' αὐτῶν. Μέγα γὰρ ὅπλον ἐστὶ κατ' αὐτῶν βίος ὀρθὸς καὶ ἡ πρὸς Θεὸν πίστις. Φοβοῦνται γοῦν τῶν ἀσκητῶν τὴν νηστείαν, τὴν ἀγρυπνίαν, τὰς εὐχάς, τὸ πρᾶον, τὸ ἥσυχον, τὸ ἀφιλάργυρον, τὸ ἀκενόδοξον, τὴν ταπεινοφροσύνην, τὸ φιλόπτωχον, τὰς ἐλεημοσύνας, τὸ ἀόργητον, καὶ προηγουμένως τὴν εἰς τὸν Χριστὸν εὐσέβειαν.

204 *Discretio spirituum ex effectibus.* — 35. Καὶ γὰρ τὴν τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν φαύλων παρουσίαν εὐχερὲς καὶ δυνατόν ἐστι διαγνῶναι, τοῦ Θεοῦ διδόντος οὕτως. Ἡ μὲν γὰρ τῶν ἁγίων ὀπτασία οὐκ ἔστι τεταραγμένη. «Οὐκ ἐρίσει γάρ, οὔτε κραυγάσει, οὐδὲ ἀκούσει τῆς φωνῆς αὐτῶν» [Is 42, 2]. Ἡσύχως δὲ καὶ πράως

sticae vitae, tamquam onerosae et molestissimae, et eam exercentibus impedimento sint.

202 28. Sed daemones nihil cum valeant, quasi in scena ludunt, immutata forma, terrentque pueros tumultibus atque larvis suis; unde sane quasi imbecilli contemnendi sunt. Verus certe angelus, contra Assyrios missus a Domino, non tumultibus, non externo apparatu, non strepitu, non plausu opus habuit; sed quiete potestate usus, centum octoginta quinque milia repente occidit. Qui autem nullis sunt viribus, ut daemones isti, vanis saltem speciebus perterrere conantur.

203 30. Sed quo magis illi haec agunt, eo ardentius nos asceticae vitae operam demus. Magnum quippe contra illos telum est proba vita et fides in Deum. Timent sane illi ascetarum ieiunia, vigilias, orationes, mansuetudinem, tranquillitatem, pecuniae et inanis gloriae contemptum, humilitatem, pauperum amorem, eleemosynas, lenitatem, et prae ceteris pietatem erga Christum.

204 35. Bonorum enim malorumque praesentiam internoscere in promptu est, divina scilicet ope. Sanctorum quippe visio non perturbationem affert. *Non contendet enim neque clamabit, neque audiet aliquis vocem eius.* Sed ita placide, ita leniter fit illud, ut gaudium,

202. MG 26, 885 C. 203. MG 26, 888 C.
204. MG 26, 893 C.

γίνεται οὕτως, ὡς εὐθὺς χαρὰν καὶ ἀγαλλίασιν καὶ θάρσος ἐγγίνεσθαι τῇ ψυχῇ· ἔστι γὰρ μετ' αὐτῶν ὁ Κύριος, ὅς ἐστιν ἡμῶν μὲν χαρά, τοῦ δὲ Θεοῦ Πατρὸς ἡ δύναμις· οἵ τε λογισμοὶ αὐτῆς ἀτάραχοι καὶ ἀκύμαντοι διαμένουσιν· ὥστε καταυγαζομένην αὐτὴν ὑπ' αὐτῆς τοὺς φαινομένους θεωρεῖν. Καὶ γὰρ πόθος τῶν θείων καὶ τῶν μελλόντων αὐτῇ ἐπεισέρχεται, καὶ θελήσει πάντως συναφθῆναι τούτοις, εἰ ἀπήρχετο μετ' αὐτῶν. Ἐὰν δὲ καί, ὡς ἄνθρωποι, τινὲς φοβηθῶσι τὴν τῶν καλῶν ὀπτασίαν, ἀφαιροῦσιν οἱ φαινόμενοι τὸν φόβον παρ' αὐτὰ τῇ ἀγάπῃ· ὡς ἐποίησε Γαβριὴλ τῷ Ζαχαρίᾳ, καὶ ὁ φανεὶς ἄγγελος ἐν τῷ θείῳ μνημείῳ ταῖς γυναιξί, καὶ ὁ τοῖς ποιμέσι λέγων ἐν τῷ εὐαγγελίῳ· «Μὴ φοβεῖσθε» [Lc 2, 10]. Ἔστι γὰρ ὁ φόβος ἐκείνων οὐ κατὰ δειλίαν ψυχῆς, ἀλλὰ κατ' ἐπίγνωσιν τῆς τῶν κρειττόνων παρουσίας. Τοιαύτη μὲν οὖν ἡ τῶν ἁγίων ὀπτασία.

36. Ἡ δὲ τῶν φαύλων ἐπιδρομὴ καὶ φαντασία τεταραγμένη, 205
μετὰ κτύπου καὶ ἤχου καὶ κραυγῆς· οἵα ἂν γένοιτο νεωτέρων ἀπαιδεύτων καὶ λῃστῶν κίνησις. Ἐξ ὧν εὐθὺς γίνεται δειλία ψυχῆς, τάραχος καὶ ἀταξία λογισμῶν, κατήφεια, μῖσος πρὸς τοὺς ἀσκητάς, ἀκηδία, λύπη, μνήμη τῶν οἰκείων, καὶ φόβος θανάτου, καὶ λοιπὸν ἐπιθυμία κακῶν, ὀλιγωρία πρὸς τὴν ἀρετήν, καὶ τοῦ ἤθους ἀκαταστασία. Ὅταν τοίνυν θεωρήσαντές τινα φοβηθῆτε, ἐὰν μὲν εὐθὺς ὁ φόβος ἀφαιρεθῇ καὶ ἀντ' ἐκείνου γένηται χαρὰ ἀνεκλάλητος, καὶ εὐθυμία, καὶ θάρσος, καὶ ἀνάκτησις, καὶ τῶν λογισμῶν ἀταραξία, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα προεῖπον,

exsultatio et laetitia hinc animae exoriatur; cum illis quippe Dominus est, qui nostrum gaudium est, Deique Patris potentia; eiusque cogitationes imperturbatae et tranquillae remanent; ita ut illuminata ipsa, per seipsam eos qui apparent contempletur. Tum divinorum atque futurorum bonorum desiderium occupat ipsam, velletque prorsus iis adiungi, ut cum illis abiret. Quod si quidam, utpote homines, bonorum visionem extimuerint, hi metum illis dilectione sua statim adimunt, ut Zachariae Gabriel egit, et mulieribus qui in divino sepulcro apparuit angelus, et qui pastoribus in evangelio ait: *Ne timete.* Timor enim eorum non ex animi metu, sed ex praesentis praestantioris naturae cognitione ortus est. Talis itaque est sanctorum visio.

36. Malorum vero incursus et phantasia cum tumultu, strepitu, 205
sono et clamore obvenit: qualis exempli causa fuerit illiberalium adulescentium vel latronum tumultus. Unde exoritur animi pavor, turbatio et confusio cogitationum, tristitia, ascetarum odium, incuria, maeror animi, cognatorum recordatio, formido mortis, ac demum concupiscentia malarum rerum, animus ad virtutem remissus, inordinati mores. Cum itaque quibusdam conspectis, timore corripiemini, si statim timor auferatur et eius loco mox consequatur ineffabile gaudium, alacritas, fiducia, animi recreatio, cogitationum tranquillitas, et quaecumque alia superius dicta sunt, robur animi

205. MG 26, 896 B.

ἀνδρία τε καὶ ἀγάπη εἰς τὸν Θεόν, θαρσεῖτε καὶ εὔχεσθε· ἡ γὰρ χαρὰ καὶ ἡ κατάστασις τῆς ψυχῆς δείκνυσι τοῦ παρόντος τὴν ἁγιότητα. Οὕτως Ἀβραὰμ ἰδὼν τὸν Κύριον ἠγαλλιάσατο· καὶ ὁ Ἰωάννης, γενομένης φωνῆς παρὰ τῆς Θεοτόκου Μαρίας, ἐσκίρτησεν ἐν ἀγαλλιάσει. Ἐὰν δὲ φανέντων τινῶν ταραχὴ γένηται, καὶ κτύπος ἔξωθεν, καὶ φαντασία κοσμική, καὶ ἀπειλὴ θανάτου, καὶ ὅσα προεῖπον, γινώσκετε, ὅτι φαύλων ἐστὶν ἡ ἔφοδος.

206 37. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο γνώρισμα ὑμῖν ἔστω· ὅτ' ἂν τοίνυν ἐπιμένῃ δειλιῶσα ἡ ψυχή, παρουσία τῶν ἐχθρῶν ἐστιν. Οὐ γὰρ ἀφαιροῦνται τὴν δειλίαν τῶν τοιούτων οἱ δαίμονες, ὥσπερ πεποίηκεν ὁ μέγας ἀρχάγγελος Γαβριὴλ τῇ Μαρίᾳ καὶ τῷ Ζαχαρίᾳ, καὶ ὁ φανεὶς ἐν τῷ μνημείῳ ταῖς γυναιξίν· ἀλλὰ μᾶλλον ὅταν ἴδωσι δειλιῶντας, αὐξάνουσι τὰς φαντασίας, ἵνα μειζόνως αὐτοὺς καταπτήξωσι, καὶ λοιπὸν ἐπίβαντες, προσπαίζωσι λέγοντες· Πεσόντες προσκυνήσατε. Τοὺς μὲν οὖν Ἕλληνας οὕτως ἠπάτησαν· οὕτως γὰρ ἐνομίσθησαν παρ' αὐτοῖς ψευδώνυμοι θεοί· ἡμᾶς δὲ οὐκ ἀφῆκεν ὁ Κύριος ἀπατηθῆναι παρὰ τοῦ διαβόλου, ὁπηνίκα τὰς τοιαύτας αὐτῷ ποιοῦντι φαντασίας ἐπιτιμῶν εἴρηκεν· «Ὕπαγε ὀπίσω μου, σατανᾶ· γέγραπται γάρ· Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις» [Mt 4, 10]. Μᾶλλον οὖν καὶ μᾶλλον ὁ πανοῦργος διὰ ταῦτα καταφρονείσθω παρ' ἡμῶν· ὃ γὰρ εἴρηκεν ὁ Κύριος, τοῦτο ὑπὲρ ἡμῶν πεποίηκεν, ἵνα καὶ παρ' ἡμῶν ἀκούοντες οἱ δαίμονες τὰς τοιαύτας φωνὰς ἀνατρέπωνται διὰ τὸν Κύριον, τὸν ἐν ταύταις αὐτοῖς ἐπιτιμήσαντα.

---

item et Dei amor, confidite et orate; gaudium enim et ille animae status praesentis sanctitatem indicat. Sic Abraham Dominum videns exsultavit; sic Ioannes edita a Deipara Maria voce exsultavit gaudens. Quod si quibusdam apparentibus tumultus fiat, externus strepitus, mundanus apparatus, metus mortis et quae superius dixi, scitote malorum esse adventum.

206 37. Et hoc item vobis indicio sit: si anima timida perseveret, inimicorum est praesentia. Nequaquam enim daemones metum auferunt, ut praestitit magnus archangelus Gabriel Mariae et Zachariae, et qui in monumento apparuit mulieribus; quin potius si reformidantes cernant, phantasias adaugent, maiorem ut incutiant terrorem, atque adorti demum irrideant dicentes: Prostrati adorate. Ita gentiles deceperunt; sic ab illis false dii habiti sunt. Nos vero Dominus non sivit a diabolo circumveniri, cum similibus phantasiis se aggredientem increpavit his verbis: *Vade retro me, satana; scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies.* Quapropter magis magisque versipellis iste despiciatur a nobis. Quod enim illi haec Dominus dixit, id nostri causa factum est, ut has voces a nobis item audientes daemones evertantur, propter Dominum, qui eos ipsis increpavit.

---

206. MG 26, 897 A.

Per Christum daemonis insultus fracti. — 41. Ἔκρουσέ ποτέ 207
τις ἐν τῷ μοναστηρίῳ τὴν ἐμὴν θύραν· καὶ ἐξελθών, εἶδόν τινα μακρὸν καὶ ὑψηλὸν φαινόμενον. Εἶτα πυθομένου μου· Σὺ τίς εἶ; ἔφη· Ἐγώ εἰμι ὁ σατανᾶς. Εἶτα λέγοντός μου· Τί οὖν ἐνταῦθα πάρει; ἔλεγεν ἐκεῖνος· Τί μέμφονταί με μάτην οἱ μοναχοὶ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες χριστιανοί; Τί μοι καταρῶνται καθ' ὥραν; Ἐμοῦ δὲ εἰπόντος· Τί γὰρ αὐτοῖς ἐνοχλεῖς; ἔφη· Οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ὁ ἐνοχλῶν αὐτοῖς, ἀλλ' αὐτοὶ ταράττουσιν ἑαυτούς· ἐγὼ γὰρ ἀσθενὴς γέγονα. Οὐκ ἀνέγνωσαν, ὅτι «τοῦ ἐχθροῦ ἐξέλιπον αἱ ῥομφαῖαι εἰς τέλος, καὶ πόλεις καθεῖλες» [Ps 9, 7]; Οὐκ ἔτι τόπον ἔχω, οὐ βέλος, οὐ πόλιν. Πανταχοῦ χριστιανοὶ γεγόνασι· λοιπὸν καὶ ἡ ἔρημος πεπλήρωται μοναχῶν. Ἑαυτοὺς τηρείτωσαν καὶ μὴ μάτην με καθαράσθωσαν. Τότε θαυμάσας ἐγὼ τοῦ Κυρίου τὴν χάριν, εἶπον πρὸς αὐτόν· Ἀεὶ ψεύστης ὢν καὶ μηδέποτε λέγων ἀλήθειαν, ὅμως τοῦτο νῦν, καὶ μὴ θέλων, εἴρηκας ἀληθές· ὁ γὰρ Χριστός, ἐλθών, ἀσθενῆ σε πεποίηκε, καὶ καταβαλὼν ἐγύμνωσεν. Ἐκεῖνος, ἀκούσας τὸ τοῦ Σωτῆρος ὄνομα, καὶ μὴ φέρων τὴν ἐκ τούτου καῦσιν, ἀφανὴς γέγονεν.

Daemones sollerter tentant. — 42. Ἐλθόντες γάρ, ὁποίους ἂν 208
εὕρωσιν ἡμᾶς, τοιοῦτοι καὶ αὐτοὶ γίνονται πρὸς ἡμᾶς, καὶ πρὸς ἃς εὑρίσκουσιν ἐν ἡμῖν ἐννοίας, οὕτω καὶ αὐτοὶ τὰς φαντασίας ἀφομοιοῦσιν. Ἐὰν μὲν οὖν δειλιῶντας εὕρωσι καὶ ταραττομένους, εὐθὺς αὐτοί, ὡς λῃσταί, τὸν τόπον ἀφύλακτον εὑρόντες, ἐπιβαίνουσι· καὶ ὅπερ ἀφ' ἑαυτῶν λογιζόμεθα, τοῦτο μετὰ προσθήκης ποιοῦσιν. Ἐὰν γὰρ βλέπωσιν ἡμᾶς φοβουμένους καὶ δει-

---

41. Quodam tempore pulsavit aliquis in monasterio ianuam meam. 207
Tum egressus vidi quemdam procerum ac praealtae staturae. Sciscitante me: Quis tu es? ego sum, inquit, satanas. Me rursum interrogante: Qua de causa hoc ades in loco? respondit ille. Cur me falso accusant monachi et omnes alii christiani? Cur me horis singulis exsecrantur? Cui ego: Cur molestus illis es? Non ego, ait, sed illi ipsi sese conturbant; infirmus enim factus sum. An non legerunt: *Inimici defecerunt frameae in finem, et civitates destruxisti?* Nullus mihi superest locus, non telum, non civitas. Ubique locorum christiani facti sunt, atque demum monachis repleta est solitudo. Observent ipsi sese nec me immerito exsecrentur. Tum ergo Domini gratiam admiratus: Quamquam mendax semper es, dixi, et veritatem numquam dicis, hoc iam tamen, licet invitus, vere dixisti; Christus enim veniens te infirmum reddidit atque deiectum denudavit. Audito ille Salvatoris nomine ardoremque eiusmodi non ferens, evanidus factus est.

42. Cum advenient enim, quales nos repererint, tales erga nos 208
futuri sunt, atque phantasias suas cogitationibus, quas in nobis deprehenderint, accommodant. Si perterritos et turbatos reperiant, illico, quasi fures, locum absque custodia inventum invadunt; tum quod nos ipsi cogitamus, id etiam cum augmento perpetrant. Nam

---

207. MG 26, 904 A. 208. MG 26, 905 A.

λιῶντας, μειζόνως αὐξάνουσι τὴν δειλίαν ἐν ταῖς φαντασίαις καὶ ταῖς ἀπειλαῖς, καὶ λοιπὸν ἐν τούτοις ἡ ταλαίπωρος κολάζεται ψυχή· ἐὰν δὲ χαίροντας ἡμᾶς εὕρωσιν ἐν Κυρίῳ, καὶ λογιζομένους περὶ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, καὶ ἐνθυμουμένους τὰ τοῦ Κυρίου, καὶ διαλογιζομένους ὅτι πάντα ἐν χειρὶ Κυρίου ἐστί, καὶ οὐδὲν ἰσχύει δαίμων κατὰ χριστιανοῦ, οὐδὲ ὅλως ἐξουσίαν ἔχει κατά τινος· βλέποντες ἠσφαλισμένην τὴν ψυχὴν τοῖς τοιούτοις λογισμοῖς, ἀποστρέφονται κατῃσχυμμένοι. Οὕτως τὸν μὲν Ἰὼβ ἰδὼν ὁ ἐχθρὸς περιπεφραγμένον, ἀνεχώρησεν ἀπ' αὐτοῦ· τὸν δὲ Ἰούδαν γυμνὸν ἀπὸ τούτων εὑρών, ᾐχμαλώτισεν. Ὥστε, εἰ θέλομεν καταφρονεῖν τοῦ ἐχθροῦ, λογιζώμεθα ἀεὶ τὰ τοῦ Κυρίου, καὶ χαιρέτω ἀεὶ ἡ ψυχὴ τῇ ἐλπίδι· καὶ ὀψόμεθα ὡς καπνὸν τὰ τῶν δαιμόνων τὰ παίγνια, καὶ μᾶλλον φεύγοντας αὐτοὺς ἢ διώκοντας. Εἰσὶ γὰρ λίαν αὐτοί, καθὰ προεῖπον, δειλοί, προσδοκῶντες ἀεὶ τὸ ἡτοιμασμένον αὐτοῖς πῦρ.

209 *Visiones et quomodo in illis sese habendum.* — 43. Καὶ τοῦτο δὲ πρὸς ἀφοβίαν κατ' ἐκείνων ἔχετε παρ' ἑαυτοῖς τὸ τεκμήριον· Ὅταν τις φαντασία γένηται, μὴ προκατάπιπτε ἐν δειλίᾳ, ἀλλ' ὁποία ἂν ᾖ, θαῤῥῶν ἐρώτα πρῶτον· Τίς εἶ σύ, καὶ πόθεν; Καὶ ἐὰν μὲν ᾖ ἁγίων ὀπτασία, πληροφοροῦσί σε καὶ τὸν φόβον σου εἰς χαρὰν μεταβάλλουσιν· ἐὰν δὲ διαβολική τις ᾖ, εὐθὺς ἐξασθενεῖ, βλέπουσα ἐῤῥωμένην τὴν διάνοιαν· ἀταραξίας γὰρ τεκμήριον, τὸ ὅλως πυνθάνεσθαι· Τίς εἶ, καὶ πόθεν; Οὕτως ὁ μὲν τοῦ Ναυῆ, ἐρωτήσας, ἔμαθεν· ὁ δὲ ἐχθρὸς οὐκ ἔλαθεν ἐρωτήσαντα τὸν Δανιήλ.

---

si viderint nos reformidare atque terreri, terroris illi accessionem praestant phantasiis et comminationibus suis, ac demum iis in rebus castigatur misera anima; sin gaudentes in Domino reperiant, et de futuris cogitantes bonis, ac quae Domini sunt animo versantes, et nobiscum reputantes omnia in manu Domini esse, nec quidquam valere daemones in christianum, nec minimam habere in quemquam potestatem: cum, inquam, animam huiusmodi rebus munitam conspexerint, pudefacti recedunt. Ita Iobum munitum reperiens inimicus, ab illo recessit; Iudam vero his nudatum deprehendens, captivum abduxit. Si igitur inimicum despicere velimus, quae Domini sunt assidue cogitemus, sitque anima semper spe laeta; tum daemonum ludibria nobis instar fumi videbuntur, atque fugientes illos potius quam persequentes videbimus. Sunt namque, uti supra dixi, perquam timidi, quod semper exspectent sibi paratum ignem.

209 43. Hocque sit vobis ad securitatem indicium: Cum quaedam aderit visio, ne statim pavore concidas, sed qualiscumque illa sit, fidens primum interroga: Quisnam tu es, et unde? Tum si sanctorum sit visio, certiorem te facient atque terrorem tuum in gaudium vertent; sin diabolica illa sit, statim debilitatur, perspecta animi firmitate; nam imperterriti animi signum est, vel sic interrogare: Quis tu es, et unde? Ita sciscitatus filius Nave certior factus est; nec latuit inimicus interroganti Danieli.

209. MG 26, 905 C.

Fugienda iactantia. — 49. Ὡς δὲ εἶδεν ἑαυτὸν ὀχλούμενον 210
ὑπὸ πολλῶν καὶ μὴ ἀφιέμενον κατὰ γνώμην ἀναχωρεῖν, ὡς βούλεται, εὐλαβηθεὶς μὴ ἐξ ὧν ὁ Κύριος ποιεῖ δι' αὐτοῦ, ἢ αὐτὸς ἐπαρθῇ, ἢ ἄλλος τις ὑπὲρ ὅ ἐστι λογίσηται περὶ αὐτοῦ, ἐσκέψατο καὶ ὥρμησεν ἀνελθεῖν εἰς τὴν ἄνω Θεβαΐδα πρὸς τοὺς ἀγνοοῦντας αὐτόν.

Examen conscientiae. — 55. Καθ' ἡμέραν τοίνυν τῶν ἡμε- 211
ρινῶν καὶ τῶν νυκτερινῶν πράξεων τὸν λόγον ἕκαστος παρ' ἑαυτῷ λαμβανέτω· καὶ εἰ μὲν ἥμαρτε, παυέσθω· εἰ δὲ μὴ ἥμαρτε, μὴ καυχάσθω, ἀλλ' ἐπιμενέτω τῷ καλῷ, καὶ μὴ ἀμελείτω, μηδὲ κατακρινέτω τὸν πλησίον, μηδὲ δικαιούτω ἑαυτόν, ὡς εἶπεν ὁ μακάριος ἀπόστολος Παῦλος, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ Κύριος, ὁ τὰ κρυπτὰ ἐρευνῶν.... Ἔστω δὲ καὶ αὕτη πρὸς ἀσφάλειαν τοῦ μὴ ἁμαρτάνειν παρατήρησις· Ἕκαστος τὰς πράξεις καὶ τὰ κινήματα τῆς ψυχῆς, ὡς μέλλοντες ἀλλήλοις ἀπαγγέλλειν, σημειώμεθα καὶ γράφωμεν· καὶ θαῤῥεῖτε, ὅτι, πάντως αἰσχυνόμενοι γνωσθῆναι, παυσόμεθα τοῦ ἁμαρτάνειν, καὶ ὅλως τοῦ ἐνθυμεῖσθαί τι φαῦλον.

Ecstasis; et baptismatis instar, vita religiosa.— 65. Μέλλων 212
γὰρ ἐσθίειν ποτέ, καὶ ἀναστὰς εὔξασθαι περὶ τὴν ἐννάτην ὥραν, ᾔσθετο ἑαυτὸν ἁρπαγέντα τῇ διανοίᾳ· καί, τὸ παράδοξον, ἑστὼς ἔβλεπεν ἑαυτὸν ὥσπερ ἔξωθεν ἑαυτοῦ γινόμενον, καὶ ὡς εἰς τὸν ἀέρα ὁδηγούμενον ὑπό τινων· εἶτα πικροὺς καὶ δεινούς τινας ἑστῶτας ἐν τῷ ἀέρι καὶ θέλοντας αὐτὸν κωλῦσαι ὥστε μὴ διαβῆναι. Τῶν δὲ ὁδηγούντων ἀντιμαχομένων, ἀπῄτουν ἐκεῖνοι

---

49. Ut vidit autem a multis sibi molestiam creari nec sibi licere 210
pro arbitrio secedere, veritus ne ex signis, quae per se Dominus faciebat, aut ipse extolleretur aut alius quispiam de ipso plus quam res ipsa ferret, existimaret, re secum deliberata, profectus est, ut se conferret in superiorem Thebaidem, ad homines quibus esset ignotus.

55. Cotidie itaque de diurnis nocturnisque actibus rationem quis- 211
que apud se ineat; et si peccaverit, desinat; si non peccaverit, ne glorietur, sed in bono perseveret, nec neglegenter agat, neve proximum damnet, vel seipsum iustum praedicet, ut ait beatus apostolus Paulus, donec venerit Dominus, qui abscondita scrutatur.... Ad cavenda autem peccata id observetur: Opera quisque nostrum sua, et motus animi, tamquam aliis nuntiaturus, notet conscribatque; atque confidite futurum esse, ut, cum nos pudeat ab aliis cognosci, peccandi prorsus, immo quid pravum cogitandi finem faciamus.

65. Cum aliquando comesturus esset, ubi oraturus surrexisset 212
circa nonam horam, sese mente abripi sensit; quodque prorsus stupendum est, cum staret, sese vidit tamquam extra se positum et per aërem a quibusdam abductum. Exinde terribiles tetrosque nonnullos vidit in aëre stantes, qui transitum eius intercludere

210. MG 26, 913 B. 211. MG 26, 924 A.
212. MG 26, 933 C.

λόγον, εἰ μὴ ὑπεύθυνος αὐτοῖς εἴη. Θελόντων τοίνυν συνᾶραι λόγον ἀπὸ τῆς γεννήσεως αὐτοῦ, ἐκώλυον οἱ τὸν Ἀντώνιον ὁδηγοῦντες, λέγοντες ἐκείνοις· Τὰ μὲν ἀπὸ τῆς γεννήσεως αὐτοῦ ὁ Κύριος ἀπήλειψεν· ἐξ οὗ δὲ γέγονε μοναχὸς καὶ ἐπηγγείλατο τῷ Θεῷ, ἐξέστω λόγον ποιῆσαι.

213 *Solitudinis amor.* — 85. Τοῦ δὲ λεγομένου δουκὸς ἀξιοῦντος αὐτὸν ἐμβραδύνειν, ἔλεγε μὴ δύνασθαι χρονίζειν μετ' αὐτῶν, καὶ παραδείγματι χαρίεντι τοῦτον ἔπειθε λέγων· Ὥσπερ οἱ ἰχθύες ἐγχρονίζοντες τῇ ξηρᾷ γῇ τελευτῶσιν, οὕτως οἱ μοναχοὶ βραδύνοντες μεθ' ὑμῶν, καὶ παρ' ὑμῖν ἐκδιατρίβοντες ἐκλύονται. Δεῖ οὖν, ὥσπερ τὸν ἰχθὺν εἰς τὴν θάλασσαν, οὕτως ἡμᾶς εἰς τὸ ὄρος ἐπείγεσθαι· μήποτε ἐμβραδύνοντες ἐπιλαθώμεθα τῶν ἔνδον.

214 *Ultima S. Antonii monita.* — 91. Ὑμεῖς δὲ νήφετε καὶ τὴν πολυχρόνιον ὑμῶν ἄσκησιν μὴ ἀπολέσητε· ἀλλ' ὡς νῦν ἀρχὴν ἔχοντες, σπουδάσατε τηρεῖν τὴν προθυμίαν ἑαυτῶν. Οἴδατε τοὺς ἐπιβουλεύοντας δαίμονας, οἴδατε πῶς ἄγριοι μὲν εἰσίν, ἀσθενεῖς δὲ τῇ δυνάμει. Μὴ οὖν φοβηθῆτε αὐτούς, ἀλλὰ μᾶλλον τὸν Χριστὸν ἀεὶ ἀναπνέετε, καὶ τούτῳ πιστεύετε· καὶ ὡς καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκοντες ζήσατε, προσέχοντες ἑαυτοῖς, καὶ μνημονεύοντες ὧν ἠκούσατε παρ' ἐμοῦ παραινέσεων. Καὶ μηδεμία ἔστω ὑμῖν κοινωνία πρὸς τοὺς σχισματικούς, μήθ' ὅλως πρὸς τοὺς αἱρετικοὺς Ἀρειανούς. Οἴδατε γὰρ πῶς κἀγὼ τούτους ἐξετρεπόμην διὰ τὴν χριστομάχον αὐτῶν καὶ ἑτερόδοξον αἵρεσιν. Σπουδάσατε

---

volebant. Obsistentibus iis qui illum adducebant, postulare illi num obnoxius ipsis esset. Cumque rationes ab eius nativitate exposcerent, id Antonii duces prohibuere, aiebantque: Culpas eius omnes a nativitate delevit Dominus; ex quo autem tempore monachus effectus est et sese Deo consecravit, liceat rationes ducere.

213 85. Duce vero, ut vocant, rogante, moram ut faceret, se diutius cum illis morari non posse respondit, lepidoque id illi exemplo persuasit. Sicut pisces, ait, in arida terra immorando moriuntur, sic monachi vobiscum morantes apudque vos diutius versantes enervantur. Ut igitur piscibus ad mare, sic nobis ad montem properandum, ne cunctantes eorum quae intus sunt obliviscamur.

214 91. Vos autem vigilate, ac diutissimae exercitationis vestrae fructum ne perditote; sed quasi iam eius initium poneretis, curate vestram retinere alacritatem. Nostis insidiatores daemones, quam sint truces quidem, sed viribus imbecilli. Ne itaque timete illos, sed Christum semper respirate ipsique credite; ac velut cotidie morituri vivite, vobisque ipsis attendite, memores mearum quas audistis praeceptionum. Nulla vobis sit communicatio cum schismaticis, aut prorsus cum haereticis Arianis. Nostis enim, qui illos ego confutarem ob suam Christo adversariam atque a vera doc-

---

213. MG 26, 961 B. 214. MG 26, 969 B.

δὲ μᾶλλον καὶ ὑμεῖς ἀεὶ συνάπτειν ἑαυτούς, προηγουμένως μὲν τῷ Κυρίῳ, ἔπειτα δὲ τοῖς ἁγίοις· ἵνα μετὰ θάνατον ὑμᾶς εἰς τὰς αἰωνίους σκηνὰς ὡς φίλους καὶ γνωρίμους δέξωνται καὶ αὐτοί.

Apologia ad Constantium.

Virginitas. — 33. Ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς ὁ Κύριος καὶ Σωτὴρ ἡμῶν 215
Ἰησοῦς Χριστός, ἄνθρωπος γενόμενος δι' ἡμᾶς καὶ καταργήσας τὸν θάνατον, ἐλευθερώσας τε τὸ γένος ἡμῶν ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς, ἐχαρίσατο πρὸς τοῖς ἄλλοις πᾶσι καὶ εἰκόνα τῆς τῶν ἀγγέλων ἁγιότητος ἔχειν ἡμᾶς ἐπὶ γῆς τὴν παρθενίαν. Τὰς γοῦν ταύτην ἐχούσας τὴν ἀρετὴν νύμφας τοῦ Χριστοῦ καλεῖν εἴωθεν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία. Ταύτας δὲ Ἕλληνες ὁρῶντες, ὡς ναὸν οὔσας τοῦ Λόγου θαυμάζουσι· παρ' οὐδενὶ γὰρ ἀληθῶς τοῦτο τὸ σεμνὸν καὶ οὐράνιον ἐπάγγελμα κατορθοῦται ἢ παρὰ μόνοις ἡμῖν τοῖς χριστιανοῖς. Μάλιστα γὰρ καὶ τοῦτο μέγα τεκμήριόν ἐστι τοῦ παρ' ἡμῖν εἶναι τὴν ὄντως καὶ ἀληθῆ θεοσέβειαν.

De virginitate, ca 370.

Abnegatio mundanorum. — 2. Πᾶσα παρθένος, ἢ χήρα ἐγ- 216
κρατευομένη, ἐὰν ἔχῃ φροντίδα ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, αὐτὴ ἡ φροντὶς ἀνὴρ αὐτῆς ἐστι· κἂν κτήματα, κἂν ὑπάρχοντα ἔχῃ, αὐτὴ ἡ μέριμνα μολύνει αὐτῆς τὴν διάνοιαν. Ὥσπερ γὰρ διὰ τοῦ ἀνδρὸς τὸ σῶμα μολύνεται, οὕτως καὶ αἱ σχέσεις αἱ κοσμικαὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα τῆς ἐγκρατευομένης μιαίνουσι, καὶ οὐκ ἔστιν ἁγία τῷ σώματι καὶ τῷ πνεύματι. Ἡ δὲ φροντίζουσα τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ, νυμφίος αὐτῆς ὁ Χριστός ἐστιν.

---

trina alienam haeresim. Id curate, ut in primis vos Domino, dehinc sanctis adiungatis; ut post mortem vos in aeterna tabernacula quasi amicos notosque sibi recipiant.

33. Dei Filius, Dominus et Salvator noster Iesus Christus, propter 215
nos homo factus, qui mortem abrogavit nostrumque genus a servitute corruptionis liberavit, cum aliis omnibus donis suis illud quoque nobis impertivit, ut angelorum imaginem in terra haberemus, nempe virginitatem. Eas sane, quae hac virtute praeditae sunt, sponsas Christi vocare consuevit catholica ecclesia; has ethnici cum vident, ut templum Verbi admirantur; certum quippe est nusquam hanc venerandam ac caelestem professionem excoli nisi dumtaxat apud nos christianos. Hoc enim maximum est argumentum, certam ac veram apud nos esse religionem.

2. Omnis virgo, aut vidua continens, si curam suam collocet in 216
hoc mundo, eius rei cura illi pro marito est; sive possessiones, sive alias substantias possideat, ipsa sollicitudo contaminat eius animam. Ut enim per virum corpus contaminatur, ita quoque habitus mundani et animam et corpus continentis conspurcant, neque iam est sancta corpore et spiritu. Quae autem curat opus Domini, huius sponsus est Christus.

---

215. MG 25, 640 A. 216. MG 28, 253 C.

217 *Ornamenta virginis.* — 6. Ἀγαπήσωμεν σφόδρα τὴν νηστείαν· μέγα γὰρ φυλακτήριόν ἐστιν ἡ νηστεία, καὶ ἡ προσευχή, καὶ ἡ ἐλεημοσύνη· ἐκ θανάτου γὰρ ῥύονται τὸν ἄνθρωπον. Ὥσπερ γὰρ διὰ βρώματος καὶ παρακοῆς ἐξεβλήθη ὁ Ἀδὰμ ἐκ τοῦ παραδείσου, οὕτω πάλιν διὰ νηστείας καὶ ὑπακοῆς ὁ θέλων εἰσέρχεται εἰς τὸν παράδεισον. Ἐν ταύτῃ τῇ ἀρετῇ κόσμησον τὸ σῶμά σου, ὦ παρθένε, καὶ ἀρέσεις τῷ ἐπουρανίῳ νυμφίῳ· αἱ γὰρ τῷ κόσμῳ συναπτόμεναι καὶ μύροις, καὶ θυμιάμασι, καὶ εὐωδίαις, καὶ ἐν ἱματίοις πολυτελέσιν, καὶ χρυσῷ καλλωπίζουσαι τὰ σώματα ἑαυτῶν πρὸς τὸ ἀρέσαι τοῖς ἀνθρώποις, Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται. Ὁ δὲ Χριστὸς οὐδὲν τούτων χρῄζει παρὰ σοῦ, εἰ μὴ μόνον καρδίαν καθαρὰν καὶ σῶμα ἀμόλυντον, ὑπωπιαζόμενον ὑπὸ νηστείας.

218 *Laus ieiunii.* — 7. Ὁρᾷς τί ποιεῖ ἡ νηστεία· καὶ νόσους θεραπεύει, καὶ ῥεύματα σωματικὰ ξηραίνει, καὶ δαίμονας ἐκβάλλει, καὶ λογισμοὺς πονηροὺς ἀποδιώκει, καὶ τὸν νοῦν λαμπρότερον ποιεῖ, καὶ καρδίαν καθαράν, καὶ σῶμα ἡγιασμένον, καὶ τῷ θρόνῳ τοῦ Θεοῦ παρίστησι τὸν ἄνθρωπον.... Μεγάλη δύναμις νηστεία, καὶ μεγάλα κατορθώματα γίνεται δι' αὐτῆς. Ἐπεὶ πόθεν καὶ οἱ ἄνθρωποι μεγάλας δυνάμεις ἐπιτελοῦσι, καὶ σημεῖα δι' αὐτῶν γίνεται, καὶ ἰάματα τοῖς κάμνουσι δι' αὐτῶν δωρεῖται ὁ Θεός, εἰ μὴ πάντως δι' ἀσκήσεως καὶ ταπεινοφροσύνης καὶ πολιτείας ἀγαθῆς; Νηστεία γὰρ ἀγγέλων βίος ἐστί, καὶ ὁ χρώμενος αὐτῇ ἀγγελικὴν τάξιν ἔχει. Καὶ μὴ νομίσῃς, ἀγαπητέ, ὅτι οὕτως ἁπλῶς ἐστιν ἡ νηστεία· οὐ γὰρ ὁ νηστεύων

---

217 6. Amemus valde ieiunium; magnum enim munimentum est ieiunium, oratio item et eleemosyna; ex morte quippe hominem liberant. Ut enim ob esum et inoboedientiam exturbatus est Adam ex paradiso, ita rursum per ieiunium et oboedientiam in paradisum, qui volet, ingredietur. In hac virtute cultum corporis tui et ornamenta quaere, o virgo, et placebis caelesti sponso. Nam quae mundo sociantur et unguentis, aromatibus et bonis odoribus, et amictu pretioso, et auro venustant sua corpora, ut placeant hominibus, Deo placere non possunt. Christus autem nihil horum a te requirit, nisi solum cor mundum et corpus incontaminatum ieiunioque maceratum.

218 7. Vides, quid faciat ieiunium: morbos sanat, fluxiones corporis exsiccat, daemones fugat, malas cogitationes expellit, mentem nitidiorem, cor purgatum, corpus sanctificatum efficit et ad thronum Dei hominem sistit.... Magna virtus ieiunium, et praeclara per illud eduntur facinora. Alioquin unde homines tantas virtutes operantur et signa edunt, eorumque opera infirmis sanitatem Dominus tribuit, nisi plane ob ascesin, humilitatem et probum vitae institutum? Ieiunium enim angelorum est vita, quo qui utitur, angelici ordinis censendus est. Neque arbitrere, dilecte, ea simpliciter in

---

217. MG 28, 257 B. 218. MG 28, 260 A.

ἀπὸ βρωμάτων μόνον, ἐκεῖνος κατώρθωσεν· ἀλλ' ὁ ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος, τούτῳ λογίζεται ἡ νηστεία. Ἐὰν γὰρ νηστεύσῃς καὶ μὴ τηρήσῃς τὸ στόμα σου λαλῆσαι λόγον πονηρόν, ἢ ὀξυχολίαν, ἢ ψεῦδος, ἢ ἐπιορκίαν, ἢ καταλαλήσῃς κατὰ τοῦ πλησίον σου, ἐὰν ταῦτα ἐξέλθῃ ἐκ τοῦ στόματος τοῦ νηστεύοντος, οὐδὲν ὠφέλησεν· ἀλλὰ καὶ ὅλον τὸν κόπον αὐτοῦ ἀπώλεσε.

Ieiunii moderatio. — 8. Ὑποβάλλει δὲ ὁ ἐχθρὸς καὶ ἄσκησιν 219
μεγάλην, ἵνα τὸ σῶμα ἀσθενὲς καὶ ἀχρήσιμον ποιήσῃ· σοῦ οὖν ἡ νηστεία μέτρον ἐχέτω.

Virginum vestitus. — 11. Σὺ δέ, εἰ μὲν οὐ ποιεῖς τὰ νεω- 220
τερικὰ σχήματα, οὐκ ἀκούεις νεωτέρα, ἀλλὰ καὶ πρεσβύτις ἀποκαλῇ, καὶ τιμὴν ἔχεις ὡς πρεσβυτέρα. Ἡ ὑπόστασις τῶν ἱματίων σου μὴ ἤτω πολύτιμος· ὁ ἐπενδύτης σου μέλας, μὴ βεβαμμένος ἐν βαφῇ, ἀλλ' αὐτοφυὴς ἰδιόχροος ἢ ὀνυχίζων· καὶ τὸ μαφόριον ἄκροσσον, ὡσαύτως τῆς αὐτῆς χρόας· καὶ χειρίδια ἐρεᾶ περικαλύπτοντα τοὺς βραχίονας ἕως τῶν δακτύλων τῶν χειρῶν· τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς περικεκομμένας, καὶ κεφαλοδέσμιον ἐρεοῦν περισφίγγον τὴν κεφαλήν, καὶ κουκούλιον καὶ ἐπώμιον ἄκροσσον. Ἐὰν δὲ συναντᾷς ἀνθρώπῳ, τὸ πρόσωπον κατακεκαλυμμένον ἔστω, κάτω νεῦον, καὶ οὐκ ἐπάρῃς ἀνθρώπῳ τὸ πρόσωπόν σου, εἰ μὴ μόνον τῷ Θεῷ σου. Ὅταν στῇς εἰς προσευχήν, τοὺς πόδας σου περικεκαλυμμένους ἔχε ἐν ὑποδήμασιν. Αὐτὸς γὰρ ὁ στολισμὸς ἱεροπρεπής ἐστιν.... Οὐ πορεύσῃ εἰς βαλανεῖον

---

re consistere ieiunium. Non enim qui a cibis solum abstinet, is recte agit, sed eius, qui abstinet ab omni opere malo, ieiunium acceptum habebitur. Nam si ieiunes nec observes os tuum, ne loquatur malum, nec caveas tibi ab iracundia, mendacio, periurio; si quid mali contra proximum tuum loquare; si, inquam, ex ieiunantis ore horum quidpiam proficiscatur, nihil hinc utilitatis percipit, sed totum laborem suum perdit.

8. Si suadet tibi inimicus ingentem ascesin seu exercitationem, 219
ut corpus tuum infirmum et inutile efficiat, tuum ieiunium modum habeat.

11. Tu autem si non facias tibi iuveniles habitus, non audies 220
iunior, sed aetate grandior, honorque tibi erit quasi aetate maiori. Materia vestimentorum tuorum ne sit magni pretii: ependytes tuus niger neque tinctus, sed nativi coloris aut onychinus; maforium sine fimbriis eiusdem coloris; manicae laneae brachia usque ad digitos obtegentes; capilli capitis circumtonsi, et vitta lanea caput astringens, cucullula et superhumerale sine fimbriis. Si viro occursas, facies velata demissaque esto, neque homini vultum attollas, sed dumtaxat Deo tuo. Cum ad orandum steteris, sint pedes tui calceis operti. Eiusmodi enim vestimenti genus sanctitatem praefert.... Non ibis ad balneum, si quidem sana sis, nisi

---

219. MG 28, 261 B. 220. MG 28, 264 B.

ὑγιαίνουσα ἄνευ πάσης ἀνάγκης, οὐ μὴ βάψῃς ὅλον τὸ σῶμα σου εἰς ὕδωρ, ὅτι ἁγία εἶ Κυρίῳ τῷ Θεῷ.

221 *Vita virginum.* — 12. Οὐκ ἐπιχρίσῃ τὸ σῶμά σου μύρῳ πολυτελεῖ, οὐδὲ ἐπιβαλεῖς ἐπὶ τὰ ἱμάτιά σου ἀρώματα πολύτιμα. Ἐὰν δὲ τὸ σῶμά σου ἀσθενέστερον γένηται, χρῆσαι οἴνῳ ὀλίγῳ διὰ τὸν στόμαχον. Ἐὰν δέ, ὃ μὴ γένοιτο, εἰς κάκωσιν ἐμπέσῃς, σεαυτῆς ἐπιμέλου, μὴ δῷς τόπον τοῖς ἀνθρώποις λέγειν, ὅτι ἐκ τῆς ἀσκήσεως αὐτῆς συνέβη αὐτῇ ἡ κάκωσις. Ἀλλὰ πρὶν ἤ τινα εἰπεῖν σοι, σὺ σεαυτῆς φρόντιζον, ἕως ἂν ταχὺ ἀναστῇς, καὶ πάλιν τὸν κανόνα σου ἑλκύσῃς. Ὅλον τὸν χρόνον τῆς ζωῆς σου ἐν νηστείαις, καὶ προσευχαῖς, καὶ ἐλεημοσύναις διατέλει. Μακάριος ὁ ἀκούων ταῦτα καὶ ποιῶν αὐτά. Νυκτὸς καὶ ἡμέρας μὴ ἀποστήτω ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐκ τοῦ στόματός σου. Ἤτω δὲ τὸ ἔργον σου διὰ παντὸς μελέτη τῶν θείων Γραφῶν. Ψαλτήριον ἔχε καὶ τοὺς ψαλμοὺς μάνθανε. Ἀνατέλλων ὁ ἥλιος βλεπέτω τὸ βιβλίον ἐν ταῖς χερσί σου, καὶ μετὰ τρίτην ὥραν συνάξεις ἐπιτέλει, ὅτι ταύτῃ τῇ ὥρᾳ ἐπάγη τὸ ξύλον τοῦ σταυροῦ. Ἕκτῃ ὥρᾳ ὁμοίως ἐπιτέλει σου τὰς προσευχὰς μετὰ ψαλμῶν, καὶ κλαυθμοῦ, καὶ δεήσεως, ὅτι αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἐκρεμάσθη ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ. Ἐνάτῃ ὥρᾳ πάλιν ἐν ὕμνοις καὶ δοξολογίαις, μετὰ δακρύων ἐξομολογουμένη τὰ παραπτώματά σου, τὸν Θεὸν ἱκέτευε, ὅτι ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ὁ Κύριος κρεμάμενος ἐπὶ σταυροῦ ἀπέδωκε τὸ πνεῦμα. Καὶ μετὰ τὴν σύναξιν τῆς ἐνάτης ἔσθιε τὸν ἄρτον σου, εὐχαριστήσασα τῷ Θεῷ ἐπὶ τῆς τραπέζης σου οὕτως· Εὐλογητὸς ὁ Θεός, ὁ ἐλεῶν καὶ τρέφων ἡμᾶς ἐκ νεότητος ἡμῶν,

in summa necessitate; neque immergas totum corpus tuum in aquam, quia sancta es Domino Deo.

221 12. Ne pretioso unguento corpus tuum unxeris, neve aromatibus magni pretii vestes aspergas tuas. Quod si corpus tuum imbecillius evaserit, vino modico utere ob stomachum. Si vero, quod absit! in malum incidas, teipsam cura, nec des hominibus locum dicendi, tibi ex ascesi seu exercitatione eam aegritudinem accidisse. Sed priusquam te aliquis id moneat, tute curam habeto tui, donec brevi surgas, et assuetam regulam trahas. Per omne tempus vitae tuae in ieiuniis, orationibus et eleemosynis persevera. Beatus, qui haec audit et perficit. Nocte dieque ne recedat verbum Dei ex ore tuo. Sit autem opus tuum omni tempore meditatio divinarum Scripturarum. Psalterium habeto et psalmos edisce. Sol oriens librum videat in manibus tuis, et post tertiam horam synaxes conﬁce, quia ea ipsa hora compactum est lignum crucis. Sexta hora similiter tuas absolve orationes cum psalmis, fletu et obsecratione, quia ea ipsa hora Filius Dei in cruce suspensus est. Nona iterum hora in hymnis et laudibus, cum lacrimis confitens peccata tua, Deum obsecra, quia ea ipsa hora Dominus pendens in cruce tradidit spiritum. Et post synaxin horae nonae comede panem tuum, gratias Deo agens in mensa tua, his verbis: Benedictus Deus, qui

221. MG 28, 264 D.

ὁ διδοὺς τροφὴν πάσῃ σαρκί» [Ps 135, 25]. Πλήρωσον χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης τὰς καρδίας ἡμῶν, ἵνα πάντοτε πᾶσαν αὐτάρκειαν ἔχοντες περισσεύωμεν εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ σοι πρέπει δόξα, κράτος, τιμὴ καὶ προσκύνησις, σὺν Ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Orationes ad mensam. — 13. Καὶ ὅταν καθεσθῇς ἐπὶ τῆς 222
τραπέζης καὶ ἔρχῃ κλάσαι τὸν ἄρτον, σφραγίσασα αὐτὸν τρίτον τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ, οὕτως εὐχαριστοῦσα λέγε· Εὐχαριστοῦμέν σοι, Πάτερ ἡμῶν, ὑπὲρ τῆς ἁγίας ἀναστάσεώς σου· διὰ γὰρ Ἰησοῦ τοῦ Παιδός σου ἐγνώρισας ἡμῖν αὐτήν· καὶ καθὼς ὁ ἄρτος οὗτος διεσκορπισμένος ὑπῆρχεν ὁ ἐπάνω ταύτης τῆς τραπέζης καὶ συναχθεὶς ἐγένετο ἕν, οὕτως ἐπισυναχθήτω σου ἡ ἐκκλησία ἀπὸ τῶν περάτων τῆς γῆς εἰς τὴν βασιλείαν σου, ὅτι σου ἐστὶν ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. Καὶ ταύτην μὲν τὴν εὐχὴν ἐν τῷ κλᾶν τὸν ἄρτον καὶ θέλειν ἐσθίειν ὀφείλεις λέγειν· ἐν δὲ τῷ θεῖναι τοῦτον ἐν τῇ τραπέζῃ, καὶ καθεσθῆναι βούλει, τὸ «Πάτερ ἡμῶν» λέγε ὁλόκληρον· τὴν δὲ προγεγραμμένην εὐχήν, τὸ «Εὐλογητὸς ὁ Θεός», ἀριστήσαντες καὶ ἐγειρόμενοι ἐκ τῆς τραπέζης λέγομεν. Ἐὰν δὲ συμπαρῶσι μετὰ σοῦ δύο παρθένοι ἢ τρεῖς, εὐχαριστείτωσαν ἐπὶ τὸν προκείμενον ἄρτον καὶ συνευχέσθωσαν. Ἐὰν δὲ εὑρεθῇ κατηχουμένη ἐν τῇ τραπέζῃ, μὴ συνευχέσθω μετὰ τῶν πιστῶν, οὐδὲ μὴ καθίσῃς φαγεῖν τὸν ψωμόν σου μετ' αὐτῆς, οὐδὲ πάλιν καθίσεις φαγεῖν τὸν ψωμόν σου μετὰ γυναικῶν ἀμελεστέρων καὶ

miseratur nos et alit nos a iuventute nostra, *qui dat escam omni carni.* Imple gaudio et laetitia corda nostra, ut in omnibus omnem sufficientiam habentes, abundemus in omne opus bonum, in Christo Iesu Domino nostro, cum quo te decet gloria, imperium, honor et adoratio, cum Sancto Spiritu, in saecula saeculorum, amen.

13. Porro cum in mensa sederis coeperisque frangere panem, 222
ipso ter consignato signo crucis ita gratias age: Gratias tibi agimus, Pater noster, de sancta resurrectione tua, quam per Iesum Filium tuum nobis manifestasti; et sicut hic, qui supra mensam est, panis, dispersus olim et coactus factus est unum, sic congregetur ecclesia tua a finibus terrae in regnum tuum, quia tua est virtus et gloria in saecula saeculorum, amen. Quam quidem orationem in frangendo panem comestura dicere debes; cum autem eum in mensa repones, mox sessura, orationem ,Pater noster' integram recita; suprascriptam vero orationem ,Benedictus Deus' pransi ac surgentes a mensa dicimus. Quod si adsint tecum duae vel tres virgines, gratias agant super panem et una tecum orent. Quod si adsit catechumena in mensa, ne oret cum fidelibus, neque cum illa sedeas, ut panem comedas. Neque sedebis item, ut comedas cibum tuum cum mulieribus neglegentioribus et facetis absque

222. MG 28, 265 C.

γελοιαστριῶν ἄνευ ἀνάγκης· σὺ γὰρ ἁγία εἶ Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου, καὶ τὸ βρῶμά σου καὶ τὸ πόμα σου ἡγιασμένον ἐστί· διὰ γὰρ τῶν προσευχῶν καὶ τῶν ἁγίων ῥημάτων ἁγιάζεται.

223 *Oratio hora duodecima.* — 16. Καὶ σὺ οὖν, δούλη τοῦ Θεοῦ, εἴτε ἐγείρῃ, εἴτε καθέζῃ, εἴτε ἔργον τι ποιῇς, εἴτε ἐσθίῃς, εἴτε ἐπὶ τῆς κοίτης σου ἔρχῃ πρὸς ὕπνον, εἴτε ἀνισταμένη, μὴ ἀποστήτω ὁ ὕμνος τοῦ Θεοῦ ἀπὸ τῶν χειλέων σου. Μακάρια τὰ ὦτα τὰ δεχόμενα τοὺς λόγους τούτους. Ἐὰν δὲ εἰσέλθῃς τῇ δωδεκάτῃ ὥρᾳ, μειζοτέραν καὶ πυκνοτέραν ἐπιτελέσεις τὴν σύναξιν μετὰ τῶν ὁμοψύχων σου παρθένων. Ἐὰν δὲ μὴ ἔχῃς ὁμόψυχον, μόνη ἐπιτέλει, τοῦ Θεοῦ συνόντος καὶ ἀκούοντος. Καλὸν τὸ ἐκχέειν δάκρυον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Μνημόνευε τὴν δωδεκάτην ὥραν, ὅτι ἐν αὐτῇ καταβέβηκεν ὁ Κύριος ἡμῶν εἰς τὸν ᾅδην· καὶ ἰδὼν αὐτὸν ὁ ᾅδης ἔφριξε, καὶ ἐξέστη λέγων· Τίς ἐστιν οὗτος, ὁ ἐν ἐξουσίᾳ καὶ μεγάλῃ δυνάμει κατελθών;

224 *Donum lacrimarum.* — 17. Οὐχ οἱ πολλοὶ ἔχουσι τὸ χάρισμα τῶν δακρύων, ἀλλ' ὅσοι τὸν νοῦν ἔχουσιν ἄνω, ὅσοι τῶν γηΐνων ἐπιλανθάνονται, ὅσοι τῆς σαρκὸς πρόνοιαν οὐ ποιοῦσιν, οἵτινες οὐκ ἐπίστανται ὅλως, εἰ εἴη κόσμος, οἵτινες ἐνέκρωσαν τὰ μέλη, τὰ ἐπὶ τῆς γῆς· τούτοις μόνοις δίδοται πένθος δακρύων. Καθαρὸν γὰρ ἔχοντες τὸν νοῦν καὶ ὀξύδορκον τὸ βλέμμα τῆς διανοίας, ἔτι ὄντες ἐπὶ τῆς γῆς, βλέπουσι τὰς κολάσεις τὰς ἐν τῷ ᾅδῃ, καὶ τὰς βασάνους τὰς αἰωνίους, ἐν αἷς οἱ ἁμαρτωλοὶ κολάζονται, καὶ τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, καὶ τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον,

necessitate. Tu enim sancta es Domino Deo tuo, et cibus tuus atque potus sanctificatus est; nam orationibus sanctisque verbis sanctificatur.

223 16. Tu itaque, ancilla Dei, sive surgis sive sedes, sive quid operis facis, sive comedis, sive lectum petis, ut somnum capias, sive e lecto surgis, ne absistat hymnus Dei a labiis tuis. Beatae aures, quae excipiunt hos sermones. Si ingrediaris hora duodecima, maiorem longioremque facies synaxin cum sociis tuis virginibus. Sin nulla adest socia, sola id exsequere, Deo praesente et audiente. Bonum est lacrimas effundere in conspectu Dei. Recordare horae duodecimae, qua Dominus noster descendit in infernum, quem ut vidit infernus exhorruit, et perculsus ait: Quis est hic, qui in potestate et magna virtute descendit?

224 17. Non multi sunt, qui lacrimarum gratiam habeant; sed quotquot mentem sursum erectam habent, quotquot terrena obliviscuntur, quotquot carnis curam non habent, qui ignorant prorsus, an sit mundus, qui membra sua mortificaverunt, quae sunt super terram, his solis datur luctus lacrimarum. Nam cum mente sint pura et perspicace mentis oculo, dum in terra degunt, vident inferni supplicia et aeternos cruciatus, quibus torquentur peccatores, necnon aeternum ignem, tenebras exteriores, fletum et stridorem dentium,

223. MG 28, 269 D. 224. MG 28, 272 C.

καὶ τὸν κλαυθμόν, καὶ τὸν βρυγμὸν τῶν ὀδόντων. Βλέπουσι δὲ καὶ τὰ ἐπουράνια χαρίσματα, ἃ ἐχαρίσατο ὁ Θεὸς τοῖς ἁγίοις, καὶ τὰς δόξας, καὶ τοὺς στεφάνους, καὶ τὰς στολὰς τὰς ἁγίας, καὶ τὰ βασιλικὰ ἐνδύματα, καὶ τὰ φωτεινὰ ταμιεῖα, καὶ τὰς τρυφὰς τὰς ἀνεκδιηγήτους, καὶ τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον.

Cui detur requies aeterna. — 18. Διὰ τοῦτο ἐμίσησαν οἱ 225
ἅγιοι τὸν κόσμον τοῦτον, εἰδότες ὁποῖα ἀγαθὰ μέλλουσι κληρονομῆσαι. Ὥστε οὖν ὁ ἔχων ἀνάπαυσιν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ τὴν αἰώνιον ἀνάπαυσιν μὴ ἐλπιζέτω λαβεῖν. Ἡ βασιλεία γὰρ τῶν οὐρανῶν οὐκ ἔστι τῶν ἀναπαυομένων ἐνθάδε, ἀλλ' ἐκείνων ἐστὶ τῶν ἐν θλίψει πολλῇ καὶ στενοχωρίᾳ διαξάντων τὸν βίον τοῦτον.... Ἰδοὺ δύο ὁδοὶ παρετέθησαν ἐνώπιόν σου, ἡ ζωὴ καὶ ὁ θάνατος· ὅπου ἐὰν θέλῃς, πορεύου. Καὶ ἰδοὺ πῦρ καὶ ὕδωρ· ὅπου ἐὰν θέλῃς, ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου· ἐπὶ σοί ἐστιν, ἐὰν θέλῃς κτήσασθαι τὴν ζωήν, καὶ ἐπὶ σοί ἐστιν, ἐὰν θέλῃς κτήσασθαι τὸν θάνατον. Ὁ οὖν θάνατός ἐστιν ὁ κόσμος, ἡ δὲ ζωή ἐστιν ἡ δικαιοσύνη.

Oratio nocturna. — 20. Μεσονύκτιον ἐγερθήσῃ καὶ ὑμνήσεις 226
Κύριον τὸν Θεόν σου. Ἐν αὐτῇ γὰρ τῇ ὥρᾳ ἀνέστη ὁ Κύριος ἡμῶν ἐκ νεκρῶν καὶ ὕμνησε τὸν Πατέρα· διὰ τοῦτο αὐτῇ τῇ ὥρᾳ προσετάγη ἡμῖν ὑμνεῖν τὸν Θεόν. Ἀνισταμένη δὲ πρῶτον τοῦτον τὸν στίχον εἰπέ· «Μεσονύκτιον ἐξηγειρόμην τοῦ ἐξομολογεῖσθαί σοι ἐπὶ τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου» [Ps 118, 62]· καὶ εὖξαι καὶ ἄρξαι λέγειν τὸν πεντηκοστὸν ὅλον ψαλμόν, ἕως ἂν τελέσῃς. Καὶ ταῦτα ἔστωσάν σοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν τεταγμένα. Τοσούτους δὲ ψαλμοὺς εἰπέ, ὅσους δύνῃ στήκουσα

Vident quoque dona caelestia, quae largitus Deus est sanctis viris, glorias, coronas, stolas sanctas, regia indumenta, lucidas cellas, inenarrabiles delicias, vitam aeternam.

18. Ideo hunc mundum oderant sancti, gnari qualia bona pos- 225
sessuri essent. Itaque quisquis in hoc mundo requiem habet, ne speret se requiem accepturum aeternam. Nam regnum caelorum eorum non est, qui requiem hic habent, sed eorum, qui in aerumnis et angustiis multis hanc degerint vitam.... Ecce binae viae tibi sunt propositae, vita et mors: qua volueris, incede. Ecce ignem et aquam: quocumque volueris, extende manum tuam. Penes te est, si lubeat, vitam possidere; penes te est, si placuerit, mortem adipisci. Mors itaque hic mundus est, vita vero est iustitia.

20. Media nocte excitaberis et hymnis celebrabis Dominum 226
Deum tuum. Ea enim ipsa hora resurrexit Dominus noster ex mortuis et Patrem suum hymnis celebravit, quare iniunctum nobis est, ut ea ipsa hora hymnos Deo dicamus. Surgens porro dic primo hunc versum: *Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustitiae tuae;* et precare incipeque recitare quinquagesimum psalmum, donec absolvas. Haec sint constituta tibi per singulos dies. Tot psalmos recita, quot poteris stando recitare; atque per

225. MG 28, 273 A. 226. MG 28 276 C.

εἰπεῖν· καὶ κατὰ ψαλμὸν εὐχὴ καὶ γονυκλισία ἐπιτελείσθω, μετὰ δακρύων ἐξαγορεύουσα τῷ Κυρίῳ τὰς ἁμαρτίας σου, καὶ ἀξιοῦσα ἵνα ἀφεθῶσί σοι. Μετὰ δὲ τρεῖς ψαλμοὺς λέγε τὸ Ἀλληλούϊα. Ἐὰν δὲ καὶ παρθένοι εἰσὶ μετὰ σοῦ, καὶ αὗται ψαλλέτωσαν, καὶ μία παρὰ μίαν τὴν εὐχὴν ἐπιτελεῖτε. Πρὸς ὄρθρον δὲ τὸν ψαλμὸν τοῦτον λέγετε· «Ὁ Θεός, ὁ Θεός μου, πρὸς σὲ ὀρθρίζω. Ἐδίψησέ σε ἡ ψυχή μου» [Ps 62, 2]· διάφαυμα δέ· «Εὐλογεῖτε, πάντα τὰ ἔργα Κυρίου, τὸν Κύριον» [Dn 3, 57]. «Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία» [Lc 2, 14]. Ὑμνοῦμέν σε, εὐλογοῦμέν σε, προσκυνοῦμέν σε, καὶ τὰ ἑξῆς.

227 *Memoria mortis.* — 23. Ἐν ἐκκλησίᾳ σιώπα, καὶ μηδὲν λάλει, ἀλλὰ τῇ ἀναγνώσει μόνον πρόσεχε. Ἐὰν ἐπαναβῇ εἰς τὴν καρδίαν σου λογισμός, ἵνα ποιήσῃς πρᾶγμά τι, μὴ προπετῶς αὐτὸ ποίει, ἵνα μὴ ἐμπαίξῃ σε ὁ ἐχθρός, ἀλλὰ μετὰ βουλῆς τῶν μειζοτέρων σου πάντα ποίει. Ὅταν ψάλλῃς, ἢ ὅταν προσεύχῃ, μὴ ἄφιε ξένους λογισμοὺς εἰσιέναι εἰς τὴν καρδίαν σου. Παρακαλῶ σε, ἀγαπητή, πρόσεχε καὶ ἄκουε τῶν ἐντολῶν τούτων τῶν γεγραμμένων ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ. Καὶ μὴ μόνον τοῖς ὀφθαλμοῖς τοῖς φαινομένοις κατανόει τὰ γεγραμμένα, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔνδοθεν. Καὶ πρόσεχε μιᾷ ἑκάστῃ ἐντολῇ, καὶ ποίει αὐτάς. Ἐὰν γὰρ φυλάξῃς ταῦτα, καταξιωθήσῃ τοῦ νυμφῶνος τοῦ βασιλικοῦ. Μὴ εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι· Πῶς δύναμαι ποιῆσαι ταῦτα; Μὴ δειλίαν λάβῃ ὁ λογισμός σου· ἀλλ' ἂν μετὰ πάσης προθυμίας φυλάξῃς αὐτά, εὑρήσεις σύμμαχον τὸν Θεόν. Τοῖς φοβουμένοις γὰρ τὸν Θεὸν αἱ ἐντολαὶ τοῦ Θεοῦ βαρεῖαι οὐκ εἰσί. Πάσῃ

---

psalmos singulos oratio et genuflexio persolvatur, confitendo cum lacrimis Domino peccata tua, et rogando, ut tibi dimittantur. Post ternos psalmos dices Alleluia. Quod si tecum fuerint virgines, ipsae quoque psallant, et alia post aliam orationem absolvite. Matutina hora hunc dicite psalmum: *Deus, Deus meus, ad te luce vigilo. Sitivit in te anima mea.* Sub diluculum vero: *Benedicite, omnia opera Domini, Domino. Gloria in excelsis Deo et in terra pax, in hominibus beneplacitum.* Laudamus te, benedicimus te, adoramus te, etc.

227 23. In ecclesia tace, nec quidquam loquare, sed attende solum lectioni. Si tibi in mentem venerit aliquod opus peragere, ne temere id agas, ne illudat tibi inimicus, sed cum consilio maiorum omnia exsequare. Cum psalles aut orabis, ne sinito peregrinas cogitationes cor subire tuum. Rogo te, dilecta, ut attendas audiasque praecepta hoc in libro scripta. Nec solum oculis exterioribus quae scripta sunt percipias, sed etiam interioribus. Singulisque praeceptis animum adhibe, et illa exsequare. Si enim ista servaveris, regio thalamo digna habeberis. Ne dixeris in corde tuo: Quonam modo haec praestare potero? Ne timore corripiaris in cogitatione tua: sed si cum omni alacritate ea custodieris, Deum habebis adiutorem. Nam timentibus Deum Dei praecepta non sunt difficilia.

---

227. MG 28, 280 A.

ὥρᾳ μὴ λειψάτω ἔλαιον τῇ λαμπάδι σου, μή ποτε ἔλθῃ ὁ νυμφίος καὶ εὕρῃ αὐτὴν σβεσθεῖσαν. Οὐκ οἶδας γάρ, πότε ἔρχεται, ἢ πρωτοῦπνιον, ἢ πρωΐ. Γενοῦ οὖν ἕτοιμος, ἵνα, ὅταν ἔλθῃ, μετὰ τῶν φρονίμων ἀπαντήσῃς αὐτῷ, ἔχουσα τὸ ἔλαιον ἐν τῇ λαμπάδι σου, τουτέστι τὰ ἔργα σου τὰ καλά. Πᾶσαν ὥραν μνημόνευε τῆς ἐξόδου σου· ἔχε καθ' ἡμέραν πρὸ ὀφθαλμῶν τὸν θάνατον· μνημόνευε, τίνι σε δεῖ παραστῆναι.

S. CYRILLUS HIEROSOLYMITANUS, ca 315—386.

Catecheses, 347/8.

Paenitentia quomodo agenda. — Cat. 2, n. 1. Δεινὸν μὲν 228
οὖν κακόν, ὡς εἴρηται, ἡ ἁμαρτία, ἀλλ' οὐκ ἀθεράπευτον· δεινὸν τῷ κατέχοντι, εὔϊατον δὲ τῷ διὰ μετανοίας ἀποτιθεμένῳ. Ὑπόθου γάρ μοι κατέχειν ἐν χειρί τινα τὸ πῦρ· ἕως ὅτου κατέχει τὸν ἄνθρακα, καίεται πάντως· εἰ δὲ ἀπόθοιτο τὸν ἄνθρακα, συναπέλαυνε καὶ τὸ φλέγον. Εἰ δέ τις νομίζει μὴ κατακαίεσθαι ἁμαρτάνων, τούτῳ λέγει ἡ Γραφή· «Ἀποδήσει τις πῦρ ἐν κόλπῳ, τὰ δὲ ἱμάτια οὐ κατακαύσει;» [Prv 6, 27.] Καίει γὰρ ἡ ἁμαρτία τὰ νεῦρα τῆς ψυχῆς.

Multiformis gratia. — 16, 12. Καὶ διὰ τί ἄρα τὴν πνευματι- 229
κὴν χάριν ὕδωρ ὠνόμασεν; Ἐπειδὴ δι' ὕδατος ἡ σύστασις τῶν ἁπάντων· ἐπειδὴ χλοοποιὸν καὶ ζωοποιόν ἐστι τὸ ὕδωρ· ἐπειδὴ ἐξ οὐρανῶν κατέρχεται τὸ τῶν ὄμβρων ὕδωρ· ἐπειδὴ μονοειδὲς μὲν κατέρχεται, πολυειδῶς δὲ ἐνεργεῖ. Μία μὲν γὰρ πηγὴ ὅλον

Nulla hora deficiat oleum in lampade tua, ne veniens sponsus eam exstinctam inveniat. Ignoras enim, qua hora venturus sit, primone somno an mane. Parata igitur esto, ut cum venerit, una cum prudentibus obviam ipsi venias, habens oleum in lampade tua, hoc est, bona opera tua. Singulis horis memento exitus tui; cotidie mortem ante oculos habeto; recordare, apud quem te sisti oportet.

2, 1. Grave igitur malum, ut dictum est, peccatum, sed non 228
immedicabile: grave illi, qui retinet, sed curatu facile ei, qui per paenitentiam deponit. Supponas, velim, aliquem in manu ignem tenere; quamdiu quidem retinet carbonem, procul dubio uritur; si vero carbonem abiciat, una id quod urebat excussit. Quod si quis peccando uri se non existimet, huic dicit Scriptura: *Ligabit aliquis ignem in sinu, nec vestimenta comburet?* Urit enim peccatum nervos animae.

16, 12. Quid autem causae est, quod Spiritus gratiam aquae 229
vocabulo nuncupavit? Quod videlicet per aquam omnia consistunt; quod herbarum et animantium effectrix est aqua; quod ex caelis imbrium aqua descendit; quod unius modi et formae ipsa labitur, multiformes vero parit effectus. Fons enim unus totum hortum rigat;

---

228. MG 33, 384 B. 229. MG 33, 932 C.

παράδεισον ἐπαρδεύει [cf. Gn 2, 10]· εἷς δὲ καὶ ὁ αὐτὸς ὑετὸς κατέρχεται ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ, καὶ γίνεται λευκὸς μὲν ἐν κρίνῳ, ἐρυθρὸς δὲ ἐν ῥόδῳ, πορφυραῖος δὲ ἐν ἴοις καὶ ὑακίνθοις, καὶ διάφορος καὶ ποικίλος ἐν παντοίοις εἴδεσι· καὶ ἐν φοίνικι μὲν ἄλλος, ἐν ἀμπέλῳ δὲ ἄλλος, καὶ ἐν πᾶσι τὰ πάντα, μονοειδὴς ὤν, καὶ οὐκ ὢν ἄλλος αὐτὸς ἑαυτοῦ. Οὐ γὰρ μεταβάλλων ἑαυτὸν ὁ ὑετός, ἄλλος καὶ ἄλλος κατέρχεται· ἀλλὰ τῇ τῶν ὑποδεχομένων κατασκευῇ συμπεριφερόμενος, ἑκάστῳ τὸ πρόσφορον γίνεται. Οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, ἓν ὂν καὶ μονοειδὲς καὶ ἀδιαίρετον, ἑκάστῳ διαιρεῖ τὴν χάριν, καθὼς βούλεται [cf. 1 Cor 12, 11]. Καὶ ὥσπερ τὸ ξηρὸν ξύλον, ὕδατι κοινωνῆσαν, βλαστοὺς ἐκδίδωσιν, οὕτω καὶ ἡ ἐν ἁμαρτίαις ψυχή, διὰ μετανοίας Ἁγίου Πνεύματος καταξιωθεῖσα, βότρυας ἐκφέρει δικαιοσύνης. Μονοειδὲς δὲ ὄν, πολλὰς νεύματι Θεοῦ καὶ ἐν ὀνόματι Χριστοῦ τὰς ἀρετὰς ἐνεργεῖ. Τινὸς μὲν γὰρ συγκέχρηται γλώσσῃ πρὸς σοφίαν· ἄλλου φωτίζει τὴν ψυχὴν ἐν προφητείᾳ, ἄλλῳ δὲ δίδωσι δύναμιν ἀπελάσαι δαίμονας, ἄλλῳ δὲ δίδωσι ἑρμηνεῦσαι τὰς θείας Γραφάς· ἄλλου τὴν σωφροσύνην ἐνισχύει, ἄλλον διδάσκει τὰ περὶ ἐλεημοσύνης, ἄλλον διδάσκει νηστεύειν καὶ ἀσκεῖν, ἄλλον διδάσκει καταφρονεῖν τῶν τοῦ σώματος πραγμάτων, ἄλλον ἑτοιμάζει πρὸς μαρτύριον· ἄλλο ἐν ἄλλοις, αὐτὸ δὲ οὐκ ἄλλο ἑαυτοῦ.

230 *Daemonis in hominem operatio.* — 16, 15. Ἐπεὶ τοίνυν καὶ οἱ δαίμονες οὐκ ἔχουσι τοιαῦτα [παχέα] σώματα, πνεύματα καλοῦνται·

---

unus vero et idem imber toto in orbe descendit, qui in lilio candidus efficitur, in rosa ruber, in violis et hyacinthis purpureus, atque in diversis rerum generibus diversus et varius; et alius quidem exsistit in palma, alius rursum in vite, inque omnibus omnia, cum sit unius modi, nec alius a seipso exsistat. Non enim seipsum commutans imber alius atque alius descendit; sed suscipientium se structurae accommodans, unicuique id, quod ei competens est, efficitur. Ad eumdem modum et Spiritus Sanctus, cum unus sit et unius modi et indivisibilis, unicuique gratiam, prout vult, dividit. Et quemadmodum lignum aridum aquam concipiens germina emittit, sic et anima peccatrix, per paenitentiam Spiritus Sancti dono dignata, iustitiae racemos portat. Cumque ille unius et eiusdem modi sit, multiplices tamen, Dei nutu et in Christi nomine, virtutes operatur. Nam alterius quidem utitur lingua ad sapientiam, alterius mentem prophetia illustrat; huic fugandorum daemonum potestatem impertit, illi divinas Scripturas interpretandi donum largitur; alterius temperantiam corroborat, alium quae ad misericordiam pertinent docet; alium ieiunare et asceticae vitae exercitationes tolerare docet, alium res corporis contemnere; alium ad martyrium praeparat: alius in aliis, ipse vero a se numquam alius.

230 16, 15. Cum igitur daemones huiusmodi [spissa] corpora non habeant, spiritus appellantur, sed grande intercedit discrimen. Nam impurus

---

230. MG 33 940 A.

ἀλλὰ πολλή τίς ἐστιν ἡ διαφορά. Ὁ μὲν γὰρ ἀκάθαρτος δαίμων, ὅταν ἔρχηται ἐπὶ ψυχὴν ἀνθρώπου (ῥύσαιτο δὲ τούτου ὁ Κύριος πᾶσαν ψυχὴν τῶν ἀκουόντων καὶ τῶν μὴ παρόντων), ὡς λύκος αἱμοβόρος ἕτοιμος εἰς βορὰν ἐπὶ πρόβατον ἔρχεται. Ἀγριωτάτη ἡ παρουσία, βαρυτάτη ἡ αἴσθησις, σκοτώδης ἡ διάνοια γίνεται· καὶ ἡ ἔφοδος ἄδικος, καὶ ἡ ἁρπαγὴ ἀλλοτρίου κτήματος· σώματι γὰρ ἀλλοτρίῳ ὡς ἰδίῳ κεχρῆσθαι βιάζεται καὶ ὀργάνῳ ἀλλοτρίῳ. Τὸν ἑστῶτα καταβάλλει (οἰκεῖος γάρ ἐστι τοῦ πεσόντος ἐξ οὐρανοῦ), παρατρέπει τὴν γλῶσσαν, στρεβλοῖ τὰ χείλη· ἀφρὸς ἀντὶ ῥημάτων· σκοτοῦται ὁ ἄνθρωπος· ἤνοικται ὁ ὀφθαλμός, καὶ δι' αὐτοῦ οὐ βλέπει ἡ ψυχή· καὶ σπαίρει τρομικῶς ὁ ἄθλιος ἄνθρωπος πρὸ θανάτου. Ἐχθροὶ τῶν ἀνθρώπων ἀληθῶς οἱ δαίμονες, αἰσχρῶς κεχρημένοι καὶ ἀνηλεῶς.

Spiritus Sancti in hominem operatio. — 16, 16. Οὐκ ἔστι 231
τοιοῦτο τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον· μὴ γένοιτο. Ἀπεναντίας γάρ, πρὸς τὸ ἀγαθὸν καὶ σωτηριῶδες ἔχει τὰ πράγματα. Πρῶτον μὲν ἥμερος ἡ παρουσία, εὐώδης ἡ ἀντίληψις, κουφότατον τὸ φορτίον. Προαπαστράπτουσιν ἀκτῖνες φωτὸς καὶ γνώσεως, πρὸ τῆς παρουσίας. Κηδεμόνος γνησίου σπλάγχνα ἔχον, ἔρχεται· ἔρχεται γὰρ σῶσαι, καὶ ἰάσασθαι, διδάξαι, νουθετῆσαι, ἐνισχύσαι, παρακαλέσαι, φωτίσαι τὴν διάνοιαν, πρώτου αὐτοῦ τοῦ δεχομένου, εἶτα, δι' αὐτοῦ, καὶ τῶν ἄλλων. Καὶ ὥσπερ ἐν σκότει πρότερόν τις ὤν, εἶτα ἐξαίφνης ἥλιον ἰδών, φωτίζεται τοῦ σώματος τὸ βλέμμα, καὶ βλέπει, ἃ μὴ ἔβλεπε, φανερῶς· οὕτω

---

daemon, quando in animam hominis irruperit (liberet vero Deus ab hoc malo omnes animas tam eorum qui hic adsunt, quam absentium!), tamquam lupus sanguinem vorans, ad devorandum paratus, in ovem irruens, sic venit. Saevissimus huius adventus, gravissimus sentienti; obscuratur mens caligine. Iniustus ille impetus est alienam possessionem invadentis. Alieno enim corpore et alieno instrumento tamquam proprio abuti vi facta conatur. Stantem deicit (familiaris est enim illius, qui de caelo cecidit), linguam invertit, labia contorquet; sermonum loco spumam exprimit; tenebris mergitur homo; apertus est oculus, et per illum anima nihil videt; et palpitat tremebundus ante mortem homo miserabilis. Vere hominum hostes sunt daemones, qui illis tam foede atque immisericorditer abutuntur.

16, 16. Non est huiusmodi Spiritus Sanctus: procul ista cogitatio! 231
Nam in bonum e contrario et in salutem se res habet. Primum enim mansuetus et lenis eius accessus, suavis et fragrans eius sensio, iugum levissimum. Adventum eius antevertunt praemicantes luminis ac scientiae radii. Germani tutoris visceribus praeditus venit: venit namque salvare, sanare, docere, monere, roborare, consolari, illustrare mentem, primum eius a quo suscipitur, dehinc, eius opera, aliorum. Et quemadmodum is, qui in tenebris prius versabatur, sole postea derepente conspecto, lucem in corporis oculo recipit,

---

231. MG 33, 940 C.

καὶ ὁ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος καταξιωθείς, φωτίζεται τὴν ψυχήν, καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον βλέπει, ἃ μὴ ᾔδει. Ἐπὶ γῆς τὸ σῶμα, καὶ ἡ ψυχὴ κατοπτρίζεται τοὺς οὐρανούς. Βλέπει, ὡς Ἡσαΐας, «τὸν Κύριον καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου» [Is 6, 1]· καὶ βλέπει, ὡς Ἰεζεκιήλ, «τὸν ἐπὶ τῶν χερουβίμ» [Ez 10, 1]· βλέπει, ὡς Δανιήλ, «μυριάδας μυριάδων καὶ χιλιάδας χιλιάδων» [Dn 7, 10]· καὶ ὁ μικρὸς ἄνθρωπος ἀρχὴν κόσμου βλέπει, καὶ τέλος κόσμου, καὶ μεσότητα χρόνων, καὶ βασιλέων διαδοχὰς οἶδεν, ἃ μὴ ἔμαθε· πάρεστι γὰρ ὁ ἀληθινὸς φωταγωγός. Ἔσω τοίχων ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἡ δύναμις τῆς γνώσεως ἐκπέμπεται μακράν, καὶ βλέπει καὶ τὰ ὑπὸ ἄλλων γινόμενα.

232 *Gratia actualis describitur.* — 16, 19. Εἰ δέ ποτε, σοῦ καθεζομένου, περὶ ἁγνείας ἢ παρθενίας ὑπεισῆλθέ σοι λογισμός, ἐκείνου [τοῦ Πνεύματος τοῦ Ἁγίου] ἐστὶ ἡ διδασκαλία. Οὐχὶ πολλάκις κόρη, παρὰ παστάδας οὖσα νυμφικάς, ἔφυγεν, ἐκείνου διδάσκοντος τὰ περὶ παρθενίας; Οὐχὶ πολλάκις ἄνθρωπος, ἐν παλατίοις διαπρέπων, κατέπτυσε πλούτου καὶ ἀξίας, διδαχθεὶς ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ Ἁγίου; Οὐχὶ πολλάκις νέος, ὁρῶν κάλλος, ἐκάμμυσε τὸ βλέμμα, καὶ ἔφυγε τὸ ἰδεῖν, καὶ ἐξέφυγε τὸν μολυσμόν; Πόθεν γέγονε τοῦτο, ζητεῖς; Τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον ἐδίδαξε τοῦ νέου τὴν ψυχήν. Τοσαῦται πλεονεξίαι ἐν κόσμῳ, καὶ ἀκτημονοῦσι χριστιανοί. Διὰ τί; Διὰ τὴν τοῦ Πνεύματος ἐπαγγελίαν. Τίμιον ὡς ἀληθῶς τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, τὸ ἀγαθόν· εἰκότως βαπτιζόμεθα εἰς Πατέρα, καὶ εἰς Υἱόν, καὶ εἰς Ἅγιον

---

quaeque antea non videbat, perspicue cernit; ita et qui Spiritus Sancti dono dignus habitus est, animo illuminatur, et supra hominem evectus videt, quae nesciebat. Posito in terra corpore, anima caelos tamquam in speculo contuetur. Videt, ut Isaias, *Dominum sedentem super thronum excelsum et elevatum;* cernit, ut Ezechiel, *eum qui est super cherubim;* videt, ut Daniel, *myriades myriadum et milia milium;* exiguusque homo initium mundi et finem videt, et medium temporum spatium, et regum successiones cernit, quae non addidicit; adest enim verus lucis praebitor. Parietibus includitur homo; vis tamen scientiae longe protenditur, ut ea etiam, quae ab aliis fiunt, conspiciat.

232 16, 19. Si aliquando sedenti tibi de castitate aut virginitate succurrit cogitatio, illius [Spiritus Sancti] doctrina est. Nonne multoties puella, iam ad nuptiales thalamos constituta, aufugit, illo de virginitate instruente? Nonne persaepe homo, in palatiis conspicuus, opes et dignitatem conspuit a Spiritu Sancto edoctus? Nonne plerumque adulescens, speciosam formam conspiciens, oculos compressit, et videre declinavit, et inquinamentum effugit? Unde illud factum, rogas? Spiritus Sanctus adulescentis mentem edocuit. Tot sunt avaritiae cupiditates in mundo, et paupertatem voluntariam sectantur christiani. Quamobrem? Propter Spiritus Sancti intimam praeceptionem. Pretiosa res vere Spiritus Sanctus, bonus: merito

---

232. MG 33, 944 B.

Πνεῦμα. Ἄνθρωπος, ἔτι σῶμα φορῶν, δαίμοσιν ἀγριωτάτοις πολλοῖς παλαίει· καὶ πολλάκις ὁ δαίμων, ὁ σιδηραίοις δεσμοῖς ὑπὸ πολλῶν μὴ κρατούμενος, λόγοις εὐχῆς ἐκρατήθη ὑπ' αὐτοῦ, διὰ τὴν ἐν αὐτῷ δύναμιν τοῦ Ἁγίου Πνεύματος· καὶ τὸ ἁπλοῦν ἐμφύσημα τοῦ ἐπορκίζοντος πῦρ γίνεται τῷ μὴ φαινομένῳ. Μέγαν τοίνυν ἔχομεν παρὰ Θεοῦ σύμμαχον καὶ προστάτην, μέγαν διδάσκαλον ἐκκλησίας, μέγαν ὑπερασπιστὴν ὑπὲρ ἡμῶν. Μὴ φοβηθῶμεν τοὺς δαίμονας, μήτε τὸν διάβολον· μείζων γὰρ ὁ ἡμῶν ὑπεραγωνιστής· μόνον ἀνοίξωμεν αὐτῷ τὰς θύρας· «περιέρχεται γὰρ ζητῶν τοὺς ἀξίους» [Sap 6, 17], καὶ ζητῶν τίνι χαρίσηται τὰς δωρεάς.

16, 22. Μέγα τί ἐστι, καὶ παντοδύναμον ἐν χαρίσμασι, καὶ 233
θαυμάσιον τὸ Ἅγιον Πνεῦμα. Λόγισαι, πόσοι καθέζεσθε νῦν, πόσαι ψυχαὶ πάρεσμεν. Ἑκάστῳ προσφόρως ἐνεργεῖ· καὶ μέσον παρόν, βλέπει ἑκάστου τὸν τρόπον, βλέπει καὶ τὸν λογισμὸν καὶ τὴν συνείδησιν, καὶ τί λαλοῦμεν καὶ τί νοοῦμεν. Μέγα μὲν ἀληθῶς τὸ ῥηθέν, ἀλλ' ἔτι μικρόν Βλέπε γάρ μοι, τὴν διάνοιαν φωταγωγηθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, πόσοι εἰσὶ χριστιανοὶ τῆς παροικίας ταύτης πάσης, καὶ πόσοι τῆς ἐπαρχίας πάσης τῆς Παλαιστίνης. Καὶ πλάτυνον τὸν νοῦν ἀπὸ τῆς ἐπαρχίας εἰς τὴν Ῥωμαίων πᾶσαν βασιλείαν· καὶ ἐκ ταύτης βλέπε μοι πάντα τὸν κόσμον· Περσῶν γένη καὶ Ἰνδῶν ἔθνη, Γότθους καὶ Σαυρομάτας, Γάλλους καὶ Ἱσπανοὺς καὶ Μαύρους, Λίβυας καὶ Αἰθίοπας καὶ τοὺς λοι-

---

baptizamur in Patrem, et in Filium, et in Spiritum Sanctum. Homo corpus adhuc circumferens cum ferissimis multis luctatur daemonibus, et saepe daemon, qui ferreis vinculis a multis retineri non poterat, ab illo per virtutem Spiritus Sancti in eo exsistentem, verbis precum retentus et domitus est; ac simplex exorcizantis insufflatio invisibili [hosti] ignis efficitur. Magnum igitur a Deo habemus auxiliatorem et protectorem; magnum ecclesiae doctorem, magnum pro nobis propugnatorem. Ne formidemus daemones, neque diabolum; maior est enim, qui propugnator noster est: tantum illi ostia aperiamus; *circumit* enim *quaerens dignos,* et requirens, quemnam muneribus impertiat.

16, 22. Magnum quiddam, et omnipotens in donis, et admirabile 233
Spiritus Sanctus. Cogita, quot nunc hic assidetis, quot animae adsumus. Unicuique convenienter operatur; et medius stans uniuscuiusque compositionem videt; videt et cogitationem et conscientiam, quidque et loquamur et mente agitemus. Magnum quidem est id, quod modo dixi, sed adhuc tenue. Consideres velim, mente ab eo illustratus, quot sint totius huiusce paroeciae christiani, quotque totius provinciae Palaestinae. Rursus protende mentem ab hac provincia in totum Romanorum imperium; et ab hoc aspectum converte in mundum universum: Persarum genera et Indorum nationes, Gothos et Sauromatas, Gallos Hispanosque, Mauros et Afros et Aethiopas et reliquos, quorum nec nomina novimus:

---

233. MG 33, 948 C.

ποὺς ἀκατωνομάστους ἡμῖν· πολλὰ γὰρ τῶν ἐθνῶν οὐδ' εἰς ὀνομασίαν ἡμῖν ἦλθε. Βλέπε μοι ἑκάστου ἔθνους ἐπισκόπους, πρεσβυτέρους, διακόνους, μονάζοντας, παρθένους, καὶ λοιποὺς λαϊκούς· καὶ βλέπε τὸν μέγαν προστάτην καὶ τῶν χαρισμάτων πάροχον· ὅπως ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ τῷ μὲν ἁγνείαν, τῷ δὲ ἀειπαρθενίαν, ἄλλῳ δὲ ἐλεημοσύνην, ἄλλῳ δὲ ἀκτημοσύνην, ἄλλῳ δὲ ἀπέλασιν πνευμάτων ἀντικειμένων δίδωσι. Καὶ ὥσπερ τὸ φῶς μιᾷ τῆς ἀκτῖνος προσβολῇ καταυγάζει τὰ πάντα, οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον φωτίζει τοὺς ἔχοντας ὀφθαλμούς. Εἰ γάρ τις ἀβλεπτῶν μὴ καταξιοῦται τῆς χάριτος, μὴ μεμφέσθω τῷ Πνεύματι, ἀλλὰ τῇ ἑαυτοῦ ἀπιστίᾳ.

234 *Baptismi caeremoniae.* — 19 [mystag. 1], 4. Ἀλλ' ὅμως ἀκούεις, τεταμένῃ τῇ χειρὶ ὡς πρὸς παρόντα εἰπεῖν· ,Ἀποτάσσομαί σοι, σατανᾶ.' Βούλομαι καὶ τίνος ἕνεκεν ἵστασθε πρὸς δυσμάς, εἰπεῖν· ἀναγκαῖον γάρ. Ἐπειδὴ τοῦ φαινομένου σκότους τόπος αἱ δυσμαί, ἐκεῖνος δὲ σκότος τυγχάνων, ἐν σκότῳ ἔχει καὶ τὸ κράτος· τούτου χάριν συμβολικῶς πρὸς δυσμὰς ἀποβλέποντες, ἀποτάσσεσθε τῷ σκοτεινῷ ἐκείνῳ καὶ ζοφερῷ ἄρχοντι. Τί οὖν ὑμῶν ἕκαστος ἑστὼς ἔλεγεν; ,Ἀποτάσσομαί σοι, σατανᾶ', σοὶ τῷ πονηρῷ καὶ ὠμοτάτῳ τυράννῳ. Οὐκ ἔτι σου δέδοικα, λέγων, τὴν ἰσχύν· κατέλυσε γὰρ ταύτην Χριστός, αἵματός μοι καὶ σαρκὸς κοινωνήσας, ἵνα διὰ τούτων καταργήσῃ θανάτῳ τὸν θάνατον, ὅπως μὴ διαπαντὸς ἔνοχος γένωμαι δουλείας. ,Ἀποτάσσομαί σοι', τῷ δολερῷ καὶ πανουργοτάτῳ ὄφει. ,Ἀποτάσσομαί σοι', ἐπιβούλῳ ὄντι καὶ προσποιήσει φιλίας πράξαντι

multi sunt enim populi, quorum ne ipsa quidem nomina ad notitiam nostram devenere. Conspice cuiusque gentis episcopos, presbyteros, diaconos, monachos, virgines, et reliquos laicos; et vide magnum rectorem ac praesidem donorumque largitorem; quomodo in omni mundo illi pudicitiam, isti perpetuam virginitatem, huic misericordiam, alii paupertatis studium, alteri adversantium spirituum effugandi vim attribuit; et quemadmodum lux uno radii coniectu omnia collustrat, sic et Spiritus Sanctus eos, qui oculos habent, illuminat. Nam si quis caecutiens gratia minime donatur, ne Spiritum ille, sed suam ipsius incredulitatem accuset.

234 19, 4. Verum tibi praecipi audis, ut extensa tamquam ad praesentem manu dicas: ,Abrenuntio tibi, satana.' Volo et cuius rei gratia ad occidentem steteritis, edicere; necesse est enim. Quoniam sensibilium tenebrarum locus est occidens, ille vero in tenebris imperium habet, cum ipse sit tenebrae; idcirco ad servandam symboli rationem ad occasum respicientes, tenebroso illi et caliginoso principi abrenuntiatis. Quid igitur stans dixit vestrum unusquisque? ,Abrenuntio tibi, satana', tibi maligno ac dirissimo tyranno. Non amplius, ais, vim tuam formido; hanc enim dissolvit Christus, sanguinis et carnis mecum particeps factus; ut per haec mortem morte aboleret, ut ne perpetuo obnoxius essem servituti. ,Abrenuntio tibi', callido et vaferrimo serpenti. ,Abrenuntio tibi', qui insidiator

234. MG 33, 1068 C.

πᾶσαν παρανομίαν, καὶ ἐμποιήσαντι τοῖς ἡμετέροις προγόνοις ἀποστασίαν. ,Ἀποτάσσομαί σοι, σατανᾶ', τῷ πάσης κακίας δημιουργῷ καὶ συνεργῷ.

19 [mystag. 1], 5. Εἶτα ἐν δευτέρᾳ λέξει μανθάνεις λέγειν· 235 ,Καὶ πᾶσι τοῖς ἔργοις σου.' Ἔργα δὲ τοῦ σατανᾶ πᾶσά ἐστιν ἡ ἁμαρτία, ᾗ καὶ ἀποτάσσεσθαι ἀναγκαῖον, ὥσεὶ καὶ τύραννόν τις ἀποφυγών, πάντως που καὶ τὰ τούτου ὅπλα ἀπέφυγε. Πᾶσα οὖν κατ' εἶδος ἁμαρτία ἐγκατείλεκται τοῖς τοῦ διαβόλου ἔργοις. Πλὴν τοῦτο ἴσθι, ὅτι ὅσα λέγεις, μάλιστα κατ' ἐκείνην τὴν φρικωδεστάτην ὥραν, ἔγγραφά ἐστι ἐν τοῖς τοῦ Θεοῦ βιβλίοις. Ἐπειδὰν τοίνυν ἐναντίον τι διαπραττόμενος τούτοις ἧς, ὡς παραβάτης κριθήσῃ. Ἀποτάσσῃ τοίνυν τοῖς ἔργοις τοῦ σατανᾶ, πάσαις φημὶ πράξεσι καὶ ἐννοίαις παρὰ λόγον γενομέναις.

19 [mystag. 1], 6. Εἶτα λέγεις· ,Καὶ πάσῃ τῇ πομπῇ αὐτοῦ.' 236 Πομπὴ δὲ διαβόλου ἐστὶ θεατρομανίαι καὶ ἱπποδρομίαι, κυνηγεσία καὶ πᾶσα τοιαύτη ματαιότης· ἧς εὐχόμενος ἐλευθερωθῆναι ὁ ἅγιος τῷ Θεῷ λέγει· «Ἀπόστρεψον τοὺς ὀφθαλμούς μου τοῦ μὴ ἰδεῖν ματαιότητα» [Ps 118, 37]. Μὴ περισπούδαστός σοι ἔστω ἡ θεατρομανία, ἔνθα τὰς ἀσελγείας τῶν μίμων ὄψῃ, ὕβρεσι πεπραγμένας καὶ πάσῃ ἀσχημοσύνῃ, ἐκτεθηλυσμένων τε ἀνδρῶν ἐμμανεῖς ὀρχήσεις, μήτε ἡ τῶν ἐν κυνηγίοις ἑαυτοὺς θηρίοις ἐκδιδόντων, ἵνα τὴν ἀθλίαν κολακεύσωσι γαστέρα· οἵ, ἵνα κοιλίαν τροφαῖς θεραπεύσωσιν, αὐτοὶ γαστρὸς ἀτιθάσσων

es, et omnem simulatione amicitiae iniquitatem peperisti, primisque nostris parentibus defectionem inspirasti. ,Abrenuntio tibi, satana', cuiusvis improbitatis et auctori et administro.

19, 5. Deinde in secunda formula doceris ut pronunties: ,Et 235 omnibus operibus tuis.' Opera satanae quodcumque peccatum est, cui abrenuntiare necesse est, quemadmodum, si quis tyrannum aufugit, prorsus arma quoque ipsius abiecit. Omne igitur peccati genus diaboli operibus accensetur. Verumtamen illud te scire oportet, quaecumque illi praesertim formidabili hora dicis, in Dei libris scripto consignata haberi. Quando igitur cumque his quidpiam contrarii admiseris, tamquam foedifragus iudicaberis. Renuntias itaque satanae operibus, omnibus inquam et actionibus et cogitationibus, quae a ratione discedunt.

19, 6. Postea dicis: ,Et omni pompae eius.' Pompa vero diaboli 236 est theatrorum insaniae, equorum cursus in hippodromis, venationes in circo, et reliqua huiuscemodi vanitas, de qua liberari se postulans sanctus Deo dicit: *Averte oculos meos, ne videant vanitatem.* Ne tibi studio et cordi sit theatri insania, ubi conspicias mimorum petulantias, omni contumelia et dedecore abundantes, atque effeminatorum virorum furoris et amentiae plenas saltationes, neque illa eorum, qui in circensibus venationibus sese feris exponunt, ut infelicem alvum demulceant; qui ut ventrem alimentis deliniant, ipsi revera ventris immitium ferarum pabulum fiunt, atque, ut rectius

235. MG 33, 1069 B. 236. MG 33, 1069 C.

ἀληθῶς τροφὴ γίνονται θηρίων· ἵνα δὲ δικαίως εἴπω, ὑπὲρ οἰκείου θεοῦ τῆς κοιλίας, τὴν ἑαυτῶν ζωὴν κατὰ κρημνῶν μονομαχοῦσι. Φεῦγε καὶ τὰς ἱπποδρομίας, τὸ ἐμμανὲς θέαμα καὶ ψυχὰς ἐκτραχηλίζον. Ταῦτα γὰρ πάντα πομπή ἐστι τοῦ διαβόλου.

237 19 [mystag. 1], 9. Ὅτε οὖν τῷ σατανᾷ ἀποτάττῃ, πᾶσαν τὴν πρὸς αὐτὸν πάντως διαθήκην λύσας, τὰς παλαιὰς πρὸς τὸν ᾅδην συνθήκας· ἀνοίγεταί σοι ὁ παράδεισος τοῦ Θεοῦ, ὃν ἐφύτευσε κατὰ ἀνατολάς, ὅθεν διὰ τὴν παράβασιν ἐξόριστος γέγονεν ὁ ἡμέτερος προπάτωρ. Καὶ τούτου σύμβολον τὸ στραφῆναί σε ἀπὸ δυσμῶν πρὸς ἀνατολήν, τοῦ φωτὸς τὸ χωρίον. Τότε σοι ἐλέγετο εἰπεῖν· ‚Πιστεύω εἰς τὸν Πατέρα, καὶ εἰς τὸν Υἱόν, καὶ εἰς τὸ Ἅγιον Πνεῦμα, καὶ εἰς ἓν βάπτισμα μετανοίας.'

238 20 [mystag. 2], 2. Εὐθὺς οὖν εἰσελθόντες, ἀπεδύεσθε τὸν χιτῶνα· καὶ τοῦτο ἦν εἰκὼν τοῦ τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον ἀποδύεσθαι σὺν ταῖς πράξεσιν. Ἀποδυθέντες, γυμνοὶ ἦτε, μιμούμενοι καὶ ἐν τούτῳ τὸν ἐπὶ σταυροῦ γυμνωθέντα Χριστόν, καὶ τῇ γυμνότητι ἀπεκδυσάμενον τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, καὶ μετὰ παῤῥησίας ἐν τῷ ξύλῳ θριαμβεύσαντα. Ἐπειδὴ γὰρ τοῖς μέλεσι τοῖς ὑμετέροις ἐνεφώλευον αἱ ἀντικείμεναι δυνάμεις, οὐκ ἔτι φορεῖν ὑμῖν ἔξεστι τὸν παλαιὸν ἐκεῖνον χιτῶνα. Οὐ τοῦτον πάντως λέγω τὸν αἰσθητόν, ἀλλὰ τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, τὸν φθειρόμενον ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς ἀπάτης. Ὃν μὴ εἴη πάλιν ἐνδύσασθαι τῇ ἅπαξ τοῦτον ἀποδυσαμένῃ ψυχῇ, ἀλλὰ λέγειν κατὰ τὴν ἐν τῷ Ἄισματι τῶν ᾀσμάτων τοῦ Χριστοῦ νύμφην· «Ἐξεδυσάμην τὸν χιτῶνά μου, πῶς ἐνδύσομαι αὐτόν;» [Ct 5, 3.]

dicam, pro ventre, quem unum deum noverunt, propriam vitam in praecipitium singularibus certaminibus abiciunt. Fuge etiam equorum curricula, quod prorsus insanum est supinasque animas deicit spectaculum. Haec enim omnia diaboli pompae exsistunt.

237 19, 9. Quando igitur satanae renuntias, omne prorsus cum illo pactum, vetera cum inferno foedera dissolvens, aperitur tibi Dei paradisus, quem ad orientem plantavit, ex quo propter violatum Dei mandatum primus noster parens expulsus est. Et huius rei symbolum est, quod ab occasu ad ortum, qui lucis est regio, te convertisti. Tunc tibi imperatum est, ut diceres: ‚Credo in Patrem, et in Filium, et in Spiritum Sanctum, et in unum baptisma paenitentiae.'

238 20, 2. Statim igitur ut ingressi estis, tunicam exuistis; quae veteris hominis cum actibus exspoliati imago erat. Exuti, nudi fuistis, in hoc quoque nudatum in cruce Christum imitantes; qui ea nuditate principatus et potestates exspoliavit, deque illis in ligno propalam triumphum egit. Quoniam enim in membris vestris stabulabant adversariae potestates, non licet vobis amplius veterem illam tunicam gestare: non eam dico, quae sensibus percipitur, sed veterem hominem, qui corrumpitur in desideriis erroris. Quem non contingat usquam, ut iterum induat, quae semel exuit anima; dicat vero iuxta eam, quae in Cantico canticorum loquitur, Christi sponsam: *Exui tunicam meam, quomodo induam illam?* O rem admirandam!

237. MG 33, 1073 B. 238. MG 33, 1077 A.

Ὢ θαυμασίου πράγματος. Γυμνοὶ ἦτε ἐν ὄψεσι πάντων, καὶ οὐκ ᾐσχύνεσθε. Ἀληθῶς γὰρ μίμημα ἐφέρετε τοῦ πρωτοπλάστου Ἀδάμ, ὃς ἐν τῷ παραδείσῳ γυμνὸς ἦν, καὶ οὐκ ᾐσχύνετο.

20 [mystag. 2], 3. Εἶτα ἀποδυθέντες, ἐλαίῳ ἠλείφεσθε ἐπορ- 239
κιστῷ ἀπ' ἄκρων τριχῶν κορυφῆς ἕως τῶν κάτω, καὶ κοινωνοὶ ἐγίνεσθε τῆς καλλιελαίου, Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἐκκοπέντες γὰρ ἐκ τῆς ἀγριελαίου, ἐνεκεντρίζεσθε εἰς τὴν καλλιέλαιον, καὶ κοινωνοὶ ἐγίνεσθε τῆς πιότητος τῆς ἀληθινῆς ἐλαίας. Τὸ οὖν ἐπορκιστὸν ἔλαιον σύμβολον ἦν τῆς κοινωνίας τῆς πιότητος τοῦ Χριστοῦ, φυγαδευτήριον τυγχάνον παντὸς ἴχνους ἀντικειμένης ἐνεργείας. Ὥσπερ γὰρ τὰ ἐμφυσήματα τῶν ἁγίων καὶ ἡ τοῦ ὀνόματος τοῦ Θεοῦ ἐπίκλησις, ὥσπερ σφοδροτάτη φλόξ, καίει καὶ ἐκδιώκει δαίμονας, οὕτω καὶ τὸ ἐπορκιστὸν τοῦτο ἔλαιον ἐπικλήσει Θεοῦ καὶ εὐχῇ δύναμιν τηλικαύτην λαμβάνει, ὥστε οὐ μόνον καῖον τὰ ἴχνη τῶν ἁμαρτημάτων ἀποκαθαίρειν, ἀλλὰ καὶ πάσας ἀοράτους τοῦ πονηροῦ ἐκδιώκειν τὰς δυνάμεις.

20 [mystag. 2], 5. Ὢ ξένου καὶ παραδόξου πράγματος. Οὐκ 240
ἀληθῶς ἀπεθάνομεν, οὐδ' ἀληθῶς ἐτάφημεν, οὐδ' ἀληθῶς σταυρωθέντες ἀνέστημεν· ἀλλ' ἐν εἰκόνι ἡ μίμησις, ἐν ἀληθείᾳ δὲ ἡ σωτηρία. Χριστὸς ὄντως ἐσταυρώθη, καὶ ὄντως ἐτάφη, καὶ ἀληθῶς ἀνέστη· καὶ πάντα ἡμῖν ταῦτα κεχάρισται, ἵνα τῇ μιμήσει τῶν παθημάτων αὐτοῦ κοινωνήσαντες, ἀληθείᾳ τὴν σωτηρίαν κερδήσωμεν. Ὢ φιλανθρωπίας ὑπερβαλλούσης. Χριστὸς ἐδέξατο ἐπὶ τῶν ἀχράντων αὐτοῦ χειρῶν καὶ ποδῶν ἥλους καὶ

Nudi fuistis coram oculis omnium, nec pudore tangebamini. Revera enim primi parentis Adam imaginem ferebatis, qui in paradiso nudus erat, nec verecundebatur.

20, 3. Deinde vero sic exuti, exorcizato perunctis estis oleo a 239
summis verticis capillis usque ad infima, et participes facti estis sincerae oleae, Iesu Christi. Excisi enim ex oleastro, insiti estis in sinceram oleam, et consortes effecti estis pinguedinis verae oleae. Igitur exorcizatum oleum symbolum erat communicationis pinguedinis Christi, quod quidem omne adversariae potestatis vestigium extemplo fugat. Quemadmodum enim insufflationes sanctorum et invocatio nominis Dei, flammae instar vehementissimae, daemones urit et effugat, ita et exorcizatum istud oleum per invocationem Dei et orationem tantam vim assumit, ut non modo urendo peccatorum vestigia depurget, verum etiam omnes invisibiles mali potestates in fugam agat.

20, 5. O novum inauditumque rerum genus! Non sumus vere 240
mortui nec vere sepulti, nec vere crucifixi resurreximus; verum earum rerum per imaginem imitatio expressa est, at veritate parta hinc salus. Christus vere crucifixus est, et vere sepultus, et vere surrexit; et haec omnia nobis per gratiam sunt impertita, ut per imitationem participes eius perpessionum facti veritate salutem lucremur. O exuberantem in homines amorem! Christus incontaminatis pedibus ac manibus suis clavos excepit et dolorem pertulit;

239. MG 33, 1080 A. 240. MG 33, 1081 A.

ἤλγησε· καί μοι ἀναλγητὶ καὶ ἀπονητί, διὰ τῆς τοῦ ἄλγους κοινωνίας χαρίζεται τὴν σωτηρίαν.

241 20 [mystag. 2], 7. Ἵνα οὖν μάθωμεν, ὅτι ὅσα ὁ Χριστὸς ὑπέμεινε, δι' ἡμᾶς καὶ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐν ἀληθείᾳ καὶ οὐκ ἐν δοκήσει ταῦτα πέπονθε, καὶ ἡμεῖς κοινωνοὶ αὐτοῦ τῶν παθημάτων γινόμεθα, μετὰ πάσης ἐβόα Παῦλος τῆς ἀκριβείας· «Εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα» [Rom 6, 5]. Καλῶς δὲ καὶ τὸ «σύμφυτοι». Ἐπειδὴ γὰρ ἐνταῦθα πεφύτευται ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή, καὶ ἡμεῖς κοινωνίᾳ τοῦ βαπτίσματος τοῦ θανάτου σύμφυτοι αὐτοῦ γεγόναμεν. Ἐπίστησον δὲ μετὰ πολλῆς προσοχῆς τὸν νοῦν τοῖς τοῦ ἀποστόλου λόγοις. Οὐκ εἶπεν· Εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ θανάτῳ, ἀλλὰ «τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου». Ἀληθῶς γὰρ ἐπὶ Χριστοῦ θάνατος, ἀληθῶς γὰρ ἐχωρίζετο τοῦ σώματος ἡ ψυχή· καὶ ἀληθινὴ ταφή· ἐν σινδόνι γὰρ καθαρᾷ τὸ ἅγιον αὐτοῦ σῶμα εἱλεῖτο· καὶ πάντα ἀληθῶς ἐν αὐτῷ συνέβαινεν. Ἐπὶ δὲ ὑμῶν θανάτου μὲν καὶ παθημάτων ὁμοίωμα, σωτηρίας δὲ οὐχ ὁμοίωμα, ἀλλὰ ἀλήθεια.

242 *Confirmationis symbola.* — 21 [mystag. 3], 2. Ἐλαίῳ γὰρ ἢ μύρῳ σωματικῷ Χριστὸς ὑπ' ἀνθρώπων οὐκ ἐχρίσθη, ἀλλ' ὁ Πατὴρ αὐτὸν Σωτῆρα προχειρισάμενος τοῦ παντὸς κόσμου, Πνεύματι ἔχρισεν Ἁγίῳ, ὡς Πέτρος φησίν· «Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρέτ, ὃν ἔχρισεν ὁ Θεὸς Πνεύματι Ἁγίῳ» [Act 10, 38]· καὶ ὁ Δαβὶδ ὁ προφήτης ἐβόα λέγων· «Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεός, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασι-

et mihi, doloris et laboris inexperto, per suorum dolorum communicationem salutem gratificatur.

241 20, 7. Ut igitur discamus, Christum, quaecumque pertulit, haec propter nos et nostram salutem vere et non opinione tantum sustinuisse, nos quoque passionum eius participes effici, Paulus summa diligentia et sedulitate clamabat: *Si enim insiticii illi facti sumus similitudine mortis eius, nimirum et resurrectionis* participes *erimus*. Pulchre illud, *insiticii*. Quoniam enim hic plantata est vitis vera, nos quoque communicatione baptismi mortis insiticii illi facti sumus. Adverte vero multa cum attentione animum apostoli verbis; non enim dixit: Si insiticii illi facti sumus morte, sed: *similitudine mortis*. Vere enim mors apud Christum; vere quippe anima a corpore separata est; vera quoque sepultura; nam in sindone munda sanctum eius corpus involutum est; vereque omnia in ipso contigerunt. At in vobis mortis quidem est et passionum similitudo, salutis vero non similitudo, sed veritas.

242 21, 2. Oleo enim sive unguento corporali Christus ab hominibus unctus non est, sed Pater eum totius mundi Servatorem praestituens, Spiritu Sancto unxit, sicut Petrus ait: *Iesum a Nazareth, quem unxit Deus Spiritu Sancto;* et propheta David clamabat dicens: *Thronus tuus, Deus, in saeculum saeculi; virga rectitudinis*

241. MG 33, 1084 A. 242. MG 33, 1089 A.

λείας σου. Ἠγάπησας δικαιοσύνην καὶ ἐμίσησας ἀδικίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεός, ὁ Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου» [Ps 44, 7 sq]. Καὶ ὥσπερ ὁ Χριστὸς ἀληθῶς ἐσταυροῦτο, καὶ ἐθάπτετο, καὶ ἐγείρετο· ὑμεῖς δὲ κατὰ τὸ βάπτισμα, ἐν ὁμοιώματι, καὶ συσταυρωθῆναι, καὶ συνταφῆναι, καὶ συναναστῆναι αὐτῷ καταξιοῦσθε· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ χρίσματος. Ἐκεῖνος ἐλαίῳ νοητῷ ἀγαλλιάσεως ἐχρίετο, τοῦτ' ἔστι Πνεύματι Ἁγίῳ, ἀγαλλιάσεως καλουμένῳ ἐλαίῳ, διὰ τὸ αἴτιον αὐτὸ τῆς πνευματικῆς τυγχάνειν ἀγαλλιάσεως· ὑμεῖς δὲ μύρῳ ἐχρίσθητε, κοινωνοὶ καὶ μέτοχοι τοῦ Χριστοῦ γενόμενοι.

21 [mystag. 3], 4. Καὶ πρῶτον ἐχρίεσθε ἐπὶ τὸ μέτωπον· ἵνα 243
ἀπαλλαγῆτε τῆς αἰσχύνης, ἣν ὁ πρῶτος παραβάτης ἄνθρωπος πανταχοῦ περιέφερε, καὶ ἵνα ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτρίζησθε. Εἶτα ἐπὶ τὰ ὦτα· ἵνα προσλάβητε τὰ ἀκουστικὰ τῶν θείων μυστηρίων ὦτα, περὶ ὧν Ἡσαΐας ἔλεγε· «Καὶ προσέθηκέ μοι Κύριος ὠτίον τοῦ ἀκούειν» [Is 50, 4]· καὶ ὁ Κύριος Ἰησοῦς ἐν εὐαγγελίοις· «Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω» [Mt 11, 15]. Εἶτα ἐπὶ τὴν ὄσφρησιν· ὅπως τοῦ θείου ἀντιλαμβανόμενοι μύρου, λέγητε· «Χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν τῷ Θεῷ ἐν τοῖς σωζομένοις» [2 Cor 2, 15]. Μετὰ ταῦτα ἐπὶ τὰ στήθη· ἵνα ἐνδυσάμενοι τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης, στῆτε πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου. Ὥσπερ γὰρ ὁ Χριστὸς μετὰ τὸ βάπτισμα καὶ τὴν τοῦ Ἁγίου Πνεύματος ἐπιφοίτησιν ἐξελθὼν κατηγωνίσατο τὸν ἀντικείμενον, οὕτω καὶ ὑμεῖς μετὰ τὸ ἱερὸν βάπτισμα

virga regni tui. Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo exsultationis ultra consortes tuos. Ac quemadmodum Christus vere crucifixus est, et sepultus, et resurrexit; vobis autem in baptismate, per quamdam similitudinem, una cum ipso crucifigi, et sepeliri, et resurgere divina dignatione conceditur; ita et de chrismate contingit. Ille intellegibili exsultationis oleo peruncutus est, id est Spiritu Sancto, qui exsultationis oleum idcirco appellatur, quod ipse spiritualis exsultationis auctor exsistat; vos vero unguento uncti estis, Christi participes et consortes effecti.

21, 4. Ac primum in fronte perunctі estis: ut ab ea verecundia 243
liberaremini, quam primus homo transgressor ubique circumferebat, utque retecta facie gloriam Domini tamquam in speculo contemplaremini. Deinde in auribus: ut aures acciperetis divinorum mysteriorum audientes, de quibus Isaias dicebat: *Et addidit mihi Dominus auriculam ad audiendum;* Dominusque Iesus in evangeliis: *Qui habet aures ad audiendum, audiat.* Postea ad nares: ut divinum amplectentes unguentum diceretis: *Christi bonus odor sumus Deo in iis, qui salvi fiunt.* Tum vero et pectus peruncti estis: ut induentes thoracem iustitiae, staretis adversus insidias diaboli. Nam velut Christus post baptismum et Sancti Spiritus in se adventum egressus debellavit adversarium, ita et vos post

243. MG 33, 1091 A.

καὶ τὸ μυστικὸν χρίσμα, ἐνδεδυμένοι τὴν πανοπλίαν τοῦ Ἁγίου Πνεύματος, ἵστασθε πρὸς τὴν ἀντικειμένην δύναμιν, καὶ ταύτην καταγωνίζεσθε λέγοντες· «Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ» [Phil 4, 13].

244 *Eucharistiae effectus.* — 22 [mystag. 4], 8. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Σολομὼν ταύτην αἰνιττόμενος τὴν χάριν, ἐν τῷ Ἐκκλησιαστῇ λέγει· «Δεῦρο, φάγε ἐν εὐφροσύνῃ τὸν ἄρτον σου» [Eccle 9, 7] (τὸν πνευματικὸν ἄρτον. «Δεῦρο», καλεῖ τὴν σωτήριον καὶ μακαριοποιὸν κλῆσιν), «καὶ πίε τὸν οἶνόν σου ἐν καρδίᾳ ἀγαθῇ» [ib.] (τὸν πνευματικὸν οἶνον), «καὶ ἔλαιον ὑπὲρ κεφαλῆς σου ἐκχείσθω» [Eccle 9, 8] (ὁρᾷς αὐτὸν καὶ τὸ μυστικὸν αἰνιττόμενον χρῖσμα;), «καὶ διὰ παντὸς ἔστω σου τὰ ἱμάτια λευκά, ὅτι εὐδόκησε Κύριος τὰ ποιήματά σου» [ib.]. Πρὶν γὰρ προσέλθῃς τῇ χάριτι, «ματαιότης ματαιοτήτων» [Eccle 1, 2] ἦν τὰ ποιήματά σου. Ἀποδυσάμενον δὲ τὰ παλαιὰ ἱμάτια, καὶ ἐνδυσάμενον τὰ πνευματικῶς λευκά, χρὴ λευχειμονεῖν διαπαντός. Οὐ πάντως τοῦτο λέγομεν, ὅτι σε δεῖ λευκὰ ἱμάτια προβεβλῆσθαι ἀεί· ἀλλὰ τὰ ὄντως λευκὰ καὶ λαμπρὰ (καὶ πνευματικά), ἀναγκαῖόν ἐστι περιβεβλῆσθαι, ἵνα λέγῃς κατὰ τὸν μακάριον Ἡσαΐαν· «Ἀγαλλιάσθω ἡ ψυχή μου ἐπὶ τῷ Κυρίῳ· ἐνέδυσε γάρ με ἱμάτιον σωτηρίου, καὶ χιτῶνα εὐφροσύνης περιέθηκέ μοι» [Is 61, 10].

S. BASILIUS, ca 330—379.

Homiliae in Hexaemeron.

245 *Deus sua providentia nos regit.* — Hom. 7, n. 5. Ἤκουσα ἐγὼ τῶν παραλίων τινός, ὅτι ὁ θαλάσσιος ἐχῖνος, τὸ μικρὸν

---

sacrum baptisma et mysticum unguentum, induti totam Sancti Spiritus armaturam, adversus oppositam potestatem consistitis, eamque debellatis aientes: *Omnia possum in eo, qui me corroborat, Christo.*

244 22, 8. Idcirco et Salomon eam gratiam in Ecclesiaste significans ait: *Veni, comede in laetitia panem tuum* (spiritualem panem. *Veni* vocat nimirum salutari et quae beatos facit vocatione), *et bibe vinum tuum in corde bono* (vinum spirituale), *et oleum super caput tuum effundatur* (viden', quemadmodum etiam mysticum chrisma designet?), *et omni tempore sint tua vestimenta candida, quia Deo accepta sunt opera tua.* Prius enim quam ad gratiam accederes, *vanitas vanitatum* erant opera tua. Postquam vero exuisti vetera vestimenta, et ea quae sunt spiritualiter candida induisti, semper te candidis vestitum esse oportet. Non hoc dicimus, quod vestibus albis te semper indui necesse sit; sed quae vere alba sunt et splendida (et spiritualia), his te indutum oportet, ut iuxta beatum Isaiam dicas: *Exsultet anima mea in Domino; induit enim me vestimento salutaris et tunicam laetitiae circumposuit mihi.*

245 7, 5. Audivi a quodam maritimo, echinum marinum, parvum prorsus et aspernabile animal, saepenumero tranquillitatis et tem-

---

244. MG 33, 1103 A. 245. MG 29, 160 A.

παντελῶς καὶ εὐκαταφρόνητον ζῶον, διδάσκαλος πολλάκις γαλήνης καὶ κλύδωνος τοῖς πλέουσι γίνεται. Ὃς ὅταν προΐδῃ ταραχὴν ἐξ ἀνέμων, ψηφῖδά τινα ὑπελθὼν γενναίαν, ἐπ' αὐτῆς, ὥσπερ ἐπ' ἀγκύρας βεβαίως σαλεύει, κατεχόμενος τῷ βάρει πρὸς τὸ μὴ ῥᾳδίως τοῖς κύμασιν ὑποσύρεσθαι. Τοῦτο ὅταν ἴδωσιν οἱ ναυτικοὶ τὸ σημεῖον, ἴσασι τὴν προσδοκωμένην βιαίαν κίνησιν τῶν ἀνέμων. Οὐδεὶς ἀστρολόγος, οὐδεὶς Χαλδαῖος ταῖς ἐπιτολαῖς τῶν ἄστρων τὰς τῶν ἀέρων ταραχὰς τεκμαιρόμενος, ταῦτα τὸν ἐχῖνον ἐδίδαξεν, ἀλλ' ὁ θαλάσσης καὶ ἀνέμων Κύριος καὶ τῷ μικρῷ ζώῳ τῆς μεγάλης ἑαυτοῦ σοφίας ἐναργὲς ἴχνος ἐνέθηκεν. Οὐδὲν ἀπρονόητον, οὐδὲν ἠμελημένον παρὰ Θεοῦ. Πάντα σκοπεύει ὁ ἀκοίμητος ὀφθαλμός. Πᾶσι πάρεστιν, ἐκπορίζων ἑκάστῳ τὴν σωτηρίαν. Εἰ ἐχῖνον ἔξω τῆς ἑαυτοῦ ἐπισκοπῆς ὁ Θεὸς οὐκ ἀφῆκε, τὰ σὰ οὐκ ἐπισκοπεῖ;

Homiliae in Psalmos.

Psalmorum excellentia. — Hom. in Ps 1, n. 2. Ψαλμὸς 246
δαιμόνων φυγαδευτήριον, τῆς τῶν ἀγγέλων βοηθείας ἐπαγωγή· ὅπλον ἐν φόβοις νυκτερινοῖς, ἀνάπαυσις κόπων ἡμερινῶν, νηπίοις ἀσφάλεια, ἀκμάζουσιν ἐγκαλλώπισμα, πρεσβυτέροις παρηγορία, γυναιξὶ κόσμος ἁρμοδιώτατος. Τὰς ἐρημίας οἰκίζει, τὰς ἀγορὰς σωφρονίζει. Εἰσαγομένοις στοιχείωσις, προκοπτόντων αὔξησις, τελειουμένων στήριγμα, ἐκκλησίας φωνή· οὗτος τὰς ἑορτὰς φαιδρύνει, οὗτος τὴν κατὰ Θεὸν λύπην δημιουργεῖ.

Paulatim fit progressus. — In Ps 1, 4. Σοφῶς οὖν καὶ 247
ἐντέχνως προσάγων ἡμᾶς εἰς ἀρετὴν [ἡ Γραφή], τὴν ἀναχώρησιν

---

pestatis navigatoribus monitorem fieri. Qui cum ventorum praesenserit commotionem, validum aliquem calculum subit, et in ipso tamquam in ancora firmiter fluctuat, eiusque pondere detinetur, ne facile a fluctibus abstrahatur. Hoc signum ubi viderint nautici, violentam ventorum agitationem imminere sciunt. Astrologus nullus, nullus Chaldaeus, ex astrorum ortu aëris turbationes coniectans, isthaec echinum docuit, sed maris et ventorum Dominus vel parvo animali evidens et apertum magnae suae sapientiae vestigium impressit. Improvidum nihil, nihil a Deo fuit neglectum. Speculatur omnia oculus ille insopitus. Omnibus adest, unicuique salutis consequendae facultatem largiens. Deus si echinum a sua providentia non excludit, rebus tuis non prospicit?

1, 2. Daemones psalmus fugat, accersit angelorum patrocinium; 246
ministrat arma contra nocturnos timores, diurnorum laborum est requies, infantium securitas, ornamentum iuvenum, senum consolatio, convenientissimum mulierum decus. Frequentat solitudines, forum emendat. Psalmus incipientibus initium est, incrementum proficientibus, perfectis firmamentum; vox est ecclesiae; laetificat dies festos; eam, quae secundum Deum est, tristitiam creat.

1, 4. Itaque cum ad virtutem [Scriptura] nos induceret, sapienter 247
ac scite vitiorum fugam bonorum initium fecit. Etenim si statim

---

246. MG 29, 212 D. 247. MG 29, 217 C.

τῆς κακίας ἀρχὴν ἐποιήσατο τῶν καλῶν. Εἰ γὰρ εὐθὺς προέβαλέ σοι τὰ τέλεια, ἀπώκνησας ἂν πρὸς τὴν ἐγχείρησιν· νῦν δὲ τοῖς εὐληπτοτέροις σε προσεθίζει, ἵνα κατατολμήσῃς τῶν ἐφεξῆς. Κλίμακι γὰρ προσεοικέναι φαίην ἂν ἔγωγε τῆς εὐσεβείας τὴν ἄσκησιν· κλίμακι ἐκείνῃ, ἣν εἶδέ ποτε ὁ μακάριος Ἰακώβ, ἧς τὰ μὲν ἦν πρόσγειά τε καὶ χαμαίζηλα, τὰ δὲ ὑπὲρ αὐτὸν ἤδη τὸν οὐρανὸν ἀνετείνετο. Ὥστε δεῖ τοὺς εἰσαγομένους πρὸς τὸν κατ' ἀρετὴν βίον τοῖς πρώτοις βαθμοῖς ἐπιβάλλειν τὸ ἴχνος, κἀκεῖθεν ἀεὶ τῶν ἐφεξῆς ἐπιβαίνειν, ἕως ἂν πρὸς τὸ ἐφικτὸν ὕψος τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει διὰ τῆς κατ' ὀλίγον προκοπῆς ἀναβῶσιν.

248 *Attentio ad providentiam Dei.* — In Ps 32, 8. Σκόπει τὸν ὑψηλὸν θεατήν, σκόπει τὸν ἄνωθεν ἐγκατακύπτοντα τοῖς ἀνθρωπίνοις πράγμασιν. Ὅπου περ ἂν βαδίζῃς, ὅ τι περ ἂν ἐνεργῇς, κἂν ἐν σκότει, κἂν ἐν ἡμέρᾳ, ἐπισκοποῦντα ἔχεις τὸν τοῦ Θεοῦ ὀφθαλμόν. «Ἐξ ἑτοίμου κατοικητηρίου αὐτοῦ» [Ps 32, 14]. Οὐ πύλαι ἀνοίγονται, οὐ παραπετάσματα συνάγονται, ἕτοιμόν ἐστιν εἰς θέαν τὸ κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ. Πάντας ἐφορᾷ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Οὐδὲ εἷς διαφεύγει αὐτοῦ τὴν θέαν· οὐ σκότος, οὐ τοῖχοι παρακαλύπτοντες, οὐδὲν ἐμπόδιόν ἐστιν ὀφθαλμοῖς Θεοῦ. Ὅς γε τοσοῦτον ἀπέχει τοῦ μὴ καθέκαστον ἐφορᾷν, ὅτι καὶ τὰς καρδίας ἐφορᾷ, ἃς αὐτὸς ἔπλασεν ἄνευ τῆς πρὸς τὸ χεῖρον ἐπιμιξίας. Ἁπλῆν αὐτὴν ἔπλασε καθ' ἑαυτὴν εἰκόνα σώζουσαν τὴν καρδίαν ὁ δημιουργὸς τῶν ἀνθρώπων Θεός· ὕστερον δὲ αὐτὴν τῇ πρὸς τὰ πάθη τῆς σαρκὸς ἐπιπλοκῇ ποικίλην ἐποιήσαμεν καὶ παντοδαπὴν ἡμεῖς τὴν καρδίαν, τὸ θεοειδὲς

ea, quae sunt perfecta, tibi proposuisset, ad ea tentanda fuisses cunctantior; nunc vero ad ea, quae captu faciliora sunt, te assuefacit, ut ea quae sequuntur aggrediare. Ego quidem pietatis exercitationem scalae consimilem esse crediderim, videlicet scalae illi, quam beatus Iacob olim vidit, cuius quidem pars terram tangebat, eratque humi depressa, pars vero altera ultra ipsum caelum porrigebatur. Quare necesse est, ut ii, qui sunt ad virtutem instituendi, primis gradibus admoveant vestigium, indeque ad sequentes gradus semper progressi, tandem paulatim progrediendo, ad altitudinem humanae naturae non imparem perveniant.

248 32, 8. Considera altum spectatorem, considera intuentem res humanas desuper. Quocumque tandem perrexeris, quidquid egeris, sive in tenebris, sive in die, prospicientem Dei oculum habes. *Ex praeparato habitaculo suo.* Non aperiuntur portae, non contrahuntur vela, expeditum est habitaculum Dei ad videndum. Omnes hominum filios adspicit. Ne unus quidem fugit ipsius conspectum; non tenebrae, non parietes occultant, nihil Dei oculis est impedimento. Qui tantum abest, ut unumquemque non inspiciat, ut etiam corda introspiciat, quae ipsa sine ulla vitii admixtione finxit. Deus hominum conditor cor simplex finxit, adeo ut imaginem secundum se servaret; postea vero, immixtis carnis affectionibus,

248. MG 29, 344 A.

αὐτῆς καὶ ἁπλοῦν καὶ μονότροπον διαφθείραντες. Ἐπεὶ οὖν καρδιῶν ἐστι δημιουργός, διὰ τοῦτο καὶ συνίησι πάντα τὰ ἔργα ἡμῶν. Ἔργα δὲ λέγομεν καὶ τοὺς λόγους καὶ τὰς ἐννοίας, καὶ πᾶσαν ἁπαξαπλῶς τὴν τοῦ ἀνθρώπου κίνησιν. Ποίᾳ γὰρ διαθέσει καὶ τίνι προθέσει, πότερον εἰς ἀνθρώπων ἀρέσκειαν, ἢ εἰς ὑπουργίαν τῶν δεδομένων ἡμῖν προσταγμάτων παρὰ Θεοῦ, μόνος οἶδεν ὁ συνιεὶς πάντα τὰ ἔργα ἡμῶν.

Timor bonus et timor malus. — In Ps 33, 8. Οὐ πᾶς φόβος 249
ἀγαθόν ἐστι καὶ σωτήριον, ἀλλ' ἔστι τις καὶ ἐχθρὸς φόβος, ὃν ἀπεύχεται ὁ προφήτης ἐγγενέσθαι αὐτοῦ τῇ ψυχῇ, λέγων· «Ἀπὸ φόβου ἐχθροῦ ἐξελοῦ τὴν ψυχήν μου» [Ps 63, 2]. Ἐχθρὸς γὰρ φόβος ὁ θανάτου ἡμῖν δειλίαν ἐμποιῶν, ὁ προσώπων ὑπεροχὰς καταπτήσσειν ἡμᾶς ἀναπείθων. Πῶς γὰρ ὁ ταῦτα φοβούμενος δυνήσεται ἐν καιρῷ μαρτυρίου μέχρι θανάτου πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀντικαταστῆναι, καὶ ἀποδοῦναι τῷ Κυρίῳ τὴν ὀφειλήν, τῷ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι; Καὶ ὁ ὑπὸ δαιμόνων εὐπτόητος τὸν ἐχθρὸν ἔχει φόβον ἐν ἑαυτῷ. Καὶ ὅλως, ὁ τοιοῦτος φόβος ἀπιστίας ἔοικεν ἔγγονον εἶναι πάθος. Οὐδεὶς γὰρ πιστεύων ἰσχυρὸν αὐτῷ παρεῖναι τὸν βοηθὸν φοβεῖται ἀπό τινος τῶν ἐπιχειρούντων αὐτὸν ἐκταράσσειν. Φόβος δὲ ὁ σωτήριος, καὶ φόβος ἁγιασμοῦ ποιητικός, φόβος ὁ κατ' ἐπιτήδευσιν καὶ οὐχὶ κατὰ πάθος ἐγγινόμενος τῇ ψυχῇ, ποῖός ἐστι βούλει διηγήσωμαι; Ὅταν μέλλῃς ἐπί τινα ὁρμᾷν ἁμαρτίαν, ἐννόησόν μοι ἐκεῖνο τὸ φρικτὸν καὶ ἀνύποιστον τοῦ Χριστοῦ

id varium ac valde multiplex effecimus nos, divinam illius speciem et simplicitatem candoremque corrumpentes. Quamobrem cum cordium sit opifex, propterea etiam omnia nostra opera intellegit. Opera autem dicimus et verba et cogitationes, et generatim omnem hominis motum. Nam quo animo, quo proposito agamus, utrum ut placeamus hominibus, an ut datis a Deo praeceptis obsequamur, solus novit, qui nostra omnia opera intellegit.

33, 8. Non enim quivis timor bonus est aut salutaris, immo est 249
etiam quidam hostilis timor, quem deprecatur propheta, ne ipsius animae accedat, dicens: *A timore inimico eripe animam meam.* Inimicus enim timor est, qui nobis parit mortis metum, nobisque, ut personarum dignitates formidemus, suadet. Quomodo enim qui isthaec metuit, poterit tempore martyrii ad mortem usque peccato resistere, ac Domino, qui pro nobis mortuus est et resurrexit, debitum exsolvere? Et qui a daemonibus facile perterretur, in seipso inimicum timorem habet. Et uno verbo, huiusmodi timor perturbatio quaedam ex incredulitate prognata videtur esse. Nemo enim, qui sibi adesse credit fortem auxiliatorem, timet aliquem eorum, qui ipsum conturbare conantur. Timor autem qui salutaris est, et timor qui confert sanctitatem, timor qui de industria et non secundum affectionem animo accidit, vis exponam, qualis sit? Ad aliquod peccatum impelli te cum videris, horrendum illud et intolerabile Christi tri-

249. MG 29, 369 C.

δικαστήριον, ἐν ᾧ προκαθέζεται μὲν ἐπὶ θρόνου τινὸς ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου ὁ κριτής, παρέστηκε δὲ πᾶσα ἡ κτίσις ὑποτρέμουσα τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ τὴν ἔνδοξον· παράγεσθαι δὲ μέλλομεν καθ' ἕνα εἰς ἐξέτασιν τῶν βεβιωμένων ἡμῖν. Εἶτα τῷ πολλὰ πονηρὰ πεποιηκότι κατὰ τὸν βίον φοβεροί τινες καὶ κατηφεῖς παρίστανται ἄγγελοι, πῦρ βλέποντες, πῦρ ἀναπνέοντες, διὰ τὴν πικρίαν τῆς προαιρέσεως, νυκτὶ ἐοικότες τὰ πρόσωπα, διὰ τὸ κατηφὲς καὶ μισάνθρωπον. Εἶτα βάραθρον βαθύ, καὶ σκότος ἀδιεξόδευτον, καὶ πῦρ ἀλαμπές· ἐν τῷ σκότει τὴν μὲν καυστικὴν δύναμιν ἔχον, τὸ δὲ φέγγος ἀφῃρημένον. Εἶτα σκωλήκων γένος ἰοβόλον καὶ σαρκοφάγον, ἀπλήστως ἐσθίον, καὶ μηδέποτε κορεννύμενον, ἀφορήτους ὀδύνας ἐμποιοῦν τῇ καταβρώσει. Εἶτα τὴν πασῶν χαλεπωτάτην κόλασιν, τὸν ὀνειδισμὸν ἐκεῖνον καὶ τὴν αἰσχύνην τὴν αἰώνιον. Ταῦτα φοβοῦ, καὶ τούτῳ τῷ φόβῳ παιδευόμενος, οἱονεὶ χαλινῷ τινι ἀνάκοπτε τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῆς πρὸς τὰ φαῦλα ἐπιθυμίας.

250 *Finis humanae vitae.* — In Ps 48, 1. Ἐφαντάσθησαν μέν τινες καὶ τῶν ἔξω περὶ τοῦ ἀνθρωπείου τέλους, καὶ διαφόρως ἠνέχθησαν εἰς τὴν περὶ τοῦ τέλους ἔννοιαν. Οἱ μὲν γὰρ ἀπεφήναντο τέλος εἶναι τὴν ἐπιστήμην, οἱ δὲ τὴν πρακτικὴν ἐνέργειαν· ἄλλοι τὸ διαφόρως χρῆσθαι τῷ βίῳ καὶ τῷ σώματι· οἱ δὲ βοσκηματώδεις ἡδονὴν ἀπεφήναντο εἶναι τὸ τέλος. Ἡμῖν δὲ τέλος, οὗ ἕνεκεν πάντα πράττομεν, καὶ πρὸς ὃ ἐπειγόμεθα, ἡ μακαρία διαγωγὴ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι. Αὕτη δὲ συμπληροῦται

---

bunal, quaeso, cogita, in quo praesidet quidem iudex in alto quodam et sublimi throno, omnis vero creatura ob gloriosum eius conspectum contremiscens adstat; immo vero futurum est, ut singuli adducamur, eorum quae in vita egerimus examen subituri. Deinde ei, qui multa mala per vitam perpetraverit, horribiles quidam ac morosi angeli assident, ignem ex oculis emittentes, ignem spirantes, propter animi acerbitatem, nocti vultu similes, ob faciei tetricitatem et hominum odium. Postea animo tibi fingas barathrum profundum, tenebras impenetrabiles, ignem splendoris expertem, vim quidem urendi in tenebris habentem, sed luce destitutum; subinde vermium quoddam genus venenatum ac carnivorum, edens insatiabiliter, nec umquam exsatiatum, intolerabiles dolores morsibus inducens; postremo supplicium omnium gravissimum, probrum illud et dedecus sempiternum. Haec time, et hoc timore eruditus, quasi freno quodam a pravis concupiscentiis tuam cohibe animam.

250 48, 1. Nonnulli ex iis etiam, qui externi sunt, de humano fine sibi aliquid animo finxerunt ac in varias de fine sententias abiere. Alii enim finem scientiam esse statuerunt, alii practicam operationem, alii diversum vitae vel corporis usum; alii, beluini cum essent, voluptatem finem esse affirmarunt. Nobis finis, cuius gratia omnia peragimus, et ad quem festinamus, beatum illud est vitae institutum in futuro saeculo. Hoc autem completur tum, cum a

---

250. MG 29, 432 A.

ἐν τῷ βασιλεύεσθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Τούτου γὰρ οὐδὲ μέχρις ἐπινοίας βέλτιόν τι ἐξευρεθείη τῇ λογικῇ φύσει.

Commentarius in Isaiam.

Dona Spiritus Sancti. — Prooemium, 2. Ἡμᾶς δὲ εὔχεσθαι 251
χρὴ λαβεῖν τὸ τῆς σοφίας καὶ τὸ τῆς γνώσεως καὶ τὸ τῆς διδασκαλίας χάρισμα, ὥστε πάντα ὁμοῦ συνδραμόντα τῷ ἡγεμονικῷ ἡμῶν ἐντυπῶσαι τὴν πάσης τῆς προφητευομένης ἀληθείας μόρφωσιν. Ἔστι δὲ τοῦ μὲν λόγου τῆς γνώσεως χρεία πρὸς τὸ θεωρεῖν τοῦ Πνεύματος τὰ ἀπόῤῥητα, τοῦ δὲ λόγου τῆς σοφίας πρὸς τὸ κατασκευάσαι καὶ ἐξεργάσασθαι τὰ συνεστραμμένως ἐν βραχυλογίαις ἐκδεδομένα· ἴδιον γὰρ τῆς σοφίας τὸ ἐκτείνειν λόγους. «Ἐξέτεινα γάρ, φησί, λόγους, καὶ οὐ προσείχετε» [Prv 1, 24]. Ἔπειτα τὸ τῆς διδασκαλίας χάρισμα εἰς οἰκοδομὴν τῶν ἀκουόντων.

Puritas animae. — 3. Πᾶσι μὲν γὰρ πάρεστι τὸ Ἅγιον Πνεῦμα· 252
ἀλλὰ τοῖς μὲν καθαρεύουσι τῶν παθῶν τὴν ἰδίαν ἐμφαίνει δύναμιν· τοῖς δὲ τὸ ἡγεμονικὸν συγκεχυμένον ἔχουσιν ἀπὸ τῶν τῆς ἁμαρτίας σπίλων, οὐκέτι. Δεῖ δὲ πρὸς τῇ καθαρότητι καὶ τὸ ὁμαλὸν τῆς εὐσταθοῦς καταστάσεως ἐπιδείκνυσθαι. Οὐ γὰρ ὁ ἀνωμάλως ἔχων περὶ σωφροσύνην καθαρός, ἀλλ' ὁ τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς ὑποτάξας τῷ πνεύματι. Ὥσπερ γὰρ αἱ τῶν προσώπων ἐμφάσεις οὐκ ἐν πάσαις ταῖς ὕλαις γίγνονται, ἀλλὰ ἐν ταῖς λειότητά τινα καὶ διαφάνειαν κεκτημέναις, οὕτως οὐκ ἐν πάσαις ταῖς ψυχαῖς ἡ τοῦ Πνεύματος ἐνέργεια, ἀλλ' ἐν ταῖς μηδὲν σκολιὸν

Deo regimur. Nam hoc fine ne excogitari quidem quidquam praestantius possit a rationali natura.

Prooem., 2. Nobis vero precandum, ut accipiamus sapientiae 251
ac scientiae neque non doctrinae donum, ut omnia simul concurrentia formam omnis veritatis, quae prophetia continetur, in principali animi nostri parte imprimant. Opus est autem sermone scientiae ad contemplanda Spiritus arcana, sermone vero sapientiae ad apparanda et excolenda ea, quae contorte ac paucis sunt prolata; siquidem sapientiae proprium est producere sermonem. Ait enim: *Produxi sermones, et non attendistis.* Praeterea doctrinae donum pertinet ad aedificationem audientium.

3. Omnibus quidem adest Spiritus Sanctus; sed iis, qui puri sunt 252
affectibus, peculiarem exhibet virtutem; at vero iis, quorum mens peccati sordibus perturbatur, minime. Oportet autem, praeter puritatem, constantis animi aequabilitatem exhibere. Neque enim qui inaequalis est animi circa castitatem, purus est, sed qui carnis petulantiam subiecit spiritui. Quemadmodum enim vultuum imagines non in qualibet materia redduntur, sed in his dumtaxat, quae laevorem ac perluciditatem quamdam obtinent, ita non in quibuslibet mentibus operatio Spiritus, sed in iis, quae nihil habent obli-

---

251. MG 30, 121 A. 252. MG 30, 121 C.

ἐχούσαις, μηδὲ στραγγαλιῶδες. Ἡ χιὼν λαμπρά, ἀλλ' εἰκόνας τῶν ἐγκυπτόντων οὐ δείκνυσι, διότι τραχεῖά ἐστιν ἐκ πεπηγότων ἀφρῶν συγκειμένη. Τὸ γάλα λευκόν, ἀλλ' οὐ παραδέχεται τὰς εἰκόνας, διότι καὶ αὐτῷ μικραί τινές εἰσι πομφόλυγες. Ὕδατι δὲ καὶ μέλανι μορφὴ ἐμφαίνεται διὰ λειότητα. Οὕτως ἄρα τὸ ἀνώμαλον τοῦ βίου πρὸς ὑποδοχὴν θείας ἐνεργείας ἀνεπιτήδειον. Ὅταν οὖν ψυχή, πάσῃ ἀσκήσει ἀρετῆς ἑαυτὴν ἐπιδοῦσα, τῷ σφοδρῷ περὶ Θεὸν φίλτρῳ διηνεκῶς μνήμην Θεοῦ ἐντυπωθεῖσαν αὐτῇ διασώζῃ, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ οἱονεὶ ἔνοικον αὐτῇ τὸν Θεὸν εἶναι κατασκευάσῃ, ἐκ τῆς πρὸς τὸν Θεὸν σφοδροτάτης ἐνατενίσεως, καὶ τοῦ ἀῤῥήτου φίλτρου θεοφορουμένη, ἀξία τοῦ κατὰ τὴν προφητείαν χαρίσματος γίνεται, διδόντος θείαν δύναμιν τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς ψυχῆς διανοίγοντος εἰς κατανόησιν ὧν βούλεται θεαμάτων.

253 *Cibus animae.* — C. 1, n. 31. Ὥσπερ γὰρ διπλοῦς ὁ ἄνθρωπος, ἐκ ψυχῆς συνεστὼς καὶ σώματος, οὕτω καὶ αἱ τροφαὶ διπλαῖ, κατάλληλοι τῇ ἑκατέρου συστάσει τυγχάνουσαι, εὐτονώτερον πρὸς τὰς οἰκείας ἐνεργείας ἀποτελοῦσι τὸ τρεφόμενον. Ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς γυμναστικοῖς αἱ ἀθλητικαὶ τροφαὶ μετὰ τῶν καταλλήλων γυμνασίων τοῖς σώμασι προσαγόμεναι, ὅσον κατακρατοῦνται ὑπὸ τῆς τῶν τρεφομένων δυνάμεως, τοσοῦτον εἰς εὐεξίαν μείζονα τὸ σῶμα ἐξαίρουσι, καὶ προσθήκη αὐτοῦ γινόμεναι διὰ τοῦ εἰς τὴν τοῦ σώματος ἀναλαμβάνεσθαι σύστασιν· οὕτω καὶ ἐν τῇ τῆς εὐσεβείας ἀσκήσει τὰ τῆς πίστεως δόγματα καὶ

---

quum, nihil obtortum. Candida quidem nix, verum imagines intuentium non repraesentat, propterea quod inaequalis est, e concreta spuma constans. Lac album, at non recipit imagines, eo quod et ipsi exiguae quaepiam insint bullulae. Contra, in aqua, licet nigra, relucet forma ob laevorem. Ita videlicet vitae inaequalitas nequaquam idonea est ad suscipiendam divinam operationem. Ergo cum anima, omni virtutis studio dedita, ex vehementi in Deum amore perpetuo Dei memoriam sibi impressam servat, atque hoc modo Deum velut in seipsa inhabitantem reddit, ex vehementissima in Deum intentione et arcano amore, numine afflata, digna prophetiae dono evadit, Deo divinam virtutem impertiente animique oculos aperiente ad intellegendas quas velit speculationes.

253 1, 31. Quemadmodum enim duplex est homo, constans anima et corpore, ita et duplices sunt cibi, qui cum sint utriusque substantiae alendae accommodi, id quod his enutritur, ad propria sua opera exserenda validius fortiusque efficiunt. Quemadmodum enim in exercitationibus gymnasticis athleticus victus inter idonea exercitia corporibus subministratus, quanto magis subigitur, tanto corpus ad praestantiorem ac vegetiorem evehit habitudinem, eique fit accessio, propterea quod in corporis substantiam transeat; ita et in pietatis exercitatione fidei dogmata necnon sermones ad mores emen-

---

253. MG 30, 181 C.

οἱ διορθωτικοὶ λόγοι τῶν ἠθῶν, συνεχῶς προσαγόμενοι τῇ ψυχῇ καὶ ταῖς κατὰ μικρὸν αὐτὴν προσθήκαις αὔξοντες, δυνατωτέραν αὐτὴν καὶ φιλοπονωτέραν εἰς τὸ μειζόνων καὶ τελειοτέρων τῶν ἐν δόγμασι διδαγμάτων ἐπορέγεσθαι παρασκευάζουσιν.

Intellegentia, sapientia et scientia. — 5, 176. Λέγεται τοίνυν 254
σύνεσις οἷον εὐπαρακολουθησία ψυχῆς, ὀξέως εἰς ἓν συναγούσης τὰς τῶν πραγμάτων ἐννοίας, ἥτις κατὰ τὸν ἀπαρτισμὸν τῶν ἐν ἡμῖν λογικῶν σπερμάτων συνίστασθαι πέφυκεν. Ἢ ἐστι σύνεσις ἐντρέχεια διανοίας εὐπαρακολουθήτως τῷ ἑκάστῳ πράγματι οἰκεῖον καὶ πρέπον ἐξευρίσκουσα. Ἐπιστήμη δέ, ἕξις ἐν ἑαυτῇ τὸ βέβαιον ἔχουσα, ἀμετάπτωτος ὑπὸ τοῦ λόγου. Ἐπιστήμων δέ, ὁ κατὰ τὸ ἐμπεριειληφέναι τὰ ἀναγκαῖα τῶν εἰς μακαριότητα θεωρημάτων, καθὸ ἤδη ἑκτικῶς καὶ βεβαίως συνέχει ἐν ἑαυτῷ. Σοφίαν δέ φησιν εἶναι ἐπιστήμην θείων καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων, καὶ τῶν τούτων αἰτιῶν. Ἐπειδὴ δὲ αὐτοσοφία ὁ Χριστός ἐστι, σοφὸν ἐροῦμεν τὸν κατὰ μετοχὴν Χριστοῦ, καθὸ σοφία ἐστί, τετελειωμένον. Ὁ δὲ συνετὸς νοεῖται κατὰ ἀπαρτισμὸν τῶν ἐν ἡμῖν τῆς συνέσεως σπερμάτων. Ὁ δὲ ἐπιστήμων, κατὰ τὸ ἐμπεριειληφέναι τὰ ἀναγκαῖα εἰς μακαριότητα θεωρήματα, μετὰ τοῦ ἤδη ἑκτικῶς καὶ παγίως συνέχειν ἐν ἑαυτῷ. Ηὕρομεν δὲ ἐν τῇ Ἐξόδῳ τὸν χρηματισμὸν λέγοντα περὶ τῶν ἀρχιτεκτόνων· Ἐμπλήσω αὐτοὺς Πνεῦμα θεῖον συνέσεως καὶ ἐπιστήμης [cf. Ex 31, 3]. Διὰ τοῦτο, οὐαὶ τῷ μὴ ἀνατιθέντι τὴν αἰτίαν τῆς

---

dandos idonei, continuo animae exhibiti atque paulatim quibusdam incrementis ipsam augentes, robustiorem eam et in subeundis laboribus magis alacrem reddunt, ut maiorem perfectioremque dogmatum doctrinam comparet.

5, 176. Dicitur itaque intellegentia veluti facilis quaedam ac 254
prompta animae comprehensio, rerum notitias in unum statim colligentis, quae per perfectionem seminum in nobis reconditorum et a ratione proficiscentium fieri ac conflari solet. Vel intellegentia est animi sollertia et sagacitas, quae celeriter et expedite id, quod rebus singulis proprium sit ac conveniens, inveniat. Scientia autem habitus est in se stabilis et firmus ac ratione immutabilis. Sciens vero ille est, qui contemplationes ad consequendam beatitudinem conducentes comprehendit, quatenus eas iam habitu firmiterque in seipso continet. Sapientia autem dicitur scientia esse divinarum et humanarum rerum et causarum ipsarum. Quoniam autem sapientia ipsa Christus est, eum dicemus sapientem, qui participatione Christi, quatenus sapientia est, iam exstat perfectus. Quispiam autem intellegens esse noscitur per perfectionem seminum intellegentiae in nobis manentium. Quispiam vero sciens est, quatenus contemplationes ad beatitudinem comparandam attinentes comprehendit, cum iam illas habitu et stabiliter in seipso continet. Invenimus autem in Exodo oraculum, quod de architectis dicit: Implebo eos Spiritu divino intellegentiae et scientiae. Quapropter vae ei, qui intellegentiae et scientiae causam et originem Deo non

---

254. MG 30, 413 C.

συνέσεως καὶ τῆς ἐπιστήμης Θεῷ. Μηδεὶς οὖν ἑαυτῷ λαμβανέτω τὰ τηλικαῦτα, μήτε ἐπιστήμονα ἑαυτόν, μήτε συνετὸν λέγων, μήτε σοφόν. Ἐπειδήπερ ἡ σοφία ἐπιστήμη ἐστὶ θείων καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων, τῷ Ἁγίῳ Πνεύματι τὴν τούτων αἰτίαν ἀνατιθέτω.

Homiliae.

255 *Commoda ieiunii.* — Hom. 2 [de ieiunio], n. 5. Νηστεία φυλάσσει νήπια, σωφρονίζει τὸν νέον, σεμνὸν ποιεῖ τὸν πρεσβύτην· αἰδεσιμωτέρα γὰρ πολιὰ νηστείᾳ κεκοσμημένη. Γυναιξὶ κόσμος ἁρμοδιώτατος, ἀκμαζόντων χαλινός, συζυγίας φυλακτήριον, παρθενίας τροφός. Τοιαῦται μὲν αἱ καθ' ἕκαστον οἶκον αὐτῆς ἐπιμέλειαι. Δημοσίᾳ δὲ πῶς τῷ βίῳ ἡμῶν ἐμπολιτεύεται; Πᾶσαν ἀθρόως τὴν πόλιν καὶ πάντα τὸν δῆμον μεθαρμόζει πρὸς εὐταξίαν, κοιμίζει κραυγήν, ἐξορίζει μάχην, λοιδορίαν κατασιγάζει. Τίνος διδασκάλου παρουσία παίδων θόρυβον οὕτως ἀθρόως καθίστησιν, ὡς ἡ νηστεία παραφανεῖσα ταραχὴν πόλεως καταστέλλει; Ποῖος κωμαστὴς ἐν νηστείᾳ προῆλθε; Ποῖος χορὸς ἀσελγὴς ἀπὸ νηστείας συνέστη; Ἁπαλοὶ γέλωτες, καὶ ᾄσματα πορνικά, καὶ ὀρχήσεις ἐκμανεῖς ἐξαπίνης τῆς πόλεως ὑπεξέρχονται, ὥσπερ ὑπὸ δικαστοῦ τινος αὐστηροῦ τῆς νηστείας φυγαδευθεῖσαι. Εἰ δὲ πάντες αὐτὴν εἰς τὴν ὑπὲρ τῶν πρακτέων σύμβουλον παρελάμβανον, οὐδὲν ἐκώλυε βαθεῖαν εἰρήνην εἶναι κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, μήτε ἐθνῶν ἐπανισταμένων ἀλλήλοις, μήτε στρατοπέδων συῤῥηγνυμένων. Οὐκ ἂν ἐχαλκεύετο

attribuit. Nemo igitur sibi vindicet res tantas, nec scientem, nec intellegentem, nec sapientem esse se dicat; sed cum sapientia divinarum humanarumque rerum scientia sit, harum causam Spiritui Sancto adscribat.

255 2, 5. Ieiunium servat parvulos, sobrium reddit iuvenem, venerabilem facit senem; venerabilior enim est canities ieiunio decorata. Ieiunium feminis ornatus est congruentissimus; aetate ac robore vigentibus pro freno est; ieiunium matrimonii custodia est, virginitatis nutricius. Atque haec quidem commoda affert privatim ieiunium, in singulis aedibus, in quibus colitur. At publice quomodo vitam nostram gubernat? Totam confestim civitatem totumque populum ad tranquillitatem componit, consopit clamores, eliminat lites, conviciis imponit silentium. Cuius magistri praesentia puerorum strepitus tam subito compescit, quam ieiunium oboriens civitatis tumultus coercet? Quis commessator prodiit in ieiunio? Quis umquam chorus lasciviens a ieiunio coactus est? Teneri risus, meretriciae cantilenae, insanae saltationes subito diffugiunt e civitate, a ieiunio tamquam ab austero quopiam iudice in exsilium actae. Quod si omnes ieiunium ad res gerendas in consilium adhiberent, nihil obstaret, quominus per universum terrarum orbem alta pax esset, videlicet nec aliis gentibus in alias insurgentibus, nec exercitibus manus inter se conserentibus. Ne arma quidem cuderentur, si

255. MG 31, 192 B.

ὅπλα, νηστείας κρατούσης, οὐδ' ἂν δικαστήρια συνεκροτεῖτο, οὐδ' ἂν ᾤκουν τινὲς τὰ δεσμωτήρια, οὐδ' ἂν ὅλως εἶχον αἱ ἐρημίαι τοὺς κακουργοῦντας, ἢ αἱ πόλεις τοὺς συκοφάντας, ἢ τοὺς καταποντιστὰς ἡ θάλασσα.

Attendere animae. — Hom. 3 [in illud: Attende tibi], 3. 256
«Πρόσεχε» οὖν «σεαυτῷ» [Dt 15, 9], τουτέστι, μήτε τοῖς σοῖς μήτε τοῖς περὶ σέ, ἀλλὰ σεαυτῷ μόνῳ πρόσεχε. Ἄλλο γάρ ἐσμεν ἡμεῖς αὐτοί, καὶ ἄλλο τὰ ἡμέτερα, καὶ ἄλλο τὰ περὶ ἡμᾶς. Ἡμεῖς μὲν οὖν ἐσμεν ἡ ψυχὴ καὶ ὁ νοῦς, καθὸ κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος γεγενήμεθα· ἡμέτερον δὲ τὸ σῶμα καὶ αἱ δι' αὐτοῦ αἰσθήσεις· περὶ ἡμᾶς δὲ χρήματα, τέχναι καὶ ἡ λοιπὴ τοῦ βίου κατασκευή. Τί οὖν φησιν ὁ λόγος; Μὴ τῇ σαρκὶ πρόσεχε, μηδὲ τὸ ταύτης ἀγαθὸν ἐκ παντὸς τρόπου δίωκε, ὑγείαν καὶ κάλλος καὶ ἡδονῶν ἀπολαύσεις καὶ μακροβίωσιν· μηδὲ χρήματα καὶ δόξαν καὶ δυναστείαν θαύμαζε· μηδὲ ὅσα σοι τῆς προσκαίρου ζωῆς τὴν ὑπηρεσίαν πληροῖ, ταῦτα μεγάλα νομίσας, τῇ περὶ ταῦτα σπουδῇ τῆς προηγουμένης σεαυτοῦ ζωῆς καταμέλει· ἀλλὰ «πρόσεχε σεαυτῷ», τουτέστι, τῇ ψυχῇ σου. Ταύτην κατακόσμει καὶ ταύτης ἐπιμελοῦ, ὥστε πάντα μὲν τὸν ἐκ τῆς πονηρίας ἐπιγινόμενον αὐτῇ ῥύπον ἀποικονομεῖσθαι διὰ τῆς προσοχῆς, πᾶν δὲ τὸ ἀπὸ κακίας αἶσχος ἀποκαθαίρεσθαι, παντὶ δὲ τῷ ἐξ ἀρετῆς κάλλει κατακοσμεῖν αὐτὴν καὶ φαιδρύνειν. Ἐξέτασον σεαυτόν, τίς εἶ· γνῶθι σαυτοῦ τὴν φύσιν, ὅτι θνητὸν μέν σου τὸ σῶμα, ἀθάνατος δὲ ἡ ψυχή· καὶ ὅτι διπλῆ τίς ἐστιν ἡμῶν ἡ ζωή· ἡ μὲν

ieiunium vigeret, nec fora iudicialia exstruerentur, neque quisquam habitaret in carceribus. In summa, nec deserta haberent maleficos, nec civitates sycophantas, nec mare piratas.

3, 3. *Attende* itaque *tibi ipsi*, hoc est, non tuis, neque his quae 256
circum te sunt, sed tibi ipsi soli attende. Aliud enim sumus nos ipsi, aliud nostra, aliud quae circum nos sunt. Nos quidem anima sumus et mens, quatenus ad imaginem conditoris sumus facti; nostrum vero corpus est et qui per ipsum sunt sensus; circum nos autem pecuniae, artes et reliqua vitae suppellex. Quid igitur ait Scriptura? Ne carni attende, nec ullo modo prosequare illius bona, sanitatem, pulchritudinem, voluptatum usum, longam vitam; nec pecunias aut gloriam aut potentiam admirare; nec alia, quaecumque temporalis tuae vitae munera explent, magna aut eximia tanti duxeris, ut horum studio primariam tuam vitam neglegas, sed *attende tibi ipsi,* hoc est, animae tuae. Exorna illam et eius curam gere, ut sordes omnes ex nequitia ipsi accedentes submoveantur per animi attentionem, omnisque vitiorum turpitudo expurgetur, ac contra condecoretur illustreturque omni virtutis ornatu. Perscrutare te ipse, quis sis; fac noscas tuam ipsius naturam, nimirum corpus quidem mortale esse, animam vero immortalem; item, duplicem esse vitam nostram: alteram carnis propriam, cito

256. MG 31, 204 A.

οἰκεία τῇ σαρκί, ταχὺ παρεχομένη, ἡ δὲ συγγενὴς τῇ ψυχῇ, μὴ δεχομένη περιγραφήν. «Πρόσεχε» οὖν «σεαυτῷ», μήτε τοῖς θνητοῖς ὡς ἀϊδίοις ἐναπομείνῃς, μήτε τῶν ἀϊδίων ὡς παρερχομένων καταφρονήσῃς.

257 *Precatio continua.* — Hom. 5 [in martyrem Iulittam], n. 3. Προσευχή ἐστιν αἴτησις ἀγαθοῦ παρὰ τῶν εὐσεβῶν εἰς Θεὸν γενομένη. Τὴν δὲ αἴτησιν οὐκ ἐν ῥήμασιν ὁριζόμεθα πάντως. Οὐδὲ γὰρ ἡγούμεθα τὸν Θεὸν τῆς διὰ τῶν λόγων ὑπομνήσεως δεῖσθαι, ἀλλ' εἰδέναι, καὶ μὴ αἰτούντων ἡμῶν, τὰ χρήσιμα. Τί οὖν ἐστιν ὃ φαμεν; Ὅτι χρὴ μὴ ἐν συλλαβαῖς ἡμᾶς τὴν προσευχὴν ἀποπληροῦν, ἀλλὰ προαιρέσει μᾶλλον ψυχῆς, καὶ πράξεσι ταῖς κατ' ἀρετὴν παντὶ τῷ βίῳ συμπαρεκτεινομέναις τὴν δύναμιν πληροῦσθαι τῆς προσευχῆς. «Εἴτε γὰρ ἐσθίετε, φησίν, εἴτε πίνετε, εἴτε τι ποιεῖτε, πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖτε» [1 Cor 10, 31]. Καθεζόμενος ἐπὶ τραπέζης, προσεύχου· προσφερόμενος τὸν ἄρτον, τῷ δεδωκότι τὴν χάριν ἀποπλήρου· οἴνῳ τὸ ἀσθενὲς τοῦ σώματος ὑπερείδων, μέμνησο τοῦ παρεχομένου σοι τὸ δῶρον εἰς εὐφροσύνην καρδίας καὶ παραμυθίαν ἀῤῥωστημάτων. Παρῆλθεν ἡ χρεία τῶν βρωμάτων; Ἡ μέντοι μνήμη τοῦ εὐεργέτου μὴ παρερχέσθω. Τὸν χιτῶνα ἐνδυόμενος, εὐχαρίστει τῷ δεδωκότι· τὸ ἱμάτιον περιβαλλόμενος, αὔξησον τὴν εἰς Θεὸν ἀγάπην, ὃς καὶ χειμῶνι καὶ θέρει ἐπιτήδεια ἡμῖν σκεπάσματα ἐχαρίσατο, τήν τε ζωὴν ἡμῶν συντηροῦντα, καὶ τὸ ἄσχημον περιστέλλοντα. Ἐπληρώθη ἡ ἡμέρα; Εὐχαρίστει τῷ τὸν ἥλιον μὲν εἰς ὑπηρεσίαν τῶν ἡμερινῶν ἔργων χαρισαμένῳ ἡμῖν, πῦρ δὲ παρασχομένῳ τοῦ

---

transeuntem, alteram animae cognatam, limites nullos admittentem. *Attende* ergo *tibi ipsi,* neque iis quae peritura sunt, ac si aeterna essent, adhaeseris, neque aeterna quasi fluxa asperneris.

257 5, 3. Precatio est boni petitio, a piis Deo exhibita. Petitionem autem non omnino in verbis circumscribimus. Neque enim Deum arbitramur monitorum voce prolatorum indigere, immo eum nosse, ne petentibus quidem nobis, quae conducibilia sint. Quid igitur est, quod dicimus? Nimirum precationem in syllabis constitui non oportere, sed vim precum in proposito animi et in iis virtutis operibus, quae ad omnem vitam sese extendant, collocandam esse. *Sive enim,* inquit, *manducatis, sive bibitis, sive quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.* Accumbens ad mensam, ora; assumens panem, habe gratias largitori; vino corporis debilitatem corroborans, eius qui hoc tibi munus ad exhilarandum cor et ad levandas infirmitates dedit, memineris. Praeteriit cibi sumendi necessitas? Non praetereat tamen memoria benefici largitoris. Tunicam si indueris, datori gratias age. Pallio cum amiciris, intentius Deum dilige, qui tum hiemi tum aestati accommoda tegumenta nobis largitus est, quibus vita nostra simul servatur et turpitudo contegitur. Completa dies est? Gratias rependas ei, qui in operum diurnorum ministerium solem quidem nobis impertivit, ignem vero

257. MG 31, 244 A.

φωτίζειν τὴν νύκτα, καὶ ταῖς λοιπαῖς χρείαις ταῖς κατὰ τὸν βίον ὑπηρετεῖν.

5, 4. Ἡ οὖν νὺξ μὴ ἔστω ὥσπερ τις ἴδιος καὶ ἐξαίρετος κλῆ- 258
ρος τοῦ ὕπνου πᾶσα· μηδὲ καταδέξῃ διὰ τῆς κατὰ τὸν ὕπνον ἀναισθησίας τὸ ἥμισυ τῆς ζωῆς ἀχρειοῦν· ἀλλὰ μεριζέσθω σοι τῆς νυκτὸς ὁ χρόνος εἴς τε ὕπνον καὶ προσευχήν.

Necessitas paupertatis. — Hom. 7 [in divites], n. 1. Τί δέ σοι 259
χαλεπὸν ἢ βαρὺ ἢ ὑπέρογκον ῥῆμα ὁ Διδάσκαλος προετείνατο· «Πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς» [Mt 19, 21]. Εἴ σοι προέβαλε πόνους γεωργικούς, ἢ τοὺς ἐξ ἐμπορίας κινδύνους, ἢ ὅσα ἄλλα τοῖς χρηματιζομένοις ἐπίπονα πρόσεστιν, ἔδει σε λυπηθῆναι δυσφοροῦντα τῷ ἐπιτάγματι· εἰ δὲ οὕτω διὰ ῥαδίας ὁδοῦ, οὐδένα πόνον ἐχούσης οὐδὲ ἱδρῶτα, ἐπαγγέλλεταί σε κληρονόμον τῆς αἰωνίου ζωῆς ἀποδείξειν, οὐ χαίρεις τῇ εὐκολίᾳ τῆς σωτηρίας, ἀλλ' ἀπέρχῃ ὀδυνώμενος τὴν ψυχὴν καὶ πενθῶν, καὶ ποιεῖς σεαυτῷ ἄχρηστα πάντα ὅσα σοι προπεπόνηται. Εἰ γὰρ οὐκ ἐφόνευσας, ὡς σὺ φῄς [cf. Mt 19, 20], οὔτε ἐμοίχευσας, οὔτε ἔκλεψας, οὔτε κατεμαρτύρησάς τινος μαρτυρίαν ψευδῆ, ἀνόνητον σεαυτῷ ποιεῖς τὴν περὶ ταῦτα σπουδήν, μὴ προστιθεὶς τὸ λεῖπον, δι' οὗ μόνου δυνήσῃ εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Καὶ εἰ μὲν ἰατρὸς ἐπηγγέλλετο κολοβώματα μελῶν ἐκ φύσεως ἢ ἐξ ἀῤῥωστίας προσόντα σοι διορθώσασθαι, οὐκ ἂν ἠθύμεις ἀκούων· ἐπειδὴ δὲ ὁ μέγας τῶν ψυχῶν ἰατρὸς τέλειόν σε ποιῆσαι βούλεται τοῖς καιριωτάτοις ἐλλείποντα, οὐ δέχῃ τὴν

---

tribuit ad noctem illustrandam, et ut reliquis vitae necessitatibus inserviat.

5, 4. Tota igitur nox non sit velut peculiaris quaedam ac prae- 258
cipua somni sors; neque patiare mediam vitae partem inutilem tibi esse per somni soporem; sed dividatur tibi noctis tempus in somnum et precationem.

7, 1. Ceterum quodnam verbum molestum aut grave aut adeo 259
intolerabile Magister proposuit? *Vende, quae habes, et da pauperibus.* Si proposuisset tibi agriculturae labores, aut mercaturae pericula, aut alias quasvis molestias, quae lucrum sectantibus accidunt, oportebat te praeceptum aegre ferentem tristitia affici; sin via adeo facili, neque laborem neque sudorem habente, heredem te aeternae vitae facturum se pollicetur, cur non gaudes ob facilitatem salutis, sed dolens animo et maerens discedis, atque iam exantlatos labores tibi inutiles reddis? Etenim si non occidisti, ut ais, neque adulterium commisisti, neque furatus es, neque contra quempiam falsum testimonium dixisti, nihilominus tamen adhibitam in his agendis diligentiam tibi infructuosam efficis, qui quod reliquum est non adicias, quo solo possis in Dei regnum ingredi. Ac quidem si medicus ea membra, quae a natura vel a quapiam infirmitate mutila habes, restituturum se promitteret, profecto id cum maerore non audires; quia vero magnus animorum medicus te praecipuis rebus destitutum vult perfectum reddere, beneficium

258. MG 31, 244 C. 259. MG 31, 280 B.

χάριν, ἀλλὰ πενθεῖς καὶ σκυθρωπάζεις; Ἐκείνης μὲν γὰρ δῆλος εἶ τῆς ἐντολῆς μακρὰν ὑπάρχων, καὶ ψευδῶς σεαυτῷ προσμαρτυρήσας αὐτήν, ὅτι ἠγάπησας τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν [cf. Mt 19, 19 sq].

260 *Martyrium voluntatis.* — Hom. 19 [in sanctos XL martyres], n. 1. Δῆλον γάρ, ὅτι ὁ τοὺς γενναίους ἄνδρας ἀποδεχόμενος ἐν τοῖς ὁμοίοις καιροῖς οὐκ ἀπολειφθήσεται τῆς μιμήσεως. Μακάρισον γνησίως τὸν μαρτυρήσαντα, ἵνα γένῃ μάρτυς τῇ προαιρέσει, καὶ ἐκβῇς χωρὶς διωγμοῦ, χωρὶς πυρός, χωρὶς μαστίγων τῶν αὐτῶν ἐκείνοις μισθῶν ἠξιωμένος.

Ascetica.

261 *Non inconsideranter vita monastica est adeunda.* — Sermo de renuntiatione saeculi, n. 1. Ὁ τοίνυν ὑπακοῦσαι Χριστῷ προῃρημένος καὶ πρὸς τὸν πτωχὸν καὶ ἀπερίσπαστον βίον ἐπειγόμενος, θαυμαστὸς ὡς ἀληθῶς καὶ μακαριστός. Ἀλλὰ παρακαλῶ, μὴ ἀδοκιμάστως τοῦτο ποιείτω, μηδὲ ὑπογραφέτω ἑαυτῷ ἀνεκτότητα βίου καὶ σωτηρίαν ἄμαχον· ἀλλὰ μᾶλλον προγυμναζέτω ἑαυτὸν πρὸς εὐδοκίμησιν ὑπομονῆς θλίψεων σωματικῶν τε καὶ πνευματικῶν, ἵνα μή, ἀπροσδοκήτοις ἑαυτὸν ἐμβαλὼν παλαίσμασιν, εἶτα ἀδυνατῶν πρὸς τὴν ἀντίστασιν τῶν ἐπερχομένων αὐτῷ δοκιμιῶν, εὑρεθῇ παλινδρομῶν πρὸς τὰ ἀφ' ὧν ἐξελήλυθε, σὺν αἰσχύνῃ καὶ γέλωτι, μετὰ κατακρίσεως ψυχῆς ἐπανερχόμενος τῷ βίῳ, καὶ πολλοῖς σκάνδαλον γινόμενος, ἀδυναμίας ὑπολήψεις πᾶσιν ἐμποιῶν τῆς ἐν Χριστῷ πολιτείας....

---

eiusmodi non accipis, sed luges ac maestus efficeris? Nam aperte atque evidenter procul abes ab illo praecepto, ac falso illud a te perfici testaris, videlicet quod dilexisti proximum tuum sicut teipsum.

260 19, 1. Etenim obscurum non est eum, qui strenuos viros commendarit, ipsos in similibus occasionibus imitaturum esse. Lauda sincere eum, qui martyrium pertulit, ut efficiare martyr voluntate, ac demum sine persecutione, sine igne, sine verberibus eamdem atque illi mercedem consequare.

261 1. Quisquis igitur Domino oboedire sibi proposuit festinatque ad pauperem ac quietam vitam, vere admirandus est beatusque dicendus. Sed adhortor, ut ne inconsideranter hoc faciat, nec sibi fingat aliquod vitae genus remissum salutemque sine pugna obtinendam; quin potius antea exerceat sese ac probet ad tolerandas corporis animique molestias, ne, si seipsum in inopinata certamina iniecerit ac deinde tentationibus sibi ingruentibus resistere non possit, ad ea, unde recesserat, cum pudore et risu recurrat, quippe qui ad saeculum non sine animae condemnatione revertatur, multisque offendiculum factus, vitam in Christo institutam omnibus suspectam reddat, quasi agi non possit.... Ea enim de causa beni-

---

260. MG 31, 508 B. 261. MG 31, 625 D.

Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ φιλάνθρωπος Θεός, κηδόμενος τῆς ἡμῶν σωτηρίας, εἰς δύο διεῖλε βίους τὴν τῶν ἀνθρώπων διαγωγήν, συζυγίαν λέγω καὶ παρθενίαν, ἵνα ὁ μὴ δυνάμενος ὑπενεγκεῖν τὸν τῆς παρθενίας ἆθλον ἔλθοι ἐπὶ συνοίκησιν γυναικός, ἐκεῖνο εἰδώς, ὡς ἀπαιτηθήσεται λόγον σωφροσύνης καὶ ἁγιασμοῦ καὶ τῆς πρὸς τοὺς ἐν συζυγίαις καὶ τεκνοτροφίαις ἁγίους ὁμοιώσεως.

Directori oboediendum. — Ib. 2. Ἤδη γὰρ τῇ ἀποταγῇ τῶν 262
γηίνων πραγμάτων τετίμηκας σεαυτὸν παρὰ Χριστῷ· ἀλλ' ἐν πολλῇ φροντίδι καὶ περινοίᾳ ποίησαι εὑρεῖν ἄνδρα πρόοδον τῆς σῆς πολιτείας ἀπλανῆ, καλῶς ἐπιστάμενον ὁδηγεῖν τοὺς πρὸς Θεὸν πυρευομένους, κομῶντα ταῖς ἀρεταῖς, ἐκ τῶν οἰκείων ἔργων τὴν μαρτυρίαν ἔχοντα τῆς πρὸς Θεὸν ἀγάπης, γνῶσιν ἔχοντα τῶν θειῶν Γραφῶν, ἀπερίσπαστον, ἀφιλάργυρον, ἀπράγμονα, ἡσύχιον, θεοφιλῆ, φιλόπτωχον, ἀόργητον, ἀμνησίκακον, πολὺν εἰς οἰκοδομὴν τῶν ἐγγιζόντων αὐτῷ, ἀκενόδοξον, ἀνυπερήφανον, ἀκολάκευτον, ἀπερίτρεπτον, μηδὲν προτιμῶντα τοῦ Θεοῦ. Καὶ εἰ εὕροις τοιοῦτον, ἔκδος σεαυτὸν αὐτῷ, ἅπαν θέλημα σὸν ἀποπτύσας καὶ ἔξω ῥίψας, ἵνα εὑρεθῇς ὡς καθαρὸν ἀγγεῖον, τὰ ἐν σοὶ βαλλόμενα ἀγαθὰ διατηρῶν πρὸς ἔπαινόν σου καὶ δόξαν.... 4. Εἰ τοίνυν εὕρῃς Θεοῦ χάριτι (πάντως γὰρ ζητήσας εὑρήσεις) ἀγαθῶν ἔργων διδάσκαλον, τήρησον παρ' ἑαυτῷ, μηδὲν παρὰ γνώμην αὐτοῦ διαπράττεσθαι. Ἅπαν γὰρ τὸ ἔξωθεν αὐτοῦ

---

gnissimus Deus saluti nostrae providens, vitam hominum divisit in duplex vitae genus, coniugium dico ac virginitatem, ut, qui virginitatis certamen subire non valeret, hic sibi adiungeret uxorem; sic tamen, ut illud sciret, reddendam sibi esse rationem continentiae sanctitatisque et eius cum his sanctis, qui in coniugio et in liberorum educatione vitam egerunt, similitudinis.

2. Ex quo enim rebus terrenis remisisti nuntium, iam honorem 262
apud Christum tibi conciliasti; sed magnopere cura et provide, ut virum tuae vitae tutissimum ducem reperias, probe edoctum conducere eos, qui ad Deum pergunt, probum virtutibus, eius quae in Deum est dilectionis testimonium habentem ex suis ipsius operibus, divinarum Scripturarum gnarum, animo sedato praeditum, pecuniarum non amantem, a negotiis alienum, quietum, Deo acceptum, diligentem pauperes, non iracundum, iniuriarum immemorem, ad eorum qui ipsum adeunt aedificationem multum laborantem, vanae gloriae non cupidum, non superbum, nullis assentationibus flectendum, non obnoxium mutationi, nihil Deo praeferentem. Et si quempiam huiusmodi nanciscare, omnem tuam voluntatem exspuens et foras reiciens, huic teipsum trade, ut quasi vas sincerum inveniaris, qui scilicet eas quae in te infunduntur virtutes ad laudem et gloriam tuam serves.... 4. Si igitur Dei auxilio repereris (prorsus autem si quaeras, reperies) bonorum operum doctorem, observa apud teipsum, ut nihil praeter eius sententiam peragas.

---

262. MG 31, 632 B.

γινόμενον κλοπή τίς ἐστι καὶ ἱεροσυλία πρὸς θάνατον ἄγουσα, οὐ πρὸς ὠφέλειαν, κἂν δοκῇ σοι ἀγαθὸν εἶναι.

Sermones ascetici.

263 *Examen conscientiae et culpa coram fratribus dicenda.* — Sermo 1, n. 5. Τῆς ἡμέρας παρελθούσης καὶ παντὸς ἔργου εἰς πέρας ἐλθόντος, σωματικοῦ τε καὶ πνευματικοῦ, πρὸ τῆς ἀναπαύσεως ἀνακρίνεσθαι προσήκει τὸ συνειδὸς ἑκάστου ὑπὸ τῆς ἰδίας καρδίας. Καὶ εἴ τι γέγονε παρὰ τὸ δέον, ἢ ἐνθύμημα τῶν ἀπηγορευμένων, ἢ λόγος ἔξω τοῦ καθήκοντος, ἢ περὶ τὴν προσευχὴν ῥᾳθυμία, ἢ ἀκηδιασμὸς τῆς ψαλμῳδίας, ἢ τοῦ κοινοῦ βίου ἐπιθυμία, μὴ ἐπικρυπτέσθω τὸ πλημμέλημα, ἀλλὰ τῷ κοινῷ ἐξαγγελλέτω, ὡς ἂν διὰ κοινῆς προσευχῆς θεραπευθῇ τὸ πάθος τοῦ συνενεχθέντος τῷ τοιούτῳ κακῷ.

264 *Finis vitae asceticae; necessitas paupertatis.* — 2, 1. Ὁ ἀσκητικὸς βίος ἕνα σκοπὸν ἔχει, τὴν τῆς ψυχῆς σωτηρίαν, καὶ δεῖ πᾶν τὸ δυνάμενον πρὸς αὐτὴν συνεργῆσαι τὴν πρόθεσιν, ὡς θείαν ἐντολὴν οὕτω μετὰ φόβου παραφυλάττειν. Οὐδὲ γὰρ αὐταὶ αἱ ἐντολαὶ τοῦ Θεοῦ πρὸς ἄλλο τι βλέπουσιν, εἰ μὴ πρὸς τὸ σωθῆναι τὸν ὑπακούοντα. Χρὴ τοίνυν, καθάπερ οἱ ἐπὶ τὸ λουτρὸν εἰσιόντες γυμνοῦνται παντὸς περιβλήματος, οὕτω καὶ τοὺς τῇ ἀσκητικῇ προσερχομένους ζωῇ, πάσης ὕλης βιωτικῆς γυμνωθέντας, ἐντὸς τοῦ κατὰ φιλοσοφίαν γενέσθαι βίου.... Ὅταν οὖν πλείους, πρὸς τὸν αὐτὸν βλέποντες τῆς σωτηρίας σκοπόν, τὴν μετ' ἀλλήλων ζωὴν καταδέξωνται, χρὴ τοῦτο πρὸ

Quidquid enim sine ipso efficitur, furtum est et sacrilegium, quod mortem infert, non utilitatem, tametsi tibi videtur esse bonum.

263 1, 5. Completo iam die omnique opere tum corporali tum spirituali absoluto, par est unumquemque in corde suo ante quietem suam ipsius conscientiam examinare. Et si quid contigit praeter decorum, sive cogitatio interdicta, aut colloquium praeter officium, aut in orando segnities, aut in psallendo neglegentia, aut communis vitae desiderium, nequaquam occultet peccatum, sed coetui confiteatur, ut morbus illius, qui in eiusmodi malum incidit, per communem precationem sanetur.

264 2, 1. Unus est asceticae vitae scopus, ut consulat animae saluti, et quidquid proposito huic conducere potest, id sicut divinum mandatum cum timore observandum est. Neque enim ipsa Dei mandata ad quidquam aliud spectant, nisi ut salutem adipiscatur, qui iis auscultaverit. Convenit igitur, ut quemadmodum qui se in balneum demittunt, omni amictu nudantur, ita etiam qui ad asceticum vitae genus accedunt, omni re saeculi huius exuti, vitam philosophicam ingrediantur.... Cum igitur plures ad eumdem salutis scopum intenti, communem inter se vitam amplexi fuerint, id inter ipsos ante omnia obtineat necesse est, ut unum in omnibus

263. MG 31, 881 A. 264. MG 31, 881 B.

πάντων ἐν αὐτοῖς κρατηθῆναι, τὸ μίαν ἐν πᾶσι καρδίαν εἶναι καὶ θέλημα ἓν καὶ μίαν ἐπιθυμίαν, καί, καθὼς νομοθετεῖ ὁ ἀπόστολος, ἓν γενέσθαι σῶμα ἐκ διαφόρων μελῶν συνηρμοσμένον πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς συνοδίας [cf. 1 Cor 12, 12]. Τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν ἄλλως κατορθωθῆναι, εἰ μὴ ἐκεῖνο κρατήσειε, τὸ μὴ ἐπονομάζεσθαί τινι ἀποτεταγμένως μήτε ἱμάτιον, μήτε σκεῦος, μήτε ἄλλο τι τῶν εἰς τὴν κοινὴν ζωὴν χρησιμευόντων, ἵνα ἕκαστον τούτων τῆς χρείας ᾖ, καὶ μὴ τοῦ κεκτημένου.

Vera oboedientia. — 2, 2. Ἡ δὲ ἀληθὴς καὶ τελεία ὑπακοὴ 265
τῶν ὑποχειρίων πρὸς τὸν καθηγούμενον ἐν τούτῳ δείκνυται, ἐν τῷ μὴ μόνον τῶν ἀτόπων κατὰ τὴν συμβουλὴν τοῦ προεστῶτος ἀπέχεσθαι, ἀλλὰ μηδὲ αὐτὰ τὰ ἐπαινετὰ χωρὶς τῆς ἐκείνου γνώμης ποιεῖν. Ἡ γὰρ ἐγκράτεια καὶ πᾶσα ἡ σωματικὴ κακοπάθεια πρός τι χρησίμως ἔχει· ἀλλ' ἐάν τις, ταῖς ἰδίαις ὁρμαῖς ἀκολουθῶν, τὸ ἀρεστὸν αὐτῷ ποιῇ, καὶ συμβουλεύοντι τῷ προεστῶτι μὴ πείθηται, μεῖζον τοῦ κατορθώματος ἔσται τὸ πλημμελούμενον. «Ὁ γὰρ ἀντιτασσόμενος τῇ ἐξουσίᾳ, τῇ τοῦ Θεοῦ διαταγῇ ἀνθέστηκεν» [Rom 13, 2]· καὶ ὁ τῆς ὑπακοῆς μισθὸς μείζων τοῦ κατὰ τὴν ἐγκράτειάν ἐστι κατορθώματος.

Quomodo praecipiendum et oboediendum. — 2, 2. Ἡ πεπι- 266
στευμένη τὴν εὐταξίαν μὴ τὸ ἡδὺ ταῖς ἀδελφαῖς ζητείτω, μηδὲ σπουδαζέτω κεχαρισμένη αὐταῖς διὰ τῶν καταθυμίων εἶναι, ἀλλὰ τὸ σεμνόν τε καὶ τὸ φοβερὸν καὶ τὸ αἰδέσιμον περὶ αὐτὴν πάντοτε ἔστω. Εἰδέναι γὰρ αὐτὴν χρή, ὅτι τῶν παρὰ τὸ δέον ἐν τῷ κοινῷ πλημμελουμένων ἐκείνη ἐπὶ Θεοῦ τὸν λόγον ὑφέξει.

sit cor et voluntas una unumque desiderium, utque ex apostoli praecepto omne conventus agmen efficiatur unum corpus ex diversis membris coagmentatum. Hoc autem aliter fieri non potest, nisi obtinuerit haec consuetudo, ut nihil nominatim ac peculiariter cuiquam tribuatur, neque vestimentum, neque vas, neque quidpiam aliud ex iis, quae conducunt vitae communi, ut singula usibus necessariis, non autem possessoribus destinentur.

2, 2. Vera autem et perfecta subditorum erga praefectum ob- 265
oedientia in eo declaratur, si non a flagitiosis modo abstineant ex praefecti consilio, sed si ne ea quidem, quae laudabilia sunt, citra illius arbitrium peragant. Nam abstinentia et omnis corporalis afflictatio ad aliquid utilis est; sed si quis, animi sui motum secutus, quod sibi placet egerit, et praeposito consilium sibi danti non obtemperaverit, peccatum futurum est maius quam recte factum. *Qui enim resistit potestati, Dei ordinationi resistit;* atque oboedientiae maior merces quam abstinentiae virtuti tribuitur.

2, 2. Cui concredita est disciplinae cura, ea non quod iucundum 266
est sororibus quaerat, neque ab iis gratiam inire studeat, sic ut quae ipsis in deliciis sunt, indulgeat, sed se semper gravem, metuendam ac reverendam exhibeat. Nosse enim debet, se eorum, quae in coetu communi praeter officium admittuntur, rationem

265. MG 31, 884 C. 266. MG 31, 888 B.

Καὶ ἑκάστη τῶν ἐν τῷ πληρώματι τῆς συνοδίας μὴ τὸ ἡδὺ ζητείτω παρὰ τῆς καθηγουμένης, ἀλλὰ τὸ ἐπωφελές τε καὶ χρήσιμον· μηδὲ συζητείτω περὶ τῶν ἐγκελευομένων (ἡ γὰρ τοιαύτη συνήθεια μελέτη καὶ ἀκολουθία τῆς ἀναρχίας γίνεται)· ἀλλ' ὥσπερ τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου ἀνεξετάστως δεχόμεθα, εἰδότες, ὅτι πᾶσα Γραφὴ θεόπνευστος καὶ ὠφέλιμός ἐστιν, οὕτω καὶ ἡ ἀδελφότης τὰ παραγγέλματα τῆς προκαθηγουμένης ἀδιακρίτως δεχέσθω, πᾶν τὸ συμβουλευόμενον μετὰ προθυμίας ἐπιτελοῦσα, μὴ ἐκ λύπης ἢ ἐξ ἀνάγκης, ἵνα γένηται αὐτῇ ἔμμισθος ἡ ὑπακοή. Ἀνεχέσθω δὲ μὴ μόνον τὰ εἰς τὴν ἀκρίβειαν διδασκομένη, ἀλλὰ κἂν που νηστείαν κωλύσῃ ἡ διδάσκαλος, ἢ μετάληψιν τῆς ἀναληπτικῆς τροφῆς συμβουλεύσῃ, ἢ καὶ ἄλλο τι τῶν εἰς ἄνεσιν φερόντων τῆς χρείας ἀπαιτούσης ἂν ὑφηγήσηται, πάντα ὁμοίως ἐπιτελείτω, πεπεισμένη, ὅτι τὸ παρ' ἐκείνης λεγόμενον νόμος ἐστίν.

Regulae fusius tractatae, post 370.

267 *Definitio virtutis et vitii.* — Resp. ad interr. 2. 1. Ἔστιν οὗτος κακίας ὅρος· ἡ πονηρὰ καὶ παρ' ἐντολὴν τοῦ Κυρίου χρῆσις τῶν ἐπ' ἀγαθῷ παρὰ τοῦ Θεοῦ δεδομένων ἡμῖν· ὥσπερ οὖν, τῆς παρὰ Θεοῦ ἐπιζητουμένης ἀρετῆς, ἡ ἐξ ἀγαθοῦ τοῦ συνειδότος κατ' ἐντολὴν τοῦ Κυρίου χρῆσις αὐτῶν.

268 *De cavenda mentis evagatione.* — 5, 1. Ἐκεῖνο μέντοι γε γινώσκειν χρή, ὅτι οὔτε ἄλλης τινὸς ἐντολῆς τήρησιν, οὔτε αὐτὴν

---

coram Deo esse reddituram. Atque unaquaeque ex conventus numero a praefecta petat non quod gratum est et suave, sed quod est perutile et conducibile, nihilque de iis, quae iubentur, inquirat (eiusmodi enim consuetudo exercitatio est et gradus ad rebellionem); sed quemadmodum sine ullo examine recipimus Domini praecepta, scientes omnem Scripturam divinitus inspiratam esse et utilem, ita et sorores iussa antistitae citra disceptationem excipiant, omne consilium sibi ab ea datum alacri animo, non ex tristitia aut necessitate, exsequentes, ut ipsarum oboedientia mercedem consequatur. Ceterum non tantummodo oboediant, cum docentur, quae ad disciplinae severitatem pertinent, sed etiamsi forte ieiunium prohibuerit magistra, aut ad eum qui vires reficere ac reparare possit cibum sumendum adhortetur, aut etiam aliquid aliud levamini afferendo opportunum necessitate exigente praescripserit, perficiant omnia aequaliter, et quidquid ab illa dicitur, legem esse sibi persuadeant.

267 2. 1. Haec est vitii definitio: facultatum, quae ad bonum perficiendum nobis a Deo datae sunt, usus malus et a Domini praeceptis alienus; quemadmodum contra virtutis, quam Deus requirit, usus earumdem ex bona conscientia proficiscens secundum Domini mandatum.

268 5, 1. Illud certe sciendum est, nos non posse aliud quodvis mandatum servare, neque Deum aut proximum diligere, si huc

---

267. MG 31, 909 B. 268. MG 31, 920 B.

τὴν πρὸς Θεὸν ἀγάπην, οὔτε τὴν πρὸς τοὺς πλησίον δυνάμεθα κατορθῶσαι, ἄλλοτε περὶ ἄλλα ταῖς διανοίαις ἀποπλανώμενοι. Οὔτε γὰρ τέχνην ἢ ἐπιστήμην ἀκριβῶσαι δυνατόν, ἄλλοτε ἐπ' ἄλλην μεταβαίνοντα· μήτε μὴν μιᾶς περιγενέσθαι, μὴ τὰ οἰκεῖα τοῦ τέλους γνωρίσαντα. Δεῖ γὰρ ἀκολούθους εἶναι τῷ σκοπῷ τὰς πράξεις, ὡς οὐδενὸς τῶν κατὰ λόγον διὰ τῶν ἀνοικείων κατορθουμένου. Ἐπεὶ οὔτε τὸ χαλκευτικῆς τέλος διὰ τῶν ἔργων τῆς κεραμείας περιγενέσθαι πέφυκεν, οὔτε ἀθλητικοὶ στέφανοι ἐκ τῆς περὶ τὸ αὐλεῖν σπουδῆς κατορθοῦνται· ἀλλὰ ἑκάστῳ τέλει οἰκεῖος ὁ πόνος καὶ συναρμόζων ἐπιζητεῖται. Ὥστε καὶ ἡ ἄσκησις τῆς κατὰ τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ πρὸς Θεὸν εὐαρεστήσεως ἐν τῇ ἀναχωρήσει τῶν μεριμνῶν τοῦ κόσμου καὶ τῇ παντελεῖ ἀλλοτριώσει τῶν περισπασμῶν ἡμῖν κατορθοῦται.

Agere in praesentia Dei. — 5, 3. Πᾶσαν ἐνέργειαν, ὡς ὑπὸ 269
ταῖς ὄψεσι τοῦ Κυρίου γινομένην, καὶ πᾶσαν ἔννοιαν, ὡς παρ' αὐτοῦ ἐποπτευομένην, ἐπιτελεῖν χρή.... Οἶμαι δὲ τούτῳ συγκατορθοῦσθαι καὶ τὸ μηδὲ αὐτὰς τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου πρὸς ἀνθρωπαρέσκειαν γίνεσθαι. Οὐδεὶς γὰρ ἐν πληροφορίᾳ τῆς παρουσίας τοῦ κρείττονος πρὸς τὸν ἐλάττονα ἐπιστρέφεται· ἀλλά, κἂν συμβῇ τὸ γινόμενον τῷ μὲν ἐνδοξοτέρῳ προσώπῳ ἀπόδεκτον καὶ εὐάρεστον εἶναι, τῷ δὲ ὑποδεεστέρῳ ἀβούλητον καὶ ψεκτὸν καταφαίνεσθαι, πλείονος ἀξίαν τιθέμενος τὴν τοῦ ὑπερέχοντος ἀποδοχήν, καταφρονεῖ τῆς τοῦ ἐλάττονος μέμψεως. Εἰ δὲ ἐπ' ἀνθρώπων οὕτως, ἥ γε ὡς ἀληθῶς νήφουσα καὶ ὑγιαίνουσα ψυχὴ ἐν πληροφορίᾳ τῆς τοῦ Θεοῦ παρουσίας, ποτὲ ἀφεμένη

---

et illuc mente divagemur. Neque enim artem aut scientiam probe callere potest, qui ab alia ad aliam transit; neque unam etiam comparare, qui ea, quae propria finis sunt, ignorat. Par namque est actiones ad scopum et finem quadrare, siquidem nihil, quod rectum sit, via inepta et incongruenti peragitur. Nam neque artis aerariae finis per figlinae opera acquiri solet, neque per sedulum tibiae cantum parantur athleticae coronae, sed unicuique fini peculiaris ac idoneus labor requiritur. Quare exercitatio etiam, quae fit iuxta Christi evangelium ad placendum Deo, in eo posita est, si curis mundi amandatis, omnem mentis avocationem propellamus.

5, 3. Omnia facere debemus, ut fieri decet quae in oculis Domini 269
efficiuntur, et omnia cogitare, ut cogitari decet quae ab ipso cernuntur.... Puto autem una cum hoc etiam illud contingere, ut ne ipsa quidem Domini mandata conficiantur ad captandam hominum benevolentiam. Nemo est enim, qui se ad inferiorem convertat, si persuasum habeat adesse praestantiorem. Quin potius si contigerit, ut quae fiunt cuipiam homini clariori et illustriori grata sint et accepta, alteri vero viliori invisa et reprehensione digna videantur; contempta hac inferioris reprehensione, pluris facit praestantioris approbationem. Quod si inter homines res ita se habeant, quaenam, quaeso, anima vere prudens et sana, quae Deum praesentem esse

---

269. MG 31, 924 B.

τοῦ πρὸς εὐαρέστησιν Θεοῦ ποιεῖν τι, πρὸς τὰς παρὰ τῶν ἀνθρώπων δόξας ἐπιστραφήσεται, ποτὲ δὲ ἀμελήσασα τῶν τοῦ Θεοῦ προσταγμάτων; ἀνθρωπίνῳ ἔθει δουλεύσει, ἢ ὑπὸ κοινῆς προλήψεως κρατηθήσεται, ἢ καὶ ὑπὸ ἀξιωμάτων δυσωπηθήσεται;

270 *Abnegatio et solitudo.* — 6, 1. Χρὴ γὰρ ἡμᾶς, ἀπαρνησαμένους ἑαυτοὺς καὶ ἄραντας τὸν σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ, οὕτως ἀκολουθεῖν αὐτῷ. Ἄρνησις δέ ἐστιν ἑαυτοῦ ἡ παντελὴς τῶν παρελθόντων λήθη καὶ ἡ τῶν θελημάτων ἑαυτοῦ ἀναχώρησις, ἣν ἐν τῇ ἀδιαφόρῳ συνηθείᾳ ζῶντα κατορθῶσαι δυσκολώτατον, ἵνα μὴ λέγω, ὅτι παντελῶς ἀνεπίδεκτον. Ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ ἆραι τὸν σταυρὸν ἑαυτοῦ καὶ ἀκολουθεῖν τῷ Χριστῷ ἐμπόδιόν ἐστιν ἡ πρὸς τὸν τοιοῦτον βίον ἐπιμιξία. Ἡ γὰρ ἑτοιμασία πρὸς τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ θάνατον, καὶ ἡ νέκρωσις τῶν μελῶν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τὸ παρατεταγμένως πρὸς πάντα κίνδυνον τὸν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ ἐπερχόμενον ἡμῖν διακεῖσθαι, καὶ τὸ ἀπροσπαθῶς ἔχειν πρὸς τὴν παροῦσαν ζωήν, τοῦτό ἐστιν ἆραι τὸν σταυρὸν ἑαυτοῦ· πρὸς ὃ μεγάλα ὁρῶμεν τὰ ἐμπόδια ὑπὸ τῆς τοῦ κοινοῦ βίου συνηθείας ἡμῖν ἐγγινόμενα.

271 *Vita communis solitudine melior.* — 7, 1. Πρὸς πολλὰ χρησιμωτέραν καταμανθάνω τὴν ἐπὶ τὸ αὐτὸ τῶν πλειόνων διαγωγήν. Πρῶτον μέν, ὅτι οὐδὲ πρὸς τὰς τοῦ σώματος χρείας ἕκαστος ἡμῶν ἑαυτῷ αὐτάρκης, ἀλλ' ἐν τῷ πορισμῷ τῶν ἀναγκαίων ἀλλήλων χρῄζομεν ..., τοῦ δημιουργοῦ Θεοῦ ὁρίσαντος χρῄζειν ἡμᾶς ἀλλήλων, καθὼς γέγραπται, ἵνα καὶ συναπτώμεθα ἀλλήλοις [cf. Eccli 13, 20]. Ἄνευ δὲ τούτου καὶ ὁ τῆς ἀγάπης

sibi penitus persuaserit, iis omissis, quibus Deo placere possit, modo se ad aucupandam humanam gloriam conversura est, modo vero neglectis Dei mandatis, inserviet humanae consuetudini, aut a communi et anticipata opinione vincetur, aut flectetur a dignitatibus?

270 6, 1. Nos enim oportet, si nosmetipsos abnegemus et crucem Christi tollamus, sic ipsum sequi. Abnegare autem semetipsum est praeteritorum prorsus oblivisci atque a voluntatibus suis secedere; quem secessum in promiscua hominum consuetudine servare difficillimum fuerit, ne dicam viribus omnino impar. Atque etiam ne quis tollat crucem suam Christumque sequatur, impedimento est eiusmodi vitae societas. Nam praeparare se ad mortem pro Christo perferendam, mortificare membra, quae sunt super terram, accingi quasi in instructa acie ad periculum omne subeundum, quod nobis pro Christi nomine impendeat, vitaque praesenti non affici: hoc est crucem suam tollere; ad quod magna nobis impedimenta a communi vitae consuetudine accedere videmus.

271 7, 1. Vitam, quae simul cum pluribus agitur, ad multa utiliorem esse scio. Ac primum quidem, quod nemo nostrum sit, qui sibi ipsi sufficiat ad sublevandas corporis necessitates, sed in comparandis rebus necessariis alter alterius opera indigeamus ..., siquidem opifex Deus nos alterum alterius ope egere decrevit, sicut scriptum est, ut sic inter nos coniungamur. Sed praeterea diligendi

270. MG 31, 925 C. 271. MG 31, 928 C.

τοῦ Χριστοῦ λόγος οὐκ ἐπιτρέπει τὸ ἴδιον σκοπεῖν ἕκαστον. «Ἡ ἀγάπη» γάρ, φησίν, «οὐ ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς» [1 Cor 13, 5]. Ὁ δὲ ἀφιδιαστικὸς βίος ἕνα σκοπὸν ἔχει, τὴν οἰκείαν ἑκάστου τῶν χρειῶν θεραπείαν.

7, 4. Ἐν τίνι γὰρ τὴν ταπεινοφροσύνην ἐπιδείξεται μηδένα 272
ἔχων, οὗ ταπεινότερον ἑαυτὸν ἀποδείξει; Ἐν τίνι τὴν εὐσπλαγχνίαν, ἀποτετμημένος τῆς κοινωνίας τῶν πλειόνων; Πρὸς μακροθυμίαν δὲ πῶς ἑαυτὸν γυμνάσει, μηδενὸς ἀνθισταμένου αὐτοῦ τοῖς θελήμασιν; Εἰ δέ τις λέγει ἀρκεῖσθαι τῇ τῶν θείων Γραφῶν διδασκαλίᾳ πρὸς τὴν κατόρθωσιν τῶν ἠθῶν, ὅμοιον ποιεῖ τῷ μανθάνοντι μὲν τεκταίνειν, μηδέποτε δὲ τεκταίνοντι, καὶ διδασκομένῳ μὲν χαλκευτικήν, εἰς ἔργον δὲ προάγειν τὰ διδάγματα μὴ αἱρουμένῳ. Πρὸς ὃν εἴποι ἂν ὁ ἀπόστολος· «Οὐχ οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου δίκαιοι παρὰ τῷ Θεῷ, ἀλλ' οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιωθήσονται» [Rom 2, 13]. Ἰδοὺ γὰρ ὁ Κύριος δι' ὑπερβολὴν φιλανθρωπίας οὐκ ἠρκέσθη τῇ ἐκ τοῦ λόγου διδασκαλίᾳ μόνον, ἀλλ' ὥστε ἀκριβῶς καὶ ἐναργῶς ἡμῖν παραδοῦναι τὸ ὑπόδειγμα τῆς ταπεινοφροσύνης ἐν τῇ τελειότητι τῆς ἀγάπης, αὐτὸς περιζωσάμενος ἔνιψε τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν. Τίνα οὖν ἀπονίψεις; τίνα θεραπεύσεις; τίνος ἔσχατος ἔσῃ, αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν διάγων; Τὸ δὲ καλὸν καὶ τερπνόν, ἡ τῶν ἀδελφῶν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατοίκησις, ἣν μύρῳ τῆς τοῦ ἀρχιερέως κεφαλῆς ἀποπνέοντι τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον παρεικάζει [cf. Ps 132, 1 sq], πῶς ἐν τῇ καταμόνας οἰκήσει συμπληρωθήσεται; Στάδιον οὖν ἀθλήσεως,

Christi ratio et modus unumquemque quod proprium sibi fuerit spectare non sinit. *Caritas* enim, inquit, ***non quaerit quae sua sunt.*** Vita autem solitaria et seorsum a ceteris omnibus acta scopum unicum habet, ut suis quisque utilitatibus inserviat.

7, 4. In quo enim humilitatem ostendit, qui neminem habet, 272
quo seipsum declaret humiliorem? In quo commiserationem, amputata et abscissa plurium societate? Quomodo autem exercebit se ad patientiam, nemine voluntatibus ipsius obsistente? Quod si quispiam dicat Scripturarum doctrinam satis sibi esse ad mores emendandos, perinde facit atque is, qui discit quidem aedificare, nec umquam tamen aedificat, aut eodem modo atque is, qui edoctus est artem aerariam, sed qui data sibi documenta ad actum redigere non vult. Ad quem apostolus possit dicere: ***Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur.*** Ecce enim Dominus ob benignitatis suae magnitudinem non sola doctrina, quae in verbis sita est, contentus fuit; sed ut expresse evidenterque in dilectionis perfectione nobis traderet humilitatis exemplum, cinxit se ipse et discipulorum pedes lavit. Quem igitur tu lavabis? in quem officiosus eris? prae quo futurus es ultimus, si ipse tecum solus degas? Bonum autem et iucundum illud, fratrum videlicet eodem in loco habitatio, quam unguento odorem ex summi pontificis capite emittenti Spiritus Sanctus comparat, qua tandem ratione in solitaria habitatione implebitur? Itaque certaminis stadium, et

272. MG 31, 933 A.

καὶ προκοπῆς εὐοδία, καὶ διηνεκὴς γυμνασία, καὶ μελέτη τῶν τοῦ Κυρίου ἐντολῶν, καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατοίκησίς ἐστι τῶν ἀδελφῶν.

273 *Silentium.* — 13. Ἀγαθὸν δὲ τοῖς εἰσαγομένοις καὶ τὸ διὰ σιωπῆς γυμνάσιον. Ὁμοῦ τε γὰρ ἀπόδειξιν τῆς ἐγκρατείας ἱκανὴν παρέξονται, γλώσσης κρατοῦντες, καὶ ἐν ἡσυχίᾳ συντόνως καὶ ἀμετεωρίστως μαθήσονται παρὰ τῶν ἐπιστημόνως κεχρημένων τῷ λόγῳ, πῶς δεῖ καὶ ἐρωτᾶν καὶ ἑνὶ ἑκάστῳ ἀποκρίνεσθαι. Ἔστι γὰρ καὶ τόνος φωνῆς, καὶ συμμετρία λόγου, καὶ καιροῦ ἐπιτηδειότης, καὶ ῥημάτων ἰδιότης, οἰκεία καὶ διαφέρουσα τοῖς εὐσεβέσιν, ἣν οὐχ οἷόν τε διδαχθῆναι, μὴ τὰ ἐκ τῆς συνηθείας ἀπομαθόντα, τῆς σιωπῆς ὁμοῦ τε λήθην τῶν προτέρων διὰ τῆς ἀργίας ἐμποιούσης, καὶ σχολὴν πρὸς τὴν τῶν ἀγαθῶν μάθησιν παρεχομένης. Ὥστε, ἐὰν μή τις ἢ οἰκεία χρεία πρός τε τὴν ἐπιμέλειαν τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς, καὶ πρὸς τὴν ἀπαραίτητον τοῦ ἐν χερσὶν ἔργου ἀνάγκην, ἢ ἐπερώτημά τι τοιοῦτον προσαγόμενον κατεπείγῃ, ἐν σιωπῇ διάγειν, ἐκτὸς δηλονότι ψαλμῳδίας.

274 *Temperantiae modus.* — 19, 1. Ἐπὶ μὲν τῶν τῆς ψυχῆς παθῶν ἓν μέτρον ἐγκρατείας, ἡ παντελὴς ἀπαλλοτρίωσις τῶν πρὸς τὴν ὀλεθρίαν ἡδονὴν φερόντων· ἐπὶ δὲ τῶν βρωμάτων, ὥσπερ αἱ χρεῖαι ἄλλαι ἄλλων εἰσί, κατά τε ἡλικίας καὶ ἐπιτηδεύματα, καὶ πρὸς τὴν τοῦ σώματος ἕξιν οἰκείως διαιρούμεναι, οὕτω δὴ καὶ τὸ μέτρον τῆς χρήσεως διάφορον καὶ ὁ τρόπος. Ὥστε ἑνὶ μὲν κανόνι πάντας περιλαμβάνεσθαι τοὺς ἐν τῇ γυμνασίᾳ τῆς

---

expedita proficiendi via, et perpetuum exercitium, et mandatorum Domini meditatio, fratrum est eodem in loco habitatio.

273 13. Atqui novitiis utilis est etiam silentii exercitatio. Etenim si linguam doment, simul et daturi sunt magnum continentiae argumentum, et in silentio studiosissime atque attentissime discent ab iis qui scienter sermone utuntur, quando et interrogare et unicuique respondere oporteat. Est enim et vocis contentio, et sermonis modus, et opportunitas temporis, et verborum proprietas, quae pietatis cultoribus propria sit et peculiaris, quam fieri non potest ut discat, qui consueta non dedidicerit. Silentium autem simul et priorum oblivionem ex intermissione parit, et otium ad discenda bona suppeditat. Quamobrem, nisi aut peculiare aliquod negotium, et ad animae suae curam, et ad inevitabilem operis alicuius, quod in manibus sit, necessitatem pertinens, aut instituta quaestio aliqua urgeat, in silentio degendum est, excepta videlicet psalmorum modulatione.

274 19, 1. In animi quidem vitiis unus est continentiae modus, integra scilicet a rebus ad perniciosam voluptatem ferentibus alienatio; in cibis autem, quemadmodum alii aliis sunt necessarii, suntque et pro aetate et pro vitae instituto et pro corporis habitudine convenienter distincti, ita quoque illis utendi modus et ratio diversa sunt. Quo fit, ut regula una omnes pietatis exercitatores comprehendi non possint; iis autem, qui rebus administrandis fuerunt

---

273. MG 31, 949 B. 274. MG 31, 968 A.

εὐσεβείας ἀδύνατον· ἀφορίσαντες δὲ τὸ περὶ τοὺς ὑγιαίνοντας τῶν ἀσκουμένων μέτρον, ἀπὸ τούτου τὴν παραλλαγὴν πρὸς τὰ ἑκάστῳ συμπίπτοντα ἐστοχασμένως γίνεσθαι παρὰ τῶν ἐπιτεταγμένων τὴν οἰκονομίαν ἀφίεμεν. Οὐδὲ γὰρ τὰ καθ' ἕκαστον τῷ λόγῳ περιλαμβάνειν δυνατόν, ἀλλ' ὅσα τῆς κοινῆς καὶ καθόλου διδασκαλίας ἤρτηται. Τὴν γὰρ τῶν ἀῤῥώστων παραμυθίαν ἐκ τῶν βρωμάτων, ἢ τὴν τοῦ ἄλλως κεκμηκότος ἐπὶ συντόνοις ἔργοις, ἢ καὶ τὴν τοῦ παρασκευαζομένου πρὸς κάματον, οἷον ὁδοιπορίας ἤ τινος ἄλλου τῶν ἐπιπόνων, οἱ ἐφεστῶτες πρὸς λόγον ἀεὶ τῆς χρείας οἰκονομήσουσιν, ἑπόμενοι τῷ εἰπόντι, ὅτι· «Διεδίδοτο ἑκάστῳ, καθότι ἄν τις χρείαν εἶχεν» [Act 2, 45]. Οὔτε οὖν καιρὸν τροφῆς τὸν αὐτὸν πᾶσι νομοθετῆσαι δυνατόν, οὔτε τὸν τρόπον, οὔτε τὸ μέτρον· ἀλλὰ σκοπὸς μὲν κοινὸς ἔστω ἡ τῆς χρείας ἐκπλήρωσις.... Οὐ μὴν οὐδὲ τὸ ἡδὺ τέλος ποιεῖσθαι τῆς βρώσεως χρή, ἀλλὰ τὴν πρὸς τὸ ζῆν χρείαν, παραιτουμένους τῆς ἡδονῆς τὸ ἀκόλαστον.

Omnia secreta cordis praeposito aperienda. — 26. Δεῖ δὲ 275
καὶ τῶν ὑποτεταγμένων ἕκαστον, εἴ γε μέλλοι ἀξιόλογον προκοπὴν ἐπιδείκνυσθαι, καὶ ἐν ἕξει τῆς κατὰ τὰ προστάγματα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ζωῆς γενέσθαι, μηδὲν μὲν ψυχῆς κίνημα ἀπόκρυφον φυλάσσειν παρ' ἑαυτῷ, μηδένα δὲ λόγον ἀβασανίστως προΐεσθαι, ἀλλ' ἀπογυμνοῦν τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας τοῖς πεπιστευμένοις τῶν ἀδελφῶν εὐσπλάγχνως καὶ συμπαθῶς ἐπιμελεῖσθαι τῶν ἀσθενούντων. Οὕτω γὰρ τὸ μὲν ἐπαινετὸν βεβαιοῦται, τὸ δὲ ἀδόκιμον τῆς προσηκούσης θεραπείας ἀξιω-

---

praefecti, permittimus, ut habita ratione eorum, quae cuique accidunt, mensuram pro ascetis sanis a nobis statutam prudenter immutent. Neque enim omnia sigillatim oratio complecti potest, sed ea solum, quae a communi et generali doctrina dependent. Praefecti enim danda aegrotis per cibos solatia, aut levamentum eius, qui ceteroquin defatigatus fuerit propter operum assiduitatem, aut etiam levamen illius, qui exempli gratia ad itineris aut arduae cuiusvis alterius rei laborem accingitur, pro necessitatis ratione semper praescribent, sequenturque eum, qui dicit: *Dividebatur singulis, prout cuique opus erat.* Neque igitur idem sumendi cibi tempus, neque modus, neque mensura omnibus sanciri potest; sed sit is scopus communis, ut fiat satis necessitati.... Neque vero esus iucunditas finis loco habenda est, sed usus ad vitam necessarius, vitata voluptatis intemperantia atque protervitate.

26. Unusquisque autem eorum, qui subditi sunt, si modo pro- 275
fectum eximium velit facere, et in eius vitae, quae ex Domini nostri Iesu Christi praeceptis transigitur, firmo et stabili statu versari, debet neque motum ullum animae occultum apud seipsum servare, neque verbum ullum inconsiderate proferre, sed hisce fratribus, qui infirmis benigne et humane curandis praefecti sunt, cordis arcana aperire. Ita enim quod laudabile est, stabilitur, quod vero

---

275. MG 31, 985 C.

θήσεται· ἔκ τε τῆς τοιαύτης συνασκήσεως διὰ τῆς κατὰ μικρὸν προσθήκης ἡ τελείωσις ἡμῖν προσγενήσεται.

276 *Officium*. — 37, 3. Οὐ μὴν ἐπειδὴ ἡ ἐν παντὶ καιρῷ εὐχαριστία καὶ νόμῳ προστέτακται, καὶ ἀναγκαία ἡμῶν τῇ ζωῇ δέδεικται κατά τε φύσιν καὶ λόγον, παροράσθαι δεῖ τοὺς διατετυπωμένους καιροὺς τῶν προσευχῶν ἐν ταῖς ἀδελφότησιν, οὓς ἀναγκαίως ἐξελεξάμεθα, ἑκάστου ἰδίαν τινὰ ὑπόμνησιν τῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ ἀγαθῶν ἔχοντος· τὸν μὲν ὄρθρον, ὥστε τὰ πρῶτα κινήματα τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ νοῦ ἀναθήματα εἶναι Θεοῦ, καὶ μηδὲν ἕτερον ἀναλαμβάνειν εἰς φροντίδα, πρὶν ἢ τῇ παρὰ Θεοῦ ἐννοίᾳ ἐνευφρανθῆναι, καθὼς γέγραπται· «Ἐμνήσθην τοῦ Θεοῦ, καὶ ηὐφράνθην» [Ps 76, 4]· μηδὲ σῶμα κινῆσαι πρὸς ἐργασίαν, πρὶν ποιῆσαι τὸ εἰρημένον, ὅτι· «Πρὸς σὲ προσεύξομαι, Κύριε, καὶ τὸ πρωὶ εἰσακούσῃ τῆς φωνῆς μου· τὸ πρωὶ παραστήσομαί σοι, καὶ ἐπόψομαι» [Ps 5, 4 sq]. Πάλιν δὲ κατὰ τὴν τρίτην ὥραν εἰς τὴν προσευχὴν ἀνίστασθαι καὶ ἐπισυνάγειν τὴν ἀδελφότητα, κἂν τύχωσιν ἄλλοι πρὸς ἄλλα ἔργα μεμερισμένοι· καὶ ὑπομνησθέντας τῆς τοῦ Πνεύματος δωρεᾶς, τῆς κατὰ τὴν τρίτην ὥραν τοῖς ἀποστόλοις δεδομένης, προσκυνῆσαι πάντας ὁμοθυμαδόν, εἰς τὸ ἀξίους γενέσθαι καὶ αὐτοὺς τῆς ὑποδοχῆς τοῦ ἁγιασμοῦ, καὶ αἰτοῦντας τὴν παρ' αὐτοῦ ὁδηγίαν καὶ διδασκαλίαν πρὸς τὸ συμφέρον.

277 37, 4. Ἐν δὲ τῇ ἕκτῃ ὥρᾳ κατὰ μίμησιν τῶν ἁγίων ἀναγκαίαν εἶναι τὴν προσευχὴν ἐκρίναμεν τῶν λεγόντων· «Ἑσπέρας καὶ

---

reprobum, congruenti remedio sanabitur; atque per mutuum huiusmodi exercitium perfectio a nobis comparabitur, facta paulatim accessione.

276 37, 3. Neque vero, quoniam gratiarum actio lege etiam praecepta est omni tempore, eamque vitae nostrae necessariam esse et ex natura et ex ratione commonstratum est, idcirco oportet precationum tempora in fratrum conventibus constituta neglegere, quae necessario delegimus, quod eorum quodlibet accepta a Deo beneficia singulari quodam modo in memoriam revocet: matutinum quidem, ut animi ac mentis nostrae primi motus Deo consecrentur, et nihil aliud prius curandum suscipiamus, quam exhilarati fuerimus Dei cogitatione, sicut scriptum est: *Memor fui Dei, et delectatus sum;* neque corpus ante admoveatur operi, quam effecerimus, quod dictum est: *Ad te orabo, Domine; mane exaudies vocem meam. Mane adstabo tibi, et videbo.* Rursus vero tertia hora surgatur ad precandum fratresque convocentur, etiamsi divisi alii aliis operibus fuerint occupati; et ita Spiritus donum circa tertiam horam apostolis collatum in memoriam redigentes, omnes uno eodemque animo illum venerentur, ut ipsi quoque fiant digni, quibus sanctitas conferatur, simulque petant, ut dux sit itineris ac ea, quae utilia sunt, edoceat.

277 37, 4. Sexta quoque hora necessariam esse precationem sanctorum exemplo iudicavimus, qui dicunt: *Vespere et mane et meridie*

276. MG 31, 1013 A. 277. MG 31, 1013 C.

πρωὶ καὶ μεσημβρίας διηγήσομαι καὶ ἀπαγγελῶ, καὶ εἰσακούσεται τῆς φωνῆς μου» [Ps 54, 18]· καὶ ὥστε ῥυσθῆναι ἀπὸ συμπτώματος καὶ δαιμονίου μεσημβρινοῦ [cf. Ps 90, 6] ἅμα καὶ τοῦ ψαλμοῦ τοῦ ἐνενηκοστοῦ λεγομένου. Ἡ δὲ ἐννάτη παρ' αὐτῶν ἡμῖν τῶν ἀποστόλων ἐν ταῖς Πράξεσιν ἀναγκαία εἰς προσευχὴν παραδέδοται ἱστορούσαις, ὅτι Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἀνέβαινον εἰς τὸ ἱερὸν «ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς τὴν ἐννάτην» [Act 3, 1]. Συμπληρωθείσης δὲ τῆς ἡμέρας, ἡ εὐχαριστία περὶ τῶν ἐν αὐτῇ δεδομένων ἡμῖν ἢ κατωρθωμένων ἡμῖν, καὶ τῶν παρεθέντων ἡ ἐξαγόρευσις, εἴτε ἑκούσιον, εἴτε ἀκούσιον, εἴτε που καὶ λανθάνον πλημμέλημα γέγονεν, ἢ ἐν ῥήμασιν, ἢ ἐν ἔργοις, ἢ κατ' αὐτὴν τὴν καρδίαν, περὶ πάντων ἐξιλεουμένων ἡμῶν διὰ τῆς προσευχῆς τὸν Θεόν.

37, 5. Καὶ πάλιν, τῆς νυκτὸς ἀρχομένης, ἡ αἴτησις τοῦ 278
ἀπρόσκοπον ἡμῖν καὶ φαντασιῶν ἐλευθέραν ὑπάρξαι τὴν ἀνάπαυσιν, λεγομένου καὶ ἐν ταύτῃ τῇ ὥρᾳ ἀναγκαίως τοῦ ἐνενηκοστοῦ ψαλμοῦ. Τὸ δὲ μεσονύκτιον Παῦλος καὶ Σίλας ἡμῖν ἀναγκαῖον εἰς προσευχὴν παραδεδώκασιν, ὡς ἡ τῶν Πράξεων ἱστορία παρίστησι, λέγουσα· «Κατὰ δὲ τὸ μεσονύκτιον Παῦλος καὶ Σίλας ὕμνουν τὸν Θεόν» [Act 16, 25]· καὶ ὁ ψαλμῳδὸς λέγων· «Μεσονύκτιον ἐξεγειρόμην τοῦ ἐξομολογεῖσθαί σοι ἐπὶ τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου» [Ps 118, 62]. Καὶ πάλιν χρὴ προφθάσαντας τὸν ὄρθρον εἰς τὴν προσευχὴν διανίστασθαι, ὡς μὴ ἐν ὕπνῳ καὶ κοίτῃ ὑπὸ τῆς ἡμέρας καταληφθῆναι κατὰ τὸν εἰπόντα· «Προέφθασαν οἱ ὀφθαλμοί μου πρὸς ὄρθρον τοῦ με-

---

narrabo et annuntiabo, et exaudiet vocem meam; et ut liberemur ab incursu et daemonio meridiano, etiam eodem tempore recitetur nonagesimus psalmus. Nonam autem horam ad orandum necessariam esse apostoli ipsi nobis prodidere in Actis, in quibus narrantur Petrus et Ioannes ascendisse in templum *ad horam orationis nonam.* Iam completa die, de iis, quae in ipsa data sunt nobis aut recte a nobis gesta sunt, persolvantur gratiae, itemque ea, quae praetermissa sunt, confiteamur; quippe sive voluntarium, sive non voluntarium, sive etiam latens peccatum admissum est, aut in verbis, aut in factis, aut in ipso corde, Deum de his omnibus per preces placamus.

37, 5. Ac rursus, nocte incipiente, petendum est, ut inoffensa et 278
a visis libera requie fruamur; qua hora etiam nonagesimus psalmus necessario dicatur. Mediam autem noctem nobis ad orandum necessariam esse tradiderunt Paulus et Silas, quemadmodum Actorum historia declarat his verbis: *Media autem nocte Paulus et Silas laudabant Deum;* et psalmista, cum ait: *Media nocte surgebam ad confitendum tibi, super iudicia iustitiae tuae.* Et rursus antevertere diluculum par est et ad precationem exsurgere, ne in somno ac cubili a die deprehendamur, iuxta eum, qui dixit: *Praevenerunt*

278. MG 31, 1016 B.

λετῷν τὰ λόγιά σου» [Ps 118, 148]. Ὧν οὐδένα χρὴ καιρὸν τοῖς ἐπιτετηρημένως εἰς δόξαν Θεοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ προαιρουμένοις ζῆν παροράσθαι.

Regulae brevius tractatae, post 370.

279 *Unde mentis evagatio.* — Resp. ad interr. 21. Γίνεται ὁ μετεωρισμὸς ἀπὸ ἀργίας τοῦ νοῦ μὴ ἀσχολουμένου περὶ τὰ ἀναγκαῖα. Ἀργεῖ δὲ ὁ νοῦς καὶ ἀμεριμνεῖ ἐξ ἀπιστίας τοῦ παρεῖναι τὸν Θεόν, ἐτάζοντα καρδίας καὶ νεφρούς. Εἰ γὰρ τοῦτο ἐπίστευε, πάντως ἐποίει τὸ εἰρημένον· «Προωρώμην τὸν Κύριον ἐνώπιόν μου διαπαντός, ὅτι ἐκ δεξιῶν μού ἐστιν, ἵνα μὴ σαλευθῶ» [Ps 15, 8]. Ὁ δὲ τοῦτο καὶ τὰ ὅμοια τούτῳ κατορθῶν, οὔτε τολμήσει ποτέ, οὔτε ἕξει σχολὴν διαλογίσασθαί τι τῶν μὴ πρὸς οἰκοδομὴν τῆς πίστεως οἰκονομουμένων, κἂν ἀγαθὸν εἶναι δοκῇ, οὐχ ὅτι γε τῶν ἀπηγορευμένων καὶ μὴ ἀρεσκόντων Θεῷ.

280 *Attentio in oratione.* — Interr. 201. Πῶς κατορθοῖ τις ἐν τῇ προσευχῇ τὸ ἀμετεώριστον. Resp. Πληροφορηθεὶς πρὸ ὀφθαλμῶν εἶναι τὸν Θεόν. Εἰ γὰρ ἄρχοντά τις ἢ προεστῶτα θεωρῶν καὶ διαλεγόμενος αὐτῷ ἀμετεώριστον ἔχει τὸ ὄμμα, πόσῳ μᾶλλον ὁ προσευχόμενος τῷ Θεῷ ἀμετεώριστον ἕξει τὸν νοῦν ἀπὸ τοῦ ἐτάζοντος καρδίας καὶ νεφρούς, πληρῶν τὸ γεγραμμένον· «Ἐπαίροντας ὁσίους χεῖρας, χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμῶν» [1 Tim 2, 8].

281 Interr. 202. Εἰ δυνατὸν κατορθῶσαι τὸ ἐν παντὶ καὶ πάντοτε ἀμετεώριστον, καὶ πῶς κατορθοῖ τις. Resp. Ὅτι δυνατόν, ἔδειξεν

---

oculi mei diluculum, ut meditarer eloquia tua. Ex quibus temporibus nullum est neglegendum ab iis, qui diligenter ad Dei et Christi ipsius gloriam vivere instituerunt.

279 21. Evagatur animus, ubi iners est nec in rebus necessariis occupatur. Iners autem ex eo efficitur mens et plus iusto secura, quod Deum adesse non credat, corda et renes scrutantem. Si enim hoc crederet, perageret prorsus, quod dictum est: *Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commovear.* Qui autem hoc, et quae huic similia sunt, facit, neque audebit umquam neque ei licebit per otium quidquam cogitare eorum, quae minime dirigantur ad fidei aedificationem, etiamsi bonum esse videtur, nedum eorum, quae prohibita sunt et Deo non placent.

280 201. Quomodo quis attentionem in precando assequetur. Si ei persuasum sit, Deum sibi ob oculos esse. Si quis enim principem aut praepositum intuens et cum eo loquens oculos intentos habet, quanto magis, qui Deum precatur, intentam mentem habebit in eum, qui scrutatur corda et renes, facturus quod scriptum est: *Levantes puras manus, sine ira et disceptationibus.*

281 202. An fieri possit, ut in omnibus et semper attentio acquiratur, et quo pacto eam possit quis assequi. Fieri id posse ostendit, qui

---

279. MG 31, 1097 B. 280. MG 31, 1216 C.
281. MG 31, 1216 D.

ὁ εἰπών· «Οἱ ὀφθαλμοί μου διαπαντὸς πρὸς τὸν Κύριον» [Ps 24, 15], καί· «Προωρώμην τὸν Κύριον ἐνώπιόν μου διαπαντός, ὅτι ἐκ δεξιῶν μού ἐστιν, ἵνα μὴ σαλευθῶ» [Ps 15, 8]. Πῶς δὲ δυνατόν, προείρηται· ὅτι ἐν τῷ μὴ διδόναι καιρὸν ἀργίας τῇ ψυχῇ ἀπὸ τῆς περὶ Θεοῦ καὶ τῶν τοῦ Θεοῦ ἔργων τε καὶ δωρεῶν ἐννοίας, καὶ τῆς ὑπὲρ πάντων ἐξομολογήσεως καὶ εὐχαριστίας.

Caritas via excellentior. — Interr. 257. Τίνες εἰσὶν ἄχυρον 282
κατακαιόμενον πυρὶ ἀσβέστῳ [cf. Mt 3, 12]. Resp. Οἱ χρησιμεύοντες μὲν τοῖς ἀξίοις τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, ὡς τὸ ἄχυρον τῷ σίτῳ, μὴ ἐν διαθέσει δὲ τῆς πρὸς Θεὸν ἀγάπης καὶ τῆς πρὸς τὸν πλησίον τοῦτο ποιοῦντες, εἴτε ἐν τοῖς πνευματικοῖς χαρίσμασιν, εἴτε ἐν ταῖς σωματικαῖς εὐεργεσίαις, καὶ οὕτως ἀτελεῖς ἑαυτοὺς ἀφιέντες.

Quid fervor. — Interr. 259. Τίς ἐστιν ὁ ζέων τῷ πνεύματι. 283
Resp. Ὁ διαπύρῳ προθυμίᾳ, καὶ ἀκορέστῳ ἐπιθυμίᾳ, καὶ ἀόκνῳ σπουδῇ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ἐν ἀγάπῃ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν κατὰ τὸ γεγραμμένον· «Ἐν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ θελήσει σφόδρα» [Ps 111, 1].

Attentio in oratione. — Interr. 306. Μετὰ ποίου τρόπου τὸ 284
ἀμετεώριστον κατορθοῦται. Resp. Ἐὰν τὸ τοῦ ἐκλεκτοῦ Δαβὶδ φρόνημά τις ἀναλάβῃ, εἰπόντος, ποτὲ μέν· «Προωρώμην τὸν Κύριον ἐνώπιόν μου διαπαντός, ὅτι ἐκ δεξιῶν μού ἐστιν, ἵνα μὴ σαλευθῶ» [Ps 15, 8]· ποτὲ δέ, ὅτι· «Οἱ ὀφθαλμοί μου διαπαντὸς πρὸς τὸν Κύριον, ὅτι αὐτὸς ἐκσπάσει ἐκ παγίδος τοὺς

---

dixit: *Oculi mei semper ad Dominum*, et: *Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commovear.* Quomodo autem possit illud fieri, dictum est superius: nimirum si facultas non detur animae per tempus, ut intermittat de Deo deque operibus et donis Dei cogitare, et pro omnibus confiteri et gratias persolvere.

257. Qui sint palea, quae inexstincto igne comburitur. Ii ni- 282
mirum, qui utiles quidem sunt iis, qui digni sunt regno caelorum, perinde ut paleae frumento, nec tamen affectu dilectionis erga Deum et proximum hoc faciunt, sive in spiritualibus donis, sive in corporalibus beneficentiis, atque ita imperfectos se esse sinunt.

259. Quis sit fervens spiritu. Qui ferventi animi alacritate, et 283
inexplebili desiderio, et studio impigro facit voluntatem Dei, in caritate Iesu Christi Domini nostri, iuxta id quod scriptum est: *In mandatis eius volet nimis.*

306. Quomodo vitetur mentis aberratio. Nimirum, si quis eam 284
mentem induerit, in qua erat electus ille David, qui modo quidem dicebat: *Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commovear;* modo vero: *Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos;* modo

---

282. MG 31, 1253 C. 283. MG 31, 1256 A.
284. MG 31, 1300 C.

πόδας μου» [Ps 24, 15]· ποτὲ δέ· «Ἰδοὺ ὡς ὀφθαλμοὶ δούλων εἰς χεῖρας τῶν κυρίων αὐτῶν, ὡς ὀφθαλμοὶ παιδίσκης εἰς χεῖρας τῆς κυρίας αὐτῆς, οὕτως οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν πρὸς Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν» [Ps 122, 2]. Καὶ ἵνα τῷ ἐλάττονι παραδείγματι σπουδαιότερον τὰ μείζονα κατορθοῦν φροντίσωμεν, ἕκαστος ἑαυτῷ λογιζέσθω, οἷός ἐστιν ἐνώπιον τῶν παρόντων, κἂν ἰσότιμοι τυγχάνωσι· πῶς τὸ ἀκατάγνωστον ἑαυτῷ σπουδάζει κατορθῶσαι, καὶ ἐν στάσει, καὶ ἐν περιπάτῳ, καὶ ἐν κινήματι παντὸς μέλους, καὶ ἐν φθέγματι. Ὥσπερ δὲ τὰ ἀνθρώποις φανερὰ πρὸς ἀνθρώπους φυλάσσειν σπουδάζομεν, οὕτω καὶ πολὺ πλέον, ἐάν τις τὸν Θεὸν πληροφορηθῇ ἔχειν ἐπόπτην, ἐτάζοντα καρδίας καὶ νεφρούς.

Constitutiones asceticae.

285 *Christus regula omnis perfectionis.* — C. 1, n. 1. Πᾶσα πρᾶξις, ἀγαπητέ, καὶ πᾶς λόγος τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κανών ἐστιν εὐσεβείας τε καὶ ἀρετῆς. Διά τοι τοῦτο καὶ ἐνηνθρώπησεν, ὡς ἐν εἰκόνι διαγράφων ἡμῖν εὐσέβειάν τε καὶ ἀρετήν, ἵνα κατὰ δύναμιν ἕκαστος καὶ ἑκάστη ὁρῶντες ζηλώσωμεν τὸ ἀρχέτυπον. Διὰ γὰρ τοῦτο φορεῖ τὸ ἡμέτερον σῶμα, ἵνα καὶ ἡμεῖς αὐτοῦ τὴν πολιτείαν, ὡς οἷόν τε, μιμησώμεθα. Σὺ τοίνυν, ὅταν ἀκούσῃς λόγον ἢ πρᾶξιν αὐτοῦ, μὴ παρέργως καὶ ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν ἄκουε· ἀλλ' ἔμβαινε εἰς τὸ βάθος τῶν θεωρημάτων· γίνου κοινωνὸς τῶν μυστικῶς παραδεδομένων. Μάρθα μὲν γὰρ τὸν Κύριον ὑποδέχεται, καθέζεται δὲ πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ Μαρία· ἐν δυσὶ δὲ ἀδελφαῖς καλὴ

autem: *Ecce sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum, sicut oculi ancillae in manibus dominae suae, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum.* Atque ut res maiores diligentius peragendas curemus, minore exemplo usi, reputet secum quisque, qualis est coram adstantibus, etiamsi sint aequales; quomodo studeat praestare se inculpatum, tum in stando, tum in ambulando, tum in cuiusque membri motu, tum in dicendo. Quemadmodum autem in iis, quae in hominum conspectum veniunt, decus coram hominibus tenere satagimus, ita quoque, multo magis, si sit alicui persuasum habere se et Deum inspectorem, qui scrutatur corda ac renes.

285 1, 1. Omnis actio, carissime, omnisque sermo Servatoris nostri Iesu Christi pietatis ac virtutis regula est. Quapropter pietate ac virtute nobis veluti in quadam imagine depictis, etiam naturam humanam assumpsit, ut unusquisque et unaquaeque ad id respicientes, pro viribus archetypum ac exemplar imitaremur. Nam eam ob causam corpus nostrum gerit, ut et nos illius vivendi rationem, quoad eius fieri potest, exprimamus. Tu igitur aliquo ipsius aut dicto aut facto auditis, cave oscitanter simpliciterque ac temere audias; sed descende ad imas contemplationes; efficiare eorum, quae mystice tradita sunt, particeps. Martha quidem Dominum excipit, Maria vero ad illius pedes assidet. Bonum est in

285. MG 31, 1325 A.

προθυμία· διάστησον μέντοι τὰ πράγματα. Ἡ μὲν γὰρ Μάρθα διηκόνει παρασκευάζουσα τὰ πρὸς δεξίωσιν τῆς σωματικῆς αὐτοῦ χρείας, ἡ δὲ Μαρία, καθημένη πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ, ἤκουε τῶν λόγων αὐτοῦ.

De Spiritu Sancto, 375.

Coniunctio Spiritus Sancti cum anima. — C. 9, n. 23. 286
Οἰκείωσις δὲ Πνεύματος πρὸς ψυχὴν οὐχ ὁ διὰ τόπου προσεγγισμός (πῶς γὰρ ἂν πλησιάσαις τῷ ἀσωμάτῳ σωματικῶς;), ἀλλ' ὁ χωρισμὸς τῶν παθῶν, ἅπερ, ἀπὸ τῆς πρὸς τὴν σάρκα φιλίας ὕστερον ἐπιγινόμενα τῇ ψυχῇ, τῆς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ οἰκειότητος ἠλλοτρίωσε. Καθαρθέντα δὴ οὖν ἀπὸ τοῦ αἴσχους, ὃ ἀνεμάξατο διὰ τῆς κακίας, καὶ πρὸς τὸ ἐκ φύσεως κάλλος ἐπανελθόντα, καὶ οἷον εἰκόνι βασιλικῇ τὴν ἀρχαίαν μορφὴν διὰ καθαρότητος ἀποδόντα, οὕτως ἐστὶ μόνως προσεγγίσαι τῷ Παρακλήτῳ. Ὁ δ', ὥσπερ ἥλιος, κεκαθαρμένον ὄμμα παραλαβών, δείξει σοι ἐν ἑαυτῷ τὴν εἰκόνα τοῦ ἀοράτου. Ἐν δὲ τῷ μακαρίῳ τῆς εἰκόνος θεάματι τὸ ἄρρητον ὄψει τοῦ ἀρχετύπου κάλλος. Διὰ τούτου καρδιῶν ἀνάβασις, χειραγωγία τῶν ἀσθενούντων, τῶν προκοπτόντων τελείωσις. Τοῦτο, τοῖς ἀπὸ πάσης κηλῖδος κεκαθαρμένοις ἐλλάμπον, τῇ πρὸς ἑαυτὸ κοινωνίᾳ πνευματικοὺς ἀποδείκνυσι. Καὶ ὥσπερ τὰ λαμπρὰ καὶ διαφανῆ τῶν σωμάτων, ἀκτῖνος αὐτοῖς ἐμπεσούσης, αὐτά τε γίνεται περιλαμπῆ, καὶ ἑτέραν αὐγὴν ἀφ' ἑαυτῶν ἀποστίλβει, οὕτως αἱ πνευματοφόροι ψυχαί, ἐλλαμφθεῖσαι παρὰ τοῦ Πνεύματος, αὐταί τε ἀποτελοῦνται

utraque sorore studium; sed tamen distingue res ipsas. Nam Martha, in ministerio occupata, apparabat quae hospitis corpori futura erant necessaria, Maria vero, assidens ad illius pedes, sermones ipsius audiebat.

9, 23. Spiritus autem cum anima coniunctio non fit loci propin- 286
quitate (nam qui fiat, ut ad incorporeum corporaliter accedas?), sed a cupiditatibus recessu, quae post accesserunt animae propter amicitiam erga carnem et a Dei consortio alienarunt. Itaque si quis ab eo, quod vitii labe contraxerat, probro purgetur, atque ad nativam pulchritudinem reversus velut regiae imagini formam veterem per puritatem reddat, hoc uno demum modo potest ad Paracletum appropinquare. Ille autem, veluti sol, purum nactus oculum, ostendet tibi in seipso imaginem illius, qui videri non potest. In beata autem huius imaginis contemplatione videbis ineffabilem archetypi pulchritudinem. Per hunc corda sustolluntur in altum, manu ducuntur infirmi, proficientes perficiuntur. Hic iis, qui ab omni sorde purgati sunt, illucescens, per communionem, quam cum ipso habent, spirituales reddit. Et quemadmodum corpora nitida pellucidaque, contacta radio, fiunt et ipsa supra modum splendida, et alium fulgorem ex sese profundunt, ita animae, quae Spiritum ferunt illustranturque a Spiritu, fiunt et ipsae spirituales, et in alios

286. MG 32, 109 A.

πνευματικαί, καὶ εἰς ἑτέρους τὴν χάριν ἐξαποστέλλουσιν. Ἐντεῦθεν μελλόντων πρόγνωσις, μυστηρίων σύνεσις, κεκρυμμένων κατάληψις, χαρισμάτων διανομαί, τὸ οὐράνιον πολίτευμα, ἡ μετὰ ἀγγέλων χορεία, ἡ ἀτελεύτητος εὐφροσύνη, ἡ ἐν Θεῷ διαμονή, ἡ πρὸς Θεὸν ὁμοίωσις, τὸ ἀκρότατον τῶν ὀρεκτῶν, θεὸν γενέσθαι.

Epistulae.

287 *Quies mentis.* — Ep. 2 [Gregorio, ca 356]. n. 2. Ἐν ἡσυχίᾳ τὸν νοῦν ἔχειν πειρᾶσθαι προσήκει. Ὡς γὰρ ὀφθαλμὸν περιαγόμενον συνεχῶς, καὶ νῦν μὲν ἐπὶ τὰ πλάγια περιφερόμενον, νῦν δὲ πρὸς τὰ ἄνω καὶ κάτω πυκνὰ μεταστρεφόμενον, ἰδεῖν ἐναργῶς τὸ ὑποκείμενον οὐχ οἷόν τε, ἀλλὰ χρὴ προσερεισθῆναι τὴν ὄψιν τῷ ὁρωμένῳ, εἰ μέλλοι ἐναργῆ αὐτοῦ ποιεῖσθαι τὴν θέαν, οὕτω καὶ νοῦν ἀνθρώπου ὑπὸ μυρίων τῶν κατὰ τὸν κόσμον φροντίδων περιελκόμενον ἀμήχανον ἐναργῶς ἐνατενίσαι τῇ ἀληθείᾳ. Ἀλλὰ τὸν μὲν οὔπω τοῖς δεσμοῖς τοῦ γάμου συνεζευγμένον λυσσώδεις ἐπιθυμίαι καὶ ὁρμαὶ δυσκάθεκτοι καὶ ἔρωτές τινες δυσέρωτες ἐκταράσσουσι· τὸν δὲ ἤδη κατειλημμένον ὁμοζύγῳ ἕτερος θόρυβος φροντίδων ἐκδέχεται· ἐν ἀπαιδίᾳ παίδων ἐπιθυμία· ἐν τῇ κτήσει τῶν παίδων παιδοτροφίας μέριμνα· γυναικὸς φυλακή, οἴκου ἐπιμέλεια, οἰκετῶν προστασίαι, αἱ κατὰ τὰ συμβόλαια βλάβαι, οἱ πρὸς τοὺς γείτονας διαπληκτισμοί, αἱ ἐν τοῖς δικαστηρίοις συμπλοκαί, τῆς ἐμπορίας οἱ κίνδυνοι, αἱ τῆς γεωργίας διαπονήσεις. Πᾶσα ἡμέρα ἰδίαν ἥκει φέρουσα τῆς ψυχῆς ἐπισκότησιν· καὶ αἱ νύκτες, τὰς μεθημερινὰς

---

gratiam emittunt. Hinc futurorum praescientia, mysteriorum intellegentia, occultorum comprehensio, donorum distributiones, caelestis conversatio, cum angelis chorea; hinc gaudium numquam finiendum, hinc in Deo perseverantia, hinc similitudo cum Deo, et quo nihil sublimius expeti potest: hinc est, ut deus fias.

287 2, 2. Enitendum est, ut mentem pacatam ac quietam habeamus. Quemadmodum enim oculus continenter circumactus, et nunc quidem in obliqua deflexus, nunc vero sursum ac deorsum frequenter contortus, clare ac perspicue rem obiectam cernere non potest, sed aciem in rem visam defigi oportet, si modo perspicua futura est visio, ita et humana mens, sexcentis mundi curis distracta, veritatem clare conspicere non potest. Sed eum quidem, qui nondum nuptiarum vinculis constrictus est, rapidae cupiditates ac impetus non facile superabiles et amores perditissimi conturbant; coniugio autem illigatum alius curarum tumultus excipit: in orbitate desiderium prolis; susceptis liberis, de his educandis sollicitudo; uxoris custodia, domus cura, servorum gubernatio, accepta contractis in rebus damna, contentiones cum vicinis, forenses concertationes, negotiationis alea, agriculturae labores. Unaquaeque dies oritur suam ferens animi caliginem; quin et noctes, diurnas

---

287. MG 32, 224 C.

φροντίδας παραλαμβάνουσαι, ἐν ταῖς αὐταῖς φαντασίαις ἐξαπατῶσι τὸν νοῦν. Τούτων δὲ μία φυγή, ὁ χωρισμὸς ἀπὸ τοῦ κόσμου παντός. Κόσμου δὲ ἀναχώρησις οὐ τὸ ἔξω αὐτοῦ γενέσθαι σωματικῶς, ἀλλὰ τῆς πρὸς τὸ σῶμα συμπαθείας τὴν ψυχὴν ἀπορρῆξαι, καὶ γενέσθαι ἄπολιν, ἄοικον, ἀνίδιον, ἀφιλέταιρον, ἀκτήμονα, ἄβιον, ἀπράγμονα, ἀσυνάλλακτον, ἀμαθῆ τῶν ἀνθρωπίνων διδαγμάτων, ἕτοιμον ὑποδέξασθαι τῇ καρδίᾳ τὰς ἐκ τῆς θείας διδασκαλίας ἐγγινομένας διατυπώσεις.... Ἡσυχία οὖν ἀρχὴ καθάρσεως τῇ ψυχῇ.

Oratio bona. — 2, 4. Εὐχὴ δὲ καλὴ ἡ ἐναργῆ ἐμποιοῦσα τοῦ 288
Θεοῦ ἔννοιαν τῇ ψυχῇ· καὶ τοῦτό ἐστι Θεοῦ ἐνοίκησις, τὸ διὰ τῆς μνήμης ἐνιδρυμένον ἔχειν ἐν ἑαυτῷ τὸν Θεόν. Οὕτω γινόμεθα ναὸς Θεοῦ, ὅταν μὴ φροντίσι γηίναις τὸ συνεχὲς τῆς μνήμης διακόπτηται, μηδὲ τοῖς ἀπροσδοκήτοις πάθεσιν ὁ νοῦς ἐκταράττηται, ἀλλὰ πάντα ἀποφυγὼν ὁ φιλόθεος ἐπὶ Θεὸν ἀναχωρῇ, ἐξελαύνων τὰ προσκαλούμενα αὐτὸν εἰς ἀκρασίαν πάθη, καὶ τοῖς πρὸς ἀρετὴν ἄγουσιν ἐπιτηδεύμασιν ἐνδιατρίβῃ.

Modestia. — 22 [scripta ca 364], 2. Ὅτι οὐ δεῖ γογγύζειν, οὔτε 289
ἐν τῇ στενοχωρίᾳ τῶν πρὸς τὴν χρείαν, οὔτε ἐν τῷ καμάτῳ τῶν ἔργων, ἐχόντων τὸ κρῖμα περὶ ἑκάστου τῶν ἐπιτεταγμένων τὴν τούτων ἐξουσίαν. Ὅτι οὐ δεῖ κραυγὴν γίνεσθαι, οὔτε ἄλλο τι σχῆμα, ἢ κίνημα, ἐν ᾧ χαρακτηρίζεται θυμός, ἢ μετεωρισμὸς ἀπὸ τῆς πληροφορίας τοῦ παρεῖναι τὸν Θεόν. Ὅτι δεῖ τῇ χρείᾳ συμμετρεῖν τὴν φωνήν. Ὅτι οὐ δεῖ θρασέως ἢ καταφρονητικῶς

---

curas excipientes, iisdem rerum speciebus mentem fallunt. Horum autem una vitatio est, secessus a toto mundo. Verum secessus a mundo, non est corpore extra ipsum esse, sed animam ab affectionum cum corpore consensione avellere, ac sine civitate esse, sine domo, sine propriis rebus, sine amicorum societate, sine possessionibus, sine rebus ad victum necessariis, sine negotiis, nullas res contrahentem, humanarum disciplinarum expertem, paratum ad suscipiendas corde informationes, quae ex doctrina divina ducuntur.... Quies igitur principium expurgationis animae.

2, 4. Est oratio illa praeclara, quae perspicuam Dei notionem 288
animae imprimit: idque Dei inhabitatio est, insidentem intus Deum memoria complecti. Sic Dei efficimur templum, cum nec terrenis curis perpetuus memoriae tenor interpellatur, nec improvisis commotionibus perturbatur intellectus; sed omnia fugiens Dei cultor ad Deum secedit, repellens provocantes ad libidinem affectiones, ac in studiis ad virtutem ducentibus immoratur.

22, 2. Non oportet murmurare, nec in rerum necessariarum 289
angustiis, nec in operum labore, quando quidem unumquodque iudicii est eorum, quibus commissa rerum illarum potestas. Nec clamor fieri debet, nec quaevis alia species, aut motus, ex quo significetur iracundia, aut animi aberratio ab hac persuasione, Deum esse praesentem. Oportet vocem usu metiri. Non oportet

---

288. MG 32, 229 B. 289. MG 32, 289 C.

τινι ἀποκρίνεσθαι ἢ ποιεῖν τι, ἀλλ' ἐν πᾶσι τὸ ἐπιεικὲς καὶ τὸ τιμητικὸν πρὸς πάντας δεικνύειν. Ὅτι οὐ δεῖ ἐννεύειν ὀφθαλμῷ μετὰ δόλου, ἢ ἄλλῳ τινὶ σχήματι ἢ κινήματι μέλους κεχρῆσθαι, ὃ λυπεῖ τὸν ἀδελφὸν η καταφρόνησιν ἐμφαίνει. Ὅτι οὐ δεῖ καλλωπίζεσθαι ἐν ἱματίοις ἢ ὑποδήμασιν, ὅπερ ἐστὶ περπερεία. Ὅτι δεῖ εὐτελέσι κεχρῆσθαι τοῖς πρὸς τὴν χρείαν τοῦ σώματος. Ὅτι οὐ δεῖ ὑπὲρ τὴν χρείαν καὶ πρὸς δαψίλειαν ἀναλίσκειν οὐδέν, ὅπερ ἐστὶ παράχρησις.

290 *Communio cotidiana.* — 93 [ad Caesariam patriciam, ca 372]. Καὶ τὸ κοινωνεῖν δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ μεταλαμβάνειν τοῦ ἁγίου σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ, καλὸν καὶ ἐπωφελές, αὐτοῦ σαφῶς λέγοντος· «Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἔχει ζωὴν αἰώνιον» [Io 6, 55]. Τίς γὰρ ἀμφιβάλλει, ὅτι τὸ μετέχειν συνεχῶς τῆς ζωῆς οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ ζῆν πολλαχῶς; Ἡμεῖς μέντοι γε τέταρτον καθ' ἑκάστην ἑβδομάδα κοινωνοῦμεν, ἐν τῇ κυριακῇ, ἐν τῇ τετράδι, καὶ ἐν τῇ παρασκευῇ, καὶ τῷ σαββάτῳ, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἡμέραις, ἐὰν ᾖ μνήμη ἁγίου τινός. Τὸ δὲ ἐν τοῖς τοῦ διωγμοῦ καιροῖς ἀναγκάζεσθαί τινα, μὴ παρόντος ἱερέως ἢ λειτουργοῦ, τὴν κοινωνίαν λαμβάνειν τῇ ἰδίᾳ χειρί, μηδαμῶς εἶναι βαρὺ περιττόν ἐστι ἀποδεικνύναι, διὰ τὸ καὶ τὴν μακρὰν συνήθειαν τοῦτο δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων πιστώσασθαι. Πάντες γὰρ οἱ κατὰ τὰς ἐρήμους μονάζοντες, ἔνθα μὴ ἔστιν ἱερεύς, κοινωνίαν οἴκοι κατέχοντες, ἀφ' ἑαυτῶν μεταλαμβάνουσιν. Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ ἕκαστος

---

petulanter aut contemptim cuiquam respondere aut quidquam facere, sed in omnibus modestiam atque reverentiam erga omnes ostendere. Non oculis innuendum est cum dolo, nec alia quaelibet species adhibenda, aut membri motus, qui fratri afferat tristitiam aut contemptum indicet. Ornatus in vestibus aut calceis quaeri non debet; quod quidem vana ostentatio est. Viliora quaeque adhibenda ad usus corporis. Nihil ultra id quod necessarium est aut ad magnificentiam insumendum; quod quidem abusus est.

290 93. Singulis etiam diebus communicare ac participem esse sancti corporis et sanguinis Christi, bonum est et perutile, cum ipse perspicue dicat: *Qui comedit meam carnem et bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam.* Quis enim dubitat, quin vitae continenter esse participem nihil aliud sit, quam multiplici ratione vivere? Nos quidem quater singulis hebdomadibus communicamus, dominica die, quarta die, in parasceve et sabbato, et aliis diebus, si sancti alicuius memoria recolatur. Quod autem persecutionum temporibus cogitur quis, absente sacerdote aut diacono, communionem sua ipsius manu accipere, id grave non esse supervacuum est ostendere, quia hoc diuturna consuetudo ipsis rebus confirmat. Omnes enim in solitudinibus monachi, ubi non est sacerdos, communionem domi servantes, suis ipsorum manibus sumunt. Alexandriae autem et in Aegypto unusquisque etiam de

---

290. MG 32, 484 B.

καὶ τῶν ἐν λαῷ τελούντων ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἔχει κοινωνίαν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ ὅτε βούλεται, μεταλαμβάνει δι' ἑαυτοῦ. Ἅπαξ γὰρ τὴν θυσίαν τοῦ ἱερέως τελειώσαντος καὶ δεδωκότος, ὁ λαβὼν αὐτὴν ὡς ὅλην ὁμοῦ, καθ' ἑκάστην μεταλαμβάνων, παρὰ τοῦ δεδωκότος εἰκότως μεταλαμβάνειν καὶ ὑποδέχεσθαι πιστεύειν ὀφείλει. Καὶ γὰρ καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὁ ἱερεὺς ἐπιδίδωσι τὴν μερίδα, καὶ κατέχει αὐτὴν ὁ ὑποδεχόμενος μετ' ἐξουσίας ἁπάσης, καὶ οὕτω προσάγει τῷ στόματι τῇ ἰδίᾳ χειρί. Ταὐτὸν τοίνυν ἐστὶ τῇ δυνάμει, εἴτε μίαν μερίδα δέξεταί τις παρὰ τοῦ ἱερέως, εἴτε πολλὰς μερίδας ὁμοῦ.

BASILIUS ANCYRANUS, † ca 366.

De virginitate.

Virginitas similitudo cum Deo. — 2. Μέγα μὲν γάρ, ὡς 291
ἀληθῶς, παρθενία, τῷ ἀφθάρτῳ Θεῷ, ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν, ἐξομοιοῦσα τὸν ἄνθρωπον. Οὐκ ἀπὸ σωμάτων δὲ ἄρα ἐπὶ ψυχὰς αὐτὴ ὁδεύει· ἀλλὰ ψυχῆς τῆς ἀσωμάτου οὖσα ἐξαίρετος, τῇ ταύτης θεοφιλεῖ παρθενίᾳ ἄφθορα φυλάττει τὰ σώματα. Τοῦ γὰρ ὄντως καλοῦ ἡ ψυχὴ φαντασίαν λαβοῦσα, καθάπερ τινὶ πτερῷ πρὸς αὐτὸ τῇ ἀφθαρσίᾳ πτερωθεῖσα, καὶ τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον, τῇ ἐν αὐτῇ ἀφθαρσίᾳ φημί, τὸν ἄφθαρτον Θεὸν θεραπεύεσθαι μόνως πρὸς ἀξίαν ἀθροῦσα, τὴν τοῦ σώματος παρθενίαν, θεράπαιναν εἰς τὴν τοῦ καθ' ἑαυτὴν κάλλους θεραπείαν ἐπάγεται, καὶ πάρεδρον ἀοχλήτως πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ θεωρίαν ταύτην ἔχειν ἀεὶ βουλομένη, τὰς ἐνοχλούσας αὐτῇ τοῦ σώματος

---

plebe ut plurimum habet domi communionem, et quando vult, per se ipse fit illius particeps. Postquam enim semel sacerdos sacrificium absolvit ac porrexit, qui illud ut totum simul accepit, is, dum cotidie participat, merito credere debet se ab eo, qui dedit, participare et accipere. Enimvero etiam in ecclesia sacerdos porrigit partem, quam qui suscipit, cum omni potestate retinet, et sic ori admovet propria manu. Itaque idem valet, sive quis partem unam a sacerdote accipiat, sive multas simul.

2. Magnum enim quiddam est, revera, virginitas, incorruptibili 291
Deo, ut in summa dicam, similem efficiens hominem. Nequaquam autem a corporibus ad animas ipsa progreditur; sed cum animae incorporeae propria sit, per gratam Deo virginitatem animae incorrupta servat corpora. Veri enim boni anima notionem concipiens, veluti penna quadam ad illud, nempe incorruptione, subvecta, et simili simile, id est ea tantum, quae in ipsa est, incorruptione, incorruptibilem Deum digne coli perspiciens, corporis virginitatem velut ancillam ad suae ipsius pulchritudinis famulatum adsciscit, eamque sibi adstantem sine interpellatione ad Deum contemplandum semper habere cupiens, obstrepentes illi corporis voluptates quam

---

291. MG 30, 672 B.

ἡδονὰς ὡς πορρωτάτω ἐλαύνει. Τὴν μὲν τῶν ὑπὸ γαστέρα ἡδονῶν ἐγκράτειαν, τῆς σωματικῆς παρθενίας θεράπαιναν, αὐτὴν δὲ ταύτην τῆς καθ' ἑαυτήν, ποιουμένη, ὡς τὰ ἄλλα μὲν ἅπαντα, καὶ τροφῶν ἐγκράτειαν, καὶ τὴν λοιπὴν σκληραγωγίαν, μαχομένην ταῖς ῥεούσαις κατὰ τῆς ἐν σώματι παρθενίας διὰ τῶν αἰσθήσεων ἡδοναῖς· ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν τοῦ σώματος παρθενίαν, οὐ δι' ἕτερόν τι, ἢ δι' ἑαυτὴν φιλοκάλως ἀσκεῖσθαι, ἵνα τὴν ἑαυτῆς παρθενίαν ἄφθορον ἁπάσης μοχθηρᾶς ἐννοίας φυλάξασα, τὴν πρὸς τὸν ἄφθαρτον Θεὸν ἐξομοίωσιν, ὥσπερ ἐν ἀκηλιδώτῳ κατόπτρῳ λοιπὸν αὐτοῦ τὰς παρ' ἑαυτοῦ αὐτῇ ἐναυγάζοντος χάριτας, εἰς κάλλος ἑαυτῆς καὶ ἔπαινον κατορθωθεῖσαν κερδήσῃ.

292 *Modestia virginis.* — 5. Οὐκοῦν οὔτε τοὺς ὀφθαλμοὺς πρὸς πᾶσαν ἁπλῶς τὴν τῶν ὁρατῶν θέαν ἀναπετάσει, ἵνα μὴ πᾶσαν ἀδιακρίτως χαρακτήρων τε καὶ μορφῶν ἰδέαν εἰσοικιζομένη, δι' αὐτῶν πρὸς τὰς ἐξ αὐτῶν φαντασίας ταράσσηται. Ἀλλὰ πρὸς μέν τινα καὶ ἀνεῳγότων, δι' ἀνάγκην τῆς πρὸς τὸν παρόντα βίον φωταγωγίας, τῶν τοῦ σώματος ὀφθαλμῶν, τοὺς τῆς ψυχῆς ἐπιμύσει· πρὸς δὲ τὴν τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς καὶ τοῦ δι' αὐτοῦ δεικνυμένου κάλλους αὐτῇ κατανόησιν, καὶ μεμυκότας πρότερον σπουδαίως ἀνοίξει. Οὔτε τὴν ἀκοὴν παντὶ λόγῳ ἀνεξετάστως ὑφέξει, ἀλλὰ πρὸς μὲν τοὺς φαύλους τῶν λόγων, ὥσπερ πρός τινα δυσώδους γεύματος φοράν, αὐτὴν ὑποφράξει, τοῖς δὲ σπουδαίοις καθαρὸν ῥέουσι τῆς ἀρετῆς τὸ νᾶμα, φιλομαθῶς ὑποθήσει. Καὶ τὴν μὲν γεῦσιν πρὸς τὰ ἥδοντα ἀεὶ κεχηνυῖαν

longissime repellit. Atque ab iis quidem, quae sub ventre sunt, voluptatibus continentiam, corporeae virginitatis ancillam, corporis autem virginitatem suae ipsius virginitatis ancillam facit, ita ut cetera quidem omnia, et ciborum abstinentiam, et reliquam austeritatem, quae cum voluptatibus per sensus contra corporis virginitatem fluentibus pugnat, sed et ipsam etiam corporis virginitatem non propter aliud quidquam nisi propter semetipsam studiose exerceat, ut suam ipsius virginitatem incorruptam ab omni mala cogitatione custodiens, similitudinem cum incorruptibili Deo, qui iam in illam, velut in purissimum speculum, gratiarum suarum splendores immittit, ad suam ipsius pulchritudinem et laudem consequatur.

292 5. Igitur neque oculos ad omnem passim rerum visibilium adspectum aperiet, ne, dum omnem sine discrimine figurarum et formarum speciem adsciscit, suis illam imaginibus perturbent. Quin etiam dum ad aliqua adspicienda aperientur, ob necessarium ad hanc vitam lucis usum, corporis oculi, animae oculos claudet; ad veri autem luminis et pulchritudinis, quae ipsi hoc lumine ostenditur, considerationem, etiam antea clausos diligenter aperiet. Neque aurem omni colloquio sine examine praebebit, sed pravis quidem sermonibus, veluti cuidam graveolentis soporis impulsui, eam obserabit; honestis autem et purum stillantibus virtutis laticem, studiose accommodabit. Et gustum quidem suavibus semper inhiantem

292. MG 30, 679 A.

ἐγχαλινώσει τῷ λόγῳ, πρὸς δὲ τὴν τῶν ἀναγκαίων μετάληψιν σωφρόνως ἡνιοχήσει. Τὴν δὲ ἁφήν, ὡς ἂν ἀνδραποδεστάτην μὲν πασῶν αἰσθήσεων οὖσαν, πάσας δὲ τὰς λοιπὰς τῇ οἰκείᾳ λειότητι πρὸς ἡδονὴν μαγγανεύουσαν, ἀκηλίδωτον παθῶν ὡς μάλιστα διόλου φυλάξει.

Omnia facere in conspectu Dei. — 27. Ἡ δὲ τῷ Κυρίῳ 293
νυμφευομένη, οὐ δυναμένη οὔτε τὴν ὄψιν, οὔτε τὴν ἀκοήν, οὔτε τὴν παρουσίαν φυγεῖν, ἐν ὄψει αὐτοῦ ἅπαντα πράττει. Διὸ δεῖ τὴν παρθένον, κἂν μόνη τι λαλῇ, εἰδέναι, ὅτι ἐν ἀκοαῖς τοῦ νυμφίου λαλεῖ· κἂν πράττῃ τι μόνη, μὴ ἀγνοεῖν, ὅτι τοῦτ' ἀκριβῶς οὗτος ὁρᾷ· κἂν ἐννοῇ τι, πεπεῖσθαι, ὅτι ὀξέως τοῦτο κινούμενον ἐπὶ τῆς καρδίας ἐπισκέπτεται.

Quies animae. — 49. Γαληναίαν οὖν δεῖ τὴν τῆς παρθένου 294
ψυχήν, καὶ καθάπερ ἔκ τινος καθαρωτάτης πηγῆς τοῦ νοῦ ταῖς θείαις ἐννοίαις λιμνάζουσαν, ἀκύμαντον εἶναι, μήθ' ὑπὸ τῶν ἔξωθεν δι' ἀκοῆς βαλλομένων λόγων κυμαινομένην, μήθ' ὑπὸ τῶν ἐμπιπτουσῶν διὰ τῆς ὄψεως φαντασιῶν τὴν γαληναίαν κατάστασιν φρίσσουσαν, ἵν' ὡς ἐν καθαρωτάτῳ κατόπτρῳ καὶ ἑαυτῆς τὴν ἰδέαν καὶ τοῦ νυμφίου τὸ κάλλος ὁρῶσα, τοῦ περὶ αὐτὸν ἔρωτος γνησιώτερον ἐμφορῆται. Διόπερ οὐ δεῖ οὐθ' ἑτέραν ὄψιν τῷ τοῦ ὕδατος τούτου κατόπτρῳ ἐγκύπτειν, ἵνα μὴ τὴν προϋποῦσαν ἐπισείουσα ἀφανίζῃ· οὐθ' ὑπὸ ὀργῆς ἢ λύπης ἤ τινων ἑτέρων παθῶν ὅλως κυμαίνεσθαι, ἵνα μὴ ἄλλοτε ἀλλοίας μορφὰς τῷ νῷ ἐν τῷ σάλῳ δεικνύῃ· ἀλλ' ἀεὶ ὡσαύτως καὶ ἐν τῇ κατὰ Θεὸν χαρᾷ κεχυμένην, ἀκύμαντον μὲν παθῶν

frenabit ratione, ad necessaria autem percipienda sobrie temperabit. Tactum autem, ut illiberalissimum omnium sensuum quique ceteros omnes propria levitate ad voluptatem veluti quibusdam praestigiis pellicit, purum ab omni prorsus cupiditatum macula quam accuratissime servabit.

27. At Domini sponsa, cum non possit nec adspectum eius, nec 293
auditum, nec praesentiam effugere, in oculis eius omnia facit. Quapropter oportet, ut virgo, etiamsi sola aliquid loquatur, sciat se in sponsi auribus loqui; etiamsi sola aliquid faciat, non ignoret id ab eo accurate perspici; etiamsi quid cogitet, persuasum habeat id statim in corde commotum ab eo cognosci.

49. Serenam ergo decet esse virginis animam, ac velut ex quo- 294
dam purissimo mentis fonte divinis cogitationibus stagnantem, fluctu prorsus carere, neque ab externis, qui per aurem feruntur, sermonibus agitatam, neque ab incidentibus per visum imaginibus de tranquillo statu deiectam, ita ut velut in purissimo speculo et suam ipsius speciem et sponsi pulchritudinem perspiciens, illius vero amore magis impleatur. Quare non oportet, ut alius vultus in huius aquae speculum prospiciat, ne vultum iam ibi depictum concutiens aboleat. Neque ira aut dolore aut aliis perturbationibus agitari prorsus debet, ut ne alias atque alias formas, dum agitatur, mente exhibeat; sed semper eodem modo se habens et divino

293. MG 30, 725 C. 294. MG 30, 765 C.

διόλου φυλάττεσθαι, μηδενὸς δὲ ἑτέρου ἰδέαν ἐν ἑαυτῇ ἢ τοῦ νυμφίου δεικνύναι, μόνου μὲν ἐκείνου ἀεὶ κατοπτριζομένου ἐν αὐτῇ τὸ ἴδιον κάλλος, μόνης δὲ τῆς ψυχῆς τὴν τούτου μορφὴν ἐν τῷ κατ' αὐτὴν κατόπτρῳ ἐχούσης ἐκλάμπουσαν καὶ τῷ τῆς μορφῆς αὐτοῦ κάλλει κοσμεῖσθαι θελούσης. Διόπερ ἀσφαλιζόμενος αὐτῆς τὴν ψυχὴν ὁ σοφώτατος λόγος φησίν· «Ἐὰν πνεῦμα τοῦ ἐξουσιάζοντος ἀναβῇ ἐπὶ σέ, τόπον σου μὴ ἀφῇς» [Eccle 10, 4]· ἵνα μὴ ἀνελθούσης τῆς κατ' ἐξουσίαν ἐννοίας, ἡ φαντασία τόπον, ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ, εὑροῦσα, καὶ μηδενὸς παρόντος ἐμφήνῃ τῆς ἁμαρτίας τὰ εἴδωλα. Ἀλλὰ πᾶς μὲν τόπος, φησίν, ἐν τῇ ψυχῇ τῆς παρθένου τῆς ὄψεως Χριστοῦ πεπληρώσθω. Μηδεὶς δὲ τὸ σύνολον τόπος ἐν αὐτῇ σχολαζέτω, ἔνθα ἀναβᾶσα περίεργος ἔννοια εὕροι, ὅπου τὰ ἑαυτῆς κατοπτρίζεται. Μηδενὸς οὖν, συνελόντι φάναι, μὴ παρόντος, μὴ ἀπόντος ἀνθρώπου κάτοπτρον ἔστω ἡ τῆς παρθένου ψυχή, ἢ τοῦ ἁγίου αὐτῆς νυμφίου· μηδεμία δὲ ἄλλη μορφὴ ἐν ταύτῃ ὁράσθω, ἢ μόνη ἐκείνη· μηδενὶ δὲ ἑτέρῳ τὸ τῆς ψυχῆς ἔσοπτρον αὐτὴ φιλοκάλως σμηχέτω, ἢ ὥστε ἐκεῖνον ἐλλάμποντα τούτῳ τοῦ οἰκείου κάλλους τὴν ἰδέαν, μακαρίαν αὐτὴν ἀπεργάζεσθαι. Ἐὰν γὰρ τῶν θνητῶν τις τῷ κατόπτρῳ τούτῳ ἐγκύπτῃ, ἀνάγκη περὶ τὴν θέαν τῆς τούτου μορφῆς ἀσχολουμένην τὸν νοῦν, τὴν προτέραν τοῦ νυμφίου μορφὴν ἐπικεκρυμμένην ὑπεξελθοῦσαν λοιπὸν μηδαμοῦ θεωρεῖν. Ὡς δὲ ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ ἓν σῶμά ἐστιν, οὕτως ὁ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ ἓν πνεῦμά ἐστι τούτῳ, τὰ μὲν σώματος πάθη κεκαθαρμένος, τὴν δὲ ψυχὴν εἰς τὸ αὐτὸ τῆς μορφῆς σφραγισάμενος κάλλος.

---

perfusa gaudio, nullis prorsus perturbationum fluctibus agitetur, nec ullius alterius speciem, nisi sponsi, in seipsa exhibeat, ita ut ille semper in ipsa propriam pulchritudinem tamquam in speculo imprimat, sola autem anima formam illius in suo speculo refulgentem habeat eiusque formae pulchritudine ornari velit. Quare praemuniens illius animam sapientissimus sermo ait: *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris;* ne ascendente potenti cogitatione imago locum, ut in speculo, reperiens, etiam nemine praesente peccati species repraesentet. Sed omnis quidem locus, inquit, in anima virginis conspectu Christi repleatur. Nullus autem omnino locus in ea vacet, quo ascendens curiosa cogitatio reperiat, ubi ea, quae sua sunt, repraesentet. Nullius igitur, ut brevi dicam, sive praesentis sive absentis, speculum sit virginis anima, nisi sancti ipsius sponsi; nec ulla alia forma, praeter hanc solam, in ea conspiciatur; nec ulli alii speculum animae studiose detergat, nisi sponso, ut in eo propriae pulchritudinis speciem repraesentans, beatam illam efficiat. Nam si quis mortalium in hoc speculo oculos defigat, necesse est, ut mens in illius formae contemplatione occupata, priorem sponsi formam absconditam et elabentem minime iam contempletur. Quemadmodum autem qui adhaeret meretrici, unum corpus est, ita qui adhaeret Domino, unus est spiritus cum illo, corporis quidem perturbationibus expurgatus, anima autem in eamdem formae signatus pulchritudinem.

S. GREGORIUS NAZIANZENUS, ca 329—389/90.

Orationes.

Desiderium vitae monasticae. — Or. 2 [apologetica, habita 295
a. 362], n. 7. Οὐδὲν γὰρ ἐδόκει μοι τοιοῦτον οἷον μύσαντα τὰς αἰσθήσεις, ἔξω σαρκὸς καὶ κόσμου γενόμενον, εἰς ἑαυτὸν συστραφέντα, μηδενὸς τῶν ἀνθρωπίνων προσαπτόμενον, ὅτι μὴ πᾶσα ἀνάγκη, ἑαυτῷ προσλαλοῦντα καὶ τῷ Θεῷ, ζῆν ὑπὲρ τὰ ὁρώμενα, καὶ τὰς θείας ἐμφάσεις ἀεὶ καθαρὰς ἐν ἑαυτῷ φέρειν ἀμιγεῖς τῶν κάτω χαρακτήρων καὶ πλανωμένων, ὄντως ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον Θεοῦ καὶ τῶν θείων καὶ ὂν καὶ ἀεὶ γινόμενον, φωτὶ προσλαμβάνοντα φῶς, καὶ ἀμαυροτέρῳ τρανότερον, ἤδη τὸ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ἀγαθὸν ταῖς ἐλπίσι καρπούμενον, καὶ συμπεριπολεῖν ἀγγέλοις, ἔτι ὑπὲρ γῆς ὄντα καταλιπόντα τὴν γῆν καὶ ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἄνω τιθέμενον.

Directio animarum. — 2, 16. Τῷ ὄντι γὰρ αὕτη μοι φαίνε- 296
ται τέχνη τις εἶναι τεχνῶν καὶ ἐπιστήμη ἐπιστημῶν ἄνθρωπον ἄγειν, τὸ πολυτροπώτατον ζῶον καὶ ποικιλώτατον. Γνοίη δ' ἄν τις τῇ τῶν σωμάτων θεραπείᾳ, τὴν τῶν ψυχῶν ἰατρείαν ἀντεξετάσας, καὶ ὅσῳ μὲν ἐργώδης ἐκείνη καταμαθών, ὅσῳ δὲ ἡ καθ' ἡμᾶς ἐργωδεστέρα προσεξετάσας, καὶ τῇ φύσει τῆς ὕλης, καὶ τῇ δυνάμει τῆς ἐπιστήμης, καὶ τῷ τέλει τῆς ἐνεργείας τιμιωτέρα.

2, 18. Χώρας, καὶ καιρούς, καὶ ἡλικίας, καὶ ὥρας, καὶ τὰ 297
τοιαῦτα ὁ ἰατρὸς ἐπισκέψεται· φαρμακεύσει τε καὶ διαιτήσει,

2, 7. Nihil enim mihi tam optandum cuiquam esse videbatur, 295
quam ut occlusis sensibus atque extra carnem mundumque positus, et in seipsum collectus, nec, nisi quantum necessitas exigit, quidquam humanarum rerum attingens, atque secum ipse et cum Deo colloquens, superiorem iis rebus, quae in aspectum cadunt, vitam agat, divinasque species puras semper, nec terrenis ullis et errantibus formis admixtas, in seipso circumferat, Deique ac rerum divinarum purum omnino speculum sit, in diesque efficiatur, ac lucem per lucem excipiat, clariorem per obscuriorem, iamque futuri aevi bonum spe percipiat, et cum angelis versetur, ac licet adhuc in terris sit, terram deserat atque a spiritu sursum collocetur.

2, 16. Nam profecto ars quaedam artium et scientia scientiarum 296
mihi esse videtur hominem regere, animal omnium maxime varium et multiplex. Id porro hac demum ratione quispiam perspexerit, si animarum curandarum rationem cum corporum medicina contulerit, quantoque haec nostra laboriosior quam illa sit, expenderit, ac tum materiae natura, tum artis facultate, tum actus fine praestantior.

2, 18. Enimvero medicus loca, et tempora, et aetates, et tem- 297
pestates, ceteraque huius generis inspiciet; medicamenta etiam

---

295. MG 35, 413 C. 296. MG 35, 425 A. 297. MG 35, 428 A.

καὶ τηρήσει τὰ βλαβερά, ὡς ἂν μὴ ἀντιβῆναι τῇ τέχνῃ τὰς τῆς ἀῤῥωστίας ἐπιθυμίας· καί που καὶ καύσεσι, καὶ τομαῖς, καὶ τοῖς αὐστηροτέροις τῆς θεραπείας, ἔστιν ὅτε καὶ ἐφ' ὧν χρήσεται· ὧν οὔπω τοσοῦτον οὐδέν, κἂν ἐπίπονα σφόδρα καὶ χαλεπὰ φαίνηται, ὅσον ἤθη, καὶ πάθη, καὶ βίους, καὶ προαιρέσεις, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτο τῶν ἐν ἡμῖν, κατοπτεῦσαι τε καὶ ἰατρεῦσαι, καὶ πᾶν ὅσον θηριῶδες καὶ ἄγριον ἐξορίσαντας τῆς συζυγίας τῆς ἡμετέρας πᾶν ὅσον ἥμερον καὶ Θεῷ φίλον ἀντεισαγαγεῖν τε καὶ βεβαιώσασθαι, καὶ βραβεῦσαι δικαίως ψυχῇ τε καὶ σώματι· μὴ τῷ χείρονι τὸ κρεῖττον δυναστεύεσθαι συγχωρήσαντας, ἥπερ ἀδικιῶν ἡ μεγίστη· τῷ δὲ ἄρχοντι καὶ ἡγεμονικῷ τὸ τῇ φύσει δεύτερον ὑποτάξαντας· ὥσπερ δὴ νόμος θεῖος, καὶ κάλλιστα ἔχων ἐπὶ πάσης αὐτοῦ τῆς κτίσεως, ὅση τε ὁρατή, καὶ ὅση ὑπὲρ τὴν αἴσθησιν.

298 *Directio animarum.* — 2, 28. Οὐ γὰρ τῶν αὐτῶν οὔτε λόγων οὔτε ὁρμῶν, οὔτε τὸ θῆλυ τῷ ἄῤῥενι, οὔτε γῆρᾳ νεότης, οὔτε πενίᾳ πλοῦτος, οὔτε εὐθυμῶν ἀθυμοῦντι, οὔτε ὁ κάμνων τῷ ὑγιαίνοντι, ἄρχοντές τε καὶ ἀρχόμενοι, σοφοί τε καὶ ἀμαθεῖς, δειλοί τε καὶ θρασεῖς, ὀργίλοι καὶ πρᾶοι, κατορθοῦντες καὶ πίπτοντες.

2, 29. Κἂν ἔτι ἀκριβῶς ἐξετάσῃς, ὅσον τὸ μέσον τῶν ἐν συζυγίαις πρὸς τοὺς ἀγάμους, κἂν τούτοις πάλιν τῶν τῆς ἐρημίας πρὸς τοὺς κοινωνικοὺς καὶ μιγάδας· τῶν ἐξητασμένων καὶ δια-

---

exhibebit victusque rationem praescribet, ac noxia observabit, ut ne aegroti cupiditates arti obsistant; ignem etiam interdum, et ferrum, atque asperiora remedia nonnullis adhibebit; quae tametsi perquam laboriosa et molesta esse videantur, nihil tamen eorum perinde arduum ac difficile est ut mores, et affectus, et vitas, et studia atque instituta, et si quid aliud eorum, quae in nobis sunt, his simile est, conspicere ac medicari, atque quidquid agreste ac ferinum est, a coniunctione nostra expellere, quidquid autem mansuetum ac Deo carum est, inducere et confirmare, atque animae et corporis causam iuste disceptare: sic nempe, ut id, quod praestantius est, deterioris imperio premi, quae iniustitia omnium maxima est, minime patiamur, verum ut ei, quod imperium ac principatum tenet, id, quod natura inferius est, subiciamus: quae quidem lex Dei est, in omnibusque rebus ab ipso conditis, tam quae adspectu sentiuntur, quam quae oculorum sensum fugiunt, praeclarissime constituta.

298 2, 28. Non enim eaedem rationes nec iidem animorum impetus sunt maris et feminae, senectutis et adulescentiae, divitis et pauperis, hilaris et maerentis, sani et aegrotantis, principum et subditorum, eruditorum et indoctorum, audacium et timidorum, mansuetorum et iracundorum, munere suo praeclare fungentium et cadentium.

2, 29. Quod si accuratius rem expendas, quantum intervallum inter coniugatos et caelibes interiectum reperies? Ex his rursus, quantum inter eremitas et coenobitas, qui permixti communiter

---

298. MG 35, 437 A.

βεβηκότων ἐν θεωρίᾳ πρὸς τοὺς ἁπλῶς κατευθύνοντας, ἀστικῶν τε αὖ καὶ τῶν ἐκ τῆς ἀγροικίας, ἀκεραιοτέρων τε καὶ πανουργοτέρων, τῶν ἐν πράγμασι πρὸς τοὺς ἡσυχάζοντας, τῶν μεταβολῇ πληγέντων πρὸς τοὺς εὐδρομοῦντας καὶ ἀμαθεῖς τοῦ χείρονος· τούτων γὰρ ἕκαστοι πλεῖον ἀλλήλων ἔστιν ὅτε ταῖς ἐπιθυμίαις καὶ ταῖς ὁρμαῖς ἢ κατὰ τὰς τῶν σωμάτων ἰδέας διαφέροντες, εἰ δὲ βούλει, τὰς τῶν στοιχείων μίξεις καὶ κράσεις, ἐξ ὧν συνεστήκαμεν, οὐ ῥᾴστην ἔχουσι τὴν οἰκονομίαν.

2, 30. Ἀλλ' ὥσπερ τοῖς σώμασιν οὐ τὴν αὐτὴν φαρμακείαν τε καὶ τροφὴν προσφέρονται, ἄλλοι δὲ ἄλλην, ἢ εὐεκτοῦντες ἢ κάμνοντες, οὕτω καὶ τὰς ψυχὰς διαφόρῳ λόγῳ καὶ ἀγωγῇ θεραπεύονται. Μάρτυρες δὲ τῆς θεραπείας, ὧν καὶ τὰ πάθη· τοὺς μὲν ἄγει λόγος, οἱ δὲ ῥυθμίζονται παραδείγματι· οἱ μὲν δέονται κέντρων, οἱ δὲ χαλινοῦ. Οἱ μὲν γάρ εἰσι νωθεῖς καὶ δυσκίνητοι πρὸς τὸ καλόν, οὓς τῇ πληγῇ τοῦ λόγου διεγερτέον· οἱ δὲ θερμότεροι τοῦ μετρίου τῷ πνεύματι καὶ δυσκάθεκτοι ταῖς ὁρμαῖς, καθάπερ πῶλοι γενναῖοι πόρρω τῆς νύσσης θέοντες, οὓς βελτίους ἂν ποιήσειεν ἄγχων καὶ ἀνακόπτων ὁ λόγος.

2, 31. Τοὺς μὲν ἔπαινος ὤνησε, τοὺς δὲ ψόγος, ἀμφότερα μετὰ τοῦ καιροῦ· ἢ τοὐναντίον ἔβλαψεν ἔξω τοῦ καιροῦ καὶ τοῦ λόγου. Τοὺς μὲν παράκλησις κατορθοῖ, τοὺς δὲ ἐπιτίμησις· καὶ αὕτη τοὺς μὲν ἐν τῷ κοινῷ διελεγχομένους, τοὺς δὲ κρύβ-

---

degunt, discriminis erit? quantum inter eos, qui in contemplatione longe processerunt, et eos, qui dumtaxat rectum vitae iter tenent? quantum rursus inter urbanos et rusticos, inter simplices et callidos, inter eos, qui in rebus publicis gerendis versantur, et quietis studiosos, inter eos, quorum res in deterius mutatae sunt, et eos, qui prospero cursu feruntur nec duriore umquam fortuna conflictati sunt? Horum enim singuli cupiditatibus nonnumquam et affectibus magis inter se differunt quam corporum figuris et lineamentis, aut, si mavis, elementorum, et ex quibus constamus, mixtionibus et temperamentis, ac proinde nec facile regi gubernarique possunt.

2, 30. Quin potius, quemadmodum non eadem medicamenta nec eadem alimenta corporibus quibusvis adhibentur, sed alia aliis, habita videlicet vel sanitatis eorum vel adversae valetudinis ratione, eodem quoque modo animae diversa ratione ac disciplina curantur. Ii porro curationis testes sunt, qui morbis huiusmodi vexantur. Alios sermo ducit, alii exemplo componuntur. Alii calcaribus opus habent, alii freno. Nam qui segnes sunt atque ad bonum aegre impelluntur, hi verborum stimulis excitandi sunt; qui vero spiritu, quam par sit, ferventiores sunt atque effrenato quodam animorum impetu feruntur, velut equulei generosi procul a meta currentes, hos utique orationis freno coercere ac cohibere praestiterit.

2, 31. Aliis laudatio utilitati fuit, aliis reprehensio, utraque videlicet tempestive adhibita; aut contra detrimento, non tempestive et cum ratione adhibita. Alios cohortatio ad officium dirigit, alios obiurgatio; atque haec rursus alios, si palam arguantur, alios, si remotis arbitris admoneantur. Sunt enim qui privatas admonitiones

δην νουτεθουμένους. Φιλοῦσι γὰρ οἱ μὲν καταφρονεῖν τῶν ἰδίᾳ νουτεθημάτων, πλήθους καταγνώσει σωφρονιζόμενοι· οἱ δὲ πρὸς τὴν ἐλευθερίαν τῶν ἐλέγχων ἀναισχυντεῖν, τῷ τῆς ἐπιτιμήσεως μυστηρίῳ παιδαγωγούμενοι, καὶ ἀντιδιδόντες τῆς συμπαθείας τὴν εὐπείθειαν.

299 *Bellum internum.* — 2, 91. Καὶ οὔπω λέγω τὸν ἔνδον καὶ ἐν ἡμῖν αὐτοῖς τὸν ἐν τοῖς πάθεσι πόλεμον, ὃν πολεμούμεθα νυκτὸς καὶ ἡμέρας ὑπὸ τοῦ τῆς ταπεινώσεως σώματος, τὰ μὲν κρύβδην, τὰ δὲ φανερῶς, καὶ τῆς ἄνω καὶ κάτω κυμαινούσης ἡμᾶς καὶ στροβούσης, διά τε αἰσθήσεως καὶ τῶν ἄλλων τερπνῶν τοῦ βίου τούτου περιφορᾶς, τοῦ τε πηλοῦ τῆς ἰλύος, ᾧ ἐμπεπήγμεθα, καὶ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας ἀντιστρατευομένου τῷ νόμῳ τοῦ πνεύματος, καὶ διαφθείρειν ἐπιχειροῦντος τὴν βασιλικὴν ἐν ἡμῖν εἰκόνα, καὶ ὅσον τῆς θείας ἀποῤῥοίας ἡμῖν συγκαταβέβληται· ὡς μόλις ἄν τις ἑαυτὸν ἢ μακρᾷ φιλοσοφίᾳ παιδαγωγήσας, καὶ ἀποῤῥηγνὺς κατὰ μικρὸν τὸ τῆς ψυχῆς εὐγενὲς καὶ φωτοειδὲς τοῦ ταπεινοῦ καὶ τῷ σκότει συνεζευγμένου, ἢ Θεοῦ τυχὼν ἵλεω, ἢ καὶ ἄμφω ταῦτα, καὶ μελέτην ὅτι μάλιστα ποιούμενος ἄνω βλέπειν τῆς κατασπώσης ὕλης ἐπικρατήσειε. Πρὶν δὲ ταύτην ὑπερσχεῖν ὅση δύναμις καὶ ἀνακαθᾶραι ἱκανῶς τὴν διάνοιαν, ὑπέρ τε τοὺς ἄλλους μακρῷ γενέσθαι τῇ πρὸς Θεὸν ἐγγύτητι, ἢ ψυχῶν προστασίαν δέξασθαι, ἢ μεσιτείαν Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων (τοῦτο γὰρ ἴσως ὁ ἱερεύς) οὐκ ἀσφαλὲς εἶναι γινώσκω.

---

contemnant, publica autem reprehensione ad officium revocentur; sunt rursus qui liberius reprehensi, pudorem omnem abstergant, contraque occulta obiurgatione meliores reddantur, iisque, quos vicem suam dolere perspiciunt, hoc muneris vicissim rependant, ut eorum admonitionibus pareant.

299 2, 91. Nondum de interno bello atque in nobis ipsis et in affectibus sito verba facio, quo nocte ac die, partim occulte partim aperte ab humilitatis corpore divexamur, et ab ea, quae nos per sensus atque alia huius vitae oblectamenta sursum deorsumque versat, iactatione, atque a luto faecis, cui infixi sumus, et a peccati lege spiritus legi repugnante regiamque in nobis imaginem, et quidquid divinae defluxionis nobis inspersum est, corrumpere conante. Vix porro quisquam, nec nisi diuturna philosophia seipsum domuerit, atque animae nobilitatem et claritatem ab eo, quod humile est et cum tenebris coniunctum, paulatim abruperit, vel Deum propitium nactus sit, aut etiam ambo haec habuerit, atque ad oculos sursum erigendos quam maxime sese exercuerit, deprimentem materiam superare queat. Prius autem quam eam pro virili sua quispiam superarit, mentemque, quantum sat sit, repurgarit, longeque supra alios ad Deum appropinquarit, animarum curam et imperium suscipere ac mediatorem inter Deum et homines agere (hoc enim fortasse sacerdos est) minime tutum esse censeo.

---

299. MG 35, 493 B.

Actio et contemplatio. — 4 [contra Iulianum 1ª, a. 363], 113. 300
Εἰς δύο γὰρ ταῦτα διῃρημένης πάσης φιλοσοφίας, θεωρίαν τε λέγω καὶ πρᾶξιν, καὶ τῆς μὲν ὑψηλοτέρας οὔσης, δυστεκμάρτου δέ, τῆς δὲ ταπεινοτέρας, χρησιμωτέρας δέ, ἡμῖν μὲν ἀμφότερα δι' ἀλλήλων εὐδοκιμεῖ· καὶ γὰρ θεωρίαν συνέκδημον πρὸς τὰ ἐκεῖθεν ποιούμεθα, καὶ πρᾶξιν θεωρίας ἐπίβασιν· οὐδὲ γὰρ οἷόν τε εἶναι σοφίας μετέχειν μὴ σοφῶς ἀναστραφέντας.

Terminus virtutum divinisatio. — 4, 124. Ποῦ δὲ καὶ παρὰ 301
τίσιν ἀνθρώπων, εἰπέ μοι, τὸ λοιδορουμένους εὐφημεῖν, βλασφημουμένους παρακαλεῖν, ὡς οὐ τῆς κακηγορίας βλαπτούσης μᾶλλον ἢ τῆς ἀληθείας, διωκομένους ὑποχωρεῖν, γυμνουμένους προσαπεκδύεσθαι, καταρωμένους ὑπερεύχεσθαι τῶν ἀρωμένων· ἑνὶ λόγῳ, χρηστότητι νικᾷν θρασύτητα, καὶ βελτίους ποιεῖν τοὺς ἀδικοῦντας, οἷς καρτεροῦμεν πάσχοντες; Καίτοι κἂν εἰ κακίαν δοίημεν αὐτοὺς κολάζειν ταῖς τοῦ πλάσματος παραινέσεσι, ποῦ τὸ φθάσαι πρὸς τὰ μέτρα τῆς ἡμετέρας ἀρετῆς καὶ παιδεύσεως, οἷς καὶ τὸ μὴ προβαίνειν τῷ καλῷ, μηδὲ νέους ἀντὶ παλαιῶν ἀεὶ γίνεσθαι, ἀλλ' ἐν ταυτῷ μένειν κακία δοκεῖ; Στρόμβων τὸ πάθος περιτρεχόντων, οὐ προϊόντων, καὶ στάσιμον κινουμένων, ἵν' οὕτως εἴπω, τῇ βίᾳ τῆς μάστιγος. Καὶ δεῖ τὸ μὲν ἡμῖν ἐξηνύσθαι τῶν καλῶν, τοῦ δὲ ἔχεσθαι, τοῦ δὲ ἐφίεσθαι μέχρι τοῦ

4, 113. Nam cum tota philosophia in duas partes, hoc est, in 300
contemplationem et actionem, divisa sit, quarum altera ut sublimior, ita difficilior, altera humilior quidem atque abiectior, ceterum fructuosior, apud nos utraque alterius ope atque adiumento floret. Ut enim contemplationem ascensus ad caelestia comitem adsciscimus, ita vicissim actio nobis ad contemplationem gradus ac velut scala est. Neque enim fieri potest, ut sapientiae compotes sint, qui sapienter non vixerint.

4, 124. Ubinam autem, quaeso, et apud quos homines sancitum 301
est, ut qui maledicuntur, benedicant, qui blasphemantur, obsecrent, quod scilicet non tam obiectum crimen quam veritas ipsa nos laedat, qui persecutionem patiuntur, cedant, qui vestibus spoliantur, amplius adhuc se exuant, qui maledictis et exsecratione afficiuntur, pro maledicentibus orent, atque, ut uno verbo dicam, audaciam et importunitatem benignitate vincant, eosque, a quibus iniuriam accipiunt, patientia sua meliores efficiant? Atque ut hoc demus, eos fucatis suis praeceptis vitium reprimere, quo tandem modo ad virtutis et doctrinae nostrae gradum pervenerint, qui non in virtute proficere, nec ex veteribus subinde novos effici, sed eodem statu haerere in vitio ponimus? Ita enim nobis idem, quod trochis, accideret, quos in orbem volvi, non autem progredi, videmus, atque immote, ut sic loquar, scuticae vi impulsos rotari. Quocirca nos ita constitutam habere vitae rationem oportet, ut virtutes partim iam exsequamur, partim in eas incumbamus, partim cupide appetamus, quousque ad finem ac deificationem illam pervenerimus,

---

300. MG 35, 649 B. 301. MG 35, 664 B.

τέλους καὶ τῆς θεώσεως, ἐφ' ᾗ γεγόναμεν καὶ πρὸς ἣν ἐπειγόμεθα, οἵ γε διαβατικοὶ τὴν διάνοιαν καί τι τῆς τοῦ Θεοῦ μεγαλονοίας ἐλπίζοντες ἄξιον.

302 *Vita monachorum.* — Or. 6 [1a de pace, a. 364], 2. Καὶ πάντα μοι ἦν ὑπεκκαύματα καὶ ὑπομνήματα τῆς τῶν ἀδελφῶν διαζεύξεως, ἀγρυπνίαι, νηστεῖαι, προσευχαί, δάκρυα, τύλοι γονάτων, στηθῶν, ἐπιτιμήσεις, στεναγμὸς ἐκ βάθους ἀναπεμπόμενος, στάσις πάννυχος, νοῦ πρὸς Θεὸν ἐκδημία, θρῆνος ἐν δεήσει λεπτός, φάρμακον τοῖς ἀκούουσι κατανύξεως, οἱ ψάλλοντες, οἱ δοξάζοντες, οἱ μελετῶντες τὸν νόμον Κυρίου ἡμέρας καὶ νυκτός, οἱ τὰς ὑψώσεις τοῦ Θεοῦ ἐν τοῖς λάρυγξι φέροντες· καὶ ταῦτα δὴ τὰ καλὰ τοῦ κατὰ Θεὸν βίου προγράμματα καὶ μηνύματα, οἱ σιωπῶντες κήρυκες, αὐχμῶσα καὶ πιναρὰ κόμη, πόδες γυμνοὶ καὶ τοῖς ἀποστολικοῖς ἑπόμενοι, μηδὲν νεκρὸν φέροντες, κουρὰ σύμμετρος, περιβολὴ τῦφον κολάζουσα, ζώνη τῷ ἀκόσμῳ κοσμία, μικρόν τι τοῦ χιτῶνος ἀναστέλλουσα, καὶ ὅσον μὴ ἀναστέλλειν, βάδισμα εὐσταθές, ὀφθαλμὸς οὐ πλανώμενος, μειδίαμα προσηνές, μᾶλλον δὲ ὁρμὴ μειδιάματος, ἀκρασίαν γέλωτος σωφρονίζουσα, λόγος τῷ λόγῳ κινούμενος, σιωπὴ λόγου τιμιωτέρα, ἔπαινος ἅλατι ἠρτυμένος, οὐ πρὸς θωπείαν, ἀλλ' ὁδηγίαν τοῦ κρείττονος, ἐπίπληξις εὐφημίας ποθεινοτέρα, μέτρα κατηφείας καὶ ἀνέσεως, καὶ ἡ δι' ἀμφοτέρων μίξις καὶ κρᾶσις, τὸ ἁπαλὸν τῷ γενναίῳ, τὸ αὐστηρὸν αἰδοῖ σύγκρατον, ὡς μηδ' ἕτερον ὑπὸ τοῦ ἑτέρου παραβλάπτεσθαι, ἀλλ' ἀμφότερα δι' ἀλλήλων εὐδοκιμεῖν· μέτρα τῆς εἰς τὸ κοινὸν ἐπιμιξίας καὶ ὑποχωρήσεως, τῆς μὲν τοὺς ἄλλους παιδαγωγούσης, τῆς δὲ τῷ Πνεύματι μυσταγωγούσης, καὶ τῆς μὲν ἐν τῷ κοινῷ τὸ ἄκοινον φυλαττούσης, τῆς δὲ ἐν τῷ ἀμίκτῳ τὸ φιλάδελφον καὶ φιλάνθρωπον· καὶ ἃ μείζω τούτων ἔτι καὶ ὑψηλότερα, ὁ ἐν πενίᾳ πλοῦτος, ἡ ἐν παροικίᾳ κατάσχεσις, ἡ ἐν ἀτιμίᾳ δόξα, ἡ ἐν ἀσθενείᾳ δύναμις, ἡ ἐν ἀγαμίᾳ καλλιτεκνία (εἴπερ κρείττονα τῶν ἀπὸ σαρκὸς ἀρχομένων τὰ κατὰ Θεὸν γεννήματα), οἱ τρυφῶντες τῷ μὴ τρυφᾶν, οἱ ταπεινοὶ ὑπὲρ τῶν οὐρανίων, οἱ μηδὲν ἐν κόσμῳ, καὶ ὑπὲρ τὸν κόσμον, οἱ σαρκὸς ἔξω καὶ ἐν σαρκί, ὧν μερὶς Κύριος, οἱ πτωχοὶ διὰ βασιλείαν, καὶ διὰ πτωχείαν βασιλεύοντες.

Actio et contemplatio. — 14 [de pauperum amore, ca 373], 4. 303
Καλὸν θεωρία, καὶ καλὸν πρᾶξις· ἡ μέν, ἐντεῦθεν ἐπανιστᾶσα, καὶ εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων χωροῦσα, καὶ τὸν νοῦν ἡμῶν πρὸς τὸ συγγενὲς ἐπανάγουσα· ἡ δέ, Χριστὸν ὑποδεχομένη, καὶ θεραπεύουσα, καὶ τοῖς ἔργοις τὸ φίλτρον ἐλέγχουσα.

Beneficia Dei. — 14, 23. Γνῶθι, πόθεν σοι τὸ εἶναι, τὸ 304
ἀναπνεῖν, τὸ φρονεῖν, αὐτὸ τὸ μέγιστον, τὸ γινώσκειν Θεόν, βασιλείαν οὐρανῶν ἐλπίζειν, ἀγγέλων ἰσοτιμίαν, δόξης θεωρίαν, νῦν μὲν τὴν ἐν ἐσόπτροις τε καὶ αἰνίγμασι, τότε δὲ τὴν τελεωτέραν τε καὶ καθαρωτέραν· υἱὸν γενέσθαι Θεοῦ, συγκληρονόμον Χριστοῦ, τολμήσας εἴπω, καὶ θεὸν αὐτόν; Πόθεν σοι ταῦτα πάντα καὶ παρὰ τίνος; Ἦ, ἵνα τὰ μικρὰ λέγω καὶ τὰ ὁρώμενα,

---

ob quam creati sumus et ad quam properamus, si modo animo excelso et in altum penetrante sumus atque aliquid Dei magnificentia dignum speramus.

302 6, 2. Omnia enim fomites quidam mihi erant dissidiique fraterni monumenta, vigiliae nempe, ieiunia, preces, lacrimae, callosa genua, pectoris converberationes, suspirium ex imo manans, pernox statio, mentis ad Deum peregrinatio, tenuis inter orandum fletus, audientium animos ad compunctionem incitans, psallentes, Dei gloriam celebrantes, legem Domini diu noctuque meditantes, exaltationes Dei in gutturibus ferentes; atque haec etiam vitae Deo gratae pulchra indicia et argumenta, tacitique praecones, sordida nimirum et squalida coma, pedes nudi et apostolicos imitantes, nihil mortuum ferentes, apta et moderata tonsura, amictus fastum castigans, zona ob inelegantiam elegans, tunicam nonnihil restringens, ita ut restringere minime videatur, gressus constans, oculus minime vagus, subrisus blandus, vel potius subrisionis motus quidam risus petulantiam castigans, sermo a ratione profectus, silentium sermone praestantius, laudatio sale condita, non ad blanditias comparata, sed ad meliora dirigens, obiurgatio laudatione optabilior, modus tristitiae et animorum relaxationis, atque utriusque permixtio et temperamentum; mollities fortitudine, austeritas verecundia temperata sic, ut neutra ab altera laedatur, sed utraque alterius opera laudem consequatur; modus tum in commune prodeundi, tum secedendi, illud ad alios instituendos, hoc ut ipsi Spiritus mysteriis imbuantur; atque ita utrumque, ut et in communi solitudinem et in solitudine fraternam benevolentiam et caritatem servent; et, quae his adhuc maiora et sublimiora sunt, opes in paupertate, possessio in peregrinatione, gloria in contemptu, potentia in infirmitate, fecunditas in caelibatu (siquidem praestantiores fetus illi sunt, qui secundum Deum exsistunt, quam qui a carne ortum ducunt), qui deliciis minime studere pro deliciis habent, qui regni caelestis causa humiles sunt, qui in mundo nihil habent et supra mundum exsistunt, qui etiam in carne extra carnem vivunt, qui pro portione Dominum habent, qui propter regnum inopia laborant et propter inopiam regnant.

14, 4. Pulchra res est contemplatio, pulchra item actio: illa hinc 303
assurgens atque ad sancta sanctorum contendens, mentemque nostram ad id, quod ipsi cognatum est, reducens; haec vero Christum excipiens, eique inserviens, ac vim amoris per opera indicans.

14, 23. Agnosce, unde habes quod sis, quod spires, quod intel- 304
legas et sapias, quodque maximum est, quod Deum cognoscas, speres caelorum regnum, honoris aequalitatem cum angelis, gloriae contemplationem, nunc quidem in speculis et aenigmatibus, tunc autem pleniorem ac puriorem; quod Dei filius, Christi coheres, atque, ut audacter loquar, deus etiam factus sis? Unde tibi haec

---

302. MG 35, 721 C.

303. MG 35, 864 A. 304. MG 35, 888 A.

τίς ἔδωκέ σοι κάλλος οὐρανοῦ βλέπειν, ἡλίου δρόμον, σελήνης κύκλον, ἀστέρων πλῆθος, καὶ τὴν ἐν τούτοις πᾶσιν, ὥσπερ ἐν λύρᾳ, εὐαρμοστίαν καὶ τάξιν ὡσαύτως ἔχουσαν, ὡρῶν ἀλλαγάς, μεταβολὰς καιρῶν, ἐνιαυτῶν περιόδους, ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἰσομοιρίαν, γῆς ἐκφύσεις, ἀέρος χύσιν, πλάτη θαλάττης λελυμένης καὶ ἱσταμένης, βάθη ποταμῶν, ἀνέμων ῥεύματα; Τίς ὑετούς, γεωργίαν, τροφάς, τέχνας, οἰκήσεις, νόμους, πολιτείας, βίον ἥμερον, οἰκείωσιν πρὸς τὸ συγγενές; Πόθεν σοι τῶν ζῴων τὰ μὲν ἡμέρωται καὶ ὑπέζευκται, τὰ δὲ τροφῇ παραδέδοται; Τίς σε κύριον καὶ βασιλέα πάντων κατέστησε τῶν ἐπὶ τῆς γῆς; Τίς, ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον λέγω, πάντα, οἷς προέχει τῶν ἄλλων ἄνθρωπος, ἐδωρήσατο; Οὐχ οὗτος, ὃς νῦν πρὸ πάντων καὶ ἀντὶ πάντων αἰτεῖ παρὰ σοῦ τὸ φιλάνθρωπον; Εἶτα οὐκ αἰσχυνόμεθα, εἰ τοσαῦτα παρ' αὐτοῦ, τὰ μὲν λαβόντες, τὰ δὲ ἐλπίζοντες, μηδὲ ἓν τοῦτο εἰσοίσομεν τῷ Θεῷ, τὸ φιλάνθρωπον;

305 *Amor pauperum.* — 14, 40. Εἴ τι οὖν ἐμοὶ πείθεσθε, δοῦλοι Χριστοῦ καὶ ἀδελφοὶ καὶ συγκληρονόμοι, ἕως ἐστὶ καιρός, Χριστὸν ἐπισκεψώμεθα, Χριστὸν θεραπεύσωμεν, Χριστὸν θρέψωμεν, Χριστὸν ἐνδύσωμεν, Χριστὸν συναγάγωμεν, Χριστὸν τιμήσωμεν, μὴ τραπέζῃ μόνον, ὥς τινες, μηδὲ μύροις, ὡς ἡ Μαρία, μηδὲ τάφῳ μόνον, ὡς Ἰωσὴφ ὁ Ἀριμαθαῖος, μηδὲ τοῖς

---

omnia et a quo? Aut, ut parva haec oculisque subiecta dicam, cuius munere ac beneficio intueris caeli pulchritudinem, cursum solis, lunae orbem, siderum multitudinem, eumque, qui in his omnibus velut in lyra elucet, concentum atque ordinem, semper eodem modo se habentem, partium anni vicissitudines, temporum mutationes, annorum conversiones, diei noctisque aequas portiones, terrae productiones, aeris fusionem, maris, fluxi simul ac stabilis, immensam latitudinem, fluminum profunditatem, ventorum profluvia? Quis tibi pluvias dedit, agriculturam, cibos, artes, domicilia, leges, respublicas, vitam mitem et humanitate excultam, amicitiam et familiaritatem cum eo, cum quo tibi cognatio intercedit? Unde habes, quod animantia partim cicurata tibique subiecta sint, partim in cibum tradita? Quis te omnium rerum, quae in terra sunt, dominum et regem constituit? Quis, ne singula commemorem, ea omnia, quibus homo ceteris animantibus praestat, largitus est? Nonne Deus, qui nunc prae omnibus et pro omnibus rebus benignitatem a te vicissim poscit? An vero nos non pudebit, cum tot tantaque ab eo partim acceperimus, partim speremus, nec hoc quidem unum ipsi conferre, nimirum benignitatem?

305 14, 40. Si quid mihi auscultandum putatis, servi Christi et fratres et coheredes, Christum, quamdiu licet, visitemus, Christum curemus, Christum alamus, Christum vestiamus, Christum colligamus, Christum honoremus, non mensa solum, ut quidam, nec unguentis, ut Maria, nec sepulcro dumtaxat, ut Ioseph Arimathaeus, nec rebus, quae ad sepulturam pertinent, ut ille dimidia tantum ex parte Christum

---

305. MG 35, 909 B.

πρὸς τὴν ταφήν, ὡς Νικόδημος ὁ ἐξ ἡμισείας φιλόχριστος, μηδὲ χρυσῷ καὶ λιβάνῳ καὶ σμύρνῃ, ὡς οἱ μάγοι πρὸ τῶν εἰρημένων· ἀλλ' ἐπειδὴ ἔλεον θέλει καὶ οὐ θυσίαν ὁ πάντων Δεσπότης, καὶ ὑπὲρ μυριάδας ἀρνῶν πιόνων ἡ εὐσπλαγχνία, ταύτην εἰσφέρωμεν αὐτῷ διὰ τῶν δεομένων, καὶ χαμαὶ σήμερον ἐρριμμένων, ἵνα, ὅταν ἐνθένδε ἀπαλλαγῶμεν, δέξωνται ἡμᾶς εἰς τὰς αἰωνίους σκηνάς.

Nil melius benignitate. — 17 [ad Nazianzenos, a. 373], 9. Σὺ 306
δέ, ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, μνήσθητι τίνος εἶ ποίημα, καὶ ποῦ καλῇ, καὶ πόσα ἔχεις, καὶ πόσον ὀφείλεις, παρὰ τίνος σοι λόγος, νόμος, προφῆται, αὐτὸ τὸ εἰδέναι Θεόν, τὸ μὴ ἀπελπίζειν τὰ προσδοκώμενα. Μίμησαι διὰ ταῦτα Θεοῦ φιλανθρωπίαν. Τοῦτο ἔχει μάλιστα θεῖον ἄνθρωπος, τὸ εὖ ποιεῖν. Ἔξεστί σοι θεὸν γενέσθαι μηδὲν πονήσαντι· μὴ πρόῃ τὸν καιρὸν τῆς θεώσεως.

Amor contemplationis.—20 [de dogmate et constit. episc., a. 379], 1. 307
Οὐδὲν γάρ μοι δοκεῖ τοιοῦτον, οἷον μύσαντα τὰς αἰσθήσεις, ἔξω σαρκὸς καὶ κόσμου γενόμενον, μηδενὸς τῶν ἀνθρωπίνων προσαπτόμενον, ὅτι μὴ πᾶσα ἀνάγκη, ἑαυτῷ προσλαλοῦντα καὶ τῷ Θεῷ, ζῆν ὑπὲρ τὰ ὁρώμενα, καὶ ἀεὶ τὰς θείας ἐμφάσεις καθαρὰς ἐν ἑαυτῷ φέρειν ἀμιγεῖς τῶν κάτω χαρακτήρων καὶ πλανωμένων, οἷον ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον Θεοῦ καὶ τῶν θείων καὶ ὂν καὶ ἀεὶ γινόμενον, φωτὶ προσλαμβάνοντα φῶς καὶ ἀμαυροτέρῳ τρανότερον, μέχρις ἂν πρὸς τὴν πηγὴν ἔλθωμεν τῶν τῇδε ἀπαυγασ-

---

amans Nicodemus, nec denique auro, thure et myrrha, ut magi ante eos omnes, quos diximus; sed quoniam omnium Dominus misericordiam vult, non sacrificium, ac pinguium agnorum myriades commiseratio superat, hanc per pauperes humique hodierno die provolutos ipsi conferamus, ut, cum hinc excesserimus, in aeterna tabernacula nos recipiant.

17, 9. Tibi vero, homo Dei, in mentem veniat, quis te finxerit, 306
quo voceris, quot quantaque habeas, quot nominibus obstrictus sis, a quo rationem, legem, prophetas acceperis, a quo hoc ipsum, quod Deum cognoscis, quod bona in exspectatione posita non desperas. Quocirca Dei humanitatem et misericordiam aemulare. Nihil tam divinum homo habet quam benignitatem ac beneficentiam. Licet tibi nullo labore deum fieri; noli divinitatis consequendae occasionem abicere.

20, 1. Nihil enim potius mihi videtur, quam si, sensibus com- 307
pressis, extra mundum et carnem positus, nihil rerum humanarum contingens, nisi summa necessitate coactus, mecum ipse et cum Deo colloquens, sublimiorem iis rebus, quae adspectu sentiuntur, vitam traducam, ac divinas rerum species et imagines puras semper atque ab omnibus terrenis et errabundis simulacris immunes in me circumferam, ac efficiar semperque exsistam velut purissimum quoddam Dei rerumque divinarum speculum, ut lumen lumine et clarius obscuriori excipiam, donec tandem ad radiorum vitae huius

---

306. MG 35, 976 C. 307. MG 35, 1065 A.

μάτων, καὶ τύχωμεν τοῦ μακαρίου τέλους, λυθέντων τῶν ἐσόπτρων τῇ ἀληθείᾳ· ὡς μόλις ἄν τις ἑαυτόν, ἢ μακρᾷ φιλοσοφίᾳ παιδαγωγήσας, καὶ ἀποῤῥηγνὺς κατὰ μικρὸν τὸ τῆς ψυχῆς εὐγενές, καὶ φωτοειδές, τοῦ ταπεινοῦ καὶ σκότῳ συνεζευγμένου, ἢ Θεοῦ τυχὼν ἵλεω, ἢ καὶ ἄμφω ταῦτα, καὶ μελέτην ὅτι μάλιστα ποιούμενος ἄνω βλέπειν, τῆς κατασπώσης ὕλης ἐπικρατήσειε. Πρὶν δὲ ταύτην ὑπερσχεῖν, ὅση δύναμις, καὶ ἀνακαθᾶραι ἱκανῶς τά τε ὦτα καὶ τὴν διάνοιαν, ἢ ψυχῆς ἐπιστασίαν δέξασθαι, ἢ θεολογίᾳ προσβαλεῖν, οὐκ ἀσφαλὲς εἶναι γινώσκω.

308 *Contemplatio actione acquiritur.* — 20, 12. Διὰ πολιτείας ἄνελθε· διὰ καθάρσεως κτῆσαι τὸ καθαρόν. Βούλει θεολόγος γενέσθαι ποτέ, καὶ τῆς θεότητος ἄξιος; Τὰς ἐντολὰς φύλασσε· διὰ τῶν προσταγμάτων ὅδευσον· πρᾶξις γὰρ ἐπίβασις θεωρίας· ἐκ τοῦ σώματος τῇ ψυχῇ φιλοπόνησον.

309 *Deificatio.* — 21 [in laudem Athanasii, a. 379], 2. Ὧτινι μὲν οὖν ἐξεγένετο, διὰ λόγου καὶ θεωρίας διασχόντι τὴν ὕλην καὶ τὸ σαρκικὸν τοῦτο, εἴτε νέφος χρὴ λέγειν, εἴτε προκάλυμμα, Θεῷ συγγενέσθαι, καὶ τῷ ἀκραιφνεστάτῳ φωτὶ κραθῆναι, καθόσον ἐφικτὸν ἀνθρωπίνῃ φύσει, μακάριος οὗτος, τῆς τε ἐντεῦθεν ἀναβάσεως, καὶ τῆς ἐκεῖσε θεώσεως, ἣν τὸ γνησίως φιλοσοφῆσαι χαρίζεται, καὶ τὸ ὑπὲρ τὴν ὑλικὴν δυάδα γενέσθαι, διὰ τὴν ἐν τῇ Τριάδι νοουμένην ἑνότητα. Ὅστις δὲ ὑπὸ τῆς συζυγίας χείρων ἐγένετο, καὶ τοσοῦτον τῷ πηλῷ συνεσχέθη, ὡς μὴ δυνηθῆναι ἐμβλέψαι πρὸς τὰς τῆς ἀληθείας αὐγάς, μηδὲ ὑπὲρ τὰ κάτω γενέσθαι, γεγονὼς ἄνωθεν καὶ πρὸς τὰ ἄνω καλούμενος, ἄθλιος οὗτος ἐμοὶ τῆς τυφλώσεως, κἂν εὐροῇ τοῖς ἐνταῦθα· καὶ τοσούτῳ πλέον, ὅσῳπερ ἂν μᾶλλον ὑπὸ τῆς εὐροίας παίζηται, καὶ πείθηται ἄλλο τι καλὸν εἶναι πρὸ τοῦ ὄντος καλοῦ, πονηρὸν πονηρᾶς δόξης καρπὸν δρεπόμενος, ἢ ζόφον κατακριθῆναι, ἢ ὡς πῦρ ἰδεῖν, ὃν ὡς φῶς οὐκ ἐγνώρισεν.

Monasteria. — 21, 19. Τοῖς γὰρ ἱεροῖς καὶ θείοις τῶν κατ' 310
Αἴγυπτον φροντιστηρίοις φέρων [Ἀθανάσιος] ἑαυτὸν δίδωσιν· οἳ κόσμου χωρίζοντες ἑαυτοὺς καὶ τὴν ἔρημον ἀσπαζόμενοι, ζῶσι Θεῷ, πάντων μᾶλλον τῶν στρεφομένων ἐν σώματι· οἱ μὲν τὸν πάντῃ μοναδικόν τε καὶ ἄμικτον διαθλοῦντες βίον, ἑαυτοῖς μόνοις προσλαλοῦντες καὶ τῷ Θεῷ, καὶ τοῦτο μόνον κόσμον εἰδότες, ὅσον ἐν τῇ ἐρημίᾳ γνωρίζουσιν· οἱ δὲ νόμον ἀγάπης τῇ κοινωνίᾳ στέργοντες, ἐρημικοί τε ὁμοῦ καὶ μιγάδες, τοῖς μὲν ἄλλοις τεθνηκότες ἀνθρώποις καὶ πράγμασιν, ὅσα ἐν μέσῳ περιφέρεται, στροβοῦντά τε καὶ στροβούμενα, καὶ παίζοντα ἡμᾶς ταῖς ἀγχιστρόφοις μεταβολαῖς, ἀλλήλοις δὲ κόσμος ὄντες καὶ τῇ παραθέσει τὴν ἀρετὴν θήγοντες. Τούτοις ὁμιλήσας ὁ μέγας Ἀθανάσιος, ὥσπερ τῶν ἄλλων ἁπάντων μεσίτης καὶ διαλλακτὴς ἦν, τὸν

---

fontem perveniamus ac, solutis per veritatem speculis, beatum finem assequamur; adeo ut vix quispiam, etiamsi seipsum vel diuturna philosophia ac disciplina exerceat, animaeque nobilitatem et splendorem ab humilis et caliginosi corporis contagione paulatim abrumpat, vel divinum numen propitium sentiat, aut utrumque horum habeat, ac mentem maxima cum diligentia ad caelestia dirigat, vix, inquam, terrenam hanc molem deorsum trahentem superare poterit. Priusquam autem eam, quantum fieri potest, superaverimus, auresque nostras et mentis aciem satis repurgaverimus, animarum curam suscipere aut ad rerum divinarum pertractationem accedere haudquaquam tutum esse duco.

308 20, 12. Per vitae probitatem ascende; per purgationem eum, qui purus est, adipiscere. Vis theologus aliquando fieri ac divinitate dignus? Serva mandata; per Dei praecepta incede; actio enim gradus est ad contemplationem; ex corpore operam animae nava.

309 21, 2. Cuicumque igitur, terrena mole per rationem et contemplationem perrupta solutaque hac carnali, sive nubes, sive obvelatio dicenda est, cum Deo commercium habere ac purissimae luci, quantum humanae naturae datum est, commisceri licuerit, is duplici nomine beatus praedicari debet, tum quod hinc sursum ascenderit, tum quod deificationem illam sit consecutus, quam verum et sincerum philosophiae studium conciliat ac mentis supra terrenum binarium elatio, propter eam, quam in Trinitate intellegimus, unitatem. Qui autem ob animae cum corpore coniunctionem deterior factus est, ac luto usque adeo haesit, ut nec in veritatis radios mentis aciem intendere, nec supra inferiora haec assurgere queat, idque cum desuper originem traxerit et ad supera vocetur, illum hac caecitate miserum existimo, etiamsi res huiusce vitae illi ex animi sententia fluant, tantoque etiam miseriorem, quanto magis a secundo ac felici fluxu delusus fuerit, sibique aliud quodpiam bonum vero bono praestabilius esse persuaserit, malum utique malae opinionis fructum decerpens, nimirum ut vel tenebris mulctetur, vel eum tamquam ignem videat, quem ut lucem minime cognovit.

21, 19. Nam ad sacra illa et divina Aegypti monasteria se con- 310
fert [Athanasius], in quibus homines a mundo se distrahentes ac solitudinem amplectentes, Deo vivunt, magis quam ceteri omnes, qui in corpore versantur. Alii quidem vitam prorsus solitariam et ab hominum societate remotam agunt, sui ipsorum tantum et Dei colloquio fruentes, atque hanc dumtaxat terrae partem pro mundo habentes, quam in solitudine cognitam habent. Alii autem caritatis legem per communionem et societatem colentes, solitarii simul et coenobitae sunt, ac mortui quidem ceteris hominibus et negotiis omnibus, quae in medio volvuntur, versantque simul et versantur, ac nobis per repentinas et crebras mutationes imposturam faciunt, sibi ipsis autem invicem mundi loco sunt ac per comparationem mutuo inter se virtutem acuunt et exstimulant. Cum his consuetudinem habens magnus Athanasius, ut omnium aliarum rerum sequester et conciliator erat, illius scilicet exemplum se-

---

308. MG 35, 1080 B. 309. MG 35, 1084 C.

310. MG 35, 1101 D.

εἰρηνοποιήσαντα τῷ αἵματι τὰ διεστῶτα μιμούμενος, οὕτω καὶ τὸν ἐρημικὸν βίον τῷ κοινωνικῷ καταλλάττει, δεικνύς, ὅτι ἔστι καὶ ἱερωσύνη φιλόσοφος, καὶ φιλοσοφία δεομένη μυσταγωγίας. 20. Οὕτω γὰρ ἀμφότερα συνηρμόσατο καὶ εἰς ἓν ἤγαγε, καὶ πρᾶξιν ἡσύχιον καὶ ἡσυχίαν ἔμπρακτον, ὥστε πεῖσαι τὸ μονάζειν ἐν τῇ εὐσταθείᾳ τοῦ τρόπου μᾶλλον ἢ τῇ τοῦ σώματος ἀναχωρήσει χαρακτηρίζεσθαι.

311 *Vis habitudinis.* — 23 [3a de pace, a. 379], 1. Φύσει μὲν γὰρ πρόχειρον ἡ κακία, καὶ πολὺς ἐπὶ τὸ χεῖρον ὁ δρόμος, ῥοῦς κατὰ πρανοῦς τρέχων, ἢ καλάμη τις πρὸς σπινθῆρα καὶ ἄνεμον ῥᾳδίως ἐξαπτομένη, καὶ γινομένη φλόξ, καὶ συνδαπανωμένη τῷ οἰκείῳ γεννήματι. Πῦρ γὰρ ὕλης γέννημα, καὶ δαπανᾷ τὴν ὕλην, ὡς τοὺς κακοὺς ἡ κακία, καὶ τῇ τροφῇ συναπέρχεται. Εἰ δέ τις ἐν ἕξει καλοῦ τινος γένοιτο καὶ ἀπ' αὐτοῦ ποιωθείη, τὸ μεταπεσεῖν ἐργωδέστερον, ἢ γενέσθαι ἀπ' ἀρχῆς ἀγαθόν· ἐπειδὴ καὶ χρόνῳ καὶ λόγῳ βεβαιωθὲν ἅπαν καλόν, φύσις καθίσταται, καθάπερ καὶ ἡ ἐν ἡμῖν ἀγάπη, μεθ' ἧς λατρεύομεν τῇ ὄντως ἀγάπῃ, καὶ ἣν ἠγαπήσαμεν, καὶ παντὸς τοῦ βίου προεστησάμεθα.

312 *Virginitas.* — 37 [in Mt 19, 1 sqq, a. 380], 10. Καὶ ἡ ὑπὸ ζυγὸν ἔστω τι Χριστοῦ, καὶ ἡ παρθένος ὅλη Χριστοῦ. Ἡ μὲν μὴ παντελῶς ἐνδεσμείσθω τῷ κόσμῳ, ἡ δὲ μηδ' ὅλως γινέσθω τοῦ κόσμου. Ὃ γάρ ἐστι τῇ ὑπὸ ζυγὸν τὸ μέρος, τοῦτο παντελὲς

quens, qui per sanguinem suum ea, quae inter se dissidebant, pacificavit, ita solitariam quoque vitam cum coenobiaca in gratiam reducit, illud nimirum ostendens, et sacerdotium philosophiae minime expers esse, et philosophiam sacri antistitis institutione opus habere. 20. Sic enim haec duo, hoc est, tranquillam actionem et actuosam tranquillitatem, consociavit et copulavit, ut persuasum omnibus redderet, monasticae vitae professionem morum potius gravitate et constantia quam corporis secessione exprimi atque insigniri.

311 23, 1. Vitium enim est natura quidem in promptu, et facilis ad malum cursus, et funda in praeceps labens, aut etiam festuca quaedam, quae ad scintillam et ventum facile succenditur et inflammatur, et una cum suo fetu absumitur. Flamma quippe materiae fetus est, ac materiam ipsam non aliter atque improbos homines improbitas absumit, tandemque cum suo alimento evanescit. Si quis tamen ad boni alicuius habitum pervenerit eoque penitus imbutus fuerit, huic iam in vitium labi difficilius erit, quam ab initio bonum fieri; quandoquidem bonum omne, tempore ac ratione confirmatum, naturae vim obtinet, velut haec quoque animis nostris infixa caritas, cum qua veram caritatem colimus, et quam caritate complexi sumus, atque totius vitae praesidem et moderatricem nobis statuimus.

312 37, 10. Quae sub iugo est, aliqua ex parte Christi sit; quae virginitatem amplexa est, tota Christi sit. Illa mundo non prorsus alligetur; haec nullo modo animum mundo addicat. Quod enim

311. MG 35, 1152 C. 312. MG 36, 296 A.

τῇ παρθένῳ. Ἀγγέλων ἐπανήρησαι πολιτείαν; Μετὰ τῶν ἀζύγων ἐτάχθης; Μὴ κατενεχθῇς εἰς σάρκα, μὴ κατενεχθῇς εἰς ὕλην, μὴ τῇ ὕλῃ γαμηθῇς, κἂν ἄλλως ἄγαμος μένῃς. Ὀφθαλμὸς πορνεύων οὐ φυλάσσει τὴν παρθενίαν, γλῶττα πορνεύουσα τῷ πονηρῷ μίγνυται. Πόδες ἄτακτα βαίνοντες ἐγκαλοῦνται νόσον ἢ κίνδυνον. Παρθενευέτω καὶ ἡ διάνοια· μὴ ῥεμβέσθω, μὴ πλανάσθω, μὴ τύπους ἐν αὐτῇ φερέτω πονηρῶν πραγμάτων (καὶ ὁ τύπος μέρος πορνείας ἐστί), μὴ εἰδωλοποιείτω τῇ ψυχῇ τὰ μισούμενα.

37, 12. Ὁρᾶτε τὰ ἐμπεριλαμβανόμενα τοῖς μολιβδίνοις ὀχετοῖς 313
ῥεύματα, ὅτι τῷ λίαν στενοχωρεῖσθαι καὶ πρὸς ἓν φέρεσθαι τοσοῦτον ἐκβαίνει τὴν ὕδατος πολλάκις φύσιν, ὥστε καὶ πρὸς τὸ ἄνω χωρεῖν ἀεὶ τὸ κατόπιν ὠθούμενον. Οὕτως ἐὰν σφίγξῃς τὸν πόθον καὶ ὅλη Θεῷ συναφθῇς, ἄνω χωρίσῃς, οὐ μὴ κάτω πέσῃς, οὐ μὴ διαχυθῇς, ὅλη Χριστοῦ μενεῖς, μέχρις ἂν καὶ Χριστὸν ἴδῃς τὸν σὸν νυμφίον. Ἀπρόσιτον ἑαυτὴν φύλαττε, καὶ λόγῳ, καὶ ἔργῳ, καὶ βίῳ, καὶ διανοήματι, καὶ κινήματι. Πανταχόθεν ὁ πονηρὸς περιεργάζεταί σε, πάντα κατασκοπεῖ, ποῦ βάλῃ, ποῦ τρώσει, μή τι παραγυμνούμενον εὕρῃ καὶ πρὸς πληγὴν ἕτοιμον. Ὅσῳ καθαρωτέραν ὁρᾷ, τοσούτῳ μᾶλλον σπιλῶσαι φιλονεικεῖ· καὶ γὰρ ἐσθῆτος λαμπρᾶς οἱ σπίλοι περιφανέστεροι. Μὴ ὀφθαλμὸς ὀφθαλμὸν ἑλκέτω, μὴ γέλως γέλωτα, μὴ συνήθεια νύκτα, μὴ νὺξ ἀπώλειαν. Τὸ γὰρ κατὰ μέρος ὑφελκόμενον καὶ

coniugatae est pars, id virgini totum est. Angelorum vitam elegisti? In eorum ordinem te aggregasti, qui iugum nesciunt? Ne in carnem prolabaris, ne in materiam deiciaris, ne cum materia matrimonio iungaris, etiamsi alioqui in caelibatu perstes. Oculus lascivus et impudicus virginitatem minime servat; lingua impudica diabolo miscetur; pedes vacillantes aut morbum aut imminentis morbi periculum produnt. Virginitatem animus quoque ipse colat, ne vagetur, ne oberret, ne meretriciarum rerum formas in seipso ferat (nam libidinis quoque pars impressa in animo forma est), ne odio insectanda rerum simulacra in anima effingat.

37, 12. Videtisne aquarum profluvia, plumbeis canalibus inclusa, 313
quae, propterea quod nimium comprimuntur atque ad unum feruntur, adeo plerumque aquae naturam excedunt, ut, quod retro impellitur, sursum semper tendat? Consimili modo, si amorem strinxeris totaque Deo coniuncta fueris, sursum tendes, numquam humi prolaberis nec difflues, tota Christi manebis, quousque Christum quoque sponsum tuum videas. Inaccessibilem teipsam custodi et verbo, et opere, et vita, et cogitatione, et motu atque impulsione. Undequaque pravus ille te perscrutatur, atque explorat, ubi feriat, ubi vulneret, num nudum quid et apertum plagaeque obvium reperiat. Quo puriorem cernit, eo enixius te commaculare atque inquinare contendit; splendidae etiam vestis manifestiores sunt sordes. Ne oculus oculum trahat, ne risus risum, ne familiaritas noctem, ne nox interitum et exitium. Nam quod paulatim attrahitur

313. MG 36, 296 C.

κλεπτόμενον, ἀνεπαίσθητον μὲν τὴν πρὸς τὸ παρὸν ἔχει βλάβην, εἰς τὸ κεφάλαιον δὲ τῆς κακίας ἀπαντᾷ.

314 *Timor.* — 39 [in sancta lumina, a. 381], 8. Οὐ γὰρ ἀπὸ θεωρίας ἀρξαμένους εἰς φόβον χρὴ καταλήγειν (θεωρία γὰρ ἀχαλίνωτος τάχα ἂν καὶ κατὰ κρημνῶν ὤσειεν), ἀλλὰ φόβῳ στοιχειουμένους καὶ καθαιρομένους, καί, ἵν' οὕτως εἴπω, λεπτυνουμένους, εἰς ὕψος αἴρεσθαι. Οὗ γὰρ φόβος, ἐντολῶν τήρησις· οὗ δὲ ἐντολῶν τήρησις, σαρκὸς κάθαρσις, τοῦ ἐπιπροσθοῦντος τῇ ψυχῇ νέφους καὶ οὐκ ἐῶντος καθαρῶς ἰδεῖν τὴν θείαν ἀκτῖνα· οὗ δὲ κάθαρσις, ἔλλαμψις· ἔλλαμψις δέ, πόθου πλήρωσις, τοῖς τῶν μεγίστων, ἢ τοῦ μεγίστου, ἢ ὑπὲρ τὸ μέγα ἐφιεμένοις.

315 *Basilius et vita monastica.* — 43 [in laudem Basilii Magni, a. 381], 62. Μέγα παρθενία, καὶ ἀζυγία, καὶ τὸ μετ' ἀγγέλων τετάχθαι, καὶ τῆς μοναδικῆς φύσεως· ὀκνῶ γὰρ εἰπεῖν Χριστοῦ, ὅς, καὶ γεννηθῆναι θελήσας διὰ τοὺς γεννητοὺς ἡμᾶς, ἐκ παρθένου γεννᾶται, παρθενίαν νομοθετῶν, ὡς ἐνθένδε μετάγουσαν καὶ κόσμον συντέμνουσαν, μᾶλλον δὲ κόσμον κόσμῳ παραπέμπουσαν, τὸν ἐνεστῶτα τῷ μέλλοντι. Τίς οὖν ἐκείνου μᾶλλον ἢ παρθενίαν ἐτίμησεν, ἢ σαρκὶ ἐνομοθέτησεν, οὐ τῷ καθ' ἑαυτὸν ὑποδείγματι μόνον, ἀλλὰ καὶ οἷς ἐσπούδασε; Τίνος οἱ παρθενῶνες καὶ τὰ ἔγγραφα διατάγματα, οἷς πᾶσαν μὲν αἴσθησιν ἐσωφρόνιζε, πᾶν δὲ μέλος ἐρύθμιζε, καὶ ὄντως παρθενεύειν

---

ac tamquam subripitur, tametsi eam rationem habeat, ut damnum in praesenti minime sentiatur, tamen in vitii summam occurrit.

314 39, 8. Neque enim ea nobis ratio ineunda est, ut a contemplatione auspicantes, in timorem desinamus (effrenata enim contemplatio in praecipitia quoque fortasse nos impulerit), verum ut timoris rudimentis imbuti et purgati, atque, ut hoc verbo utar, attenuati, in altum efferamur. Ubi enim timor est, illic quoque mandatorum observatio; ubi autem mandatorum observatio, illic etiam carnis, quae, nubis cuiusdam instar, animae lumen obscurat nec divini radii splendorem pure intueri sinit, purgatio est. Porro ubi purgatio, illic illuminatio; illuminatio autem desiderii summa est, iis utique, qui maximarum rerum, vel potius maximae rei atque adeo magnitudinem omnem superantis, cupiditate flagrant.

315 43, 62. Magna res virginitas, et caelibatus, atque in angelorum naturaeque singularis ordine censeri; vereor enim dicere Christi, qui, cum propter nos genitos nasci vellet, ex Virgine gignitur, virginitatem velut lata lege sanciens, ut hinc abducentem ac mundum conscindentem, vel potius mundum ad mundum transmittentem, praesentem nimirum ad futurum. Quis igitur magis quam ille aut virginitatem in pretio habuit, aut carni leges imposuit, idque non suo tantum exemplo, sed etiam per ea, quibus operam dedit? Cuius sunt virginum coenobia ac praecepta illa litteris mandata, quil us et omnes sensus coercebat, et membra omnia componebat, ac vere virginitatem colere admonebat, pulchritudinem ab iis rebus,

---

314. MG 36, 344 A. 315. MG 36, 576 C.

ἔπειθεν, εἴσω τὰ κάλλη στρέφων ἀπὸ τῶν ὁρωμένων ἐπὶ τὰ μὴ βλεπόμενα, καὶ τὸ μὲν ἔξωθεν ἀπομαραίνων, καὶ τὴν ὕλην ὑποσπῶν τῆς φλογός, τὸ δὲ κρυπτὸν τῷ Θεῷ δεικνύς, ὃς μόνος τῶν καθαρῶν ψυχῶν ἐστι νυμφίος καὶ τὰς ἀγρύπνους ἑαυτῷ συνεισάγει ψυχάς, ἐὰν μετὰ λαμπρῶν τῶν λαμπάδων αὐτῷ καὶ δαψιλοὺς τῆς τοῦ ἐλαίου τροφῆς ἀπαντήσωσιν; Τοῦ τοίνυν ἐρημικοῦ βίου καὶ τοῦ μιγάδος, μαχομένων πρὸς ἀλλήλους ὡς τὰ πολλά, καὶ διισταμένων, καὶ οὐδετέρου πάντως ἢ τὸ καλόν, ἢ τὸ φαῦλον ἀνεπίμικτον ἔχοντος, ἀλλὰ τοῦ μέν, ἡσυχίου μὲν ὄντος μᾶλλον, καὶ καθεστηκότος, καὶ Θεῷ συνάγοντος, οὐκ ἀτύφου δέ, διὰ τὸ τῆς ἀρετῆς ἀβασάνιστον καὶ ἀσύγκριτον, τοῦ δὲ πρακτικωτέρου μὲν μᾶλλον καὶ χρησιμωτέρου, τὸ δὲ θορυβῶδες οὐ φεύγοντος, καὶ τούτους ἄριστα κατήλλαξεν ἀλλήλοις καὶ συνεκέρασεν, ἀσκητήρια καὶ μοναστήρια δειμάμενος μέν, οὐ πόῤῥω δὲ τῶν κοινωνικῶν καὶ μιγάδων, οὐδέ, ὥσπερ τειχίῳ τινὶ μέσῳ, ταῦτα διαλαβὼν καὶ ἀπ' ἀλλήλων χωρίσας, ἀλλὰ πλησίον συνάψας καὶ διαζεύξας· ἵνα μήτε τὸ φιλόσοφον ἀκοινώνητον ᾖ, μήτε τὸ πρακτικὸν ἀφιλόσοφον· ὥσπερ δὲ γῆ καὶ θάλασσα, τὰ παρ' ἑαυτῶν ἀλλήλοις ἀντιδιδόντες, εἰς μίαν δόξαν Θεοῦ συντρέχωσι.

Epistulae.

Morbus et patientia. — Ep. 36 [Philagrio, ca 369]. Ἀλγῶ τῇ 316
νόσῳ, καὶ χαίρω, οὐχ ὅτι ἀλγῶ, ἀλλ' ὅτι τοῦ καρτερεῖν τοῖς

---

quae aspectu sentiuntur, ad ea, quae oculorum obtutum fugiunt, convertens, atque id quidem, quod externum est, debilitans, flammaeque materiam subtrahens, quod autem internum et occultum est, Deo, qui solus est purarum animarum sponsus atque insomnes animas, si modo cum claris lampadibus et copiosa olei alimonia obviam ipsi prodierint, secum introducit, spectandum offerens? Cum igitur solitaria vita et ea, quae societate gaudet, ut plurimum inter se dissiderent ac pugnarent, neutraque omnino vel commoda vel incommoda sua pura et immixta haberet, verum illa magis quidem tranquilla et sedata esset ac Deo animos copularet, ceterum ob eam causam fastu non careret, quod virtus non exploraretur nec in comparationem veniret, haec autem magis quidem actuosa et utilis esset, verum a tumultibus minus libera, eas praeclare inter se reconciliavit ac permiscuit, pietatis nimirum gymnasia et monasteria exstruens, non tamen longo intervallo ab iis, qui in sodalitio vivunt, remota, nec velut muro quopiam interiecto ea distinguens atque a se invicem separans, verum prope coniungens ac dirimens; ut nec contemplatio communicationis expers esset, nec actio contemplatione careret; sed quemadmodum terra et mare, ita etiam hae duae vitae commoda sua inter se communicantes, ad unicam Dei gloriam concurrerent.

36. Morbo crucior, et gaudeo, non quia crucior, sed quia aliis 316
patientiae sum magister. Quoniam enim non id habeo, ut dolore

---

316. MG 37, 78 A.

ἄλλοις εἰμὶ διδάσκαλος. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ μὴ πάσχειν οὐκ ἔχω, τοῦτό γε τῷ πάσχειν παρακερδαίνω, τὸ φέρειν καὶ τὸ εὐχαριστεῖν, ὥσπερ ἐν τοῖς εὐθύμοις, οὕτω δὴ κἂν τοῖς ἀλγεινοῖς· ἐπειδὴ πείθομαι μηδὲν ἄλογον εἶναι παρὰ τῷ λόγῳ τῶν ἡμετέρων, κἂν ἡμῖν οὕτω φαίνηται.

317 *Res pulcherrima possessio Dei.* — 212 [sacerdoti]. Τῶν δὲ καλῶν τὸ πρῶτον οὐκ ἀγνοεῖς· ὅπερ ἐστὶν ἀεὶ Θεὸν κτᾶσθαι καὶ γενέσθαι κτῆμα Θεοῦ διὰ τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειώσεώς τε καὶ ἀναβάσεως.

318 *Consolatio per spem.* — 223 [Theclae]. Καλὸν οὖν φάρμακον ἡμῖν, ὅταν ὀδυνώμεθα, τό γε μεμνῆσθαι Θεοῦ καὶ τῶν ἐκεῖθεν ἐλπίδων, καὶ τὸ τοῦ Δαβὶδ πάσχειν, ἐν θλίψει πλατύνεσθαι, καὶ μὴ στενοχωρεῖσθαι τοῖς λογισμοῖς, μηδὲ ὥσπερ νέφει τῇ λύπῃ καλύπτεσθαι, ἀλλὰ τότε μάλιστα τῆς ἐλπίδος ἔχεσθαι καὶ πρὸς τὴν ἐκεῖθεν διαβλέπειν μακαριότητα τὴν ἀποκειμένην τοῖς ὑπομένουσι. Μάλιστα δ' ἂν οὕτω πεισθείημεν ἐγκαρτερεῖν τοῖς δεινοῖς, καὶ ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς εἶναι, ὅταν ἀλγῶμεν, εἰ ἐνθυμηθείημεν τί ἐπηγγειλάμεθα τῷ Θεῷ, καὶ τί ἠλπίσαμεν, ὅτε φιλοσοφίᾳ προσέβημεν.

319 *Monita generalia ad feminam.* — 244 [Basilissae]. Οὔτε γὰρ ἐν πενίᾳ τὸ φρόνημα τοῦ βίου συστέλλειν εὐπρεπές, οὔτε ἐν περιουσίᾳ μέγα φρονεῖν ἀσφαλές· διὸ δὴ κράτιστον ἀσκεῖν ἐν μὲν τοῖς τέρπουσι τὴν ἐγκράτειαν, ἐν δὲ τοῖς λυπηροῖς τὴν

---

vacem, hoc lucri obiter ex dolore facio, quod perfero et gratias ago, ut in laetis rebus, ita etiam in acerbis; quandoquidem illud exploratum habeo, nihil rerum nostrarum apud summam rationem expers rationis esse, tametsi ita nobis videatur.

317 212. Eorum vero, quae pulchra et honesta sunt, quid primum sit, non ignoras: videlicet semper Deum possidere et in rem possessionemque Dei ex necessitudine cum eo et ascensu transire.

318 223. Commodum ergo pharmacum nobis fuerit, cum in dolore sumus, Deum ac futurae vitae spes in animam revocare, atque eodem modo, quo David, affici, hoc est, in tribulatione dilatari, non autem cogitationum angustiis premi, nec maerore, tamquam nube, obduci, verum tum maxime spei inhaerere atque ad caelestem beatitudinem, quae iis, qui res adversas patienti animo ferunt, recondita est, oculorum aciem intendere. Hac autem potissimum ratione adducemur, ut rerum acerbitates aequo animo perferamus, atque, cum in dolore versamur, supra vulgus assurgamus, si quid Deo promiserimus, et quid, cum ad philosophiam accederemus, spe nobis finxerimus, cogitemus.

319 244. Cum in paupertate ac miseria frangi animum turpe est, tum rerum omnium affluentibus copiis insolenter efferri minime tutum. Quamobrem pulcherrimum est secundis in rebus exercere continentiam et moderationem, in adversis contra prae se ferre

---

317. MG 37, 349 A. 318. MG 37, 365 B. 319. MG 37 385 D.

καρτερίαν, ἀμνημονεῖν τῆς παλαιᾶς περιουσίας, αἰτεῖν τὴν αὐτάρκειαν, στέργειν τὸ διδόμενον, ἐλπίζειν τὸ βέλτιον καὶ φέρειν πράως τὴν τοῦ σώματος ἀῤῥωστίαν, ἐπὶ μηδενὶ μεμψιμοιρεῖν, μηδὲ σχετλιάζειν, ἀλλ' εὐχάριστον εἶναι περὶ τὴν Πρόνοιαν, ὅση τις εἴη, καὶ κρύπτειν πολλάκις τὰς αἰτίας τῶν γινομένων, ἀλλ' οὐκ ἀμελεῖν τοῦ πρὸς ἀξίαν, πρὸς ἣν ἀποδιδοῦσα λογίζου, πρὶν ἐξειπεῖν τὸ λεκτέον, καὶ πρὸ τοῦ πρᾶξαι τὸ πρακτέον· οὕτω γὰρ δ' ἔσται σοι πᾶν τὸ ῥηθὲν ἢ πραχθὲν ἀμεταμέλητον. Εὐσχημονεῖν ἡγοῦ μὴ τοῖς ἔξωθεν προκαλύμμασι, πλοῦτον νόμιζε γνήσιον καὶ βέβαιον τὴν ὀλιγόδειαν· οὐ γὰρ ἐν τῷ πολλὰ κεκτῆσθαι τὸ πλουτεῖν ἐστι βεβαίως, ἀλλὰ τῷ μὴ πολλῶν δεῖσθαι. Τὸ μὲν γὰρ ἐπὶ σοί, τὸ δὲ τῶν ἔξωθεν. Ῥύθμιζε τὸν μὲν τρόπον ἐπιεικείᾳ, τὸ δὲ ἦθος ἀταραξίᾳ, τὴν δὲ γλῶτταν βραχυλογίᾳ· διὰ δὲ τούτων κόσμει τὴν κεφαλὴν τῷ σκέπειν, τὰς δὲ ὀφρῦς τῷ κατεσταλμένας ἔχειν, τοὺς δὲ ὀφθαλμοὺς τῷ συνιδεῖν καὶ κοσμίως βλέπειν, τὸ δὲ στόμα τῷ μηδὲν ἀπρεπῶς λαλεῖν, τὰ δὲ ὦτα τῷ μόνῳ τοῖς σπουδαίοις ὑπέχειν, σύμπαν δὲ τὸ πρόσωπον τῷ ἐξ αἰδοῦς χρώματι. Ἐν πᾶσι δὲ καὶ διὰ πάντων φύλασσε σεαυτὴν ἀμόλυντον, ὥσπερ τι κειμήλιον ἄψαυστον. Κόσμος γὰρ οἰκεῖος, πρέπων γυναιξί, σεμνότης, εὐστάθεια, σωφροσύνη. Τρυφὴν νόμιζε καλλίστην ὁμοῦ καὶ ῥᾴστην τὴν χρειώδη τροφήν· αὐτὴ γὰρ καὶ καθ' ἑαυτὴν ἐπαινετή, καὶ πρὸς τὸν ἐν σωφροσύνῃ βίον αἱρετή, καὶ πρὸς ὑγείαν ἀρίστη, καὶ συμμετρίαν, καὶ τὴν ἄλλην εὐκοσμίαν καὶ παιδείαν οὐκ ἀνόνητος.

---

patientiam atque constantiam. Veteris praeterea abundantiae oblivisci decet; quaerere, quantum victui sat esse possit; oblatis acquiescere; sperare meliora; patienter ferre corpŏris infirmitates; nulla de re conqueri neque dolere, sed Providentiae, quantulacumque demum sit, gratias agere; tegere saepe causas eorum, quae fiant; minime vero neglegas, quod tuae dignitatis sit, ad quam fac respicias, antequam quidquam dicas aut agas. Ita enim fiet, ut nullius te dicti neque facti umquam paeniteat. Velim sic existimes te non externis indumentis decorari. Genuinas ac solidas opes habeto, paucarum rerum indigentiam atque frugalitatem. Solidae quippe divitiae non in eo sitae sunt, quod multa possideas, sed in hoc, quod rebus multis non egeas. Hoc enim in teipsa est; illud in rebus externis. Fac animum componas aequitate, mores modestia, linguam breviloquentia; atque ita cura, ut ornes caput operimentis, supercilia contractione, oculos modesto intuitu, ora decenti sermone, aures honesti dumtaxat sermonis auditu, totam denique faciem eo colore, qui verecundiam prae se ferat. In omnibus autem et per omnia fac temetipsam intactam custodias, uti rem pretiosam. Ornamentum enim mulierum proprium, iisque maxime conveniens, est sanctimonia, castitas, atque modestia. Delicias pulcherrimas simul et comparatu facillimas ducito frugalem victum; hic enim cum ipse per se laudabilis est, tum ad moderate vivendum optabilis, tum saluti maxime conferens et reliquae temperantiae et modestiae rectaeque disciplinae non inutilis.

Carmina.

320 *Virgines.* — Poemata moralia, 3.

Πρὸς παρθένους παραινετικός.

Παρθένε, νύμφη Χριστοῦ, δόξαζέ σου τὸν νυμφίον
Ἀεί. Κάθαρε σαυτὴν ἐν λόγῳ καὶ σοφίᾳ,
Ἵνα λαμπρὰ τῷ λαμπρῷ πάντα ζήσῃς τὸν αἰῶνα.
Κρείσσων γὰρ αὕτη πολὺ τῆς φθαρτῆς συζυγίας.
Ἐν σώματι τὰς νοερὰς δυνάμεις ἐμιμήσω
Ἀγγελικὴν ἐπὶ γῆς μετῆλθες πολιτείαν....
Καλῶς ὁδεύεις, παρθένε· εἰς ὄρος ἄνω σώζου·
Μὴ πρὸς Σόδομ' ἀποβλέψῃς, μὴ στήλη παγῇς ἁλός.
Μηδὲ λίαν σε σαρκὸς ἡ φύσις ἐμφοβείτω·
Μηδὲ θαῤῥήσῃς ἄγαν, ὥστε πότ' ἐκπλανηθῆναι.
Σπινθὴρ ἀνάπτει καλάμην, σβέννυσι δ' ὕδωρ φλόγα.
Ἔχεις φάρμακα πολλὰ τῆς σεμνῆς παρθενείας·
Θεοῦ σε φόβος πηγνύτω, νηστεία σε κενούτω,
Ἀγρυπνία, προσευχαί, δάκρυα, χαμευνία,
Ἔρως ὅλος πρὸς Θεὸν γνησίως τεταμένος,
Πάντα κοιμίζων πόθον ἀλλότριον τῶν ἄνω.
Ὁ πεσὼν ἐγειρέσθω· ὁ ναυαγῶν ἐλεείσθω.
Σὺ δὲ εὐπλόει, τὸ ἱστίον πετάσασα τῆς ἐλπίδος.
Οὐ τῶν κάτω τὸ πίπτειν, τῶν δ' ἄνω φερομένων

Exhortatio ad virgines.

320 3. O virgo, sponsa Christi, glorifica tuum sponsum
Semper. Expurga teipsam doctrina et sapientia,
Ut splendida cum splendido in omne vivas aevum.
Haec enim coniunctio mortali conubio longe praestantior est.
In corpore intellectiles virtutes imitata es,
Angelicam in terris vitam sectata....
Praeclarum inis iter, o virgo; in montem fugiens consule saluti;
Noli Sodomam respicere, ne concrescas in statuam salis.
Neque vehementius te carnis natura terreat;
Neque confidas nimium, sic ut a via aberres aliquando.
Scintilla stipulam accendit, ignem vero exstinguit aqua.
Venerandae castitatis habes remedia plurima:
Dei timor te obfirmet, ieiunium evacuet,
Vigiliae, preces, lacrimae, humi cubatio,
Amor totus ad Deum graviter directus,
Qui sopiat omne desiderium alienum a rebus caelestibus.
Qui lapsus est, surgat; qui naufragium fecit, is miserationem moveat.
Tu vero feliciter naviga, expandens spei velum.
Qui humi serpunt, tuti non cadunt; ex his autem, qui ad excelsa nituntur,

320. MG 37, 632 A.

Ὀλίγοι πτεροῤῥυοῦσιν, οἱ πλείους δ' εὐδρομοῦσιν.
Ἔπεσεν Ἑωσφόρος, ἀλλ' οὐρανὸς ἀγγέλων.
Ἰούδας ἦν προδότης, οἱ δ' ἕνδεκα λαμπτῆρες.
Μόνον ὅλην σεαυτὴν ἁγνὴν τήρει, παρθένε,
Μή πως ῥυπώσῃς Χριστοῦ τὸν ἄσπιλον χιτῶνα.
Ὄμμα σου σωφρονείτω, γλῶσσα παρθενευέτω.
Μὴ νοῦς πορνεύῃ, μὴ γέλως, μὴ ποῦς ἄτακτα βαίνων.
Τὴν πιναρὰν στολήν σου καὶ τὴν αὐχμηρὰν κόμην
Μᾶλλον αἰδοῦμαι μαργάρων καὶ τῆς σηρῶν εὐκοσμίας.
Καλὸν ἄνθος ἡ αἰδὼς καὶ μέγας κόσμος ὠχρότης,
Καὶ πλέγμα καλὸν πάσαις ἀρεταῖς στεφανοῦσθαι.

Amor contemplationis. — Poemata de seipso, 11. 321

Στρόμβος κατεῖχε τὴν ἐμὴν δεινὸς φρένα,
Τὸ κρεῖσσον ἐκζητοῦντος ἐν τοῖς κρείσσοσι.
Τὸ μὲν τὰ σαρκὸς εἰς βυθοὺς ῥῖψαι, πάλαι
Δεδογμένον τ' ἦν, καὶ τότ' ἤρεσκε πλέον.
Αὐτῶν δέ μοι σκοποῦντι τῶν θείων ὁδῶν
Οὐ ῥᾷστον εὑρεῖν τὴν ἀμείνω καὶ λείαν.
Ἄλλων γὰρ εἵνεκ' ἄλλο καλὸν ἢ κακὸν
Ἐφαίνεθ', ὥσπερ πολλαχοῦ τῶν πρακτέων....
Ὁρῶν γὰρ οὓς μὲν πρακτικὸς τέρπει βίος,
Ἄλλοις μὲν ὄντας χρησίμους τῶν ἐν μέσῳ,
Αὐτοῖς δ' ἀχρήστους καὶ κακοῖς στροβουμένους,

Nonnullos pennae deficiunt, plures rectum cursum tenent.
Cecidit Lucifer, at caelum incolunt angeli.
Iudas fuit proditor, undecim vero sunt sidera.
Solummodo totam teipsam castam serva, o virgo,
Nec ullo modo foedes Christi immaculatam vestem.
Oculus tuus sit pudicus, lingua virginea.
Ne mens sit lasciva, non risus, non pes inordinate gradiatur.
Sordidam vestem tuam squalidamque comam
Pluris facio quam gemmas et sericum ornatum.
Venustus flos est pudor et ornamentum insigne pallor,
Pulchri cincinni, omnibus virtutibus velut corona cingi.

11. Detinebat autem meam mentem vehemens turbo, 321
Cum inter ea, quae praestantiora sunt, id quod praestantius est, quaererem.
Ac ea quidem, quae carnis sunt, in profundum proicere
Dudum statutum erat, tuncque placebat magis.
Consideranti autem mihi ipsas vias, quae ad Deum ducunt,
Quaenam melior sit et plana, non facile erat invenire.
Aliud enim, aliorum habita ratione, bonum aut malum
Videbatur, ut saepe fit, ubi quid agendum est....
Videns enim quos actuosa delectat vita,
Eos aliis quidem utiles esse, his nempe, qui in saeculo vivunt,
Sibi autem inutiles ac malis agitari,

321. MG 37, 1049 A.

Ἐξ ὧν τὸ λεῖον ἦθος ἐκκυμαίνεται,
Τοὺς δ' ἐκτὸς ὄντας εὐσταθεῖς μέν πως πλέον
Καὶ πρὸς Θεὸν βλέποντας ἡσύχῳ νοΐ,
Αὑτοῖς μόνοις δὲ χρησίμους φίλτρῳ στενῷ
Καὶ ζῶντας ἔξαλλόν τε καὶ τραχὺν βίον,
Μέσην τίν' ἦλθον ἀζύγων καὶ μιγάδων,
Τῶν μὲν τὸ σύννουν, τῶν δὲ τὸ χρηστὸν φέρων....
Τοῦτ' ἦν μέρος μοι φιλοσόφου παιδεύσεως,
Τὸ μὴ δοκεῖν τὸν πρῶτον ἐκπονεῖν βίον,
Εἶναι δὲ μᾶλλον ἢ δοκεῖν Θεῷ φίλον·
Στέργειν μὲν οὖν δεῖν ᾠόμην καὶ πρακτικούς,
Ὅσοι λελόγχασ' ἐκ Θεοῦ τιμήν τινα,
Λαοὺς ἄγοντες ἐνθέοις τελέσμασι.
Πλείων δ' ἔμ' εἶχε τῶν μοναστικῶν πόθος,
Καί περ δοκοῦντα συντετάχθαι πλείοσι·
Τρόπων γὰρ εἶναι τὴν μονήν, οὐ σωμάτων.
Τὸ βῆμα δ' ἦν μοι σεπτόν, ἀλλ' ἑστηκότι
Πόῤῥωθεν, ὡς φῶς ἡλίου τῶν ὄψεων — Ταῖς ἀσθενούσαις.

S. GREGORIUS NYSSENUS, ca 335—394.

De virginitate, 370/71.

322 *Virginitas est facultas vitae divinioris.* — C. 5. Καὶ ὥσπερ τῶν λοιπῶν ἐπιτηδευμάτων τέχναι τινὲς πρὸς τὴν ἑκάστου τῶν

Ex quibus placidi mores concutiuntur,
Eos autem, qui vale saeculo dixerunt, stabiliores quidem esse
Ac in Deum placida mente respicere,
At sibi solis prodesse angusta caritate
Vitamque insolitam et asperam traducere,
Mediam inter utrosque viam ineo,
Meditari ut hi, prodesse ut illi statuens....
Haec pars erat philosophiae meae,
Non videri primariae vitae labores exantlare,
Magisque esse quam videri Deo amicum;
Diligendos quidem putabam etiam actuosos,
Quotquot a Deo honorem aliquem sortiti
Populos regunt divinis mysteriis.
Sed maior me tenebat vitae monasticae amor,
Quamvis viderer inter multos versari;
Morum enim esse monasticam vitam, non corporum.
Thronus autem episcopalis erat mihi venerabilis
Procul, velut solis lux oculis — Infirmioribus.

322 5. Ut enim reliquorum studiorum artes quaedam ad illorum, qui earum studio tenentur, perfectam disciplinam inventae sunt, sic

---

322. MG 46, 348 B.

σπουδαζομένων ἐπεργασίαν ἐπενοήθησαν, οὕτω μοι δοκεῖ καὶ τὸ τῆς παρθενίας ἐπιτήδευμα τέχνη τις εἶναι καὶ δύναμις τῆς θειοτέρας ζωῆς, πρὸς τὴν ἀσώματον φύσιν τοὺς ἐν σαρκὶ ζῶντας ὁμοιοῦσθαι παρασκευάζουσα.... Ὡς ἂν οὖν μάλιστα ἡμῖν ἐλευθέρα καὶ ἄνετος ἡ ψυχὴ πρὸς τὴν θείαν τε καὶ μακαρίαν ἡδονὴν ἀναβλέποι, πρὸς οὐδὲν τῶν γηΐνων ἑαυτὴν ἐπιστρέψῃ, οὐδὲ τῶν νενομισμένων κατὰ τὴν τοῦ κοινοῦ βίου συγχώρησιν ἡδονῶν μεταλήψεται, ἀλλὰ μεταθήσει τὴν ἐρωτικὴν δύναμιν ἀπὸ τῶν σωματικῶν ἐπὶ τὴν νοητήν τε καὶ ἄϋλον τοῦ καλοῦ θεωρίαν πρὸς τὴν τοιαύτην τῆς ψυχῆς διάθεσιν ἡ παρθενία τοῦ σώματος ἡμῖν ἐπενοήθη· ὡς ἂν μάλιστα λήθην καὶ ἀμνηστίαν ἐμποιήσειε τῇ ψυχῇ τῶν ἐμπαθῶν τῆς φύσεως κινημάτων, μηδεμίαν ἀνάγκην ἐπάγουσα πρὸς τὰ ταπεινὰ τῆς σαρκὸς ὀφλήματα καταγίνεσθαι.

Directoris necessitas. — 23. Οὐκοῦν ἐπειδὴ νέοι ἔτι καὶ ἀτε- 323
λεῖς τὴν διάνοιαν οἱ πολλοὶ τῆς παρθενίας ἀντιλαμβάνονται, τοῦτο πρὸ πάντων αὐτοῖς ἐπιτηδευτέον ἂν εἴη, τὸ ζητῆσαι τῆς ὁδοῦ ταύτης καθηγούμενόν τε καὶ διδάσκαλον ἀγαθόν, μή που διὰ τὴν ἄγνοιαν τὴν οὖσαν ἐν αὐτοῖς, ἀνοδίας τινὰς καὶ πλάνας ἑαυτοῖς ἀπὸ τῆς εὐθείας καινοτομήσωσιν. Ἀγαθοὶ γὰρ δύο ὑπὲρ τὸν ἕνα, φησὶν ὁ Ἐκκλησιαστής· εὐκαταγώνιστος δὲ ὁ εἷς τῷ ἐχθρῷ, τῷ κατὰ τὰς θείας ὁδοὺς ἐνεδρεύοντι· καὶ ὄντως «Οὐαὶ τῷ ἑνί, ὅταν πέσῃ, ὅτι οὐκ ἔχει τὸν ἀνορθοῦντα» [Eccle 4, 10]. Ἤδη γάρ τινες ὁρμῇ μὲν δεξιᾷ πρὸς τὴν τοῦ σεμνοῦ βίου ἐπι-

---

virginitatis studium mihi ars quaedam et facultas divinioris vitae videtur esse, quae doceat, quemadmodum ii, qui his corporis vinculis adstricti tenentur, earum rerum, quae corpore carent, naturae similes efficiantur.... Quare ut ad voluptatem divinam illam quidem et beatam animus noster quietus ac liber maxime respiciat, ad nullas omnino res caducas et terrenas se ipse convertet, neque earum voluptatum particeps fiet, quae ad communis vitae indulgentiam comparatae sunt, sed omnem potius amoris vim a rebus corporeis ad eam traducet pulchritudinis contemplationem, quae et corporis expers est et mente cernitur, atque ad hanc quidem animi affectionem studiumque est corporis inventa virginitas, ut, cum affectionum, quae a natura tributae videntur, oblivionem animo maxime attulerit, nullam inducat necessitatem sordidis carnis debitis vacandi.

23. Itaque quoniam adulescentes et mente infirma plerique se ad 323
virginitatis studium conferunt, illud in primis studiose iis curandum est, ut optimum huius vitae ducem ac magistrum quaerant, ne quando propter rerum ignorationem, quae in illis est, transversas quasdam sibi vias atque a recta aberrantes muniant. Boni enim duo supra unum, inquit Ecclesiastes; facile vero vincitur unus ab adversario, qui Dei via cursum tenet; reque vera *Vae soli, quando cadit, quoniam non habet, qui eum erigat.* Iam enim nonnulli ad gravis vitae cupiditatem laudabili impetu alacriter usi sunt, et hoc

---

323. MG 46, 408 D.

θυμίαν ἐχρήσαντο· ὡς δὲ ὁμοῦ τῷ προελέσθαι καὶ τῆς τελειότητος ἐφαψάμενοι, ἑτέρῳ πτώματι διὰ τοῦ τύφου ὑπεσκελίσθησαν, διά τινος φρενοβλαβείας ἑαυτοὺς ἐξαπατήσαντες ἐκεῖνο ἡγεῖσθαι καλόν, ἐφ' ὅπερ αὐτῶν ἡ διάνοια ῥέψη.... Ἐκ τούτων γὰρ ἔγνωμεν καὶ τοὺς τῷ λιμῷ μέχρι θανάτου ἐγκαρτεροῦντας, ὡς τοῦ Θεοῦ ταῖς τοιαύταις εὐαρεστουμένου θυσίαις, καὶ πάλιν ἄλλους ἐκ διαμέτρου πρὸς τὸ ἐναντίον ἀποστατήσαντας, οἳ μέχρις ὀνόματος τὴν ἀγαμίαν ἐπιτηδεύσαντες, οὐδὲν διαφέρουσι τοῦ κοινοῦ βίου, οὐ μόνον τῇ γαστρὶ τὰ πρὸς ἡδονὴν χαριζόμενοι, ἀλλὰ γυναιξὶ κατὰ τὸ φανερὸν συνοικοῦντες καὶ ἀδελφότητα τὴν τοιαύτην συμβίωσιν ὀνομάζοντες, ὡς δὴ τὴν πρὸς τὸ χεῖρον ὑπόνοιαν ὀνόματι σεμνοτέρῳ περικαλύπτοντες.

De professione christiana, ca 371.

324 *Simulatio professionis christianae.* — Φασὶ γάρ τινα τῶν θαυματοποιῶν ἐπὶ τῆς Ἀλεξάνδρου πόλεως ἀσκήσαντα πίθηκον διά τινος εὐστροφίας ὀρχηστικῶς σχηματίζεσθαι, καὶ περιθεῖναι αὐτῷ πρόσωπον ὀρχηστικόν, καὶ ἐσθῆτα τῷ ἐπιτηδεύματι πρόσφορον· καὶ χορὸν αὐτῷ περιστήσαντα, ἐνευδοκιμεῖν τῷ πιθήκῳ πρὸς τὸν τοῦ μέλους ῥυθμὸν ἑαυτὸν ἐκλυγίζοντι, καὶ διὰ πάντων ἐπικρυπτομένῳ τὴν φύσιν, οἷς ἐποίει τε καὶ ἐφαίνετο. Κατεχομένου δὲ τοῦ θεάτρου πρὸς τὸ καινοπρεπὲς τοῦ θεάματος, παρόντα τινὰ τῶν ἀστειοτέρων παιδιᾷ τινι δεῖξαι τοῖς προσκεχηνόσι τῷ θεάματι, πίθηκον ὄντα τὸν πίθηκον. Ἐπιβοώντων

consilio simul perfectionem assecuti, ex superbia altero lapsu in terram deiecti sunt, cum ipsi dementia sua decepti, illud putaverint honestum, ad quod eorum mens vergeret.... Cognovimus enim nos ex his nonnullos, qui famem usque ad obitum patienter tulerunt, quasi his sacrificiis placetur Deus, rursusque alios, qui quasi e regione oppositi ad contrariam rem se adiunxerunt, nomineque dumtaxat caelibatum profitentes, a communi vivendi consuetudine non longe absunt, utpote qui non ventris solum voluptati indulgeant, sed etiam cum feminis aperte contubernii societatem habeant, hancque cum iis familiarem vivendi consuetudinem fraternae cognationis nomine appellant, nempe honestiori nomine suam occultantes mentem, quae ad peiora proclivis est.

324 Aiunt enim quemdam in urbe Alexandria circulatorem et praestigiatorem exercuisse ac docuisse simiam, ut agilitate quadam in formam et habitum saltatricis sese componeret, eique saltatricis apposuisse personam, ac vestem circumdedisse exercitio convenientem; et cum chorum ei adhibuisset, placuisse ac celebratum hominum sermone in pretio fuisse propter simiam, quae ad cantilenae modos ac numerum sese flecteret contorqueretque, ac per omnia, quae et faciebat et facere videbatur, naturam occultaret. Cum autem capti essent rei novitate spectatores, quemdam ceteris astutiorem ibi fuisse, qui ludo quodam inhiantibus spectaculo osten-

324. MG 46, 240 C.

γὰρ πάντων, καὶ ἐπικροτούντων ταῖς τοῦ πιθήκου περιστροφαῖς, εὐρύθμως πρὸς τὴν ᾠδὴν καὶ τὸ μέλος συγκινουμένου, ῥίψαι φασὶν αὐτὸν ἐπὶ τῆς ὀρχήστρας τῶν τραγημάτων ἐκεῖνα, ὅσα τὴν λιχνείαν τῶν τοιούτων θηρίων ἐφέλκεται· τὸν δὲ μηδὲν μελλήσαντα, ἐπειδὴ διασπαρέντα εἶδε πρὸ τοῦ χοροῦ τὰ ἀμύγδαλα, ἐκλαθόμενον τῆς τε ὀρχήστρας, καὶ τῶν κρότων, καὶ τῶν τῆς ἐσθῆτος καλλωπισμῶν, ἐπιδραμεῖν τε αὐτοῖς καὶ ταῖς τῶν χειρῶν παλάμαις συλλέγειν τὰ εὑρισκόμενα· καὶ ὡς ἂν μὴ ἐμποδὼν εἴη τὸ προσωπεῖον τῷ στόματι, περιαιρεῖσθαι κατὰ σπουδὴν ἑαυτοῦ τοῖς ὄνυξι τὴν σεσοφισμένην μορφὴν περιθρύπτοντα, ὥστε αὐτὸν ἀθρόως γέλωτα κινῆσαι τοῖς θεαταῖς, ἀντὶ τῶν ἐπαίνων τε καὶ θαύματος, εἰδεχθῶς καὶ γελοίως ἐκ τοῦ προσωπείου λειψάνων διαφαινόμενον. Ὥσπερ οὖν οὐκ ἐξήρκεσεν ἐκείνῳ τὸ σεσοφισμένον σχῆμα πρὸς τὸ νομισθῆναι ἄνθρωπον, ἀπελεγχθείσης ἐν τῇ λιχνείᾳ τῶν τραγημάτων τῆς φύσεως, οὕτως οἱ μὴ ἀληθῶς αὐτὴν τὴν φύσιν ἑαυτῶν τῇ πίστει μορφώσαντες, ῥᾳδίως ἐν ταῖς τοῦ διαβόλου λιχνείαις ἀπελεγχθήσονται ἄλλο τι ὄντες παρ' ὃ ἐπαγγέλλονται. Ἀντὶ γὰρ ἰσχάδος, ἢ ἀμυγδάλης, ἢ τῶν τοιούτων τινός, τὸ κενόδοξον καὶ φιλότιμον, καὶ τὸ φιλοκερδὲς καὶ φιλήδονον, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα ἡ κακὴ τοῦ διαβόλου ἀγορὰ τοῖς λίχνοις τῶν ἀνθρώπων ἀντὶ τραγημάτων προτιθεῖσα, ῥᾳδίως εἰς ἔλεγχον ἄγει τὰς πιθηκώδεις ψυχάς, οἳ διὰ μιμήσεως ἐσχηματισμένης τὸν χριστιανισμὸν ὑποκρίνονται, τὸ τῆς σωφροσύνης, ἢ τὸ τῆς πραότητος, ἤ τινος ἄλλης ἀρετῆς προσωπεῖον ἐν τῷ καιρῷ τῶν παθημάτων ἑαυτοῖς ἀφανίζοντες.

derit simiam esse simiam. Acclamantibus enim cunctis et applaudentibus agilitati simiae, ad cantum et modulationem apte se moventis et circumagentis, proiecisse eum aiunt in orchestra e bellariis ea, quae talium bestiarum ingluviem attrahunt atque invitant; illam vero nihil cunctatam, ut viderit ante chorum dispersa amygdala, oblitam et saltationis, et plausuum, et vestis ornamentorum, accurrisse ad ea et manuum palmis collegisse quae inveniret, et ne impedimento esset, personam ori detraxisse celeriter, atque unguibus suis assimulatam formam corrupisse atque dilacerasse, atque ita pro laudibus et admiratione risum abunde spectatoribus movisse, ut quae turpis ac ridicula ex personae reliquiis se conspiciendam praeberet. Quemadmodum igitur illi non satis fuit falsa atque assimulata adscitaque forma, ad hoc, ut homo existimaretur, deprehensa per ingluviem bellariorum natura, ita qui non vere ipsam naturam suam fide formaverint, facile per diaboli escam et ingluviem convincentur, quod aliud sint atque prae se ferant ac profiteantur. Pro caricis enim vel amygdalis, aut huiusmodi aliquo cibo, vana gloria, ambitio, lucri voluptatisque studium et quaecumque sunt alia huiusmodi mala, diaboli annona loco bellariorum avidis hominibus proposita, simiarum similes animos facile produnt, qui per fictam imitationem christianismum simulant, temperantiae, mansuetudinis aut alicuius alterius virtutis personam in tempore afflictionum et calamitatum sibi detrahentes et amoventes.

325 *Christianismus imitatio divinae naturae.* — Εἰ τοίνυν τὸ μὲν ὄνομά τις τοῦ Χριστοῦ ὑποδύοιτο, ὅσα δὲ τῷ ὀνόματι τούτῳ συνθεορεῖται, μὴ δεικνύοι τῷ βίῳ, καταψεύδεται τοῦ ὀνόματος ὁ τοιοῦτος, κατὰ τὸ προτεθὲν ἡμῖν ὑπόδειγμα, προσωπεῖον ἄψυχον, ἀνθρωπίνῳ χαρακτῆρι μεμορφωμένον, περιθεὶς τῷ πιθήκῳ. Οὔτε γὰρ τὸν Χριστὸν ἔστι μὴ δικαιοσύνην εἶναι, καὶ καθαρότητα, καὶ ἀλήθειαν, καὶ κακοῦ παντὸς ἀλλοτρίωσιν, οὔτε χριστιανὸν ἔστιν εἶναι (τόν γε ἀληθῶς χριστιανόν), μὴ κἀκείνων τῶν ὀνομάτων τὴν κοινωνίαν ἐν ἑαυτῷ δεικνύοντα. Οὐκοῦν, ὡς ἄν τις ὅρῳ τοῦ χριστιανισμοῦ τὴν διάνοιαν ἑρμηνεύσειεν, οὕτως ἐροῦμεν, ὅτι χριστιανισμός ἐστι τῆς θείας φύσεως μίμησις.

De perfecta christiani forma, ca 371.

326 *Christus regula vitae nostrae.* — Τρία τὰ χαρακτηριζόμενα τοῦ χριστιανοῦ τὸν βίον ἐστί· πρᾶξις, λόγος, ἐνθύμιον. Ἀρχὴ γὰρ γίνεται λόγου παντὸς ἡ διάνοια· δεύτερον δὲ μετὰ τὴν ἐνθύμησιν ὁ λόγος ἐστί, τὴν ἐντυπωθεῖσαν τῇ ψυχῇ διάνοιαν διὰ τῆς φωνῆς ἐκκαλύπτων· τρίτην δὲ τάξιν ἐπέχει μετὰ τὸν νοῦν καὶ τὸν λόγον ἡ πρᾶξις, τὸ νοηθὲν εἰς ἐνέργειαν ἄγουσα. Οὐκοῦν, ὅταν εἴς τι τούτων ἡμᾶς ἀκολούθως τῷ βίῳ προσαγάγηται, καλῶς ἔχει παντὸς καὶ λόγου καὶ ἔργου καὶ ἐνθυμήματος τὰ θεῖα ταῦτα νοήματα, δι' ὧν ὁ Κύριος νοεῖται καὶ ὀνομάζεται, δι' ἀκριβείας ἐπισκοπεῖσθαι, μὴ ἔξω τῆς δυνάμεως τῶν ὑψηλῶν ἐκείνων ὀνομάτων φέρηται ἡμῶν ἢ τὸ ἔργον, ἢ ὁ

---

325 Si quis igitur nomen quidem Christi sumat, quae vero una cum hoc nomine considerantur, vita non exprimat neque repraesentet, is nomen ementitur, iuxta propositam a nobis similitudinem personam inanimam humanae figurae conformatam et assimilatam simiae apponens. Fieri enim non potest, quin Christus sit et iustitia, et puritas, et veritas atque cuiusvis mali vitatio, neque christianus esse potest (qui quidem vere christianus sit), qui non illorum nominum quoque communionem et societatem in sese ostendat. Quocirca sicut definitione aliquis, quid per christianismum significetur, declaraverit, dicemus, quod christianismus sit imitatio divinae naturae.

326 Tria sunt, quae christiani vitam declarant atque distinguunt: actio, sermo, cogitatio. Ex his primas obtinet cogitatio; secundo loco ponitur sermo, qui conceptam et impressam animo cogitationem verbis aperit et exponit; post cogitationem et sermonem actio ordine collocatur, quae animo cogitata factis exsequitur. Si quid horum igitur nos, ut fit, aut ad agendum, aut ad cogitandum, aut ad loquendum ducit, opus est, ut omnia nostra tum dicta, tum facta, tum cogitata ad divinam earum notionum, quibus Christus declaratur, regulam sic dirigantur, ut nihil cogitemus, nihil dicamus, nihil faciamus, quod a sublimi earum significatione recedat. Nam

---

325. MG 46, 244 B. 326. MG 46, 284 A.

λόγος, ἢ τὸ ἐνθύμιον. Ὡς γὰρ ὁ Παῦλός φησιν, ὅτι πᾶν, ὃ μὴ ἐκ πίστεως, ἁμαρτία ἐστίν [Rom 14, 26], οὕτως ἔστιν ἐκ τοῦ ἀκολούθου νοήσαντα σαφῶς ἀποφήνασθαι, ὅτι πᾶν, ὃ μὴ εἰς Χριστόν, ἢ ῥῆμα, ἢ ἔργον, ἢ νόημα, εἰς τὸ ἀντικείμενον τῷ Χριστῷ πάντως ὁρᾷ. Οὐ γὰρ ἔστι τὸν ἔξω φωτὸς ἢ ζωῆς γενόμενον, μὴ ἐν σκότει πάντως ἢ ἐν θανάτῳ εἶναι. Εἰ τοίνυν τὸ μὴ κατὰ Χριστὸν ἐνεργούμενόν τε καὶ λαλούμενον καὶ νοούμενον πρὸς τὸ τῷ ἀγαθῷ ἀντικείμενον οἰκείως ἔχει, παντὶ δῆλον ἂν εἴη, τὸ διὰ τούτων ἀναφαινόμενον, ὅτι ἀφίησι τὸν Χριστὸν ὁ ἔξω ἐκείνου γενόμενος, δι' ὧν ἢ νοεῖταί τι, ἢ πράττει, ἢ φθέγγεται.... Τί οὖν χρὴ πράττειν τὸν τῆς μεγάλης τοῦ Χριστοῦ ἐπωνυμίας ἀξιωθέντα, τί ἄλλο, ἢ διὰ παντὸς φιλοκρινεῖν ἐν ἑαυτῷ τὰ νοήματά τε καὶ τὰ ῥήματα, καὶ τὰ ἔργα, εἴτε πρὸς Χριστὸν ἕκαστον τούτων βλέπει, εἴτε τοῦ Χριστοῦ ἠλλοτρίωται;

Perfectio numquam consistit. — Εἰ δέ τις λέγοι δυσκατ- 327
όρθωτον εἶναι, ἐπειδὴ ἄτρεπτος μόνος ὁ τῆς κτίσεως Κύριος, τρεπτὴ δὲ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις καὶ πρὸς τὰς μεταβολὰς ἐπιτηδείως ἔχει, πῶς οὖν ἐστι δυνατόν, τὸ ἐν τῷ ἀγαθῷ πάγιόν τε καὶ ἀμετάτρεπτον ἐν τῇ τρεπτῇ κατορθωθῆναι φύσει, πρὸς τοίνυν τὸν τοιοῦτον λόγον ἐκεῖνό φαμεν, ὅτι οὐκ ἔστι στεφανωθῆναί τινα τὸν μὴ νομίμως ἀθλήσαντα [cf. 2 Tim 2, 5]· οὐκ ἂν δὲ γένοιτο νομίμως ἄθλησις, μὴ ὄντος τοῦ προσπαλαίοντος. Εἰ οὖν μὴ ἦν ὁ ἀντίπαλος, οὐδ' ἂν ὁ στέφανος ἦν· ἡ νίκη γὰρ καθ' ἑαυτὴν

---

ut quidquid non est ex fide, Paulus peccatum dicit, ita nos, eodem modo cogitantes, plane possumus affirmare, quaecumque non respiciunt Christum, seu verba, seu opera sint, seu cogitationes, illa omnia ad id omnino spectare, quod Christo contrarium est. Qui enim extra lucem et vitam est, is in tenebris prorsus et morte non esse non potest. Quamobrem si, quod ex Christo non fit, et dicitur, et cogitatur, illi, quod est bono contrarium, coniunctum est, ex hoc cuivis manifestum fuerit id, quod hinc colligitur, scilicet, quod relinquat Christum, qui ab illo seiunctus est per quae vel cogitat aliquid, vel agit, vel loquitur.... Quid igitur aliud eum oportet facere, qui magno Christi cognomine dignus effectus est, nisi ut omnia sua tum cogitata, tum dicta, tum facta diligenter exploret, et, utrum eorum singula ad Christum tendant, an ab illo sint aliena, diiudicet?

Quod si quis ad perfectam virtutem assequendam difficillimam 327
esse vitam obiciat, cum ex omni creatura solus immutabilis sit Christus, inconstans autem natura humana et ad mutationes proclivis, ideoque fieri non posse, ut ad eam perveniamus ibique firmi et immutabiles consistamus, huic respondebimus, athletam nullum coronari, qui non legitime certaverit, certamen porro non esse legitimum, si nullus, quocum pugnes, adsit adversarius. Quamobrem si adversarius non est, corona non erit; victoria enim, nisi aliquid

---

327. MG 46, 285 A.

οὐκ ἔστιν, ἐὰν μὴ ᾖ τὸ ἡττώμενον. Οὐκοῦν πρὸς αὐτὸ τὸ τρεπτὸν τῆς φύσεως ἡμῶν ἀγωνισώμεθα, οἷόν τινι ἀντιπάλῳ διὰ τῶν λογισμῶν συμπλεκόμενοι, οὐ διὰ τοῦ καταβαλεῖν αὐτὴν νικηταὶ γινόμενοι, ἀλλὰ διὰ τοῦ μὴ συγχωρῆσαι πεσεῖν. Οὐδὲ γὰρ μόνον πρὸς τὸ κακὸν ὁ ἄνθρωπος τῇ τροπῇ χρῆται· ἦ γὰρ ἂν ἀμήχανον ἦν αὐτὸν ἐν ἀγαθῷ γενέσθαι, εἰ πρὸς τὸ ἐναντίον μόνον τὴν ῥοπὴν εἶχεν ἐκ φύσεως. Νυνὶ δὲ τὸ κάλλιστον τῆς τροπῆς ἔργον ἡ ἐν τοῖς ἀγαθοῖς ἐστιν αὔξησις, πάντοτε τῆς πρὸς τὸ κρεῖττον ἀλλοιώσεως ἐπὶ τὸ θειότερον μεταποιούσης τὸν καλῶς ἀλλοιούμενον. Οὐκοῦν τὸ φοβερὸν εἶναι δοκοῦν, λέγω δὲ τὸ τρεπτὴν ἡμῶν εἶναι τὴν φύσιν, οἷόν τι πτερὸν πρὸς τὴν ἐπὶ τὰ μείζω πτῆσιν ὁ λόγος ὑπέδειξεν, ὡς ζημίαν εἶναι ἡμῖν τὸ μὴ δύνασθαι τὴν πρὸς τὸ κρεῖττον ἀλλοίωσιν δέξασθαι. Μὴ τοίνυν λυπείσθω ὁ βλέπων ἐν τῇ φύσει τὸ πρὸς τὴν μεταβολὴν ἐπιτήδειον, ἀλλὰ πρὸς τὸ κρεῖττον πάντως ἀλλοιούμενος καὶ ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν μεταμορφούμενος, οὕτω τρεπέσθω, διὰ τῆς καθ' ἡμέραν αὐξήσεως πάντοτε κρείττων γινόμενος καὶ ἀεὶ τελειούμενος, καὶ μηδέποτε πρὸς τὸ πέρας φθάνων τῆς τελειότητος. Αὐτίκα γάρ ἐστιν ὡς ἀληθῶς τελειότης τὸ μηδέποτε στῆναι πρὸς τὸ κρεῖττον αὐξανόμενον, μηδέ τινι πέρατι περιορίσαι τὴν τελειότητα.

In Psalmorum inscriptiones.

328 *Finis vitae beatitudo.* — C. 1. Τέλος τοῦ κατ' ἀρετὴν βίου μακαριότης ἐστίν. Πᾶν γὰο τὸ κατὰ σπουδὴν κατορθούμενον

---

victum sit, esse non potest. Cum illo igitur, quod in natura nostra mutabile est, tamquam cum adversaria ea ratione compositi decertemus, ut ipsam non deicientes, sed cadere non permittentes, victores simus. Neque vero ad malum tantummodo propensionem habet homo; nam si ad eam partem dumtaxat natura proclivis esset, ad bonum sese non posset convertere. Nunc autem pulcherrimum motionis opus est ipsum in bonis incrementum, cum impetu illo, quo ad melius trahimur, is qui recte movetur, assidue transferatur ad ea, quae diviniora sunt. Id ergo, quod formidandum videbatur, nempe naturam nostram mutabilem esse, nobis tamquam alas, quibus ad maiora volemus, praebere demonstravimus, damno enim id nobis futurum fuisse, si mutationem ad melius suscipere non possemus. Ne quis igitur vim in natura mutationibus aptam et idoneam cernens, doleat aut conqueratur, sed sese continenter in melius promovens et de gloria in gloriam transferens, cotidianis incrementis ita vertatur, ut in dies melior et perfectior fiat, nec umquam se ad perfectionis metam pervenisse sibi persuadeat. Ea enim vere perfectio est, ut qui augetur in melius, numquam consistat neque terminis ullis perfectionem existimet esse conclusam.

328 1. Finis vitae ex virtutis praescripto institutae est beatitudo. Quidquid enim serio et deliberate agitur, ad aliquid relationem

---

328. MG 44, 433 A.

πρός τι τὴν ἀναφορὰν πάντως ἔχει. Καὶ ὥσπερ ἡ μὲν ἰατρικὴ πρὸς τὴν ὑγείαν ὁρᾷ, τῆς δὲ γεωργίας ὁ σκοπὸς πρὸς τὸ ζῆν ἐστι παρασκευή, οὕτω καὶ ἡ τῆς ἀρετῆς κτῆσις πρὸς τὸ μακάριον γενέσθαι τὸν κατ' αὐτὴν ζῶντα βλέπει· τοῦτο γὰρ παντὸς τοῦ κατὰ τὸ ἀγαθὸν νοουμένου κεφάλαιον καὶ πέρας ἐστί. Τὸ μὲν οὖν ἀληθῶς τε καὶ κυρίως ἐν τῷ ὑψηλῷ τούτῳ νοήματι θεωρούμενόν τε καὶ νοούμενον ἡ θεία φύσις λέγοιτο ἂν εἰκότως.... Εἰ γάρ τις ἐρωτηθείη, τί ἐστι τὸ μακάριον, οὐκ ἂν τῆς εὐσεβοῦς ἀποκρίσεως ἁμάρτοι ἐπακολουθήσας τῇ Παύλου [cf. 1 Tim 6, 15 sq] φωνῇ καὶ εἰπών, ὅτι· μακάριόν ἐστιν, ὃ κυρίως λέγεται καὶ πρώτως, ἡ τοῦ παντὸς ἐπέκεινα φύσις· τὸ δὲ ἐν ἀνθρώποις μακάριον, τῇ μεθέξει τοῦ ὄντως ὄντος, ἐκεῖνο ποσῶς γίνεταί τε καὶ ὀνομάζεται, ὅπερ ἡ τοῦ μετεχομένου φύσις ἐστίν. Οὐκοῦν ὅρος ἐστὶ τῆς ἀνθρωπίνης μακαριότητος ἡ πρὸς τὸ θεῖον ὁμοίωσις.

In Ecclesiasten homiliae.

Cognitionis Dei difficultas. — Hom. 7. Ὁ δὲ λόγῳ διαλαμ- 329
βάνειν ἐπιχειρῶν τὸ ἀόριστον, οὐκέτι δίδωσι τὸ ὑπὲρ πᾶν εἶναι ἐκεῖνο, ὃ ἀντεξάγει, τὸν ἴδιον λόγον τοιοῦτόν τι καὶ τοσοῦτον εἶναι οἰόμενος, οἷον καὶ ὅσον εἰπεῖν ὁ λόγος ἐχώρησεν, οὐκ εἰδώς, ὅτι ἐν τῷ πεπεῖσθαι ὑπὲρ γνῶσιν εἶναι τὸ θεῖον, ἐν τούτῳ ἡ θεοπρεπὴς περὶ τοῦ ὄντως ὄντος φυλάσσεται ἔννοια· διότι πᾶν τὸ ἐν τῇ κτίσει ὄν, πρὸς τὸ συγγενὲς ἐκ φύσεως

---

habeat necesse est. Et quemadmodum medicina sanitatem spectat, finisque agriculturae est rerum ad victum necessariarum praeparatio, sic et virtutis possessio in id unum intendit, ut beatum efficiat eum, qui secundum virtutem vitam degit; hoc enim omnis boni, et quidquid in bono concipitur, caput est et terminus. Quod autem vere et proprie in hac tam sublimi beatitudinis notione et ratione concipitur, id iure optimo dixerit quis ipsam divinam naturam esse.... Nam si quis quaerat, quid sit beatitudo, haud sane a recta et pia responsione aberraverit, si vocem Pauli secutus dicat beatum, quod proprie et primario tale dicitur, esse naturam illam, quae est super omnia, beatum vero, quod inter homines reperitur, tale esse communione eius, quod vere est, quod multiplicatur et varia nomina sortitur pro natura et condicione eorum, quae per participationem ab alio derivantur. Ergo definitio humanae beatitudinis est similitudo cum divina.

7. Qui autem comprehendere conatur oratione id, quod nullis 329
finibus potest circumscribi, non utique concedit supra universum esse illud, quod contra adducit, ut qui suam orationem talem et tantam esse putet, qualem et quantam comprehendit oratio, nesciens, quod in eo, quod sit creditum Deum esse supra cognitionem, in eo quae Deum decet comprehenditur eius quod vere est notio; quoniam quidquid est in creatura, intuetur ad id, quod est cognatum

---

329. MG 44, 729 A.

βλέπει.... Διὰ τοῦτο ὅταν ἔλθῃ εἰς τὰ ὑπὲρ λόγον ὁ λόγος, γίνεται τοτὲ καιρὸς τοῦ σιγᾶν, καὶ τῆς ἀφράστου ἐκείνης δυνάμεως ἀνερμήνευτον ἐν τῷ ἀποῤῥήτῳ τῆς συνειδήσεως ἔχει τὸ θαῦμα, εἰδότα, ὅτι καὶ οἱ μεγάλοι τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ καὶ οὐ τὸν Θεὸν ἐλάλουν, λέγοντες· «Τίς λαλήσει τὰς δυναστείας τοῦ Κυρίου;» [Ps 105, 2], καὶ· «Διηγήσομαι πάντα τὰ ἔργα σου» [Ps 9, 2], καὶ· «Γενεὰ ἐπαινέσει τὰ ἔργα σου» [Ps 144, 4]. Αὐτὰ λαλοῦσι, καὶ περὶ τούτων διεξέρχονται, καὶ τὴν τῶν γεγονότων ἐξαγόρευσιν τῇ φωνῇ ἐπιτρέπουσιν· ὅταν δὲ περὶ αὐτοῦ τοῦ ὑπερεστῶτος πάσης ἐννοίας ὁ λόγος, σιωπὴν ἄντικρυς, δι' ὧν λέγουσι, νομοθετοῦσι. Λέγουσι γάρ, ὅτι τῆς μεγαλοπρεπείας, τῆς δόξης, τῆς ἁγιωσύνης αὐτοῦ οὐκ ἔστι πέρας. Ὢ τοῦ θαύματος. Πῶς ἐφοβήθη τῇ τοῦ θείου θαύματος δόξῃ προσεγγίσαι ὁ λόγος, ὥστε οὐδὲ τῶν ἔξωθέν τινος θεωρουμένων τὸ θαῦμα κατέλαβεν; Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ πέρας οὐκ ἔστι, τολμηρὸν κρίνων ὅλως τὸ εἰς ἔννοιαν τοῦτο λαβεῖν, ἀλλὰ τὴν ἐπιθεωρουμένην τῇ δόξῃ μεγαλοπρέπειαν θαυμάζει τῷ λόγῳ. Πάλιν δὲ οὐδὲ αὐτῆς τῆς δόξης τὴν οὐσίαν ἰδεῖν ἠδυνήθη, ἀλλὰ τῆς ἁγιωσύνης αὐτοῦ τὴν δόξαν ἐξεπλάγη κατανοήσας. Πόσον τοίνυν ἀπέσχε τοῦ τὴν φύσιν, ἥτις ἐστί, περιεργάσασθαι, ὅς γε τὸ ἔσχατον τῶν προφαινομένων θαυμάσαι οὐκ ἴσχυσεν; Οὔτε γὰρ τὴν ἁγιωσύνην αὐτοῦ ἐθαύμασεν, οὔτε τὴν δόξαν τῆς ἁγιωσύνης, ἀλλὰ τὴν μεγαλοπρέπειαν μόνην τῆς δόξης τῆς ἁγιωσύνης θαυμάσαι προθέμενος, καὶ περὶ τὸ ταύτης θαῦμα ἠτόνησεν. Οὐ γὰρ διέλαβε τῇ διανοίᾳ τοῦ θαυμαζομένου τὸ

---

a natura.... Propterea quando venerit ratio et oratio ad ea, quae rationem superant nec verbis possunt explicari, tunc est tempus tacendi, et ineffabilis illius naturae inexplicabilitas habet miraculum in arcano conscientiae apud eum, qui scit, quod etiam viri magni de Dei operibus et non de Deo loquebantur, dicentes: *Quis loquetur potentias Domini?* et: *Narrabo omnia opera tua,* et: *Generatio laudabit opera tua.* Haec dicunt, et de iis disserunt, et voci permittunt, ut ab ea referantur, quae facta sunt; sed quando de eo agitur, quod superat omnem mentis conceptionem, per ea, quae dicunt, de silentio aperte legem ferunt. Dicunt enim: Magnificentiae, gloriae, sanctitatis eius non est finis. O miraculum! Quomodo timuit oratio accedere ad gloriam divini miraculi, adeo ut neque alicuius eorum, quae considerantur, extrinsecus comprehenderit miraculum? Non enim dixit: Dei essentiae non est finis, nimiae esse audaciae iudicans vel de eo cogitare, sed quae in gloria consideratur, verbis miratur magnificentiam. Rursus vero neque ipsius gloriae videre potuit essentiam, sed obstupuit, cum considerasset gloriam eius sanctitatis. Quantum ergo abfuit, ut curiose quaereret, quaenam sit natura, qui ultimum eorum, quae apparent, non potuit admirari? Neque enim eius sanctitatem est admiratus, neque gloriam sanctitatis, sed cum sanctitatis solam sibi proposuisset admirari magnificentiam, etiam ad eam admirandam vires fuerunt imbecillae. Non enim comprehendit cogitatione finem eius, quod

πέρας. Διό φησι· Τῆς δόξης, τῆς μεγαλοπρεπείας, τῆς ἁγιωσύνης αὐτοῦ οὐκ ἔστιν πέρας. Οὐκοῦν ἐν τοῖς περὶ Θεοῦ λόγοις, ὅταν μὲν περὶ τῆς οὐσίας ἡ ζήτησις ἦν, καιρὸς τοῦ σιγᾶν.

In Canticum Canticorum homiliae.

Timor et caritas. — Hom. 1. Ὁ γὰρ πάντας θέλων σωθῆναι 330 καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν [cf. 1 Tim 2, 4], τὸν τελειότατον ἐνταῦθα καὶ μακάριον τῆς σωτηρίας ὑποδείκνυσι τρόπον, τὸν διὰ τῆς ἀγάπης λέγω. Ἔστι μὲν γὰρ καὶ διὰ φόβου τισὶ γινομένη ἡ σωτηρία, ὅταν πρὸς τὰς ἀπειλὰς τῆς ἐν τῇ γεέννῃ κολάσεως βλέποντες τοῦ κακοῦ χωριζόμεθα. Εἰσὶ δέ τινες οἱ καὶ διὰ τὴν ἀποκειμένην τοῖς εὐσεβῶς βεβιωκόσι τὸν μισθὸν ἐλπίδα τὴν ἀρετὴν κατορθοῦντες, οὐκ ἀγάπῃ τὸ ἀγαθόν, ἀλλὰ τῇ προσδοκίᾳ τῆς ἀμοιβῆς κατακτώμενοι. Ὁ μέντοι πρὸς τὸ τέλειον ἀναδραμὼν τῇ ψυχῇ, ἀπωθεῖται μὲν τὸν φόβον (ἀνδραποδώδης γὰρ ἡ τοιαύτη διάθεσις, τῷ μὴ δι' ἀγάπης παραμένειν τῷ κυριεύοντι, ἀλλὰ τῷ τῶν μαστίγων φόβῳ μὴ δραπετεύειν), ὑπερορᾷ δὲ καὶ αὐτῶν τῶν μισθῶν, ὡς ἂν μὴ δοκοίη τὸν μισθὸν ποιεῖσθαι προτιμότερον τοῦ δωρουμένου τὸ κέρδος· ἀγαπᾷ δὲ ἐξ ὅλης καρδίας τε καὶ ψυχῆς καὶ δυνάμεως οὐκ ἄλλο τι τῶν παρ' αὐτοῦ γινομένων, ἀλλ' αὐτὸν ἐκεῖνον, ὅς ἐστι τῶν ἀγαθῶν ἡ πηγή.

Ascensus ad perfectionem. — 5. Τίς οὖν ἡ πρὸς τὸ τέλειον 331 ἄνοδος, ἥτις τοῖς νῦν εἰρημένοις ἐμφαίνεται; Τὸ μηκέτι πρὸς τὴν τῶν ἐφελκομένων βλέπειν σπουδήν, ἀλλ' ὁδηγὸν πρὸς τὸ κρεῖττον τὴν ἰδίαν ἐπιθυμίαν ἔχειν. Δεῦρο γάρ, φησί [ὁ Λόγος], σεαυτή

---

admiratur. Dicit itaque: Gloriae, magnificentiae, sanctitatis eius non est finis. In iis ergo, quae de Deo dicuntur, quando quaeritur quidem de essentia, est tempus tacendi.

1. Nam qui vult omnes esse salvos et venire ad agnitionem 330 veritatis, ostendit hic perfectissimum et beatum modum salutis, eum dico, qui fit per caritatem. Nam nonnullis fit etiam salus per timorem, quando intuentes ad minas supplicii gehennae, separamur a malo. Sunt etiam aliqui, qui propter spem mercedis repositam iis, qui pie vixerint, se recte et ex virtute gerunt, non caritate bonum possidentes, sed exspectatione remunerationis. Sed qui animo currit ad perfectionem, expellit quidem timorem (est enim eiusmodi servilis affectio, propterea quod non propter caritatem permaneat apud dominum, propter flagrorum autem metum non aufugiat), despicit autem ipsas quoque mercedes, ne videatur mercedem pluris facere quam eum, qui donat lucrum. Diligit autem ex toto corde et anima et potestate non aliquid aliud ex iis, quae ab ipso fiunt, sed eum ipsum, qui est fons bonorum.

5. Quis est ergo ascensus ad perfectionem, qui significetur in iis, 331 quae nunc dicta sunt? Non amplius aspicere ad studium eorum, quae attrahunt, sed ad id, quod est melius, ducem habere propriam cupiditatem. Huc, inquit [Verbum] ipsi, veni, non ex aegritudine, aut

---

330. MG 44, 765 B. 331. MG 44, 876 D.

[cf. Ct 2, 10], μὴ ἐκ λύπης ἢ ἐξ ἀνάγκης, ἀλλὰ σεαυτή, τοῖς ἰδίοις λογισμοῖς τὴν προθυμίαν ἐν τῷ καλῷ ἐπιῤῥώσασα, οὐκ ἀνάγκης καθηγουμένης. Ἀδέσποτον γὰρ ἡ ἀρετή, καὶ ἑκούσιον, καὶ ἀνάγκης πάσης ἐλεύθερον. Τοιοῦτος ἦν Δαβίδ, ὁ τὰ ἑκούσια μόνα τῶν παρ' αὐτοῦ γινομένων εὐδοκηθῆναι τῷ Θεῷ προσευχόμενος, καὶ ἑκουσίως θύειν ἐπαγγελλόμενος. Τοιοῦτος ἕκαστος τῶν ἁγίων, ἑαυτὸν τῷ Θεῷ προσάγων, οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἀγόμενος. Καὶ σὺ τοίνυν δεῖξον τὴν τελείαν κατάστασιν τοῦ σεαυτῇ τῆς πρὸς τὸ κρεῖττον ἀνόδου τὴν ἐπιθυμίαν λαβεῖν.

332 *Duplex voluptas.* — 10. Διπλῆς γὰρ οὔσης ἐν τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει τῆς ἡδονῆς, τῆς μὲν ἐν ψυχῇ δι' ἀπαθείας ἐνεργουμένης, τῆς δὲ διὰ πάθους ἐν σώματι, ἥνπερ ἂν ἐξ ἀμφοτέρων ἡ προαίρεσις ἕληται, αὕτη κατὰ τῆς ἑτέρας τὸ κράτος ἔχει. Ὡς εἴ τις πρὸς τὴν αἴσθησιν βλέποι, τὴν δι' αὐτῆς ἐμφυομένην τῷ σώματι ἡδονὴν ἐφελκόμενος, ἄγευστος τῆς θείας εὐφροσύνης διαβιώσεται, διότι πέφυκέ πως ἐπισκοτεῖσθαι τὸ κρεῖττον ὑπὸ τοῦ χείρονος. Οἷς δ' ἂν ἐπιθυμία τὴν πρὸς τὸ θεῖον ἔχει ῥοπήν, τούτοις ἀνεπισκότητον μένει τὸ ἀγαθόν, καὶ φευκτὸν ἅπαν νομίζεται εἶναι τὸ καταγοητεῦον τὴν αἴσθησιν. Διὰ τοῦτο ἡ ψυχή, ὅταν μόνῃ τῇ θεωρίᾳ τοῦ ὄντος εὐφραίνηται, πρὸς οὐδὲν ἐγρήγορε τῶν ἐνεργουμένων καθ' ἡδονὴν δι' αἰσθήσεως, ἀλλὰ πᾶσαν σωματικὴν κατακοιμήσασα κίνησιν, γυμνῇ τε καὶ καθαρᾷ τῇ διανοίᾳ διὰ τῆς θείας ἐγρηγόρσεως δέχεται τοῦ Θεοῦ τὴν ἐμφάνειαν.

---

ex necessitate, sed propriis tuis rationibus confirmans cupiditatem ad id, quod est honestum, non ducente necessitate. Domino enim caret virtus, et est voluntaria et ab omni necessitate libera. Talis erat David, qui ex iis, quae ab ipso facta erant, ea sola esse Deo grata et probata animadvertebat, quae erant voluntaria, et se voluntarie sacrificaturum promittebat. Talis est unusquisque sanctus, qui se Deo offert, non actus necessitate. Et tu ergo ostende perfectam in te accepisse constitutionem, cupiditatem ascensus ad id, quod est melius.

332 10. Cum in hominum natura duplex sit voluptas, altera quidem quae exercetur in anima per impatibilitatem, altera vero per perturbationem animi in corpore, quam ex ambabus liberum elegerit arbitrium, ea dominatur in alteram. Qui enim aspicit ad sensum, qui per se innatus est corpori, is, tractus a voluptate, vitam transibit expers gustus divinae laetitiae, propterea quod solet plerumque quod praestantius est, a deteriori obscurari. Quibus autem desiderium ad Deum est propensum, iis non involutum tenebris manet bonum, et censetur esse fugiendum, quidquid veluti quibusdam magicis carminibus delinit ac decipit sensum. Propterea anima quando delectatur sola eius quod est contemplatione, ad nihil dicitur vigilare eorum, quae ad voluptatem fiunt per sensum, sed omni sensu corporali exuta, nuda et pura mente per divinam vigiliam Dei suscipit apparitionem.

---

332. MG 44, 993 C.

Cur numquam satietur desiderium videndi. — 11. Ὥσπερ 333
γάρ, εἴ τις πλησίον ἐκείνης γένοιτο τῆς πηγῆς, ἣν ἀναβαίνειν εἶπεν ἐκ τῆς γῆς κατ' ἀρχὰς ἡ Γραφή [cf. Gn 2, 10], τοσαύτην οὖσαν τὸ πλῆθος, ὡς ἅπαν τῆς γῆς ἐπικλύζειν τὸ πρόσωπον, θαυμάσει μὲν ὁ τῇ πηγῇ πλησιάσας τὸ ἄπειρον ὕδωρ ἐκεῖνο, τὸ πάντοτε αὐτῆς ἀνομβροῦν τε καὶ προχεόμενον, οὐ μὴν εἴποι ἂν ὅλον ἑωρακέναι τὸ ὕδωρ (πῶς γὰρ ἂν ἴδοι τὸ ἐπὶ τοῖς κόλποις τῆς γῆς ἐγκρυπτόμενον; ὥστε κἂν ἐπιπολὺ παραμείνῃ τῷ βρύοντι, ἀεὶ ἐν ἀρχαῖς ἐστι τῆς θεωρίας τοῦ ὕδατος· οὐ γὰρ παύεται τὸ ὕδωρ ἀεί τε ῥέον καὶ ἀεὶ τοῦ βρύειν ἀρχόμενον), οὕτως ὁ πρὸς τὸ θεῖον ἐκεῖνο καὶ ἀόριστον κάλλος βλέπων, ἐπειδὴ τὸ πάντοτε εὑρισκόμενον, καινότερόν τε καὶ παραδοξότερον πάντως τῷ εἴδει κατειλημμένον ὁρᾶται, θαυμάζει μὲν τὸ ἀεὶ προφαινόμενον, οὐδέποτε δὲ ἵσταται τῆς τοῦ ἰδεῖν ἐπιθυμίας, διὰ τὸ παντὸς τοῦ ὁρωμένου μεγαλοπρεπέστερόν τε καὶ θειότερον εἶναι τὸ προσδοκώμενον.

Visio Dei obscura. — 11. Τῷ μεγάλῳ Μωϋσεῖ διὰ φωτὸς 334
ἤρξατο ἡ τοῦ Θεοῦ ἐμφάνεια, μετὰ ταῦτα διὰ νεφέλης αὐτῷ διαλέγεται. Εἶτα ὑψηλότερος ἤδη καὶ τελειότερος γενόμενος, ἐν γνόφῳ τὸν Θεὸν βλέπει. Ὃ δὲ διὰ τούτου μανθάνομεν, τοιοῦτόν ἐστιν· Ἡ πρώτη ἀπὸ τῶν ψευδῶν καὶ πεπλανημένων περὶ Θεοῦ ὑπολήψεων ἀναχώρησις, ἡ ἀπὸ τοῦ σκότους εἰς φῶς ἐστι μετάστασις. Ἡ δὲ προσεχεστέρα τῶν κρυπτῶν κατανόησις, ἡ διὰ τῶν φαινομένων χειραγωγοῦσα τὴν ψυχὴν πρὸς τὴν ἀόρατον φύσιν, οἷόν τις νεφέλη γίνεται, τὸ φαινόμενον μὲν ἅπαν ἐπισκιά-

---

11. Quomodo enim, si quis fuerit prope fontem illum, quem ex 333
terra dicit ab initio ascendere Scriptura, qui tantus est multitudine, ut universam terram circumeat, videns aquam illam infinitam, quae ex eo omnino effluit et effunditur, non dixerit se totam vidisse aquam (quemadmodum enim viderit, quod est occultum in sinu terrae? adeo ut, etiamsi diu maneat ad aquam salientem, est semper in initio aquae contemplationis; non enim cessat aqua et semper fluens et incipiens scaturire), sic et qui ad illam divinam et non aspectabilem aspicit pulchritudinem, quandoquidem, quod semper invenitur, recentius et admirabilius omnino cernitur quam id, quod est iam comprehensum, miratur quidem id, quod semper apparet, nondum autem desistit a desiderio videndi, propterea quod quolibet, quod cernitur, fit divinius et magnificentius id, quod exspectatur.

11. Magno Moysi per lucem coepit Dei apparitio, postea autem 334
per nubem Deus cum eo loquitur. Deinde cum iam fuisset sublimior et perfectior, Deum videt in caligine. Quod autem per hoc discimus, est huiusmodi: Primus recessus a falsis et errantibus de Deo existimationibus est transitus ad lucem a tenebris. Propinquior autem occultorum consideratio, per ea quae cernuntur, deducens animam ad naturam, quae non cadit sub aspectum, est veluti quaedam nubes adumbrans quidquid cernitur, ad id autem aspiciendum

---

333. MG 44, 1000 A. 334. MG 44, 1000 C.

ζουσα, πρὸς δὲ τὸ κρύφιον βλέπειν τὴν ψυχὴν χειραγωγοῦσα καὶ συνεθίζουσα. Ἡ δὲ διὰ τούτων ὁδεύουσα πρὸς τὰ ἄνω ψυχή, ὅσον ἐφικτόν ἐστι τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, τὰ κάτω καταλιποῦσα, ἐντὸς τῶν ἀδύτων τῆς θεογνωσίας γίνεται, τῷ θείῳ γνόφῳ πανταχόθεν διαληφθεῖσα· ἐν ᾧ τοῦ φαινομένου τε καὶ καταλαμβανομένου παντὸς ἔξω καταλειφθέντος, μόνον ὑπολείπεται τῇ θεωρίᾳ τῆς ψυχῆς τὸ ἀόρατόν τε καὶ ἀκατάληπτον, ἐν ᾧ ἐστιν ὁ Θεός, καθώς φησι περὶ τοῦ νομοθέτου ὁ Λόγος, ὅτι· «Εἰσῆλθε δὲ Μωϋσῆς εἰς τὸν γνόφον, οὗ ἦν ὁ Θεός» [Ex 24, 18].

335 *Visio Dei facie ad faciem.* — 12. Τίς γὰρ οὐκ οἶδε τὰς ἀναβάσεις ἐκείνας, ἃς ἀνέβη ὁ Μωϋσῆς, ὁ ἀεὶ μέγας γινόμενος καὶ μηδέποτε ἱστάμενος τῆς ἐπὶ τὸ μεῖζον αὐξήσεως; ... Ἀλλ' ὅμως ὁ τοσοῦτος, ὁ τοιοῦτος, ὁ ἐν τοσούτοις γενόμενος καὶ διὰ τοσοῦτον πρὸς τὸν Θεὸν ὑψωθείς, ἔτι ἀπλήστως ἔχει τῆς ἐπιθυμίας τοῦ πλείονος, καὶ τοῦ κατὰ πρόσωπον ἰδεῖν τὸν Θεὸν ἱκέτης γίνεται· καίτοι μαρτυρήσαντος ἤδη τοῦ Λόγου, τῆς κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ ὁμιλίας ἠξιῶσθαι. Ἀλλ' ὅμως οὔτε τὸ ὡς φίλῳ προσδιαλέγεσθαι, οὔτε ἡ στόμα κατὰ στόμα γινομένη αὐτῷ πρὸς Θεὸν ὁμιλία τῆς τῶν ἀνωτέρων αὐτὸν ἐπιθυμίας ἵστησιν. Ἀλλ' εἰ εὕρηκα, φησί, χάριν ἐνώπιόν σου, ἐμφάνισόν μοι σεαυτὸν γνωστῶς. Καὶ ὁ τὴν αἰτηθεῖσαν χάριν δώσειν ἐπαγγειλάμενος, ὁ εἰπών· «Ἔγνων σὲ παρὰ πάντας» [Ex 33, 17], παρέρχεται αὐτὸν ἐπὶ τοῦ θείου τόπου ἐν τῇ πέτρᾳ ὑπὸ τῆς θείας χειρὸς σκεπαζόμενον· ὥστε μόγις ἰδεῖν μετὰ τὴν πάροδον αὐτοῦ τὰ ὀπίσθια,

---

quod est absconsum, animam deducens et assuefaciens. Anima autem, quae per haec procedit ad superna, qualibet re relicta, quam humana potest assequi natura, versatur in adytis Dei cognitionis, divina caligine undique intercepta; in qua, quolibet quod cernitur et comprehenditur foris relicto, animae contemplationi solum restat id, quod non inspectabile et incomprehensibile, in quo est Deus, quomodo dicit Scriptura de legislatore: *Ingressus est Moyses in caliginem, ubi erat Deus.*

335 12. Quis enim ignorat gradus illos, quos conscendit Moyses, qui semper maior reddebatur et numquam proficiundi amplius finem faciebat? ... Nihilominus vir tantus ac talis, qui tantis rebus interfuerat et usque adeo in sublime ad Deum penetraverat, insatiabiliter ampliora concupiscit, ac suppliciter petit, ut Deum facie possit intueri. Atqui iam ante testata fuerat Scriptura, factam ei fuisse copiam conversationis cum Deo de facie ad faciem. Nihilominus neque id, quod colloquetur cum Deo quasi amicus cum amico, neque quod familiariter cum eo conversaretur, inhibere cupiditatem eius poterat, ut ulteriora non expeteret. Si gratiam, inquit, inveni coram te, patefacito mihi teipsum ita, ut agnoscere te possim. Et is, qui gratiam hanc ipsi facturum se pollicetur, uti rogatus est, cum quidem diceret: *Novi te supra omnes,* praeterit eum in divino loco in petra, manu divina tectum; ita ut vix post transitum poste-

---

335. MG 44, 1025 B.

διδάσκων, οἶμαι, διὰ τούτων ὁ Λόγος, ὅτι ὁ ἰδεῖν τὸν Θεὸν ἐπιθυμῶν, ἐν τῷ ἀεὶ αὐτῷ ἀκολουθεῖν ὁρᾷ τὸ ποθούμενον, καὶ ἡ τοῦ προσώπου αὐτοῦ θεωρία ἐστὶν ἡ ἄπαυστος πρὸς αὐτὸν πορεία, πρόσω διὰ τὸ κατόπιν ἕπεσθαι τῷ Λόγῳ κατορθουμένη.

Summa perfectio sese conformare Christo. — 15. Ὁ δὲ ἐφεξῆς λόγος, ὃν ἡ καθαρὰ καὶ ἀκηλίδωτος νύμφη πεποίηται λέγουσα· «Ἐγὼ τῷ ἀδελφιδῷ μου, καὶ ὁ ἀδελφιδός μου ἐμοί» [Ct 6, 2], κανὼν καὶ ὅρος τῆς κατ' ἀρετὴν ἐστι τελειότητος. Μανθάνομεν γὰρ διὰ τούτων, τὸ μὴ δεῖν πλὴν τοῦ Θεοῦ μηδὲν ἐν ἑαυτῷ ἔχειν, μηδὲ πρὸς ἄλλο τι βλέπειν τὴν κεκαθαρμένην ψυχήν, ἀλλ' οὕτως ἑαυτὴν ἐκκαθάραι παντὸς ὑλικοῦ πράγματός τε καὶ νοήματος, ὡς ὅλην δι' ὅλου μετατεθεῖσαν πρὸς τὸ νοητόν τε καὶ ἄϋλον, ἐναργεστάτην εἰκόνα τοῦ ἀρχετύπου κάλλους ἑαυτὴν ἀπεργάσασθαι. Καὶ ὥσπερ ὁ ἐπὶ τοῦ πίνακος ἰδὼν τὴν γραφὴν δι' ἀκριβείας πρὸς τὴν τοῦ ἀρχετύπου μεμορφωμένην μίαν ἀμφοτέρων εἶναι τὴν μορφὴν ἀποφαίνεται, καὶ τὸ ἐπὶ τῆς εἰκόνος κάλλος τοῦ πρωτοτύπου λέγων εἶναι καὶ τὸ ἀρχέτυπον ἐναργῶς ἐν τῷ μιμήματι καθορᾶσθαι, τὸν αὐτὸν τρόπον ἡ εἰποῦσα, ὅτι· «Ἐγὼ τῷ ἀδελφιδῷ μου, καὶ ὁ ἀδελφιδός μου ἐμοί», συμμεμορφῶσθαι λέγει τῷ Χριστῷ, τὸ ἴδιον κάλλος ἀπολαβοῦσα, τὴν πρώτην τῆς φύσεως ἡμῶν μακαριότητα κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν τοῦ πρώτου κάλλους τοῦ ἀληθινοῦ καὶ μόνου ὡραϊσθεῖσα. Καὶ οἷον ἐπὶ τοῦ κατόπτρου γίνεται, ὅταν τεχνικῶς τε 336

---

riora Dei conspiceret. Quibus verbis, ut equidem arbitror, docemur eum, qui videre Deum cupiat, desiderii compotem fieri semper sequendo, et divinae faciei contemplatio est ad Deum numquam interrupta progressio, quae tum demum nobis praeclare succedit, cum Verbum a tergo sequimur.

15. Quae autem sequuntur verba, prolata a pura et labis omnis experte sponsa, cum ait: *Ego cognato meo, et cognatus meus mihi,* haec igitur norma sunt ac finitio quaedam omnis in virtute perfectionis. Nam ex his discimus, nihil nobis esse praeter Deum debere, neque animae purificatae ullam ad rem aliam respiciendum esse, sed debere hanc ita se ab omnibus crassis tam rebus quam cogitationibus expurgare, ut tota translata prorsus ad statum, quem mentis intellegentia percipimus et qui omnium crassarum rerum expers est, illustrissimum ex se primigenae pulchritudinis simulacrum efficiat. Utque is, qui in tabula picturam videt accurate conformatam ad archetypum, unam utriusque formam esse pronuntiat, imaginis pulchritudinem ipsam esse archetypi pulchritudinem dicens, et archetypum in simulacro clare conspici, eodem modo etiam haec, quae ait: *Ego cognato meo, et cognatus meus mihi,* pulchritudinem suam conformatam ad Christi exemplar dicit, posteaquam naturae nostrae primam beatitudinem recuperarit, quae ad imaginem similitudinemque principis et unicae veraeque pulchritudinis ornata erat. Ac veluti speculum artificiose et ad usum 336

---

336. MG 44, 1093 C.

καὶ καταλλήλως τῇ χρείᾳ κατεσκευασμένον ᾖ, ἐν καθαρᾷ τῇ ἐπιφανείᾳ δι' ἀκριβείας ἐν ἑαυτῷ δείξει τοῦ ἐπιφανέντος προσώπου τὸν χαρακτῆρα, οὕτως ἑαυτὴν ἡ ψυχὴ προσφόρως τῇ χρείᾳ κατασκευάσασα καὶ πᾶσαν ὑλικὴν ἀποῤῥιψαμένη κηλῖδα, καθαρὸν τοῦ ἀκηράτου κάλλους ἐν ἑαυτῇ τὸ εἶδος ἀνετυπώσατο.

De beatitudinibus.

337 *Beatitudo est assimilari Deo.* — Orat. 1. Εἴρηται μὲν τρόπον τινὰ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, καὶ νῦν πάλιν εἰρήσεται, ὅτι τέλος τοῦ κατ' ἀρετὴν βίου ἐστὶν ἡ πρὸς τὸ θεῖον ὁμοίωσις. Ἀλλὰ μὴν τὸ ἀπαθὲς καὶ ἀκήρατον ἐκφεύγει πάντη τὴν παρὰ ἀνθρώπων μίμησιν. Οὐδὲ γάρ ἐστι δυνατὸν πάντη τὴν ἐμπαθῆ ζωὴν ὁμοιωθῆναι πρὸς τὴν τῶν παθῶν ἀνεπίδεκτον φύσιν. Εἰ οὖν μόνον τὸ θεῖον μακάριον, καθὼς ὁ ἀπόστολος ὀνομάζει, ἡ δὲ τοῦ μακαρισμοῦ κοινωνία τοῖς ἀνθρώποις διὰ τῆς πρὸς τὸν Θεόν ἐστιν ὁμοιώσεως, ἡ δὲ μίμησις ἄπορος, ἄρα ἀνέφικτός ἐστιν ἡ μακαριότης τῇ ἀνθρωπίνῃ ζωῇ. Ἀλλ' ἔστιν ἃ τῆς θεότητος δυνατὰ τοῖς βουλομένοις πρόκειται εἰς μίμησιν. Τίνα οὖν ἐστι ταῦτα; Δοκεῖ μοι πτωχείαν πνεύματος τὴν ἑκούσιον ταπεινοφροσύνην ὀνομάζειν ὁ Λόγος· ταύτης δὲ ὑπόδειγμα τὴν τοῦ Θεοῦ πτωχείαν ὁ ἀπόστολος ἡμῖν λέγων προδείκνυσιν· «Ὃς δι' ἡμᾶς ἐπτώχευσε πλούσιος ὤν, ἵνα ἡμεῖς τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ πλουτήσωμεν» [2 Cor 8, 9]. Ἐπεὶ οὖν τὰ ἄλλα πάντα, ὅσα περὶ

idonee comparatum pura in superficie incidentis faciei characterem accurate refert, sic, posteaquam anima seipsam idonee comparavit omnemque vitae huius labem abiecit, puram incorruptae pulchritudinis speciem sibimetipsi imprimit.

337 1. Dictum hoc quidem aliquomodo etiam in superioribus est, et nunc iterum dicetur, quod finis vitae cum virtute degendae sit, ut quis Numini divino assimiletur. Atqui id, quod passionis et affectus expers, incorruptum atque immortale est, undequaque hominum effugit imitationem. Neque enim fieri potest, ut vita affectibus, perturbationibus vitiisque et casibus obnoxia assimiletur penitus et ex omnibus partibus ei naturae, quae neque perturbationes, neque casus, neque affectus ullos admittit. Si igitur divinum Numen solum beatum est, ut id apostolus nominat, beatitudinis vero communio hominibus per hoc contingit, si Deo assimilentur, imitatio autem expediri et confici non potest, utique humana vita beatitudinem assequi non potest. Verum nonnulla deitatis propria hominibus quoque proposita sunt, ut, si velint, illa assequi imitando possint. Quaenam igitur haec sunt? Videtur mihi Verbum paupertatem et inopiam spiritus nominare voluntariam animi humilitatem atque demissionem, atque huius exemplum apostolus nobis Dei paupertatem proponit, dum dicit: *Qui cum dives sit, propter nos pauper et egenus factus est, ut nos illius egestate ditesceremus.* Quoniam igitur cetera omnia, quae circa naturam divinam con-

337. MG 44, 1200 C.

τὴν θείαν καθορᾶται φύσιν, ὑπερπίπτει τῷ μέτρῳ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ἡ δὲ ταπεινότης συμφυής τις ἡμῖν ἐστι καὶ σύντροφος τοῖς χαμαὶ ἐρχομένοις, καὶ ἐκ γῆς τὴν σύστασιν ἔχουσιν, καὶ εἰς γῆν καταῤῥέουσιν, ἐν τῷ κατὰ φύσιν σοὶ καὶ δυνατῷ τὸν Θεὸν μιμησάμενος, τὴν μακαρίαν αὐτὸς ὑπέδυς μορφήν.

Visio Dei in speculo animae purae. — 6. «Μακάριοι» γὰρ «οἱ 338
καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται» [Mt 5, 8]. Οὐ γάρ μοι δοκεῖ ὡς ἀντιπρόσωπόν τι θέαμα τὸν Θεὸν προτιθέναι τῷ κεκαθαρμένῳ τὸν τῆς ψυχῆς ὀφθαλμόν, ἀλλὰ τοῦτο τάχα ἡ τοῦ ῥητοῦ μεγαλοφυΐα ἡμῖν ὑποτίθεται, ὃ καὶ πρὸς ἑτέρους ὁ Λόγος γυμνότερον παρίστησιν, «ἐντὸς ὑμῶν εἶναι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ» [Lc 17, 21] εἰπών, ἵνα διδαχθῶμεν, ὅτι ὁ πάσης τῆς κτίσεως καὶ ἐμπαθοῦς διαθέσεως τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν ἀποκαθήρας, ἐν τῷ ἰδίῳ κάλλει τῆς θείας φύσεως καθορᾷ τὴν εἰκόνα. Καί μοι δοκεῖ δι' ὀλίγων, ὧν εἶπεν, τοιαύτην συμβουλὴν περιέχειν ὁ Λόγος, ὅτι· Ὦ ἄνθρωποι, ὅσοις ἐστί τις ἐπιθυμία τῆς τοῦ ὄντως ἀγαθοῦ θεωρίας, ἐπειδὰν ἀκούσητε ὑπὲρ τοὺς οὐρανοὺς ἐπῆρθαι τὴν θείαν μεγαλοπρέπειαν καὶ τὴν δόξαν αὐτῆς ἀνερμήνευτον εἶναι, καὶ τὸ κάλλος ἄφραστον, καὶ τὴν φύσιν ἀχώρητον, μὴ ἐκπίπτετε εἰς ἀνελπιστίαν τοῦ μὴ δύνασθαι κατιδεῖν τὸ ποθούμενον. Τὸ γάρ σοι χωρητόν, τῆς τοῦ Θεοῦ κατανοήσεως μέτρον ἐν σοί ἐστιν, οὕτω τοῦ πλάσαντός σε τὸ τοιοῦτον ἀγαθὸν εὐθὺς τῇ φύσει κατουσιώσαντος. Τῶν γὰρ τῆς ἰδίας φύσεως

spiciuntur, superant modum humanae naturae, humilitas autem coalita atque consueta nobis humi repentibus, et ex terra conflatis, et in terram defluentibus, est, si tu in eo, quod a natura tua non est alienum et a te praestari potest, Deum imitatus fueris, beatam formam ipse induisti.

6. *Beati* enim *puro praediti corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* 338
Non enim mihi videtur quasi ex adverso spectandum Deum proponere ei, qui animae oculum habuerit expurgatum, sed forsitan hoc nobis magnificentia dicti suggerit, quod etiam ad alios Sermo apertius exprimit, ubi dixit: *Intra vos est regnum Dei,* ut doceamur, quod, qui cor suum ab omni creatura atque vitiosa affectione expurgavit, in sua ipsius pulchritudine divinae naturae imaginem intuetur. Ac mihi videtur Verbum paucis, quae dixit, eiusmodi consilium complecti: O vos homines, quibus inest aliqua cupiditas contemplandi id, quod vere bonum est, cum audiveritis divinam maiestatem supra caelos elatam et exaltatam, gloriam eius inexplicabilem, pulchritudinem ineffabilem esse, naturam comprehendi ac percipi non posse, ne prolabamini ad desperationem, qua non possitis intueri, quod desideratis. Nam quod a te capi et comprehendi potest, Dei contemplationis in te modus est, quippe cum is, qui te formavit, tale bonum statim ita naturae quasi inessentiaverit, sive consubstantiaverit et incorporaverit. Tui enim fabricationi

338. MG 44, 1269 C.

ἀγαθῶν ὁ Θεὸς ἐνετύπωσε τῇ σῇ κατασκευῇ τὰ μιμήματα, οἱόν τινα κηρὸν σχήματι γλυφῆς προτυπώσας. Ἀλλ' ἡ κακία τῷ θεοειδεῖ χαρακτῆρι περιχυθεῖσα ἄχρηστον ἐποίησέ σοι τὸ ἀγαθὸν ὑποκεκρυμμένον τοῖς αἰσχροῖς προκαλύμμασιν. Εἰ οὖν ἀποκλύσειας πάλιν δι' ἐπιμελείας βίου τὸν ἐπιπλασθέντα τῇ καρδίᾳ σου ῥύπον, ἀναλάμψει σοι τὸ θεοειδὲς κάλλος. Ὥσπερ ἐπὶ τοῦ σιδήρου γίνεσθαι πέφυκεν, ὅταν δι' ἀκόνης τοῦ ἰοῦ γυμνωθῇ, ὁ πρὸ ὀλίγου μέλας, αὐγάς τινας ἐφ' ἑαυτοῦ πρὸς τὸν ἥλιον στίλβων καὶ λαμπηδόνας ἐκδίδωσιν, οὕτως καὶ ὁ ἔνδον ἄνθρωπος, ὃν καρδίαν ὀνομάζει ὁ Κύριος, ἐπειδὰν ἀποξύσηται τὸν ἰώδη ῥύπον τὸν διὰ τοῦ πονηροῦ εὐρῶτος ἐπανθήσαντα τῇ μορφῇ, πάλιν ἀναλήψεται τὴν πρὸς τὸ ἀρχέτυπον ὁμοιότητα καὶ ἀγαθὸς ἔσται. Τὸ γὰρ ἀγαθῷ ὅμοιον ἀγαθὸν πάντως. Οὐκοῦν ὁ ἑαυτὸν βλέπων, ἐν ἑαυτῷ τὸ ποθούμενον βλέπει· καὶ οὕτω γίνεται μακάριος ὁ καθαρὸς τῇ καρδίᾳ, ὅτι πρὸς τὴν ἰδίαν καθαρότητα βλέπων, ἐν τῇ εἰκόνι καθορᾷ τὸ ἀρχέτυπον.... Καθαρότης γάρ, ἀπάθεια καὶ κακοῦ παντὸς ἀλλοτρίωσις ἡ θεότης ἐστίν. Εἰ οὖν ταῦτα ἐν σοί ἐστι, Θεὸς πάντως ἐν σοί ἐστιν.

De anima et resurrectione.

339 *Puritas animae condicio contemplationis.* — Τὸ θεωρητικόν τε καὶ διακριτικὸν ἴδιόν ἐστι τοῦ θεοειδοῦς τῆς ψυχῆς, ἐπεὶ καὶ τὸ θεῖον ἐν τούτοις καταλαμβάνομεν. Εἰ τοίνυν εἴτε ἐκ τῆς νῦν ἐπιμελείας, εἴτε ἐκ τῆς μετὰ ταῦτα καθάρσεως ἐλευθέρα γένοιτο ἡμῖν ἡ ψυχὴ τῆς πρὸς τὰ ἄλογα τῶν παθῶν συμφυΐας, οὐδὲν πρὸς τὴν τοῦ καλοῦ θεωρίαν ἐναποδισθήσεται. Τὸ γὰρ καλὸν ἑλκτικόν πως κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν παντὸς τοῦ πρὸς ἐκεῖνο βλέποντος. Εἰ οὖν πάσης κακίας ἡ ψυχὴ καθαρεύσειεν, ἐν τῷ καλῷ πάντως ἔσται. Καλὸν δὲ τῇ ἑαυτοῦ φύσει τὸ θεῖον πρὸς ὃ διὰ τῆς καθαρότητος τὴν συνάφειαν ἕξει τῷ οἰκείῳ συναπτομένη.

De vita Moysis, ca 390.

Perfectio terminum non habet. — Ἀλλὰ μὴν ὁ τὴν ἀληθῆ 340
μετιὼν ἀρετὴν οὐδὲν ἕτερον ἢ Θεοῦ μετέχει, διότι αὐτός ἐστιν ἡ παντελὴς ἀρετή. Ἐπεὶ οὖν τὸ τῇ φύσει καλὸν ἐπιθυμητὸν εἰς μετουσίαν πάντως ἐστὶ τοῖς γινώσκουσι, τοῦτο δὲ ὅρον οὐκ ἔχει, ἀναγκαίως καὶ ἡ τοῦ μετέχοντος ἐπιθυμία τῷ ἀορίστῳ συμπαρατείνουσα στάσιν οὐκ ἔχει. Οὐκοῦν ἄπορόν ἐστι παντάπασι τοῦ τελείου τυχεῖν, διότι ἡ τελειότης, καθὼς εἴρηται, ὅροις οὐ διαλαμβάνεται, τῆς δὲ ἀρετῆς εἷς ὅρος ἐστί, τὸ ἀόριστον. Πῶς οὖν ἄν τις ἐπὶ τὸ ζητούμενον φθάσειε πέρας, οὐχ εὑρίσκων τὸ πέρας; ... Πᾶσαν τοίνυν ἐπιδεικτέον σπουδήν, μὴ παντελῶς ἐκπεσεῖν τῆς ἐνδεχομένης τελειότητος, ἀλλὰ τοσοῦτον ἀπ' αὐτῆς κτήσασθαι, ὅσον ἂν ἰδεῖν τοῦ ζητουμένου χωρήσωμεν. Τάχα γὰρ τὸ οὕτως ἔχειν, ὡς ἀεὶ θέλειν ἐν τῷ καλῷ τὸ πλέον ἔχειν, ἡ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τελειότης ἐστί.

---

et constitutioni Deus suae naturae bonorum simulacra similitudinesque et quasi imitamenta impressit et informavit, veluti ceram quamdam sculptili figura praeformans et fingens. Sed vitiositas divinam imaginem referenti signo circumfusa, bonum turpibus velamentis obductum et occultatum inutile tibi fecit. Si igitur diligenti et accurata vita sordes cordi illitas et obductas rursus ablueris, resplendebit in te divina pulchritudo. Quemadmodum in ferro fieri solet, cum id, quod paulo ante nigrum erat, per cotem detracta robigine, splendores quosdam in se ad solem refulgens et nitores edit, ita homo quoque internus, quem cor Dominus nominat, cum sordes robiginosas, quae propter pravum situm in forma effloruerunt, absterserit, rursus cum originali et principali forma similitudinem recuperabit ac bonus erit. Nam quod boni simile, bonum prorsus est. Ergo qui seipsum videt, in seipso, quod desiderat, intuetur; atque ita beatus fit, qui corde puro praeditus est, quoniam, dum suam puritatem intuetur, per imaginem formam principalem animadvertit.... Puritas enim et vitiorum affectuumque vacuitas et ab omni malo alienatio deitas est. Si igitur haec in te sunt, Deus prorsus in te est.

339 Speculandi ac diiudicandi vis propria est eius animae partis, quae Deo similis est, quoniam etiam divinum Numen per haec comprehendimus. Si ergo vel nunc adhibita cura atque diligentia, vel posthac per ignis purgationem anima nostra libera fuerit ab ea coniunctione, qua cum ratione carentibus affectibus coaluit atque concrevit, nulla re ad boni et honesti contemplationem impedietur. Bonum autem et honestum eam vim ex sui natura habet, ut, quidquid in illud intueatur, id ad se quodammodo attrahat. Si igitur anima ab omni vitiositate pura fuerit, in bono et honesto prorsus erit. Bonum autem et honestum ex sui natura Numen divinum est, cum quo per puritatem anima coniunctionem habebit, quippe cum proprio cohaerens atque coalescens.

At vero qui non simulate, sed vere virtutem sequitur, Deo, qui 340
perfecta virtus est, participatione coniungitur. Deus autem terminum non habet. Quare cum eius, quod natura bonum est, omnino participes esse desiderent, qui illud noverunt, necesse est, participantis quoque desiderium, cum ad interminatum infinitumque seipsum extendat, nullum habeat exitum, quo cessare possit. Quas ob res si nullis vitae perfectio terminis continetur, si virtutis id ipsum terminus est, quod interminata sit, impossibile omnino est, ita perfectionem hanc aut re consequi aut verbis assequi, ut ad altiora ullus ascensus relinquatur. Quomodo igitur ad finem quaesitum quispiam perventurus est, cum finis nullus inveniatur?... Omne igitur studium, omnem curam, diligentiam denique omnem adhibeamus, ne ab ea perfectione decidamus, ad quam pervenire possibile sit, tantumque ipsius possideamus, quantum capere possumus. Ita enim se habere, ut ad ulteriora semper in virtute ac bono velis ascendere, id ipsum forsan humanae naturae perfectio est.

---

339. MG 46, 89 B.

340. MG 44, 301 A.

341 *Praeparatio ad ineffabilem Dei cognitionem.* — Ὁ γὰρ καὶ διὰ τῆς τροφῆς δυναμωθείς, καὶ τῇ πρὸς τοὺς ἐναντίους συμπλοκῇ τὴν δύναμιν δείξας, καὶ κινητὴς τῶν ἀντιτεταγμένων γενόμενος, τότε προσάγεται τῇ ἀπορρήτῳ ἐκείνῃ θεογνωσίᾳ.... Ἴδιον γὰρ τῆς τῶν ἀλόγων φύσεως, τὸ κατ' αἴσθησιν μόνην δίχα διανοίας οἰκονομεῖσθαι. Ἐκείνων καθηγεῖται ἡ ὅρασις, καὶ ἡ ἀκοὴ πολλάκις πρός τι τὴν ὁρμὴν παρεκίνησε. Καὶ τὰ ἄλλα πάντα, δι' ὧν ἐνεργὸς ἡ αἴσθησις γίνεται, πολλὴν ἐν τοῖς ἀλόγοις ἔχει τὴν χώραν. Ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ θεωρία, οὔτε κατὰ τὸ φαινόμενον, οὔτε κατὰ τὸ ἀκουόμενον ἐνεργεῖται, οὔτε τινὶ τῶν συνήθων νοημάτων καταλαμβάνεται· οὔτε γὰρ ὀφθαλμὸς εἶδεν, οὔτε οὖς ἤκουσεν, οὔτε τι τῶν ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου συνήθως ἀναβαινόντων ἐστίν. Ἀλλὰ χρὴ τὸν μέλλοντα προσβαίνειν τῇ τῶν ὑψηλῶν κατανοήσει, πάσης αἰσθητικῆς τε καὶ ἀλόγου κινήσεως προκαθᾶραι τὸν τρόπον, καὶ πᾶσαν δόξαν, τὴν ἐκ προλήψεώς τινος γεγενημένην, τῆς διανοίας ἐκπλύναντα, τῆς τε συνήθους ὁμιλίας χωρισθέντα τῆς πρὸς τὴν ἰδίαν σύνοικον, τουτέστι, τὴν αἴσθησιν (ἡ συζυγή πως ἐστι τῇ ἡμετέρᾳ φύσει καὶ σύνοικος), καὶ ταύτης καθαρὸν γενόμενον, οὕτω κατατολμῆσαι τοῦ ὄρους. Ὄρος γάρ ἐστιν ἄναντες ὡς ἀληθῶς καὶ δυσπρόσιτον ἡ θεολογία, ἧς μόλις ὁ πολὺς λεὼς τὴν ὑπώρειαν φθάνει.

342 *Quid visio Dei.* — Προϊὼν δὲ ὁ νοῦς καὶ διὰ μείζονος ἀεὶ καὶ τελειοτέρας προσοχῆς ἐν περινοίᾳ γινόμενος τῆς ὄντως κατανοήσεως, ὅσῳ προσεγγίζει μᾶλλον τῇ θεωρίᾳ, τοσούτῳ πλέον ὁρᾷ τὸ τῆς θείας φύσεως ἀθεώρητον. Καταλιπὼν γὰρ τὸ φαινόμενον, οὐ μόνον ὅσα καταλαμβάνει ἡ αἴσθησις, ἀλλὰ καὶ ὅσα ἡ διάνοια δοκεῖ βλέπειν, ἀεὶ πρὸς τὸ ἐνδότερον ἵεται, ἕως ἂν διαδυῇ τῇ πολυπραγμοσύνῃ τῆς διανοίας πρὸς τὸ ἀθέατόν τε καὶ ἀκατάληπτον, κἀκεῖ τὸν Θεὸν ἴδῃ. Ἐν τούτῳ γὰρ ἡ ἀληθής ἐστιν εἴδησις τοῦ ζητουμένου, τὸ ἐν τούτῳ τὸ ἰδεῖν, ἐν τῷ μὴ ἰδεῖν, ὅτι ὑπέρκειται πάσης εἰδήσεως τὸ ζητούμενον, οἷόν τινι γνόφῳ τῇ ἀκαταληψίᾳ πανταχόθεν διειλημμένον. Διό φησι καὶ ὁ ὑψηλὸς Ἰωάννης, ὁ ἐν τῷ λαμπρῷ γνόφῳ τούτῳ γενόμενος, ὅτι «Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε» [Io 1, 18], οὐ μόνον τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ πάσῃ νοητῇ φύσει τῆς θείας οὐσίας τὴν γνῶσιν ἀνέφικτον εἶναι τῇ ἀποφάσει ταύτῃ διοριζόμενος. Ὅτε οὖν μείζων ἐγένετο κατὰ τὴν γνῶσιν ὁ Μωϋσῆς, τότε ὁμολογεῖ τὸν Θεὸν ἐν γνόφῳ ἰδεῖν, τουτέστι, τότε γνῶναι, ὅτι ἐκεῖνό ἐστι τῇ φύσει τὸ θεῖον, ὃ πάσης γνώσεώς τε καὶ καταλήψεώς ἐστιν ἀνώτερον. Εἰσῆλθε γάρ, φησί, Μωϋσῆς εἰς τὸν γνόφον, οὗ ἦν ὁ Θεός [cf. Ex 10, 21]. Τίς ὁ Θεός; Ὃς ἔθετο τὸ σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ, καθώς φησι Δαβίδ, ὁ ἐν τῷ αὐτῷ μυηθεὶς τὰ ἀπόρρητα. Ὁ δὲ ἐκεῖ γεγονώς, ἃ προεπαιδεύθη διὰ τοῦ γνόφου, πάλιν διὰ τοῦ γνόφου διδάσκεται, ὡς ἄν, οἶμαι, παγιώτερον ἡμῖν τὸ περὶ τούτου γένηται δόγμα, τῇ θείᾳ φωνῇ μαρτυρούμενον. Ἀπαγορεύει γὰρ ἐν πρώτοις ὁ θεῖος λόγος, πρὸς μηδὲν τῶν γινωσκομένων ὁμοιοῦσθαι παρὰ τῶν ἀνθρώπων τὸ θεῖον, ὡς παντὸς νοήματος τοῦ κατά τινα περιληπτικὴν φαντασίαν ἐν περινοίᾳ τινὶ καὶ στοχασμῷ τῆς φύσεως γινομένου, εἴδωλον Θεοῦ πλάσσοντος καὶ οὐ Θεὸν καταγγέλλοντος. Διχῆ δὲ τῆς κατ' εὐσέβειαν ἀρετῆς

---

341 Qui cibo refectus est et in proelio fortiter se gessit hostesque deiecit, is tunc ad ineffabilem Dei cognitionem adducitur.... Proprium enim naturae brutorum est, ex sensu solo absque intellectus operatione aliqua gubernari; nam aut visus, aut auditus, aut aliorum quispiam sensuum, non voluntas neque ratio appetitiones brutorum movet. Quare motus sui omnes et opera sensuum sunt. Speculatio autem, qua Deum contemplamur, nec visu nec auditu, quantum in se est, indiget, neque consueta quadam comprehensione intellectioneque percipitur; oculus enim non vidit, nec auris audivit; non est enim quidquam eorum, quae in cor hominis ascendere consueverunt. Quare oportet, si quis ad contemplationem eius accedere velit, ab omni sensuali et irrationali motu mentem suam permundare; ac ita, cum omnem opinionem, quae ex sensibus originem habeat, ex mente abstruserit consuetudineque coniugis suae caruerit (coniux vero hic sensus intellegitur, qui coniunctus naturae nostrae nobiscum habitat), hac igitur cum caruerit, sic denique poterit ad montem accedere. Mons autem, arduus vere ac difficilis, theologia est, cuius vix multitudo ad radices pervenire potest.

342 Verum mens hominis ad maiora semper et perfectiora procedens, quanto magis ad Dei speculationem accedit, tanto magis perspicit, quod divina natura invisibilis atque incomprehensibilis est. Nam cum reliquerit non solum omnia, quae sensu percipiuntur, verum etiam cuncta, quae mente inspiciuntur, ac semper ad interiora progrediatur, tunc caligine undique circumseptus invisibili et incomprehensibili, Deum videt. In hoc enim consistit Dei vera cognitio, in hoc est eius visio, ut videas, quod videri non possit, quod omnem cognitionem cognitio eius excedit, quasi caligine quadam ipsa incomprehensibilitate undique contenta. Quapropter divinus etiam Ioannes, qui in splendidissimam hanc caliginem pervenerat, non dubitavit exclamare: *Deum numquam ullus vidit,* non solum hominibus, sed intellectuali omni naturae impossibilem divinae substantiae cognitionem hac negatione determinans. Quare Moyses etiam cum cognitione maior factus fuit, tunc confitetur, in caligine Deum vidisse, id est, tunc demum cognovisse illam esse divinam naturam, quae cognitionem et comprehensionem omnem excedit. Intravit enim Moyses (historia inquit) in caliginem, ubi Deus erat. Quisnam Deus? Qui posuit tenebras occultationem suam, ut cecinit David ille, qui etiam in eadem caligine initiatus est; qui vero illuc intravit, ea, de quibus ante per caliginem fuerat eruditus, rursus per caliginem docetur, ut fiat, opinor, firmius hoc decretum divina voce atque auctoritate comprobatum. Vetat enim in primis divinum praeceptum, ne alicuius rei, quam cognoscas, Deum similem putes; omnis enim intellectus, qui phantastica quadam cogitatione, quasi coniectura, divinam naturam apprehendit, simulacrum quidem Dei finxit in mente, Deum autem non intellexit. Verum cum virtus,

---

341. MG 44, 372 D. 342. MG 44, 376 D.

διηρημένης, εἴς τε τὸ θεῖον, καὶ εἰς τὴν τοῦ ἤθους κατόρθωσιν (μέρος γὰρ εὐσεβείας καὶ ἡ τοῦ ἤθους καθαρότης ἐστί), μαθὼν ἐν πρώτοις, ἃ χρὴ περὶ Θεοῦ γινώσκειν, τὸ δέ γε γινώσκειν ἦν, τὸ μηδὲν περὶ αὐτοῦ τῶν ἐξ ἀνθρωπίνης καταλήψεως γινωσκομένων εἰδέναι. Οὕτως τὸ ἕτερον τῆς ἀρετῆς εἶδος διδάσκεται, μανθάνων ἐν οἵοις ἐπιτηδεύμασιν ὁ ἐνάρετος κατορθοῦται βίος. Μετὰ τοῦτο ἐν τῇ ἀχειροποιήτῳ σκηνῇ γίνεται.

343 *Ascensio continua animae.* — Οὕτω κατὰ τὸ ἔμπαλιν ἡ ψυχὴ τῆς γηΐνης προσπαθείας ἀπολυθεῖσα, ἀνωφερής τε καὶ ὀξεῖα γίνεται πρὸς τὴν ἐπὶ τὰ ἄνω κίνησιν, ἀπὸ τῶν κάτω πρὸς τὸ ὕψος ἀνισταμένη. Μηδενὸς δὲ ὄντος ἄνωθεν τοῦ τὴν ὁρμὴν ἐπικόπτοντος (ἑλκτικὴ γὰρ πρὸς ἑαυτὴν ἡ τοῦ καλοῦ φύσις ἐστὶ τῶν πρὸς ἐκείνην ἀναβλεπόντων), ἀεὶ πάντως ὑψηλοτέρα ἑαυτῆς γίνεται, τῇ τῶν οὐρανίων ἐπιθυμίᾳ συνεπεκτεινομένη τοῖς ἔμπροσθεν, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος, καὶ πάντοτε πρὸς τὸ ὑψηλότερον τὴν πτῆσιν ποιήσεται. Ποθοῦσα γὰρ διὰ τῶν ἤδη κατειλημμένων μὴ καταλιπεῖν τὸ ὕψος τὸ ὑπερκείμενον, ἄπαυστον ποιεῖται τὴν ἐπὶ τὰ ἄνω φοράν, ἀεὶ διὰ τῶν προηνυσμένων τὸν πρὸς τὴν πτῆσιν τόνον ἀνανεάζουσα· μόνη γὰρ ἡ κατ' ἀρετὴν ἐνέργεια καμάτῳ τρέφει τὴν δύναμιν, οὐκ ἐνδιδοῦσα διὰ τοῦ ἔργου τὸν τόνον, ἀλλ' ἐπαύξουσα. Διὰ τοῦτό φαμεν, καὶ τὸν μέγαν Μωϋσέα ἀεὶ γινόμενον, μηδαμοῦ ἵστασθαι τῆς ἀνόδου, μηδέ τινα ὅρον ἑαυτῷ ποιεῖσθαι τῆς ἐπὶ τὸ ἄνω φορᾶς, ἀλλ' ἅπαξ ἐπιβάντα τῆς κλίμακος, ᾗ ἐπεστήρικτο ὁ Θεός, καθώς φησιν Ἰακώβ, εἰς ἀεὶ τῆς ὑπερκειμένης βαθμίδος ἐπιβαίνειν καὶ

quae secundum veritatem est, bipartita sit, partimque fide in Deum, partim recta vivendi ratione constituatur (pietatis enim profecto pars non parva est mundities vitae), primum didicit, quid oporteat de Deo cognoscere, quod quidem cognoscere nihil aliud est, quam nihil eorum esse Deum cognoscere, quae humana mens potest cognoscere. Deinde aliam virtutis partem diligenter docet; docetur enim, quibus operibus bene vivendi ratio perficiatur. Ac demum in tabernaculum, quod manus nulla fuerat fabricata, ingreditur.

343 Anima, cuius natura sursum fertur, terrenis absoluta cupiditatibus ardentior in dies fit velociusque pertransit, ad sublimiora semper conscendens. Nam cum nihil sibi sit impedimento, per seipsam ad naturam boni fertur (attrahit enim ad se natura ipsius boni omnes, qui ad pulchritudinis eius radios sanis possint oculis respicere); ita fit, ut caelestium desiderio semper ad maiora, ut apostolus ait, consurgat ac semper ad altiora pervolet. Nam cum per ea, quae iam percepit, ad maiora et perspicere et aspicere possit, maiore atque maiore desiderio semper ardet ac sic indesinenter sursum fertur, his, quae peracta sunt, robustior facta; solum enim virtutis actio nutrit laborem viresque auget. Quapropter magnus ille Moyses, cum semel per scalam, in qua Deus innixus erat, ut Iacob dicit, ascendere coepisset, numquam stetit, numquam

343. MG 44, 401 A.

μηδέποτε ὑψούμενον παύεσθαι διὰ τὸ πάντοτε εὑρίσκειν τῆς κατειλημμένης ἐν τῷ ὕψει βαθμίδος τὸ ὑπερκείμενον.

Numquam satiatur desiderium videndi Deum. — Διὰ τοσούτων ἐπαρθεὶς [ὁ Μωϋσῆς] ὑψωμάτων, ἔτι σφριγᾷ τῇ ἐπιθυμίᾳ, καὶ ἀκορέστως ἔχει τοῦ πλείονος, καὶ οὗ διὰ παντὸς κατ' ἐξουσίαν ἐνεφορεῖτο, ἔτι διψῇ, καὶ ὡς μήπω μετεσχηκώς, τυχεῖν δέεται, ἐμφανῆναι αὐτῷ τὸν Θεὸν ἱκετεύων, οὐχ ὡς μετέχειν δύναται, ἀλλ' ὡς ἐκεῖνός ἐστι. Δοκεῖ δέ μοι τὸ τοιοῦτο παθεῖν ἐρωτικῇ τινι διαθέσει πρὸς τὸ φύσει καλὸν τῆς ψυχῆς διατεθείσης, ἣν ἀεὶ ἡ ἐλπὶς ἀπὸ τοῦ ὀφθέντος καλοῦ πρὸς τὸ ὑπερκείμενον ἐπεσπάσατο, διὰ τοῦ πάντοτε καταλαμβανομένου, πρὸς τὸ κεκρυμμένον αἰεὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἐκκαίουσα· ὅθεν ὁ σφοδρὸς ἐραστὴς τοῦ κάλλους, τὸ ἀεὶ φαινόμενον, ὡς εἰκόνα τοῦ ποθουμένου δεχόμενος, αὐτοῦ τοῦ χαρακτῆρος τοῦ ἀρχετύπου ἐμφορηθῆναι ποθεῖ. Καὶ τοῦτο βούλεται ἡ τολμηρά τε καὶ παριοῦσα τοὺς ὅρους τῆς ἐπιθυμίας ἡ αἴτησις, τὸ μὴ διὰ κατόπτρων τινῶν καὶ ἐμφάσεων, ἀλλὰ κατὰ πρόσωπον ἀπολαῦσαι τοῦ κάλλους. Ἡ δὲ θεία φωνὴ δίδωσι τὸ αἰτηθὲν δι' ὧν ἀπαναίνεται, ἐν ὀλίγοις τοῖς ῥήμασιν ἀμέτρητόν τινα βυθὸν νοημάτων παραδεικνύουσα. Τὸ μὲν γὰρ πληρῶσαι τὴν ἐπιθυμίαν αὐτῷ ἡ τοῦ Θεοῦ μεγαλοδωρεὰ κατένευσε· στάσιν δέ τινα τοῦ πόθου καὶ κόρον οὐκ ἐπηγγείλατο. Οὐ γὰρ ἂν ἑαυτὸν ἔδειξε τῷ θεράποντι· εἴπερ τοιοῦτον ἦν τὸ ὁρώμενον, ὥστε στῆσαι τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ βλέποντος, ὡς ἐν τούτῳ ὄντος τοῦ ἀληθῶς ἰδεῖν τὸν Θεόν, ἐν τῷ μὴ λῆξαί ποτε τῆς ἐπιθυμίας τὸν πρὸς αὐτὸν ἀναβλέποντα.... Οὐκ ἄρα περίληψίς τις τῆς ἀοράτου φύσεως νομισθήσεται· τὸ δὲ ἀπερίληπτον καταληφθῆναι φύσιν οὐκ ἔχει. Ἀλλὰ πᾶσα πρὸς 344

terminum motus novit, sed semper de gradu in gradum ascendebat, nec enim deficere umquam potest altior gradus.

Tot tantisque sublimationibus elatus [Moyses] adhuc ardet desiderio, 344
adhuc tamquam famescens ac sitiens, tamquam eo carens, quo semper fruebatur, orat, ut Deum videat, non ut ipse capere potest, sed ut se habet, qui desideratur. Unde arbitror immenso desiderio atque ardenti erga Deum ita fuisse affectum, quod visionibus sibi enituit, ut ferre non posset, quin ab iis, quae comprehendit, ad occultiora compelleret; quocirca supremae pulchritudinis amator, quod iam viderat, tamquam imaginem eius, quod non viderat, credens ipso frui primitivo desiderabat. Id ergo vult audax in monte illo petitio, ne per specula et imagines, sed per veram et propriam faciem frui pulchritudine posset. Divina vero vox per ea, quae negat, concedit quod petitur, pauculis verbis immensam sententiarum profunditatem subaperiens. Annuit enim facturum se, quod petebatur; finem autem atque cessationem huius desiderii futurum non promisit. Non enim seipsum ostendisset servo suo; siquidem ita quispiam Deum videre non potest, ut videndi desinat desiderium. Nam in hoc profecto Deus videtur, ut numquam desinas ad eum respicere.... Est ergo interminabilis divina natura, et interminabile comprehendi non potest.

344. MG 44, 401 C.

τὸ καλὸν ἡ ἐπιθυμία ἡ πρὸς τὴν ἄνοδον ἐκείνην ἐφελκομένη, ἀεὶ τῷ δρόμῳ τῷ πρὸς τὸ καλὸν ἱεμένῳ συνεπιτείνεται. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὄντως τὸ ἰδεῖν τὸν Θεόν, τὸ μηδέποτε τῆς ἐπιθυμίας κόρον εὑρεῖν. Ἀλλὰ χρὴ πάντοτε βλέποντα, δι' ὧν ἐστι δυνατὸν ὁρᾶν, πρὸς τὴν τοῦ πλέον ἰδεῖν ἐπιθυμίαν ἐκκαίεσθαι, καὶ οὕτως οὐδεὶς ὅρος ἂν ἐπικόπτοι τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἀνόδου τὴν αὔξησιν, διὰ τὸ μήτε τοῦ καλοῦ τι πέρας εὑρίσκεσθαι, μήτε τινὶ κόρῳ τὴν πρόοδον τῆς πρὸς τὸ καλὸν ἐπιθυμίας ἐκκόπτεσθαι.

345 *Moyses attigit perfectionem, quae aliis possibilis est.* — Ταῦτά σοι . . ., Καισάριε, ὁ βραχὺς ἡμῶν οὗτος ὑποτίθεται λόγος, οἷόν τι πρωτότυπον ἐν μορφῇ κάλλους, τὸν τοῦ μεγάλου Μωσέως ὑπογράψαντα βίον· ἐφ' ᾧ τοὺς καθ' ἕκαστον ἡμῶν διὰ τῆς τῶν ἐπιτηδευμάτων μιμήσεως ἐν ἑαυτοῖς μεταγράφειν τοῦ προδειχθέντος ἡμῖν κάλλους τὸν χαρακτῆρα. Τοῦ γὰρ κατωρθωκέναι τὸν Μωσέα τὴν ἐνδεχομένην τελειότητα, τίς ἂν ἡμῖν ἀξιοπιστότερος εὑρηθείη μάρτυς τῆς θείας φωνῆς, ἥ φησι πρὸς αὐτόν, ὅτι· «Ἔγνων σὲ παρὰ πάντας» [Ex 33, 17]; Ἀλλὰ καὶ τὸ φίλον αὐτὸν ὀνομασθῆναι Θεοῦ παρ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ συναπολέσθαι μᾶλλον ἑλόμενον μετὰ πάντων, εἰ μὴ κἀκείνοις, ἐφ' οἷς ἐπλημμέλησαν, ἱλειωθείη δι' εὐμενείας τὸ θεῖον, στῆσαι κατὰ τῶν Ἰσραηλιτῶν τὴν ὀργήν, τὴν ἰδίαν τοῦ Θεοῦ κρίσιν παρατρέψαντος, ἵνα μὴ λυπήσῃ τὸν φίλον. Καί πάντα τὰ τοιαῦτα μαρτυρία σαφής ἐστι καὶ ἀπόδειξις τοῦ πρὸς τὸν ἀκρότατον τῆς τελειότητος ὅρον ἀναβεβηκέναι τοῦ Μωσέως τὸν βίον. Ἐπεὶ οὖν τοῦτο παρ' ἡμῶν τὸ ζητούμενον ἦν, τί τὸ τέλειον τῆς ἐναρέτου πολιτείας ἐστίν, εὑρέθη δὲ διὰ τῶν εἰρημένων τὸ τέλειον, ὥρα σοι, ὦ γενναῖε, πρὸς τὸ ὑπόδειγμα βλέπειν, καὶ τὰ δι' ὑψηλοτέρας ἀναγωγῆς θεωρηθέντα περὶ τῶν ἱστορικῶς εἰρημένων, ἐπὶ τὸν ἴδιον μεταφέροντα βίον, γνωσθῆναί τε ὑπὸ Θεοῦ καὶ φίλον γενέσθαι αὐτοῦ. Τοῦτο γάρ ἐστιν ὡς ἀληθῶς ἡ τελειότης, τὸ μὴ δουλοπρεπῶς φόβῳ κολάσεως τοῦ κατὰ κακίαν βίου χωρίζεσθαι, μηδὲ τῇ τῶν μισθῶν ἐλπίδι τὸ ἀγαθὸν ἐνεργεῖν πραγματευτικῇ τινι καὶ συναλλαγματικῇ διαθέσει κατεμπορευομένους τῆς ἐναρέτου ζωῆς, ἀλλ' ὑπεριδόντας πάντων καὶ τῶν ἐν ἐπαγγελίαις δι' ἐλπίδος ἀποκειμένων, μόνον ἡγεῖσθαι φοβερόν, τὸ τῆς φιλίας τοῦ Θεοῦ ἐκπεσεῖν, καὶ μόνον τίμιόν τε καὶ ἐράσμιον ἑαυτοῖς κρῖναι, τὸ φίλον γενέσθαι Θεῷ.

Quare qui divinam pulchritudinem videre desiderat et ad id tendit, in hoc cursu semper consistat. Et id est vere Deum videre, ut numquam id desiderium terminetur. Quare necesse est, ut, cum videamus, sicut nobis possibile est, maiore videndi desiderio exardescamus; et sic nullus umquam terminus abscindet nobis processum itineris ad Deum, cum neque ipsius boni terminus aliquis sit, nec satietas desiderii huius possit fieri.

345 Haec habes . . ., Caesarie, meum in hac brevi oratione iudicium; nam tamquam exemplar quoddam perfectionis vitam Moysis descripsimus, ex qua unicuique nostrum per institutorum imitationem in se monstratae huius pulchritudinis charactera depingere licebit. Quod autem perfectionem homini possibilem Moyses assecutus est, divinae vocis testimonio perhibetur: *Cognovi te,* inquit, *praeter omnes.* Accedit, quod amicus Dei ab ipso Deo nuncupatus est. Praeterea cum peccatis populi Deus iratus delere voluerit omnes, cumque Moyses una cum populo perire maluerit, quam absque populo vivere, tunc Deus, ut amico morem gereret, placatus est. Quae omnia ostendunt, ad humanae perfectionis apicem illum pervenisse. Quoniam ergo perfectionem humanae vitae quaerebamus, eamque, ut potuimus, adinvenimus, nihil iam restat, nisi ut ad exemplar istud vivamus, ac diligenter quaecumque altius intellecta historia nobis proposuit, ad vitam transferentes a Deo cognoscamur et amici Dei efficiamur. Id enim certe perfectio est, ut non timore poenarum, sicuti mancipium, a vitiis declines nec virtutem spe praemiorum, quasi mercatoris affectu in negotiationibus et contractibus, amplectaris, sed neglectis etiam iis, quae in promissionibus per spem sunt recondita, unum terribile arbitreris ab amicitia Dei repelli, unum expetibile solum, amicitiam Dei.

345. MG 44, 429 B.

S. IOANNES CHRYSOSTOMUS, 344—407.

Adversus oppugnatores vitae monasticae, ca 381.

Vere dives, qui despicit omnia. — L. 2, n. 5. Βούλει δὲ καὶ 346
ἑτέρωθέν σου τὴν πενίαν ἰδεῖν καὶ τοῦ παιδὸς τὴν εὐπορίαν τοῦ σοῦ; Οὐκοῦν ἄπελθε καὶ ἀφελοῦ αὐτοῦ τὸ ἱμάτιον, ὅπερ ἔχει μόνον, καὶ τῆς καλύβης ἐξάγαγε, καὶ κάθελε τὸ καταγώγιον, καὶ οὐδὲ οὕτως ὄψει δυσχεραίνοντα οὐδὲ ἀλγοῦντα, ἀλλά σοι καὶ χάριν εἴσεται τούτων, ὅσον πρὸς φιλοσοφίαν πλέον ὠθεῖς αὐτόν· σοῦ δὲ ἄν τις δέκα δραχμὰς ἀφέληται μόνον, θρηνῶν καὶ ὀδυρόμενος οὐ διαλείψεις ποτέ. Τίς οὖν εὔπορος, ὁ τοῖς μικροῖς δακνόμενος, ἢ ὁ πάντων τῶν ὄντων καταφρονῶν; Καὶ μὴ τοῦτο ποιήσῃς μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς χώρας ἁπάσης ἀπέλασον, καὶ ὄψει γελῶντα ἐπὶ τούτοις, καθάπερ ἐπὶ παιδίου παίζοντος. Σὲ δὲ ἂν τῆς πατρίδος ἀπελάσῃ τις μόνον, τὰ δει-

2, 5. Visne aliunde quoque et tuam inopiam et filii tui opes 346
cognoscere? Illum adi eiusque pallium, quod solum habet, illi aufer; educ item ex latibulo eiusque tugurium destrue; ne sic quidem eum indignantem aut aegre ferentem videbis, verum tibi gratias reddet, tantoque maiores, quanto magis eum ad philosophiam impellis; tibi vero si quis vel decem drachmas abstulerit, lugendi lamentandique finem non facies. Uter ergo dives existimandus est? isne, qui vel de minimis excruciatur, an qui omnia simul despicit? Neque id tantum facias, verum ex tota regione exturba illum, et ridentem videbis quasi de ludente puero. Te vero si quis ex patria solum exturbet, acerbissima patieris, neque illam

346. MG 47, 337.

νότατα πείσῃ, καὶ οὐδὲ οἴσεις τὴν συμφοράν· ἐκεῖνος δέ, ἅτε πάσης τῆς γῆς οὔσης αὐτοῦ καὶ τῆς θαλάσσης, οὕτως εὐκόλως καὶ ἀλύπως ἀπὸ τούτων ἐφ' ἕτερα μεταστήσεται, καθάπερ σὺ διὰ τῶν οἰκείων ὁδεύων ἀγρῶν, μᾶλλον δὲ καὶ εὐκολώτερον.... Ὁ γὰρ καὶ τροφῆς καὶ ποτοῦ καὶ οἰκίας καὶ ἀναπαύσεως πανταχοῦ δυνάμενος εὐπορεῖν, καὶ οὐ μόνον μὴ ἀλύων, ἀλλὰ καὶ ἥδιον ἐν τούτοις ἢ ὑμεῖς ἐν τοῖς ὑμετέροις διάγων, εὔδηλον, ὅτι πάντων ὑμῶν τῶν πλουτούντων ἐστὶν εὐπορώτερος τῶν ἐπὶ τῆς οἰκίας μόνης τούτων δυναμένων εὐπορεῖν. Ὅθεν οὐδὲ πενίαν οἶδεν ἐκεῖνος θρηνῆσαί ποτε. Οὐδὲ γὰρ τῇ ἀφθονίᾳ μόνον οὗτος ὁ πλοῦτος βελτίων, οὐδὲ τῇ ἡδονῇ, ἀλλὰ καὶ τῷ ἀνάλωτος εἶναι, καὶ εἰς πτωχείαν μὴ μεταβαλεῖν ποτε, μηδὲ ὑποκεῖσθαι τῷ τοῦ μέλλοντος ἀδήλῳ, μηδὲ φροντίδας ἔχειν, μηδὲ βασκανίᾳ χειροῦσθαι, ἀλλὰ θαῦμα καὶ ἔπαινον καὶ εὐφημίαν κεκτῆσθαι πᾶσαν. Καίτοι γε ἐφ' ὑμῶν τοὐναντίον ἔστιν ἰδεῖν.

347 *Monachi similes angelis.* — 3, 11. Πολιτείαν οὐρανῷ πρέπουσαν εἵλοντο, καὶ ἀγγέλων οὐδὲν χεῖρον διάκεινται. Ὥσπερ οὖν ἐν ἐκείνοις οὐκ ἔστιν ἀνωμαλία τις, οὐδὲ οἱ μὲν ἐν εὐημερίᾳ, οἱ δὲ ἐν ἐσχάτοις κακοῖς, ἀλλ' ἅπαντες ἐν εἰρήνῃ μιᾷ καὶ χαρᾷ καὶ δόξῃ, οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα· οὐδεὶς ὀνειδίζει πενίαν, οὐδεὶς ἐπὶ πλούτῳ σεμνύνεται· τὸ σὸν καὶ τὸ ἐμόν, τοῦτο δὴ τὸ πάντα ἀνατρέπον καὶ θορυβοῦν ἐξώρισται· καὶ πάντα αὐτοῖς κοινά, καὶ τράπεζα καὶ οἴκησις καὶ ἱμάτια. Καὶ τί θαυμαστόν, ὅπου γε καὶ αὐτὴ ἡ ψυχὴ μία πᾶσι καὶ ἡ αὐτή; Πάντες τὴν αὐτὴν

calamitatem ferre poteris; ille autem, quippe terrae marisque dominus, ita facile et sine maerore ex his locis ad alia migrabit, ut tu facis, cum per agros tuos incedis, immo etiam facilius.... Nam cui cibus, potus, domus, requies ubique suppetit, nec modo non moleste fert, sed etiam in his iucundius quam vos in vestris versatur, is, ut liquet, opulentior est omnibus vobis divitibus, qui domi tantum haec invenire potestis. Quocirca nec de inopia ille umquam lugebit. Neque enim ex hac rerum copia et voluptate tantum divitiae istae praestantiores sunt, sed etiam quod insuperabiles sint, nec in paupertatem umquam cadere possint, neque iis praediti subiecti sint futuri incertitudini, non curis angantur, non livore capiantur, sed admirationem omnem et laudem et famam obtineant. Atqui in vobis contraria penitus videntur.

347 3, 11. Vitae genus caelo dignum delegerunt, nec minorem angelico statum obtinent. Quemadmodum enim apud angelos nulla est inaequalitas, neque alii prospere, alii in extremis malis versantur, sed omnes in una pace, laetitia et gloria, sic et his in locis; nemo paupertatem exprobrat, nemo de divitiis gloriatur; meum et tuum illud, quod omnia subvertit et perturbat, penitus exulat. Omnia ipsis communia sunt, mensa, domicilium, vestimenta. Ecquid mirum, quando ipsa anima una eademque omnibus est? Omnes eadem sunt nobilitate nobiles, eadem servitute servi, eadem liber-

347. MG 47, 366.

εὐγένειάν εἰσιν εὐγενεῖς, τὴν αὐτὴν δουλείαν δοῦλοι, τὴν αὐτὴν ἐλευθερίαν ἐλεύθεροι. Εἷς ἐκεῖ πλοῦτος πᾶσιν ὁ ὄντως πλοῦτος, μία δόξα ἡ ὄντως δόξα· οὐ γὰρ ἐν ὀνόμασιν, ἀλλ' ἐν πράγμασιν αὐτοῖς τὰ ἀγαθά· μία ἡδονή, μία ἐπιθυμία, μία ἐλπὶς πᾶσι, καὶ καθάπερ ἀπὸ κανόνος τινὸς καὶ στάθμης ἅπαντα διηκρίβωται· καὶ ἀνωμαλία μὲν οὐδεμία, τάξις δὲ καὶ ῥυθμὸς καὶ ἁρμονία καὶ πολλὴ τῆς συμφωνίας ἡ ἀκρίβεια καὶ διηνεκὴς εὐθυμίας ὑπόθεσις. Διὸ πάντες πάντα ποιοῦσι καὶ πάσχουσιν, ἵνα εὐθυμῶσί τε καὶ χαίρωσιν. Ἐκεῖ γὰρ μόνον τοῦτο καθαρῶς συμβαῖνον ἔστιν ἰδεῖν, ἄλλοθι δὲ οὐδαμοῦ, οὐ μόνον τῷ τῶν παρόντων ὑπερορᾶν, καὶ πᾶσαν ἐκκεκόφθαι στάσεως καὶ μάχης ὑπόθεσιν, καὶ λαμπρὰς αὐτοῖς εἶναι περὶ τῶν μελλόντων τὰς ἐλπίδας, ἀλλὰ καὶ τῷ τὰ συμβαίνοντα ἑκάστῳ λυπηρὰ καὶ χρηστὰ κοινὰ πάντων εἶναι νομίζειν.

Monachi facilius salvi. — 3, 15. Οἱ γεγαμηκότες, φησίν, 348
ἀπολοῦνται πάντες; Οὐ τοῦτο λέγω, ἀλλ' ὅτι μειζόνων δεήσονται πόνων, εἰ μέλλοιεν σώζεσθαι, διὰ τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην· τοῦ γὰρ δεδεμένου μᾶλλον ὁ λελυμένος δραμεῖται. Οὐκοῦν καὶ πλείονα ἕξει τὸν μισθὸν καὶ λαμπροτέρους τοὺς στεφάνους; Οὐδαμῶς· ἑαυτῷ γὰρ ταύτην περιτίθησι τὴν ἀνάγκην, ἐξὸν μὴ περιθεῖναι. Ὥστε, ἐπειδὴ σαφῶς ἡμῖν ἀποδέδεικται, ὅτι τῶν αὐτῶν ἐσμεν ὑπεύθυνοι τοῖς μοναχοῖς, ἐπὶ τὴν εὐκολωτέραν τρέχωμεν ὁδόν, καὶ τοὺς υἱοὺς ἐπὶ ταύτην ἕλκωμεν, ἀλλὰ μὴ καταποντίζωμεν, μηδὲ εἰς τὰ τῆς κακίας ἕλκωμεν βάραθρα, καθάπερ ἐχθροὶ καὶ

tate liberi. Unae illic omnibus divitiae, quae vere divitiae sunt; una gloria, quae vere gloria; non enim nomine, sed re bona tenent; una voluptas, unum desiderium, una spes omnibus; ac quasi quadam norma et libra omnia accurate ordinantur; nulla inaequalitas, sed ordo, concinnitas, harmonia et multa concordiae servandae diligentia perpetuaque laetitiae materia. Quamobrem omnes omnia faciunt et patiuntur, ut laetentur et gaudeant. Illic enim solum videas haec perfecte contingere, nusquam alibi, non modo quod praesentia omnia contemnant atque omnem rixae ac discordiae materiam absciderint splendidaque futurorum spe fulti sint, sed etiam quod ea, quae singulis accidunt, seu tristia seu bona, omnibus communia esse putentur.

3, 15. Omnesne coniugati peribunt? Non equidem id dico, sed 348
maioribus eos laboribus obnoxios esse, si salutem consequi velint, idque ob imminentem necessitatem; nam is, qui solutus est, facilius curret quam is, qui est vinculis obstrictus. Ergo maioribus ille praemiis donabitur illustrioribusque coronis? Minime vero; nam hanc ille sibi necessitatem imponit, cum liceret non imponere. Itaque quoniam, ut a nobis clare demonstratum est, iisdem sumus officiis obnoxii quibus monachi, faciliorem percurramus viam, ad eamque filios attrahamus; ne illos demergamus, neve illos ad barathra, ut hostes et inimici, praecipitemus. Haec enim si qui

348. MG 47, 376.

πολέμιοι. Ταῦτα γὰρ εἰ μὲν ἄλλοι τινὲς ἐποίουν, οὐκ ἦν οὕτω δεινόν. Ὅταν δὲ οἱ γεγεννηκότες, οἱ τῶν βιωτικῶν πεῖραν εἰληφότες πάντων, οἱ διὰ τῶν ἔργων μαθόντες αὐτῶν, ὅτι ψυχρὰ τῶν παρόντων πραγμάτων ἡ ἡδονή, οὕτω μαίνωνται, ὡς ἑτέρους ἐπὶ ταῦτα ἕλκειν, ἐπειδὴ λοιπὸν ὑπὸ τῆς ἡλικίας αὐτοὶ κεκώλυνται· καὶ δέον ἑαυτοὺς ἐπὶ τοῖς προτέροις ταλανίζειν, οἱ δὲ καὶ ἑτέρους ἐμβάλλουσι, καὶ ταῦτα ἐγγὺς ἑστῶτες λοιπὸν τῆς τελευτῆς, καὶ τοῦ δικαστηρίου, καὶ τῶν εὐθυνῶν ἐκείνων, ποία αὐτοῖς ἀπολογία λελείψεται, ποία συγγνώμη, ποῖος ἔλεος; Οὐ γὰρ δὴ μόνον τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων δώσουσι δίκην, ἀλλὰ καὶ τῶν τοῖς παισὶ τετολμημένων, ἄν τε δυνηθῶσι τοὺς υἱοὺς ὑποσκελίσαι, ἄν τε μή.

Comparatio regis et monachi, ca 381.

349 *Excellentia vitae religiosae.* — 2. Βασιλεὺς γὰρ ὡς ἀληθῶς ὁ θυμοῦ καὶ φθόνου καὶ ἡδονῆς κρατῶν, καὶ πάντα ὑπὸ τοὺς νόμους ἄγων τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸν νοῦν ἐλεύθερον τηρῶν, καὶ οὐκ ἐῶν ἐνδυναστεῦσαι τῇ ψυχῇ τὴν δεσποτείαν τῶν ἡδονῶν. Τὸν τοιοῦτον ἡδέως ἂν εἶδον καὶ δήμων καὶ γῆς καὶ θαλάσσης ἄρχοντα καὶ πόλεων καὶ δήμων καὶ στρατοπέδων.... Ὁ δὲ ἀνθρώπων μὲν ἄρχειν δοκῶν, θυμῷ δὲ καὶ φιλαρχίᾳ καὶ ἡδοναῖς δουλεύων, πρῶτον μὲν καταγέλαστος εἶναι δόξειεν ἂν τοῖς ἀρχομένοις, ὅτι στέφανον μὲν φορεῖ λιθοκόλλητον καὶ χρυσοῦν, σωφροσύνῃ δὲ οὐκ ἐστεφάνωται, καὶ ἁλουργίδι μὲν ὅλον τὸ σῶμα

---

alii facerent, non adeo grave esset. Cum autem ipsi parentes, qui saecularium rerum omnium experimentum acceperunt, qui operibus ipsis didicerunt frigidam admodum esse praesentium rerum voluptatem, adeo insaniant, ut alios ad eadem ipsa pertrahant, quoniam ipsi iam his frui per aetatem prohibentur; cum tamen seipsos ex iis, quae praecesserunt, infelices praedicare deberent, illi contra, morti iam proximi et tribunali poenisque sibi deputatis, alios tamen praecipitent, quae illis excusatio relinquetur, quae venia, quae misericordia? Non tantum enim peccatorum suorum poenas dabunt, sed etiam eorum, quae circa filios ausi sunt, sive illos supplantare potuerint, sive non potuerint.

349 2. Nam is demum vere rex est, qui iram, qui invidiam, qui voluptatem cohibens, omnia sub Dei lege agit, mentem liberam servans, neque patiens voluptatum dominationem animo suo imperitare. Talem equidem regem libens viderem et terrae et mari et civitatibus et populis et exercitibus iura dantem.... Qui vero hominibus imperare cum videatur, irae tamen, ambitioni, voluptatibus servit, hic primum subditis suis ridiculus videri possit hoc ipso, quod coronam quidem gestat gemmis intertextam et auream, temperantiae vero corona minime insignis est; et purpureo quidem vestitu toto corpore fulget, animum autem inornatum habet...

---

349. MG 47, 388.

λάμπεται, τὴν δὲ ψυχὴν ἀκόσμητον ἔχει.... 4. Εἰ δὲ καὶ τὸν ἀγῶνα τὸν μέλλοντα βουληθείημεν ἐξετάζειν, τὸν μὲν ὀψόμεθα λαμπρὸν καὶ περίβλεπτον ἁρπαζόμενον ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου εἰς ἀέρα, κατὰ τὸν ἡγεμόνα καὶ παιδευτὴν τοῦ σωτηρίου τούτου βίου καὶ πάσης ἀρετῆς. Ὁ δὲ βασιλεύς, ἐὰν μὲν δικαίως φανείη καὶ φιλανθρώπως διοικήσας τὴν ἀρχήν (πολὺ δὲ τοῦτο σπάνιον), ἐλάττονος ἔσται σωτηρίας τε καὶ τιμῆς.

De sacerdotio, 381/5.

Maior virtus in sacerdote quam in monacho requiritur. — 350
L. 6, n. 5. Μέγας ὁ τῶν μοναχῶν ἀγὼν καὶ πολὺς ὁ μόχθος· ἀλλ' εἴ τις τῇ καλῶς διοικουμένῃ ἱερωσύνῃ τοὺς ἐκεῖθεν ἱδρῶτας παραβάλοι, τοσοῦτον εὑρήσει τὸ διάφορον, ὅσον ἰδιώτου καὶ βασιλέως τὸ μέσον. Ἐκεῖ μὲν γὰρ εἰ καὶ πολὺς ὁ πόνος, ἀλλὰ κοινὸν τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος τὸ ἀγώνισμα, μᾶλλον δὲ τὸ πλέον τῇ τοῦ σώματος κατορθοῦται κατασκευῇ· κἂν μὴ τοῦτο ἰσχυρὸν ᾖ, μένει καθ' ἑαυτὴν ἡ προθυμία, οὐκ ἔχουσα εἰς ἔργον ἐξελθεῖν· καὶ γὰρ καὶ νηστεία σύντονος, καὶ χαμευνία, καὶ ἀγρυπνία, καὶ ἀλουσία, καὶ ὁ πολὺς ἱδρώς, καὶ τὰ λοιπά, ὅσα πρὸς τὴν τοῦ σώματος ἐπιτηδεύουσι ταλαιπωρίαν, πάντα οἴχεται, τοῦ κολάζεσθαι μέλλοντος οὐκ ὄντος ἰσχυροῦ· ἐνταῦθα δὲ καθαρὰ τῆς ψυχῆς ἡ τέχνη, καὶ οὐδὲν τῆς τοῦ σώματος εὐεξίας προσδεῖται, ὥστε δεῖξαι τὴν αὐτῆς ἀρετήν. Τί γὰρ ἡμῖν ἡ τοῦ σώματος ἰσχὺς συμβάλλεται πρὸς τὸ μήτε αὐθάδεις εἶναι, μήτε ὀργίλους, μήτε προπετεῖς, ἀλλὰ νηφαλίους καὶ σώφρονας καὶ

---

4. Quodsi et certamen futurum examinare velimus, monachum quidem videbimus splendidum ac conspicuum rapi inter nubes ad occursum Christi in aëra, exemplo ducis et institutoris huius vitae salutaris omniumque virtutum. At rex, siquidem iuste et humane imperium rexisse visus fuerit suum (hoc autem admodum rarum est), minorem salutem, minorem honorem sortietur.

6, 5. Magnum est monachorum certamen eorumque labor mul- 350
tus; sed si quis probe administratum sacerdotium cum illorum laboribus conferat, tantum reperiet discrimen, quantum est inter idiotam et regem intervallum. Illic enim etiamsi multus adsit labor, at communis animae corporisque concertatio, immo potius ex corporis exercitatione magna laboris pars perficitur; ac si illud robustum non fuerit, sola et otiosa manet alacritas animi, cum non possit in opus exire; siquidem assiduum ieiunium, humi cubatio, vigiliae, balnei privatio, sudor ingens ceteraque omnia ad corpus macerandum idonea, statim de medio tolluntur, cum id, quod castigandum erat, robore careat; hic vero sola puraque ars animi requiritur, neque corporis habitudine est opus, ut animi virtus exhibeatur. Quid enim nobis confert corporis robur, ut ne arrogantes simus, neque iracundi, neque petulantes, sed vigilantes, temperantes,

---

350. MG 48, 682.

κοσμίους, καὶ τἆλλα πάντα, δι' ὧν ἡμῖν ὁ μακάριος Παῦλος τὴν τοῦ ἀρίστου ἱερέως ἀνεπλήρωσεν εἰκόνα; [Cf. 1 Tim 3, 2.]

Ad populum Antiochenum de statuis, 387.

351 *Homo intra breve tempus sese corrigere potest.* — Hom. 20, n. 7. Οὐδὲν γάρ, οὐδὲν τῶν τοῦ Θεοῦ προσταγμάτων ἔσται δύσκολον, ἐὰν προσέχωμεν· καὶ τοῦτο ἐκ τῶν ἤδη κατωρθωκότων δῆλον. Πόσοι ὑπὸ τῆς τῶν ὅρκων ἐκλέπτοντο συνηθείας, καὶ τὸ πρᾶγμα δυσκατόρθωτον εἶναι ἐνόμιζον; Ἀλλ' ὅμως διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν, ἐπειδὴ μικρὰν ἐπεδείξασθε σπουδήν, τὸ πλέον ἀπενίψασθε. Διὰ τοῦτο δὴ παρακαλῶ καὶ τὸ λοιπὸν ἀποθέσθαι καὶ ἑτέροις γενέσθαι διδασκάλους. Τοὺς δὲ μήπω κατορθώσαντας, ἀλλὰ τὸν μακρὸν χρόνον ἡμῖν προβαλλομένους, καθ' ὃν ὤμνυον ἔμπροσθεν, καὶ λέγοντας, ὡς ἀδύνατον ἐν βραχεῖ καιρῷ τὸ πολλοῖς ἔτεσι ῥιζωθὲν ἀνασπάσαι, ἐκεῖνο ἂν εἴποιμι, εἴ τι ἔνθα ἂν δέοι κατορθῶσαι τῶν ὑπὸ Θεοῦ κελευομένων, οὐ χρόνου χρεία, οὐδὲ πλήθους ἡμερῶν, οὐδὲ διαστήματος ἐνιαυτῶν, ἀλλὰ φόβου μόνον καὶ ψυχῆς εὐλάβειαν ἐχούσης, καὶ πάντως περιεσόμεθα, καὶ ἐν βραχεῖ καιρῷ.

In Ioannem homiliae, ca 389.

352 *Lectionis Scripturae utilitas.* — Hom. 53, n. 3. Ἂν οὕτω τοίνυν θέλωμεν τὰς Γραφὰς ἐρευνᾶν μετὰ ἀκριβείας καὶ μὴ ἁπλῶς, δυνησόμεθα τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας ἐπιτυχεῖν· ἂν διὰ παντὸς αὐταῖς ἐνδιατρίβωμεν, καὶ δογμάτων ὀρθότητα καὶ βίον εἰσόμεθα ἠκριβωμένον. Κἂν σφόδρα σκληρός τις εἴη, καὶ

---

ornati ceterisque omnibus praediti, quibus beatus Paulus optimi sacerdotis imaginem nobis depinxit?

351 20, 7. Nihil enim praeceptorum Dei difficile erit, si recte consideremus; idque patet ex iis, qui feliciter se iam in illis gesserunt. Quot enim iurandi consuetudine abripiebantur et se id vitii emendare vix posse censebant? Attamen per Dei gratiam, ubi parva a vobis adhibita est cura, maiorem partem eius pravitatis abluistis. Quamobrem vos adhortor, ut reliquias quoque deponatis aliisque magistros vos exhibeatis. Iis vero, qui nondum id assecuti sunt, sed longum nobis tempus praetexunt, quo antea soliti erant iuramenta usurpare, dicuntque impossibile esse intra breve tempus id avellere, quod per multos annos radices egit, responderim ego, ubi quid recte efficiendum est, quod a Deo praecipitur, ibi non opus esse vel temporis vel dierum numero aut spatiis annorum, sed timore solo et religione, et omnium compotes efficiemur, idque intra exiguum tempus.

352 53, 3. Si sic ergo Scripturas accurate scrutari velimus, non perfunctorie, salutem consequi poterimus; si assidue in illis versemur, et in vera doctrina et vitae probitate instituemur. Ac licet durus

---

351. MG 49, 208. 352. MG 59, 295.

ἀπηνής, καὶ χαῦνος, κἂν μηδὲν κερδαίνῃ ἐν τοῖς ἄλλοις χρόνοις, τὸν χρόνον γοῦν καρπώσεται τοῦτον καὶ λήψεταί τινα ὠφέλειαν, εἰ καὶ μὴ τοσαύτην, ὡς αἴσθησιν ἔχειν, ἀλλ' ὅμως λήψεται. Εἰ γὰρ μυρεψεῖόν τις παριὼν καὶ προσκαθήμενος ἐργαστηρίοις τοιούτοις, καὶ ἄκων ἀναχρώννυνται ἐκ τῆς εὐωδίας, πολλῷ μᾶλλον εἰς ἐκκλησίαν ἀπιών. Ὥσπερ γὰρ ἐξ ἀργίας ἀργία τίκτεται, οὕτω καὶ ἐκ τῆς ἐνεργείας προθυμία γεννᾶται. Κἂν μυρίων ἧς γέμων κακῶν, κἂν ἀκάθαρτος, μὴ φύγῃς τὴν ἐνταῦθα διατριβήν. Τί οὖν, φησίν, ὅτι ἀκούων οὐ ποιῶ; Οὐ μικρὸν τὸ κέρδος ταλανίζειν ἑαυτόν· οὐκ ἄχρηστος οὗτος ὁ φόβος, οὐκ ἄκαιρον τοῦτο τὸ δέος. Ἐὰν στενάξῃς μόνον, ὅτι ἀκούων οὐ ποιῶ, πάντως καὶ ἐπὶ τὸ ποιεῖν ἥξεις ποτέ. Οὐ γὰρ ἔνεστι τῷ Θεῷ διαλεγόμενον καὶ ἀκούοντα Θεοῦ διαλεγομένου μὴ κερδαίνειν.... Προσέχωμεν τοίνυν ταῖς Γραφαῖς, ἀγαπητοί· καὶ εἰ μηδὲν ἕτερον, τὰ γοῦν εὐαγγέλια περισπούδαστα ἡμῖν γινέσθω, καὶ ταῦτα μεταχειριζώμεθα. Εὐθέως γάρ, ἀναπτύξας τὸ βιβλίον, τοῦ Χριστοῦ τὸ ὄνομα ὄψει ἐγκείμενον, καὶ ἀκούσῃ εὐθέως λέγοντος· «Τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γέννησις ἦν οὕτω. Μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ Ἰωσήφ, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ Πνεύματος Ἁγίου» [Mt 1, 18]. Ὁ δὲ ταῦτα ἀκούων ἐπιθυμήσει παρθενίας εὐθέως, θαυμάζεται τὸν τόκον, ἀπαλλαγήσεται τῆς γῆς. Οὐ μικρὰ καὶ ταῦτα, ὅταν ἴδῃς καὶ Πνεύματος καταξιουμένην τὴν παρθένον, καὶ ἄγγελον αὐτῇ διαλεγόμενον. Καὶ ταῦτα μὲν ἐξ ἐπιπολῆς· εἰ δὲ ἐπιμείνῃς μέχρι τέλους ἐπιών, πάντα εὐθέως διαπτύσεις τὰ βιωτικά, πάντων καταγελάσῃ τῶν ἐνταῦθα·

---

sit quispiam, immitis, mollis, licet praecedenti tempore nihil lucratus fuerit, nunc saltem proficiet et aliquam, etsi non sentiat, utilitatem decerpet. Nam si unguentariam officinam quis adiens, si in illa moretur, vel invitus suavem aliquem consequetur odorem, multo magis qui ecclesiam frequentat. Ut enim ex desidia neglegentia, sic ex operatione animi ardor oritur. Etsi malis sis innumeris refertus, etsi impurus, noli hanc vitare frequentiam. Quid vero, inquis, si audita non exsequar? Non parum lucri est, si te miserum praedicaveris; non inutilis hic timor est, non intempestiva formido. Si solum ingemueris, quod audita non exsequaris, aliquandò ad agendum te comparabis. Non potest enim, qui Deum alloquitur ipsumque audit, non aliquid lucri consequi.... Scripturis ergo animum adhibeamus, dilecti, et saltem evangelia studiose tractemus. Statim enim atque librum aperueris, Christi nomen videbis, et dicentem illum audies: *Iesu autem Christi generatio sic erat. Cum esset desponsata mater eius Maria Ioseph, inventa est in utero habens de Spiritu Sancto.* Qui autem haec audierit, statim virginitatis amore capietur, partum mirabitur, a terra migrabit. Nec pro modico habendum est, si vel carptim obiterque videris Spiritu Sancto dignatam virginem et angelum ipsam alloquentem. Haec adhuc in superficie sunt; sed si haec speculando usque in finem perseveres, saecularia statim omnia respues, terrena omnia deridebis; si dives sis, divitias nihil esse duces, ubi audies

κἂν πλούσιος ᾖς, οὐδὲν ἡγήσῃ τὸν πλοῦτον, ἀκούσας, ὅτι τέκτονος οὖσα ἐκείνη καὶ ταπεινῆς οἰκίας, μήτηρ τοῦ Δεσπότου σου γέγονε· κἂν πένης ᾖς, οὐκ ἐπαισχυνθήσῃ τὴν πενίαν, μαθών, ὅτι τὴν εὐτελεστάτην οἰκίαν οὐκ ἐπῃσχύνθη ὁ τοῦ κόσμου Δημιουργός. Ταῦτα ἐννοῶν, οὐχ ἁρπάσεις, οὐ πλεονεκτήσεις, οὐ λήψῃ τὰ τῶν ἑτέρων σύ, ἀλλ' ἐραστὴς ἔσῃ μᾶλλον πενίας, καὶ ὑπερόψει τὸν πλοῦτον. Ἂν δὲ τοῦτο γένηται, πάντα ἐξοριεῖς τὰ κακά. Πάλιν ὅταν ἴδῃς αὐτὸν ἐπὶ φάτνης κείμενον, οὐ σπουδάσεις τῷ παιδίῳ σου περιθεῖναι κόσμον χρυσοῦν, οὐδὲ τῇ γυναικὶ ἀργυρένδετον ποιῆσαι κλίνην. Ταῦτα δὲ μὴ σπουδάζων, οὐδὲ τὰς ἐκ τούτων ἐργάσῃ πλεονεξίας καὶ ἁρπαγάς.

In Matthaeum homiliae, ca 390.

353 *Perfectio non est solius monachi.* — Hom. 7, n. 7. Ναί, φησί· καὶ τί κελεύεις ποιεῖν; Τὰ ὄρη καταλαμβάνειν καὶ μοναχοὺς γίνεσθαι; Διὰ γὰρ τοῦτο στένω, ὅτι μόνοις ἐκείνοις ἡγεῖσθε ἁρμόζειν κοσμιότητα καὶ σωφροσύνην, καίτοιγε ὁ Χριστὸς κοινοὺς τοὺς νόμους ἔθηκε. Καὶ γὰρ ὅταν λέγῃ· «Ἐάν τις ἐμβλέψῃ γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι» [Mt 5, 28], οὐ τῷ μονάζοντι λέγει, ἀλλὰ καὶ τῷ γυναῖκα ἔχοντι· καὶ γὰρ τὸ ὄρος ἐκεῖνο τότε πάντων τῶν τοιούτων πεπληρωμένον ἦν. Ἐννόησον τοίνυν ἐκεῖνο τὸ θέατρον, καὶ μίσησον τοῦτο τὸ διαβολικόν, καὶ μὴ καταγνῷς τοῦ λόγου βαρύτητα. Οὐδὲ γὰρ κωλύω γαμεῖν, οὐδὲ ἐμποδίζω τέρπεσθαι, ἀλλὰ μετὰ σωφροσύνης τοῦτο βούλομαι γίνεσθαι, οὐ μετὰ αἰσχύνης καὶ κατηγορίας καὶ μυρίων ἐγκλημάτων. Οὐ νομοθετῶ τὰ ὄρη καταλαμβάνειν καὶ τὰς ἐρημίας, ἀλλὰ χρηστὸν

illam fabri uxorem in humili domo matrem Domini fuisse; si pauper, de paupertate non erubesces, cum didiceris Creatorem mundi vilissimam casam non erubuisse. Haec si cogites, non rapies, non avarus eris, non in aliena involabis, sed potius paupertatis amator eris divitiasque despicies; hinc mala omnia eliminabis. Rursus cum videris Iesum in praesepio iacentem, non ultra curabis filio tuo ornatum aureum circumponere, non lectum argento decoratum uxori parare. His abiectis curis, iam non avaritiae vel rapinae studebis.

353 7, 7. Certe inquies; quid igitur nos iubes facere? An montes ascendere et monachos esse? Idcirco ingemo, quod illis tantum modestiam et castitatem competere putetis, licet Christus communes leges posuerit. Nam cum dicit: *Si quis respexerit mulierem ad concupiscendum eam,* id non monacho dicit, sed coniugato; nam mons ille tunc huiusmodi viris repletus erat. Cogita itaque theatrum illud, et hoc diabolicum theatrum aversare, ac noli quasi onerosum culpare sermonem. Neque enim prohibeo nuptias, nec voluptatem prorsus interdico, sed cum castitate id fieri peropto, non cum probro, culpa et sexcentis reatibus. Non praecipio montes et solitudines adire, sed benignum esse, modestum et castum eum, qui

353. MG 57, 81.

εἶναι καὶ ἐπιεικῆ καὶ σώφρονα μέσην οἰκοῦντα τὴν πόλιν. Καὶ γὰρ πάντα ἡμῖν τὰ τῶν νόμων κοινὰ πρὸς τοὺς μοναχούς ἐστι, πλὴν τοῦ γάμου· μᾶλλον δὲ καὶ ἐν τούτῳ κελεύει ὁ Παῦλος ἐν ἅπασιν ἐξισοῦσθαι αὐτοῖς, λέγων· «Παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου, ἵνα καὶ οἱ ἔχοντες γυναῖκας ὡς μὴ ἔχοντες ὦσιν» [1 Cor 7, 29].

Oratio monachorum post cenam. — 55, 5. Διὸ καὶ τοὺς τὰς 354
ἐρήμους κατειληφότας μοναχοὺς ἐπαινῶ καὶ θαυμάζω, τῶν τε ἄλλων ἕνεκεν, καὶ διὰ ταύτην τὴν ῥῆσιν [Mt 16, 27]. Ἐκεῖνοι γὰρ μετὰ τὸ ἀριστοποιήσασθαι, μᾶλλον δὲ μετὰ τὸ δεῖπνον (ἄριστον γὰρ οὐκ ἴσασί ποτε· καὶ γὰρ ἴσασιν, ὅτι πένθους ὁ παρὼν καιρὸς καὶ νηστείας), μετὰ τὸ δεῖπνον τοίνυν λέγοντές τινας εὐχαριστηρίους ὕμνους εἰς τὸν Θεόν, καὶ ταύτης μέμνηνται τῆς φωνῆς. Καὶ εἰ βούλεσθε καὶ αὐτῶν ἀκοῦσαι τῶν ὕμνων, ἵνα καὶ αὐτοὶ λέγητε συνεχῶς, πᾶσαν ὑμῖν ἀπαγγελῶ τὴν ᾠδὴν ἐκείνην τὴν ἱεράν. Ἔχει τοίνυν τὰ ῥήματα αὐτῆς οὕτως· Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὁ τρέφων με ἐκ νεότητός μου, ὁ διδοὺς τροφὴν πάσῃ σαρκί· πλήρωσον χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης τὰς καρδίας ἡμῶν, ἵνα πάντοτε πᾶσαν αὐτάρκειαν ἔχοντες, περισσεύωμεν εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ κράτος, σὺν Ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Δόξα σοι, Κύριε, δόξα σοι, Ἅγιε, δόξα σοι, Βασιλεῦ, ὅτι ἔδωκας ἡμῖν βρώματα εἰς εὐφροσύνην. Πλῆσον ἡμᾶς Πνεύματος Ἁγίου, ἵνα εὑρεθῶμεν ἐνώπιόν σου εὐαρεστήσαντες, μὴ αἰσχυνόμενοι, ὅτε ἀποδίδως ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Πάντα μὲν οὖν ἄξιον θαυμάσαι τὸν ὕμνον τοῦτον, μάλιστα δὲ τουτὶ τὸ τέλος.

media in urbe habitat. Omnes quippe leges communes sunt nobis cum monachis, uno excepto coniugio; immo etiam hac in re coniugatos illis similes esse iubet Paulus: *Praeterit enim figura huius mundi, ut et qui habent uxores tamquam non habentes sint.*

55, 5. Ideo monachos, qui deserta occuparunt, laudo et admiror, 354
tum aliis de causis, tum propter haec verba [Mt 16, 27]. Nam illi post prandium, immo vero post cenam (prandium quippe non norunt; sciunt enim praesens tempus esse luctus ac ieiunii), post cenam igitur gratias Deo referentes, hanc memorant vocem. Si vultis autem illorum hymnum audire, ut illum vos frequenter recitetis, totum vobis referam ipsorum sacrum canticum, quod sic habet: Benedictus Deus, qui pascis me a iuventute mea, qui das escam omni carni; imple gaudio et laetitia cor nostrum, ut semper, omnem sufficientiam habentes, abundemus in omne opus bonum in Christo Iesu Domino nostro, quicum tibi gloria, honos, imperium cum Sancto Spiritu in saecula. Amen. Gloria tibi, Domine, gloria tibi, Sancte, gloria tibi, Rex, quia dedisti nobis cibos in laetitiam. Imple nos Spiritu Sancto, ut inveniamur in conspectu tuo acceptabiles, nec pudore afficiamur, cum reddes unicuique secundum opera sua. Hic hymnus totus admirationi esse debet, maxime vero finis eius. Quia enim

354. MG 58, 545.

Ἐπειδὴ γὰρ ἡ τράπεζα καὶ ἡ τροφὴ διαχέειν εἴωθε καὶ βαρύνειν, καθάπερ τινὰ χαλινὸν τὴν ῥῆσιν ταύτην ἐπιτιθέασι τῇ ψυχῇ, παρὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀνέσεως τοῦ καιροῦ τῆς κρίσεως αὐτὴν ἀναμιμνήσκοντες.

355 *Virginitatis privilegium.* — 62, 3. Τί δέ ἐστιν· «Εἰ οὕτως ἐστὶν ἡ αἰτία τοῦ ἀνθρώπου μετὰ τῆς γυναικός»; [Mt 19, 10.] Τουτέστιν· Εἰ διὰ τοῦτο συνήφθη, ἵνα ἓν ὦσιν· ἢ ἐκεῖνο· Εἰ αἰτίαν λήψεται ἐπὶ τούτοις ὁ ἀνὴρ καὶ πανταχοῦ παρανομεῖ ἐκβάλλων, κουφότερον πρὸς ἐπιθυμίαν μάχεσθαι φύσεως καὶ πρὸς ἑαυτόν, ἢ πρὸς γυναῖκα πονηράν. Τί οὖν ὁ Χριστός; Οὐκ εἶπεν, ὅτι· Ναί, κουφότερον, καὶ ποίει τοῦτο· ἵνα μὴ νομίσωσιν, ὅτι νόμος τὸ πρᾶγμά ἐστιν· ἀλλ' ἐπήγαγεν· «Οὐ πάντες χωροῦσιν, ἀλλ' οἷς δέδοται» [ib. 11], ἐπαίρων τὸ πρᾶγμα, καὶ δεικνὺς μέγα ὄν, καὶ ταύτῃ ἐφελκόμενος καὶ προτρέπων. Ἀλλ' ὅρα ἐνταῦθα ἐναντιολογίαν. Αὐτὸς μὲν γὰρ μέγα φησὶ τοῦτο, ἐκεῖνοι δὲ κουφότερον. Καὶ γὰρ ἀμφότερα ἔδει γενέσθαι, καὶ παρ' αὐτοῦ μέγα ὁμολογηθῆναι, ἵνα προθυμοτέρους ἐργάσηται, καὶ ἐκ τῶν εἰρημένων παρ' αὐτοῖς κουφότερον δειχθῆναι, ἵνα καὶ ταύτῃ μᾶλλον τὴν παρθενίαν ἕλωνται καὶ τὴν ἐγκράτειαν.

356 *Imitatio Christi iuvante communione.* — 78, 4. Καὶ μὴ νομίσῃς τολμηρὸν εἶναι τὸ λεχθέν [Ier 15, 19]· Φιλάνθρωπος γάρ ἐστιν ὁ Δεσπότης, καὶ τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ τὸ δῶρον γίνεται. Τολμηρόν ἐστι, διαβόλῳ στόμα ἔχειν ἐοικός, δαίμονος πονηροῦ κεκτῆσθαι γλῶτταν ὁμοίαν, μάλιστα τὸν μυστηρίων τοιούτων μετέχοντα καὶ αὐτῇ κοινωνοῦντα τῇ σαρκὶ τοῦ Δεσπότου.

---

mensa et cibus effusos reddit et aggravat, hoc dictum quasi frenum quoddam animae apposuerunt hoc laetitiae tempore, cum iudicii diem in memoriam revocant.

355 62, 3. Quid est: *Si ita est causa hominis cum uxore?* Id est: Si ita coniuncti sunt, ut unum sint; vel: Si hac de causa sic vir adstrictus est, ut semper praevaricetur, cum eicit, levius certe faciliusque est contra naturae concupiscentiam et contra seipsum certare quam contra improbam mulierem. Quid igitur Christus? Non dixit: Etiam facilius est, et hoc facito, ne legem illud esse putarent; sed intulit: *Non omnes capiunt, sed quibus datum est.* Rem extollit et magnam esse indicat, atque hoc modo attrahit et hortatur. Sed hic contradictionem videas. Ipse enim magnum illud esse dicit, illi vero levissimum. Utrumque certe commode factum, ut et ipse magnum fateretur esse, ut illos ardentiores efficeret, et ex dictis superius illi levissimum ostenderent, ut hoc modo illi virginitatem et continentiam praeferrent.

356 78, 4. Ne putes audax esse dictum [Ier 15, 19]; benignus quippe Dominus est, et bonitatis eius est donum huiusmodi. Audaciae esset, os habere diaboli ori simile, linguae daemonis maligni linguam habere similem, eum maxime, qui talium mysteriorum consors sit et ipsius dominicae carnis particeps. Haec tecum reputans, ipsum pro

---

355. MG 58, 599. 356. MG 58, 715.

Ταῦτ' οὖν ἀναλογιζόμενος, γενοῦ κατ' ἐκεῖνον εἰς δύναμιν τὴν σήν. Οὐκέτι σοι λοιπὸν ὁ διάβολος οὐδὲ ἀντιβλέψαι τοιούτῳ γενομένῳ δυνήσεται. Καὶ γὰρ ἐπιγινώσκει τὸν χαρακτῆρα τὸν βασιλικόν· οἶδε τοῦ Χριστοῦ τὰ ὅπλα, δι' ὧν ἡττήθη. Τίνα δὲ ταῦτά ἐστιν; Ἐπιείκεια καὶ πραότης. Καὶ γὰρ ὅτε ἐν τῷ ὄρει προσβάλλοντα αὐτὸν κατέῤῥαξε καὶ ἐξέτεινεν, οὐχὶ γνωριζόμενος, ὅτι Χριστὸς ἦν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ῥημάτων αὐτὸν ἐσαγήνευσε τούτων, ἀπὸ ἐπιεικείας εἷλεν, ἀπὸ πραότητος ἐτροπώσατο. Τοῦτο καὶ σὺ ποίησον· ἂν ἴδῃς ἄνθρωπον διάβολον γενόμενον καὶ προσιόντα σοι, οὕτω καὶ σὺ νίκησον. Ἔδωκέ σοι ὁ Χριστὸς ἐξουσίαν γενέσθαι κατ' αὐτὸν εἰς δύναμιν τὴν σήν. Μὴ φοβηθῇς, τοῦτο ἀκούων. Φόβος ἐστί, τὸ μὴ γενέσθαι κατ' αὐτόν. Φθέγγου τοίνυν κατ' ἐκεῖνον, καὶ γέγονας κατὰ τοῦτο τοιοῦτος, οἷος ἐκεῖνος, ὡς ἄνθρωπον ὄντα ἔνι γενέσθαι. Διὰ τοῦτο μείζων ὁ οὕτω λαλῶν ἢ ὁ προφητεύων. Τὸ μὲν γὰρ χάρις ὅλον· ἐνταῦθα δὲ καὶ πόνος σὸς καὶ ἱδρώς. Δίδαξον τὴν ψυχὴν διαπλάττειν σοι στόμα στόματι Χριστοῦ ἐοικός. Δύναται γὰρ τοιαῦτα δημιουργεῖν, ἂν ἐθέλῃ· οἶδε τὴν τέχνην, ἂν μὴ ᾖ ῥᾴθυμος. Καὶ πῶς πλάττεται τοιοῦτον στόμα, φησί; διὰ ποίων χρωμάτων; διὰ ποίας ὕλης; Διὰ χρωμάτων μὲν καὶ ὕλης οὐδεμιᾶς· διὰ δὲ ἀρετῆς μόνης, καὶ ἐπιεικείας, καὶ ταπεινοφροσύνης. Ἴδωμεν, πῶς καὶ στόμα διαβόλου πλάττεται, ἵνα μηδέποτε ἐκεῖνο κατασκευάσωμεν. Πῶς οὖν πλάττεται; Διὰ ἀρῶν, διὰ ὕβρεων, διὰ βασκανίας, δι' ἐπιορκίας. Ὅταν γὰρ τὰ ἐκείνου φθέγγηταί τις, τὴν ἐκείνου γλῶτταν λαμβάνει. Ποίαν οὖν ἕξομεν συγγνώμην, μᾶλλον δὲ ποίαν οὐχ ὑποστησόμεθα τιμωρίαν, ὅταν τὴν γλῶτταν, ᾗ κατηξιώθημεν

---

viribus imitare. Si talis efficiaris, ne te respicere quidem ultra poterit diabolus. Novit quippe regiam notam; novit Christi arma, quibus victus est. Quaenam illa sunt? Modestia et mansuetudo. Nam cum illum in monte se aggredientem superavit atque prostravit, Christus esse non cognoscebatur, sed verbis ipsum quasi sagena cepit, modestia cepit, mansuetudine fugavit. Hoc et tu facito; si videris hominem diabolum effectum teque adeuntem, sic et tu vincito. Dedit tibi Christus potestatem, ut pro viribus ipsi similis efficiaris. Ne timeas, hoc audiens. Timendum potius, ne non similis ipsi fias. Loquere ergo ut ille, et in hoc eris similis illi, ut esse potest homo. Ideo maior est, qui sic loquitur, quam qui prophetat. Illud enim ex gratia totum est; hic vero etiam labor sudorque tuus. Doce animam tuam, ut os tuum sic efformet, ut sit Christi ori simile. Potest enim hoc efficere, si velit; novit hanc artem, nisi torpeat. Et quomodo efformatur os illud, inquies? quibus coloribus? ex qua materia? Coloribus quidem et materia nulla, sed virtute tantum, modestia, humilitate. Videamus etiam, quomodo os diaboli efformetur, ne illud etiam nobis assumamus. Quomodo ergo efformatur? Maledictis, contumeliis, periurio, invidia. Cum enim illius dicta quis pronuntiat, ipsius linguam assumit. Quam ergo veniam impetrabimus, immo quod non supplicium luemus, quando linguam, qua dignamur dominicam carnem gustare, diabol

σαρκὸς γεύσασθαι δεσποτικῆς, ταύτην περιίδωμεν τὰ τοῦ διαβόλου φθεγγομένην; Μὴ δὴ περιίδωμεν, ἀλλὰ πάσῃ χρησώμεθα σπουδῇ, ὥστε αὐτὴν παιδεῦσαι τὸν Δεσπότην μιμεῖσθαι τὸν ἑαυτῆς. Ἂν γὰρ αὐτὴν παιδεύσωμεν τοῦτο, μετὰ πολλῆς τῆς παῤῥησίας ἐπὶ τοῦ βήματος ἡμᾶς στήσει τοῦ Χριστοῦ.

Quod regulares feminae viris cohabitare non debeant, 397.

357 *Virginitas.* — 6. Εἰ δόξαν ζηλοῖς, ταύτην ὅδευε τὴν ὁδόν, μὴ τὴν ἐναντίαν· τότε σε οὐκέτι τὴν τοῦ δεῖνος καλέσουσι καὶ τοῦ δεῖνος, ἀλλὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ· τούτου δὲ κόσμος ἕτερος ἴσος οὐκ ἄν σοί ποτε γένηται παρ' οὐδενός. Ἢ μικρὰ ταῦτα, εἰπέ μοι, καθ' ἑκάστην ᾀδόμενά τε καὶ περιφερόμενα τὴν ἡμέραν καὶ ἐν ἀγορᾷ, καὶ ἐν οἰκίαις, καὶ ἐν ἑτέραις πόλεσιν· Ἡ δεῖνα, κόρη τε οὖσα καὶ νέα κομιδῇ καὶ σφόδρα εὐπρόσωπος, πολλούς, εἴ γε ἤθελεν, ἐπισπάσασθαι δυναμένη προστάτας, οὐκ ἠθέλησεν, ἀλλ' εἵλετο πᾶν ὁτιοῦν ὑπομεῖναι καὶ παθεῖν, ἢ τὴν τοῦ Χριστοῦ προδοῦναι φιλίαν καὶ τὸ τῆς σωφροσύνης ἄνθος ἀφανίσαι; Μακαρία εἶ, καὶ δίς, καὶ τρίς, καὶ πολλάκις. Ὅσων ἀπολαύσεται ἀγαθῶν, οἷον δέξεται στέφανον, ὅσον καρπώσεται μισθόν, πρὸς αὐτὰς ἁμιλλωμένη τὰς ἀσωμάτους δυνάμεις; Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα περὶ αὐτῆς πάντες ἐροῦσι καὶ εἰς ζῆλον ταῖς ἑαυτῶν θυγατράσι προθήσουσι· κἂν κοσμίως βιοῦσάν τις προτρέψαι, καὶ διεφθαρμένην σωφρονίσαι βουληθείη, τὰ ταύτης ἐγκώμια πάλιν ἅπαντες εἰς μέσον οἴσουσιν· οὐκ ἐνταῦθα δὲ μόνον, ἀλλὰ κἂν ἁπλῶς περὶ παρθενίας γίνηται λόγος, καὶ οὕτως αὐτὴν ἅπαντες ἐπαινέσονται, οὐχ οἱ κοσμίως ζῶντες μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνοι οἱ σπουδάσαντες καὶ πάντα πράξαντες, ὥστε αὐτὴν ἑλεῖν, εἶτα καταφρονηθέντες καὶ ὑπεροφθέντες.... 7. Δεῖ τοίνυν αὐτὴν εἰς ἀγορὰν ἐμβάλλουσαν ὥσπερ ἄγαλμα φιλοσοφίας ἁπάσης φαίνεσθαι καὶ πάντας ἐκπλήττειν· ὡς ἄγγελον ἐξ οὐρανοῦ καταβάντα νῦν, κἂν ὡσανεὶ τῶν χερουβὶμ αὐτῶν ἓν ἐπὶ τῆς γῆς ἐφάνη, πάντας ἀνθρώπους ἐπέστρεψε πρὸς ἑαυτό, οὕτω καὶ τὴν παρθένον τοὺς ὁρῶντας ἅπαντας εἰς θαῦμα καὶ ἔκπληξιν τῆς ἁγιωσύνης αὐτῆς ἐμβάλλειν δεῖ. Ὅταν γὰρ βαδίζῃ μὲν ὥσπερ δι' ἐρημίας, καθέζηται δὲ ἐν ἐκκλησίᾳ μετὰ σιγῆς βαθυτάτης, τὸ δὲ ὄμμα μηδένα τῶν παρόντων ὁρᾷ, μὴ γυναικῶν, μὴ ἀνδρῶν, ἀλλ' ἢ τὸν νυμφίον μόνον, ὥσπερ παρόντα καὶ φαινόμενον, ἂν χωρῇ δὲ οἴκαδε, πάλιν τούτῳ διαλεχθεῖσα ἐν εὐχαῖς, καὶ τῆς αὐτοῦ μόνης ἀκούσασα φωνῆς διὰ τῶν Γραφῶν, γενομένη δὲ ἐπὶ τῆς οἰκίας, τὸν ποθούμενον ἀναλογίζηται μόνον, κἂν ξένη καὶ πάροικος ᾖ καὶ παρεπίδημος καὶ πάντα ποιῇ, ὡς εἰκὸς τὴν ξένην τῶν ἐνταῦθα πραγμάτων καὶ μὴ μόνον ἀῤῥένων ὄψεις φεύγῃ, ἀλλὰ καὶ γυναικῶν συνουσίαν τῶν βιωτικωτέρων, καὶ τοσαῦτα τῷ σώματι διακονῆται, ὅσα ἀνάγκη μόνον, τὸ δὲ πᾶν εἰς τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν ἀναλίσκῃ· τίς οὐ θαυμάσεται, τίς οὐκ ἐκστήσεται, ἐν γυναικείᾳ φύσει πολιτείαν ἀγγελικὴν ὁρῶν; Τίς δὲ ὅλως τολμήσειε προσελθεῖν, τίς δὲ ἅψασθαι ἕλοιτο πεπυρωμένης ψυχῆς ἄνθρωπος ὤν; Διὰ δὴ τοῦτο πάντες μὲν ἀποστήσονται ἑκόντες καὶ ἄκοντες· πάντες δὲ ἐκπλαγήσονται, ἅτε χρυσίον πεπυρωμένον καὶ ἀποστίλβον ὁρῶντες. Ἔχει μὲν γὰρ καὶ αὐτὴ ἡ τοῦ χρυσίου φύσις πολλὴν τὴν λαμπηδόνα·

---

verba loqui sinimus? Ne sinamus, quaeso, sed omne studium adhibeamus, ut doceamus illam, quo pacto Dominum suum imitetur. Si enim illam ad hoc instituamus, cum magna fiducia nos sistet ad tribunal Christi.

357 6. Si gloriam amas, hanc vade viam, non aliam; tunc te non iam illius vel illius vocabunt, sed Christi; huic autem ornatus alius par a nullo tibi erit. An vero exigua sunt, quaeso, quae cotidie canuntur et in foro, et in domibus, et in aliis civitatibus: Puella isthaec formosa valde et adulescens, si voluisset, multos patronos sibi conciliare potuisset, sed noluit; immo maluit quaevis sustinere ac pati, quam Christi amorem relinquere et castitatis florem obscurare? Beata et bis, et ter, et saepius. Quantis fruetur bonis, qualem accipiet coronam, quanta mercede donabitur, quae cum ipsis incorporeis certat virtutibus? Haec et talia de hac omnes dicent et ad aemulationem suis filiabus proponent; et si quis admonere honeste viventem, et si quis corruptam ad modestiam reducere voluerit, haec illi iterum omnes encomia in medium ferent; non hic autem solum, sed et quoties de virginitate fiat sermo; et sic omnes laudabunt, non solum qui caste vivunt, sed et illi, qui studuere et omnia fecerunt, ut ipsam obtinerent, ac deinde contempti et despecti fuerunt.... 7. Igitur cum in publicum prodit, oportet omnis philosophiae specimen prae se ferat et omnes in stuporem convertat; sicut angelus, si nunc e caelo descenderet, et sicut ex cherubim aliquis, si in terris appareret, omnes homines in se converteret, sic et virginem omnes, qui vident, adducere in admirationem et stuporem suae sanctimoniae oportet. Nam si, dum incedit, quasi per desertum eat, quando autem sedet in ecclesia profundissimo cum silentio, oculus eius nullum videat praetereuntium, non mulierum, non virorum, sed solum sponsum ut praesentem et conspicuum, concedens autem iterum in domum, ei in precibus loquatur et eius solius vocem per Scripturas audiat, domi vero eum, quem desiderat et amat, solum cogitet, sit quasi peregrina et advena, omniaque faciat, quasi res praesentes nihil ad eam pertineant, et non solum masculorum fugiat aspectus, sed et conventum saecularium mulierum, tantaque corpori suppeditet, quanta necesse est, et universa in animae salutem impendat: quis non admiretur, quis non obstupescat, in muliebri natura vitam angelicam intuens? Quis autem homo accedere, quis tangere audeat tam flagrantem animam? Eapropter omnes quidem ab ea abstinebunt, et sponte et inviti; omnes item in stuporem vertentur, utpote aurum fulgens et ignitum videntes. Nam et auri natura habet per se multum fulgoris; cum autem et ignem in se tenet, maiori mira

---

357. MG 47, 525.

ὅταν δὲ καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ πυρὸς προσλάβῃ, μεῖζον τὸ θαῦμα γίνεται καὶ φοβερώτερον. Εἰ δὲ ἐπὶ σώματος τοῦτο, ὅταν ἐπὶ χρυσῆς τοῦτο συμβαίνῃ ψυχῆς, οὐκέτι ἀνθρώποις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀγγέλοις ποθεινὸν ἔσται θέαμα.

358 *Christus virginis sponsus.* — 9. Εἰ γὰρ βασιλέα τὸν ἐπὶ γῆς λαβοῦσά τις νυμφίον, πάντων ἡγεῖται εἶναι ἑαυτὴν μακαριωτέραν, σύ, οὐ τὸν ἐπὶ γῆς, οὐδὲ τὸν ὁμόδουλον, ἀλλὰ τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, τὸν ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου, τὸν ἐπάνω τῶν χερουβὶμ καθήμενον, τὸν σείοντα τὴν γῆν, τὸν ἐκτείναντα τὸν οὐρανόν, τὸν φοβερὸν μὲν τοῖς χερουβίμ, ἀπρόσιτον δὲ τοῖς σεραφίμ, οὐχὶ νυμφίον ἔχουσα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐραστήν, καὶ ἐραστὴν παντὸς ἀνθρώπου σφοδρότερον, πῶς οὐ πάντα ἀφήσεις τὰ ἐνταῦθα, εἰ καὶ αὐτὴν δέοι προέσθαι τὴν ψυχήν; Ἐπεὶ οὖν τοῦτο ἀρκεῖ τὸ ῥῆμα μόνον, καὶ τὸν μολύβδου παντὸς βαρύτερον ὀρθῶσαι καὶ πρὸς τὰς ἄνω πτερῶσαι διατριβάς, καὶ ἡμεῖς ἐνταῦθα καταλύομεν, καὶ σοὶ παραινοῦμεν, καθάπερ τινὰ θείαν ταύτην ἐπᾴδειν τὴν ἐπῳδήν, καὶ ἐν οἰκίᾳ, καὶ ἐν ἀγορᾷ, καὶ ἐν ἡμέρᾳ, καὶ ἐν νυκτί, καὶ ἐν ὁδῷ, καὶ ἐν θαλάμῳ, καὶ διὰ φωνῆς, καὶ κατὰ διάνοιαν, καὶ συνεχῶς ἐπιλέγειν τῇ ψυχῇ· Ἄκουσον, ψυχή μου, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τῆς πονηρᾶς σου συνηθείας, καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου [cf. Ps 44, 11 sq].

Homiliae de capto Eutropio, 399.

359 *Omnia terrena transitoria.* — 5. Οὐκ οἶσθα, ὅτι ἀποδημία ὁ παρὼν βίος; Μὴ γὰρ πολίτης εἶ; Ὁδίτης εἶ. Συνῆκας, τί

culo est et terribilior. Quod si hoc in corpore, quando idem in anima contigit aurea, non tunc hominibus solum, sed et angelis desiderabile erit hoc spectaculum.

358 9. Si quae sponsum in terra acceperit regem, omnibus se putat esse beatiorem, tu, cum habeas non terrenum nec conservum, sed eum qui in caelis, eum qui super omnem principatum et potestatem et virtutem et omne nomen quod nominatur, eum qui super cherubim sedet, qui concutit terram, qui extendit caelum, qui terribilis est cherubinis, inaccessus seraphinis, non sponsum solum, sed amatorem quovis homine ardentiorem, quomodo non omnia relinquis, quae hic sunt, etiamsi animam ipsam relinquere oporteat? Quoniam igitur sufficit hoc verbum solum ad plumbo omni graviorem corrigendum et promovendum ad supernam conversationem, et nos huc desinimus, teque admonemus, ut quasi divinum aliquod canticum concinas, ac domi et in foro, et die et nocte, et in via et in thalamo, et voce et mente continue loquaris, animae dicens: Audi, anima, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere malae consuetudinis, et concupiscet rex pulchritudinem tuam.

359 5. Num nosti vitam praesentem esse peregrinationem? Numnam tu civis? Viator es. Intellexisti, quid dixerim? Non es civis, sed

358. MG 47, 532. 359. MG 52, 401.

εἶπον; Οὐκ εἶ πολίτης, ἀλλ' ὁδίτης εἶ καὶ ὁδοιπόρος. Μὴ εἴπῃς· Ἔχω τήνδε τὴν πόλιν, καὶ ἔχω τήνδε. Οὐκ ἔχει οὐδεὶς πόλιν. Ἡ πόλις ἄνω ἐστί. Τὰ παρόντα ὁδός ἐστιν. Ὁδεύομεν τοίνυν καθ' ἡμέραν, ἕως ἡ φύσις ἐπιτρέχει. Ἔστι τις ἐν ὁδῷ χρήματα ἀποτιθέμενος· ἔστι τις ἐν ὁδῷ χρυσίον κατορύττων. Ὅταν οὖν εἰσέλθῃς εἰς πανδοχεῖον, εἰπέ μοι, τὸ πανδοχεῖον καλλωπίζεις; Οὐχί, ἀλλ' ἐσθίεις καὶ πίνεις, καὶ ἐπείγῃ ἐξελθεῖν. Πανδοχεῖόν ἐστιν ὁ παρὼν βίος. Εἰσήλθομεν, καταλύομεν τὸν παρόντα βίον· σπουδάζωμεν ἐξελθεῖν μετὰ καλῆς ἐλπίδος, μηδὲν ἀφῶμεν ὧδε, ἵνα μὴ ἀπολέσωμεν ἐκεῖ. Ὅταν εἰσέλθῃς εἰς τὸ πανδοχεῖον, τί λέγεις τῷ παιδί; Βλέπε, ποῦ ἀποτίθῃς τὰ πράγματα, μή τι καταλείπῃς ἐνταῦθα, ἵνα μή τι ἀπόληται, μήτε μικρόν, μήτε εὐτελές, ἵνα πάντα εἰς τὴν οἰκίαν ἀπενέγκωμεν. Οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν τῷ παρόντι βίῳ· βλέπωμεν ὥσπερ πανδοχεῖον τὸν βίον, καὶ μηδὲν ὧδε καταλείπωμεν ἐν τῷ πανδοχείῳ, ἀλλὰ πάντα εἰς τὴν μητρόπολιν ἀπενέγκωμεν. Ὁδίτης εἶ καὶ ὁδοιπόρος, μᾶλλον δὲ καὶ ὁδίτου εὐτελέστερος. Καὶ πῶς; ἐγὼ λέγω. Ὁ ὁδίτης οἶδε τὸ πότε εἰσέρχεται εἰς τὸ πανδοχεῖον, καὶ πότε ἐκβαίνει· κύριος γάρ ἐστι τοῦ ἐξελθεῖν, ὥσπερ καὶ τοῦ εἰσελθεῖν· ἐγὼ δέ, εἰσερχόμενος εἰς τὸ πανδοχεῖον, τουτέστιν εἰς τὸν παρόντα βίον, πότε ἐξέρχομαι οὐκ οἶδα. Καὶ ἐνίοτε παρασκευάζομαι πολλοῦ χρόνου διατροφάς, καὶ ὁ Δεσπότης παραχρῆμα καλεῖ με.

Laus Ecclesiae. — 6. Μὴ ἀπέχου Ἐκκλησίας· οὐδὲν γὰρ 360
Ἐκκλησίας ἰσχυρότερον. Ἡ ἐλπίς σου ἡ Ἐκκλησία, ἡ σωτηρία σου ἡ Ἐκκλησία, ἡ καταφυγή σου ἡ Ἐκκλησία. Τοῦ οὐρανοῦ

viator et peregrinus. Ne dixeris: Hanc et illam civitatem habeo. Nemo civitatem habet. Civitas sursum est. Praesentia via sunt. Cotidie igitur iter facimus, donec natura cursum perficit. Est qui in via pecunias recondat; est qui in via aurum defodiat. Ingressus deversorium, illudne exornas? Minime, sed comedis et bibis, atque hinc egredi festinas. Deversorium est vita praesens. Ingressi sumus, praesentem vitam finimus; curemus cum bona spe egredi, nihil hic relinquamus, ne illic nobis pereat. Ingressus in cauponam, quid puero dicis? Vide quo loco res nostras deponis, ne quid hic relinquatur, ne quid quantumvis leve vel exiguum pereat, ut omnia domum reportemus. Sic et nos in praesenti vita: eam quasi cauponam respiciamus nihilque hic relinquamus, sed omnia in metropolim reportemus. Viator es ac peregrinus, immo viatore vilior. Quomodo? ego dicam. Viator scit, quando ingreditur deversorium, et quando egreditur: in eius enim arbitrio est egressus, quemadmodum et ingressus; ego autem, ingressus in deversorium, hoc est in praesentem vitam, quando egressurus sim ignoro. Atque interdum pro longo tempore alimenta paro, et Dominus repente me vocat.

6. Ab Ecclesia ne abstineas; nihil enim fortius Ecclesia. Spes tua 360
Ecclesia, salus tua Ecclesia, refugium tuum Ecclesia. Caelo excelsior

360. MG 52, 402.

ὑψηλοτέρα ἐστί, τῆς γῆς πλατυτέρα ἐστίν. Οὐδέποτε γηρᾷ, ἀεὶ δὲ ἀκμάζει. Διὰ τοῦτο τὸ στεῤῥὸν αὐτῆς καὶ ἀσάλευτον δηλοῦσα ἡ Γραφή, ὄρος αὐτὴν καλεῖ· τὸ ἄφθορον, αὐτὴν καλεῖ παρθένον· τὸ πολυτελές, βασίλισσαν αὐτὴν καλεῖ· τὸ συγγενὲς τὸ πρὸς τὸν Θεόν, θυγατέρα αὐτὴν καλεῖ· τὸ πολύγονον, στεῖραν αὐτὴν καλεῖ τίκτουσαν ἑπτά· μυρία ὀνόματα, ἵνα παραστήσῃ αὐτῆς τὴν εὐγένειαν.... Παρθένος λέγεται, καὶ μὴν πόρνη ἦν πρὸ τούτου· τὸ γὰρ θαυμαστὸν τοῦ νυμφίου, ὅτι ἔλαβε πόρνην καὶ ἐποίησε παρθένον. Ὢ καινῶν καὶ παραδόξων πραγμάτων. Γάμος παρ' ἡμῖν παρθενίαν λύει, γάμος παρὰ Θεῷ παρθενίαν ἀνέστησε. Παρ' ἡμῖν ἡ οὖσα παρθένος, γαμουμένη, οὐκ ἔστι παρθένος· παρὰ Χριστῷ ἡ οὖσα πόρνη, γαμουμένη, παρθένος γέγονεν.

In Acta Apostolorum homiliae, 400/1.

361 *Ex amore Christi fortitudo.* — Hom. 52, n. 4. Εἰ γάρ τις ἁλῷ τῷ πυρὶ τοῦ Χριστοῦ, τοιοῦτος γίνεται, οἷος ἂν γένηται ἄνθρωπος μόνος ἐπὶ τῆς γῆς οἰκῶν· οὕτως οὐδενὸς αὐτῷ μέλει δόξης καὶ ἀτιμίας· ἀλλ' ὥσπερ ἂν εἰ μόνος οἰκῶν οὐδενὸς ἂν ἐφρόντισεν, οὕτως οὐδὲ τότε ὁ τοιοῦτος φροντίζει. Πειρασμῶν δὲ οὕτω καταφρονεῖ καὶ μαστίγων καὶ δεσμωτηρίων, ὥσπερ ἂν εἰ ἐν ἀλλοτρίῳ σώματι ταῦτα ἔπασχεν, ἢ ὥσπερ ἂν εἰ ἀδαμάντινον ἐκέκτητο σῶμα· τῶν δὲ ἡδέων τῶν ἐν τῷ βίῳ οὕτω καταγελᾷ καὶ ἀνεπαίσθητος αὐτῶν ἐστιν ὥσπερ τῶν νεκρῶν σωμάτων ἡμεῖς, ἢ αὐτοὶ ὄντες νεκροί. Τοσοῦτον δὲ ἀπέχει ἁλῶναι πάθει τινί, ὅσον χρυσὸς πυρούμενος ὁ καθαρὸς ἂν ἀπόσχοιτο

et terra latior est illa. Numquam senescit, sed semper viget. Quamobrem eius firmitatem stabilitatemque demonstrans Scriptura, montem illam vocat; eius incorruptibilitatem, appellat virginem; magnificentiam eius, reginae nomine declarat; cognationem, quam cum Deo habet, filiae voce indicat; propter numerosam prolem illam olim sterilem, nunc vocat eam, quae peperit septem: sexcenta nomina, ut eius nobilitatem indicet.... Virgo appellatur, quae tamen prius meretrix erat; nam, quod in sponso mirabile est, accepit meretricem et effecit virginem. O rem novam et admirabilem! Nuptiae apud nos virginitatem solvunt, nuptiae apud Deum virginitatem resuscitant. Apud nos quae virgo erat, nupta, non est virgo; apud Christum quae meretrix erat, nupta, virgo efficitur.

361 52, 4. Si quis enim igne Christi capiatur, talis efficitur, qualis fuerit homo solus in terra habitans; sic nihil curat, non gloriam, non ignominiam; sed sicut is, qui solus habitaret, neminem curaret, sic neminem ille curat. Tentationes autem, flagella, carceres ita contemnit, ac si in alieno corpore haec pateretur, et ac si adamantino esset corpore; ea autem, quae suavia in hac vita sunt, ita deridet et erga illa insensibilis est ut nos erga mortua corpora, vel ac si ipsi mortui simus. Tantum porro abest, ut aliquo affectu capiatur, quantum aurum igne probatum et purum a sordibus

361. MG 60, 364.

κηλῖδος. Ὥσπερ γὰρ μυῖαι εἰς μέσην φλόγα οὐκ ἂν ἐμπέσοιεν, ἀλλὰ φεύγουσιν, οὕτω καὶ τὰ πάθη οὐδὲ ἐγγὺς γενέσθαι τοῦτο τολμᾷ. Καὶ τούτων ἐβουλόμην μὲν ἀφ' ἡμῶν τὰ παραδείγματα παραγαγεῖν δύνασθαι· ἐπειδὴ δὲ ἀποροῦμεν, ἀνάγκη πρὸς αὐτὸν τοῦτον καταφυγεῖν. Ὅρα γοῦν αὐτὸν πρὸς πάντα τὸν κόσμον πῶς διέκειτο. «Ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται», φησί, «κἀγὼ τῷ κόσμῳ» [Gal 6, 14]· τουτέστι· Νεκρός εἰμι τῷ κόσμῳ, κἀκεῖνος ἐμοὶ νεκρός. Καὶ πάλιν· «Ζῶ δέ, οὐκέτι ἐγώ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός» [ib. 2, 20]. Τοῦτο μόνου Παύλου λέγειν ἐστίν, ἡμῶν δὲ τῶν ἐκείνου τοσοῦτον ἀπολειπομένων, ὅσον τῆς γῆς ὁ οὐρανός, ἐγκαλύπτεσθαι, ὡς μηδὲ τὸ στόμα διᾶραι τολμᾷν.

In dimissionem Chananaeae.

In oratione perseverandum. — 10. «Ὦ γύναι» [Mt 15, 28]. Θεὸς 362
λέγει· «Ὦ γύναι.» Ἀκουέτωσαν οἱ εὐχόμενοι μετὰ βαναυσίας. Ὅταν εἴπω τινί· Παρακάλεσον τὸν Θεόν, δεήθητι αὐτοῦ, ἱκέτευσον αὐτόν, λέγει· Παρεκάλεσα ἅπαξ, δεύτερον, τρίτον, δέκατον, εἰκοστόν, καὶ οὐκέτι οὐκ ἔλαβον. Μὴ ἀποστῇς, ἀδελφέ, ἕως ἂν λάβῃς· τέλος αἰτήσεως ἡ δόσις τοῦ αἰτουμένου. Τότε ἀπόστηθι, ὅταν λάβῃς· μᾶλλον δὲ μηδὲ τότε, ἀλλὰ καὶ τότε παράμενε. Κἂν μὴ λάβῃς, αἴτει, ἵνα λάβῃς· ὅταν δὲ λάβῃς, εὐχαρίστησον, ὅτι ἔλαβες. Εἰσέρχονται πολλοὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀπαρτίζουσι μυρίους στίχους εὐχῆς, καὶ ἐξέρχονται, καὶ οὐκ οἴδασι, τί εἶπον· τὰ χείλη κινεῖται, ἡ δὲ ἀκοὴ οὐκ ἀκούει. Σὺ οὐκ ἀκούεις τῆς εὐχῆς σου, καὶ τὸν Θεὸν θέλεις εἰσακοῦσαι τῆς εὐχῆς σου; Ἔκλινα, λέγεις,

liberum est. Sicut enim muscae in mediam flammam non inciderint, sed fugiunt, sic nec animi affectus ad hunc ignem accedere audent. Et horum vellem exempla ex nobis ipsis proferre; quia vero inopes sumus, necesse est, ut ad illum ipsum confugiamus. Vide autem, quomodo ille ipse erga totum mundum affectus esset. *Mihi mundus crucifixus est,* inquit, *et ego mundo;* id est: Mortuus sum mundo, et ille mihi mortuus est. Et rursum: *Vivo autem, iam non ego, vivit vero in me Christus.* Haec dicere solius est Pauli. Nos autem, qui tantum ab illo absumus, quantum caelum a terra, nos abscondamus ac neque os aperire audeamus.

10. *O mulier.* Deus dicit: *O mulier.* Audiant ii, qui cum qua- 362
dam imperitia precantur. Cum alicui dico: Roga Deum, obsecra eum, supplica ei, respondet ille: Rogavi semel, secundo, tertio, decies et vicesies, et nequaquam accepi. Ne cesses, frater, donec accipias; finis petitionis est donum acceptum. Tunc cessa, cum acceperis; immo potius ne tunc etiam cesses, sed adhuc persevera. Si non acceperis, pete, ut accipias; cum autem acceperis, de accepto gratias age. Multi intrant in ecclesiam, et mille versus orando profundunt, et egrediuntur; nec sciunt, quid dixerint; labia moventur, nec ipsi audiunt. Tu ipse non audis orationem tuam, et Deum vis exaudire? Flexi, ais, genua; verum mens tua foras avolavit; corpus

362. MG 52, 457.

τὰ γόνατα· ἀλλ' ἡ διάνοιά σου ἔξω ἐπέτετο· τὸ σῶμά σου ἔνδον τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἡ γνώμη σου ἔξω· τὸ στόμα ἔλεγε τὴν εὐχήν, καὶ ἡ διάνοια ἠρίθμει τόκους, συμβόλαια, συναλλάγματα, χωρία, κτήματα, φίλων συνουσίας. Ὁ γὰρ διάβολος, πονηρὸς ὤν, καὶ εἰδώς, ὅτι ἐν καιρῷ εὐχῆς μεγάλα ἀνύομεν, τότε ἐπέρχεται. Πολλάκις κείμεθα ὕπτιοι ἐν κλίνῃ καὶ οὐδὲν λογιζόμεθα· ἤλθομεν εὔξασθαι, καὶ μυρίοι λογισμοί, ἵνα ἐκβάλῃ ἡμᾶς κενούς.... 11. Κἂν ἔξω ᾖς, κράζε καὶ λέγε· «Ἐλέησόν με» [ib. 22], μὴ κινῶν τὰ χείλη, ἀλλὰ τῇ διανοίᾳ βοῶν· καὶ σιωπώντων γὰρ ἀκούει ὁ Θεός. Οὐ ζητεῖται τόπος, ἀλλ' ἀρχὴ τρόπου.... Κἂν ἐν βαλανείῳ ᾖς, εὔχου, κἂν ἐν ὁδῷ, κἂν ἐπὶ κλίνης· ὅπου ἐὰν ᾖς, εὔχου. Ναὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, μὴ ζήτει τόπον· γνώμης χρεία μόνον. Κἂν δικαστῇ παραστῇς, εὔχου· ὅταν ὀργίζηται ὁ δικαστής, εὔχου.

De virginitate.

363 *Pulchritudo ab intus.* — C. 7. Εὐτελὴς ἡ στολή· ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς ἱματίοις, οὐδὲ ἐν τοῖς χρώμασιν ἡ παρθενία, ἀλλ' ἐν σώματι καὶ ψυχῇ. Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον, εἰ τὸν μὲν φιλόσοφον οὐκ ἀπὸ τῆς κόμης, οὐδὲ ἀπὸ τῆς βακτηρίας, οὐδὲ ἀπὸ τῆς ἐξωμίδος δοκιμάζομεν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν τρόπων καὶ τῆς ψυχῆς, καὶ τὸν στρατιώτην οὐκ ἀπὸ τῆς χλανίδος οὐδὲ ἀπὸ τῆς ζώνης, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ῥώμης καὶ τῆς ἀνδρείας, τὴν δὲ παρθένον, πρᾶγμα οὕτω θαυμαστὸν καὶ πάντα ὑπερβαῖνον τὰ ἐν ἀνθρώποις, διὰ τὸν τῶν τριχῶν αὐχμόν, καὶ τὴν τοῦ προσώπου κατήφειαν, καὶ τὸ φαιὸν ἱμάτιον, ἁπλῶς οὕτω καὶ παρέργως εἰς τὴν τοῦ πράγματος καταλέξομεν ἀρετήν, οὐκ ἀποδύσαντες αὐτῆς τὴν ψυχὴν

---

tuum in ecclesia erat, et cogitatio tua foris vagabatur; os tuum precationem recitabat, sed mens usuras supputabat, pacta, contractus, agros, possessiones, amicorum consortia. Diabolus enim, malignus cum sit, cumque sciat nos tempore precationis admodum proficere, tunc maxime instat. Saepe in lecto supini iacemus et nihil cogitamus; sed si precatum veniamus, sexcentas cogitationes immittit, ut fructu vacui recedamus.... 11. Etiamsi extra ecclesiam sis, clama et dic: *Miserere mei,* non labia movens, sed mente clamans; nam vel tacentes audit Deus. Non requiritur locus, sed morum initium.... Si in balneo sis, precare; si in via, si in lecto, similiter; ubicumque fueris, precare. Templum es Dei, ne quaeras locum; voluntatis affectus solum requiritur. Si coram iudice sistaris, precare; cum irascitur iudex, precare.

363 7. Vilis est amictus; at non in vestibus aut colore, sed in animo atque corpore virginitas est. Nam cum nec philosophum coma, aut baculo, aut abolla, sed moribus et animo metiamur, nec militem paludamento, aut balteo, sed robore et magnanimitate, an non absurdum sit, virgini, rei tam praeclarae et quae humana omnia superet, capilli squalorem, vultus demissionem ac pullam vestem, temere sane ac supine virtuti ducere, nec eius animo denudato,

---

363. MG 48, 537.

καὶ τὴν ἕξιν αὐτῆς ἐντεῦθεν καταμαθόντες ἀκριβῶς; Ἀλλ' οὐκ ἀφίησιν ὁ τοὺς τῆς ἀθλήσεως ταύτης νόμους διαταξάμενος· οὐ γὰρ ἀπὸ τῶν ἱματίων τοὺς εἰς τοῦτον καθιέντας ἑαυτοὺς τὸν ἀγῶνα δοκιμάζειν κελεύει, ἀλλ' ἀπὸ τῶν δογμάτων καὶ τῆς ψυχῆς.

Virginitas angelos efficit. — 11. Τὸ δὲ τῶν ἀνθρώπων γένος 364
τῶν μακαρίων ἐκείνων τῇ φύσει λειπόμενον βιάζεται τὴν οἰκίαν ἰσχύν, καὶ φιλονεικεῖ διὰ τῆς σπουδῆς κατὰ δύναμιν ἐξισωθῆναι ἐκείνοις. Πῶς οὖν; Οὐ γαμοῦσιν, οὐδὲ γαμίζονται ἄγγελοι· ἀλλ' οὐδὲ ἡ παρθένος. Παρεστήκασι διαπαντὸς καὶ λειτουργοῦσι τῷ Θεῷ· τοῦτο καὶ ἡ παρθένος. Διὸ καὶ Παῦλος αὐτὰς πάντων ἀπέστησε τῶν φροντίδων, διὰ τὸ εὐπρόσεδρον καὶ ἀπερίσπαστον. Εἰ δὲ μὴ δύναιντο εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβῆναι τέως, καθάπερ ἐκεῖνοι, τῆς σαρκὸς καθελκούσης αὐτάς, ἀλλὰ καὶ ἐν τούτῳ πολλὴν ἔχουσι τὴν παραμυθίαν, αὐτὸν τὸν τῶν οὐρανῶν ὑποδεχόμεναι Δεσπότην, ἂν ὦσιν ἅγιαι τῷ σώματι καὶ τῷ πνεύματι. Εἶδες τῆς παρθενίας τὸ ἀξίωμα, πῶς τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς διατρίβοντας τοῖς ἐν οὐρανοῖς διαιτωμένοις ὁμοίως πολιτεύεσθαι ποιεῖ; Τοὺς σώματα περικειμένους τῶν ἀσωμάτων οὐκ ἀφίησι λείπεσθαι δυνάμεων, ἀνθρώπους ὄντας εἰς τὸν αὐτὸν τῶν ἀγγέλων ἄγει ζῆλον.

Non virginitas, sed peccatum exitio est humano generi. — 365
18. Ὅτι δὲ οὐκ ἡ παρθενία ποιεῖ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἐπιλιπεῖν, ἀλλ' ἡ ἁμαρτία καὶ οἱ ἄτοποι μίξεις, ἔδειξεν ὁ κατὰ τὸν Νῶε γενόμενος ἀφανισμὸς καὶ ἀνθρώπων, καὶ κτηνῶν, καὶ πάντων ἁπλῶς τῶν ἐμπνεόντων ἐπὶ τῆς γῆς. Εἰ γὰρ ἔστησαν πρὸς τὴν ἄτοπον τότε ἐπιθυμίαν ἐκείνην οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ [cf. Gn 6, 2]

---

inde studia eius accurate explorare? At non id permittit, qui luctae huius leges sanxit; neque enim eos, qui in hoc certamen se coniciunt, vestitu, sed dogmatibus et animo spectari iubet.

11. Humanum autem genus natura beatis illis concedens, vires 364
suas urget, cum iisque pro virili aequari summa ope nititur. Quo pacto? Nec ducunt uxores angeli, nec ducuntur; at nec virgo. Assistunt perpetuo ac ministrant Deo; itidem et virgo. Quare etiam Paulus eas ab omni sollicitudine arcet, ut assiduae sint et indivulsae. Quodsi ut illi in caelum hinc ascendere non possunt, carne eas deprimente, at hic quoque insignem habent consolationem, quae ipsum caeli Dominum excipiant, si quidem sint corpore atque spiritu sanctae. Viden' virginitatis decus? Eorum, qui in terris degunt, cum caelitibus vitae similitudinem molitur, corpore vestitos vinci ab incorporeis virtutibus non permittit, mortales angelorum aemulos reddit.

18. Nec vero mortalium generi virginitatem interitum comparare, 365
sed flagitia et foedos coitus, ostendit illa Noe tempestate hominum, iumentorum, breviter omnium in terris animantium internecio. Nam si tum obscenae ei libidini restitissent Dei filii ac virgini-

---

364. MG 48, 540. 365. MG 48, 546.

καὶ τὴν παρθενίαν ἐτίμησαν, εἰ μὴ εἶδον ἀδίκοις ὄμμασι τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων, οὐκ ἂν αὐτοὺς ὁ τοσοῦτος κατέλαβεν ὄλεθρος. Καὶ μή μέ τις οἰέσθω τῆς ἀπωλείας αὐτῶν αἰτιᾶσθαι τὸν γάμον· οὐ γὰρ τοῦτό φημι νῦν, ἀλλ' ὅτι τὸ ἀπολλύναι καὶ διαφθείρειν τὸ γένος τὸ ἡμέτερον οὐ τῆς παρθενίας, ἀλλὰ τῆς ἁμαρτίας ἐστίν.

366 *Virginitatis difficultas.* — 38. Τοῖς μὲν οὖν γεγαμηκόσι πολλὴν δίδωσι τὴν παραμυθίαν, ὡς μηδὲ ἑκόντος θατέρου ἀποστερεῖν αὐτοὺς ἀλλήλων, μήτε τὴν ἐκ συμφωνίας γιγνομένην στέρησιν ἐπὶ πολὺ προάγειν· καὶ δεύτερον πάλιν ἐπέτρεψε γάμον, ἐὰν βούλωνται, ὑπὲρ τοῦ μὴ πυροῦσθαι. Τοῖς δὲ παρθενεύουσιν οὐδεμίαν τοιαύτην ἔδωκε παραμυθίαν, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐπὶ τοσοῦτον ἀναπαύσας πάλιν ἀνίησι, τὴν δὲ οὐδὲ μικρὸν ἀναπνέουσαν, ἀλλὰ δι' ὅλου μαχομένην ἀφίησιν ἑστάναι διηνεκῶς καὶ βάλλεσθαι ὑπὸ τῶν ἐπιθυμιῶν, καὶ οὐδὲ μικρᾶς αὐτὴν λαβέσθαι δίδωσιν ἀνακωχῆς. Διὰ τί γὰρ οὐκ εἶπε [Παῦλος] καὶ πρὸς αὐτήν· «Εἰ δὲ οὐκ ἐγκρατεύεται, γαμησάτω»; [1 Cor 7, 9.] Ὅτι οὐδὲ πρὸς τὸν ἀθλητὴν εἴποι τις ἂν μετὰ τὸ ῥίψαι τὸ ἱμάτιον, καὶ ἀλείψασθαι, καὶ εἰς τὸ στάδιον εἰσελθεῖν, καὶ καταπάσσεσθαι τὴν κόνιν· Ἀπόστηθι, καὶ φύγε τὸν ἀνταγωνιστήν· ἀλλ' ἀνάγκη λοιπὸν δυοῖν θάτερον, ἢ στεφανωθέντα, ἢ πεσόντα καὶ καταισχυνθέντα ἀπελθεῖν. Ἐν παιδοτρίβῳ μὲν γὰρ καὶ παλαίστρᾳ, ὅπου πρὸς τοὺς οἰκείους ἡ γυμνασία, καὶ τοῖς φίλοις ὡς ἐναντίοις συμπλέκεται, καὶ τοῦ πονεῖν καὶ τοῦ μὴ πονεῖν αὐτός ἐστι κύριος· ὅταν δὲ ἀπογράψηται, καὶ συλλεγῇ τὸ θέατρον, καὶ ὁ ἀγωνοθέτης παρῇ, καὶ οἱ

---

tatem coluissent neque hominum filias iniquis oculis aspexissent, numquam haec eos pernicies oppressisset. Atque haec nolim ita accipi, quasi eorum cladem in matrimonium conferrem; non enim id nunc dico, sed genus nostrum perimere ac delere, id vero non esse virginitatis, sed peccati.

366 38. Igitur coniuges admodum commode tractat, qui nec altero volente eos mutua consuetudine defraudet nec defraudationem ex consensu longius producat; quin alteras etiam nuptias permittit, si velint, ne urantur. At virginibus nullum huiusmodi solatium praebet; sed illos tantisper recreatos iterum dimittit, hanc nec minimum respirantem, sed assidue pugnantem sinit perpetuo stare ac cupiditatibus impeti, nec vel tantillis induciis frui. Cur enim non huic etiam dixit [Paulus]: *Si se non continet, nubat?* Quod nec athletae dicat quisquam, postquam disiecto amictu atque unctus in stadium processit seque pulvere conspersit: Abi, fuge adversarium; sed iam porro necessum sit duorum alterum: aut coronatum, aut deiectum et infamem discedere. Nam in ludo ac palaestra, ubi cum familiaribus exercitium sit, et cum amicis velut cum adversariis manus conseruntur, liberum est, et suscipere laborem et non suscipere; at qui iam nomen dedit, coacto frequenti populo, praesente agonotheta, sedentibus spectatoribus, adducto atque obiecto

---

366. MG 48, 560.

θεαταὶ καθέζωνται, καὶ εἰσάγηται ὁ ἀνταγωνιστὴς καὶ ἀντιπαρατάττηται, τὴν ἐξουσίαν αὐτὸν ὁ τῶν ἀγώνων παρῄρηται νόμος. Καὶ τῇ παρθένῳ τοίνυν, ἕως μὲν ἂν βουλεύοιτο πρότερον, εἰ δέοι γαμεῖν ἢ μὴ γαμεῖν, ἀκίνδυνος ὁ γάμος· ἐπειδὰν δὲ ἕληται καὶ ἀπογράψηται, εἰσήγαγεν ἑαυτὴν εἰς τὸ στάδιον. Τίς οὖν τολμήσει, τοῦ θεάτρου συγκροτουμένου καὶ θεωρούντων μὲν ἄνωθεν ἀγγέλων, ἀγωνοθετοῦντος δὲ τοῦ Χριστοῦ, μαινομένου δὲ τοῦ διαβόλου καὶ τρίζοντος καὶ συμπλεκομένου πρὸς τὴν πάλην καὶ μέσου κατεχομένου, παρελθὼν εἰς μέσον εἰπεῖν· Φύγε τὸν ἐχθρόν, ἔνδος τοῖς πόνοις, ἀπόστηθι τῆς λαβῆς, μὴ καταβάλῃς μηδὲ ὑποσκελίσῃς τὸν ἀνταγωνιστήν, ἀλλὰ παραχώρει τῆς νίκης αὐτῷ; Καὶ τί λέγω πρὸς τὰς παρθένους; Πρὸς τὰς χήρας οὐκ ἄν τις τολμήσειε ταύτην ῥῆξαι τὴν φωνήν, ἀλλ' ἀντὶ ταύτης ἐκείνην τὴν φοβεράν, ὅτι· «Ἐὰν καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ καὶ γαμῆσαι θελήσωσι, κρῖμα ἕξουσιν, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν» [1 Tim 5, 11 sq].

Virginitatis facilitas. — 59. Οὐκ ἀναγκάζεται πολυπραγμονεῖν 367
τὸν νυμφίον, οὐδὲ μή τινα ἀπάτην ὑπομείνῃ δέδοικεν· Θεὸς γάρ ἐστιν οὐκ ἄνθρωπος, Δεσπότης οὐχ ὁμόδουλος. Καὶ τῶν μὲν νυμφίων τὸ μέσον τοσοῦτον· σκόπει δὲ καὶ ἐπὶ τίσιν ἁρμόζονται. Οὐ γὰρ ἀνδράποδα, οὐδὲ γῆς πλέθρα, οὐδὲ τόσα καὶ τόσα χρυσίου τάλαντα, ἀλλ' οὐρανοὶ καὶ τὰ ἐν οὐρανοῖς ἀγαθὰ τὰ ἕδνα ταύτης τῆς νύμφης ἐστί. Πρὸς τούτοις ἡ μὲν γεγαμηκυῖα φρίττει τὸν θάνατον τῶν τε ἄλλων ἕνεκεν, καὶ ὅτι τοῦ συνοικοῦντος αὐτὴν διαζεύγνυσιν· ἡ δὲ παρθένος καὶ ποθεῖ τὴν τελευτὴν καὶ βαρύνεται τῇ ζωῇ, σπεύδουσα τὸν νυμφίον ἰδεῖν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον καὶ τῆς δόξης ἀπολαῦσαι ἐκείνης.

---

adversario, ei certaminum lex facultatem eripit. Ad eumdem modum et virgini, dum consultat prius, nubendum sit necne, tutum est matrimonium; at ubi elegit ac conscripta est, se in stadium dedit. Ecquis igitur indictis spectaculis, Christo agonotheta, angelis superne spectantibus, furente diabolo ac fremente, ad luctamque complicato et medio comprehenso, in medium prosiliens edicere ausit: Hostem fuge, laboribus supersede, comprehensionem omitte, ne deicias ac prosternas adversarium, sed ei victoriam cedas? Et quid virgines dico, cum nec viduas iis verbis affari fas sit, sed illorum loco his terrificis: *Cum luxuriatae fuerint in Christo, nubere volunt damnationem habentes, quia primam fidem irritam fecerunt?*

59. Non necesse habet in sponsum inquirere, nec fucum timet; 367
Deus est enim non homo, Dominus non conservus. Ac sponsorum hoc discrimen est; vide autem, et quibus rebus despondeantur. Non mancipia, non terrae iugera, non tot ac totidem auri talenta, sed caeli et caelestia bona sponsae huius dotalia sunt. Praeterea coniux mortem trepidat, cum propter alia, tum quod se a contubernali disiungat; virgo et mortem desiderat et vita gravatur, sponsum praesens praesentem intueri eaque gloria frui properans.

---

367. MG 48, 580.

368 *Virginitatis tranquillitas.* — 68. Ἀλλ' οὐχ ἡ παρθένος ὑπομένει τούτων οὐδέν, ἀλλ' ἀπήλλακται ταραχῆς τὸ δωμάτιον, καὶ κραυγὴ πᾶσα ἐκποδὼν ἀπελήλαται· ὥσπερ δὲ ἐν εὐδιεινῷ λιμένι σιγὴ πάντα κατέχει τὰ ἔνδον, καὶ τῆς σιγῆς πλείων ἑτέρα ἀταραξία τὴν ψυχήν, ἅτε ἀνθρώπινον μὲν οὐδὲν μεταχειρίζουσαν, διαπαντὸς δὲ τῷ Θεῷ διαλεγομένην, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀτενέστερον ὁρῶσαν. Τίς ἂν οὖν ταύτην ἀναμετρήσειε τὴν ἡδονήν; Ποῖος λόγος τὴν εὐφροσύνην τῆς οὕτω διακειμένης παραστήσειε ψυχῆς; Οὐκ ἔστιν οὐδείς· ἀλλ' οἱ τοῦ Κυρίου κατατρυφῶντες, αὐτοὶ μόνοι τὸ μέγεθος ἴσασι ταύτης τῆς τρυφῆς, καὶ πῶς πᾶσαν σύγκρισιν ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος νικᾷ.

Sermones panegyrici.

369 *Examinis utilitas.* — Sermo «Non esse ad gratiam concionandum», 4. Ἐπὶ γὰρ τῶν ἔξω δικαστηρίων μετὰ τὴν ὁμολογίαν κόλασις. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ ψαλμὸς αὐτὸ τοῦτο ὑφορώμενος, μή τις δεδοικὼς κόλασιν μετὰ τὴν ἐξομολόγησιν, ἀρνήσηται τὰ ἁμαρτήματα, φησίν· «Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ, ὅτι χρηστός, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ» [Ps 105, 1]. Μὴ γὰρ οὐκ οἶδε τὰ ἁμαρτήματά σου, ἐὰν μὴ σὺ ὁμολογήσῃς; Τί οὖν σου γίνεται πλέον ἐκ τοῦ μὴ ὁμολογεῖν; Μὴ γὰρ δύνασαι λαθεῖν; Κἂν μὴ εἴπῃς, ἐκεῖνος εἶδεν· ἂν δὲ σὺ εἴπῃς, ἐκεῖνος ἐπιλανθάνεται. «Ἰδοὺ γὰρ ἐγὼ Θεός εἰμι ἐξαλείφων τὰς ἀνομίας σου, καὶ οὐ μὴ μνησθῶ» [Is 43, 25]. Ὁρᾷς; Ἐγὼ οὐ μὴ μνησθῶ, φησί· φιλανθρωπίας γὰρ τοῦτο· σὺ δὲ μνήσθητι, ἵνα σωφρονισμοῦ λάβῃς ὑπόθεσιν. Τούτων ἀκούσας ὁ Παῦλος ἁμαρτημάτων, ὧν

368 68. At non virgo horum quidquam patitur, quin et domuncula turbis libera est, et clamor omnis profligatus; quasique in tranquillo quodam portu omnia intus silentium possidet, et vel silentio maior animum serenitas, quippe nihil humanum tractantem, sed assidue cum Deo colloquentem atque in eum fixe contuentem. Et quis eam voluptatem metiatur? Quae oratio mentis sic affectae laetitiam repraesentet? Equidem nulla, sed ii soli, qui in Deo delicias ponant, earum magnitudinem sciunt, et quanto omnem comparationem vincant, agnoscunt.

369 4. Nam in externis quidem tribunalibus post confessionem sequitur poena. Propterea psalmus etiam hoc ipsum reformidans, ne quis metu poenae, quae confessionem sequatur, peccata denegaret, ait: *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia eius.* Num enim tua peccata nescit, nisi tu confessus fueris? Quid ergo tibi prodest si minime confiteare? Num enim potes latere? Quamvis non dixeris, ille novit; quod si tu dixeris, ille obliviscitur. *Ecce* enim *ego sum Deus, qui deleo iniquitates tuas, et non recordabor.* Vides? Non recordabor, inquit, est enim hoc clementiae; at tu recordare, ut castigationis captes occasionem. Haec cum audisset Paulus, peccatorum, quorum non recordabatur

368. MG 48, 584. 369. MG 50, 658.

οὐκ ἐμέμνητο ὁ Θεός, αὐτὸς διηνεκῶς ἐμέμνητο οὑτωσὶ λέγων· «Οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς καλεῖσθαι ἀπόστολος, ὅτι ἐδίωξα τὴν Ἐκκλησίαν» [1 Cor 15, 9]· καί· «Χριστὸς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι, ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ» [1 Tim 1, 15]. Οὐκ εἶπεν· Ἤμην, ἀλλ' Εἰμί. Ἡ συγχώρησις ἐγένετο τῶν ἁμαρτημάτων παρὰ τῷ Θεῷ, καὶ ἡ μνήμη τῶν συγκεχωρημένων ἁμαρτημάτων οὐκ ἠφανίζετο παρὰ τῷ Παύλῳ· ἅπερ ὁ Δεσπότης ἀπήλειψε, ταῦτα αὐτὸς ἐξεπόμπευεν. Ἠκούσατε γὰρ τοῦ προφήτου λέγοντος· «Καὶ οὐ μὴ μνησθῶ» [Is 43, 25]· σὺ δὲ μνήσθητι. Ὁ Θεὸς σκεῦος ἐκλογῆς αὐτὸν καλεῖ, καὶ οὗτος πρῶτον τῶν ἁμαρτωλῶν ἑαυτὸν καλεῖ. Εἰ δὲ τῶν συγκεχωρημένων ἁμαρτημάτων οὐκ ἐπελανθάνετο, ἐννόησον πῶς τῶν εὐεργεσιῶν ἐμέμνητο τοῦ Θεοῦ. Καὶ τί λέγω, ὅτι οὐ καταισχύνει μνήμη ἁμαρτημάτων; Οὐχ οὕτως ἡμᾶς ποιεῖ λαμπροὺς κατορθωμάτων μνήμη, ὡς ἡ τῶν ἁμαρτημάτων μνήμη· μᾶλλον δὲ ἡ μὲν τῶν κατορθωμάτων μνήμη οὐ μόνον οὐ ποιεῖ λαμπρούς, ἀλλὰ καὶ αἰσχύνης πληροῖ καὶ καταγνώσεως· ἡ δὲ τῶν ἁμαρτημάτων μνήμη παῤῥησίας ἡμᾶς ἐμπίπλησι καὶ δικαιοσύνης πολλῆς. Τίς τοῦτό φησιν; Ὁ φαρισαῖος καὶ ὁ τελώνης. Ὁ μὲν γὰρ εἰπὼν τὰ ἁμαρτήματα, κατῆλθε δεδικαιωμένος· ὁ δὲ εἰπὼν τὰ κατορθώματα, κατῆλθεν ἐλάττων τοῦ τελώνου γενόμενος. Ὁρᾷς ὅση βλάβη μεμνῆσθαι κατορθωμάτων, ὅση ὠφέλεια μὴ ἐπιλελῆσθαι ἁμαρτημάτων; Καὶ μάλα εἰκότως. Ὁ μὲν γὰρ τῶν κατορθωμάτων μεμνημένος εἰς ἀπόνοιαν αἴρεται, ὑπερορᾷ τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων, ὅπερ ὁ φαρισαῖος ἔπαθεν· οὐ γὰρ ἂν εἰς τοσαύτην ἀλαζονείαν ἦλθεν, οὐκ ἂν εἶπεν· «Οὐκ εἰμὶ ὡς οἱ λοιποὶ ἄνθρωποι» [Lc 18, 11], εἰ μὴ ἐμέμνητο τῆς νηστείας αὐτοῦ

Deus, perpetuo recordabatur, cum ita diceret: *Non sum dignus vocari apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei;* et: *Christus venit in mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum.* Non dixit: Eram, sed *Sum.* Facta erat remissio peccatorum apud Deum, et apud Paulum peccatorum memoria non delebatur; quae Dominus deleverat, haec ipse divulgabat. Audistis enim prophetam dicentem: *Et non recordabor;* at tu recordare. Deus vas electionis ipsum vocat et iste se peccatorum primum vocat. Quod si peccatorum non obliviscebatur, cogita quo pacto Dei beneficiorum recordaretur. Quid ego dico memoriam peccatorum minime probro afficere? Non ita nos memoria recte factorum reddit illustres, ut memoria peccatorum; immo vero non modo non reddit illustres memoria recte factorum, sed etiam opprobrio afficit et condemnat; at peccatorum memoria fiducia nos ac iustitia multa cumulat. Quis hoc dicit? Pharisaeus et publicanus. Nam hic quidem, cum sua peccata dixisset, iustificatus descendit; ille vero, cum sua recte facta dixisset, publicano factus inferior descendit. Vides quantum afferat damni recte factorum meminisse, quantam pariat utilitatem peccatorum minime oblivisci? Ac merito sane. Qui namque recte factorum meminit, in superbiam effertur, ceteros homines aspernatur, quod et accidit pharisaeo; nisi enim in tantam venisset arrogantiam, non dixisset: *Non sum sicut ceteri homines,* nisi ieiunii sui deci-

καὶ τῆς δεκάτης· ἡ δὲ μνήμη τῶν ἁμαρτημάτων καταστέλλει τὴν διάνοιαν, ταπεινοφρονεῖν πείθει, καὶ διὰ τῆς ταπεινοφροσύνης ἐπισπᾶται τοῦ Θεοῦ τὴν εὔνοιαν. Ἄκουσον γοῦν πῶς καὶ ὁ Χριστὸς κελεύει λήθῃ παραπέμπειν ἡμᾶς τὰ κατορθώματα. «Ὅταν ταῦτα πάντα ποιήσητε, λέγετε, ὅτι ἀχρεῖοι δοῦλοί ἐσμεν» [Lc 17, 10]. Σὺ λέγε, ὅτι ἀχρεῖος δοῦλος εἶ, ἐγώ σε οὐ ποιῶ ἀχρεῖον· σὺ ἐὰν ὁμολογήσῃς τὴν εὐτέλειαν τὴν σεαυτοῦ, ἐγώ σε λαμπρὸν ποιῶ καὶ στεφανῶ....

Εὐθέως ἀναστάντες ἀπὸ τῆς κλίνης, πρὶν εἰς ἀγορὰν ἐμβαλεῖν, ἢ μεταχειρίσαι τι τῶν ἰδιωτικῶν ἢ δημοσίων πραγμάτων, τὸν οἰκέτην καλέσαντες ἀπαιτοῦμεν λόγον τῶν δαπανηθέντων, ἵν' εἰδῶμεν τί μὲν κακῶς, τί δὲ εἰς δέον ἀνήλωται, πόσον δὲ ὑπολέλειπται· κἂν εἰδῶμεν ὀλίγον ὂν τὸ ὑπολελειμμένον, παντὶ τρόπῳ προσόδων ἀφορμὰς ἐπινοοῦμεν, ἵνα μὴ λάθωμεν διαφθαρέντες λιμῷ. Τοῦτο τοίνυν καὶ ἐπὶ τῶν πράξεων τῶν ἡμετέρων ποιῶμεν. Τὸ συνειδὸς τὸ ἡμέτερον καλέσαντες ποιήσωμεν αὐτῷ λόγον τῶν ῥημάτων, τῶν πραγμάτων, τῶν ἐνθυμήσεων· ἐξετάσωμεν, τί μὲν εἰς δέον ἀνήλωται, τί δὲ ἐπὶ βλάβῃ τῇ ἡμετέρᾳ· ποῖος λόγος ἐδαπανήθη κακῶς, εἰς λοιδορίας, εἰς αἰσχρολογίας, εἰς ὕβρεις· ποῖον ἐνθύμημα τὸν ὀφθαλμὸν εἰς ἀκολασίαν ἐκίνησε· τίς λογισμὸς ἐπὶ βλάβῃ τῇ ἡμετέρᾳ εἰς ἔργον ἐξηνέχθη, ἢ διὰ χειρῶν, ἢ διὰ γλώττης, ἢ διὰ τῶν ὀμμάτων αὐτῶν· καὶ σπουδάσωμεν τῆς μὲν ἀκαίρου δαπάνης ἀποστῆναι, ἀντὶ δὲ τῶν ἅπαξ ἀναλωθέντων κακῶς, ἑτέραν ἀποθέσθαι πρόσοδον, ἀντὶ τῶν ῥημάτων τῶν εἰκῇ προσενεχθέντων, εὐχάς, ἀντὶ τῶν ὄψεων

τῶν ἀκολάστως γενομένων, ἐλεημοσύνας, νηστείας. Εἰ γὰρ μέλλοιμεν δαπανᾷν μὲν ἀκαίρως, μηδὲν δὲ ἀποτίθεσθαι, μηδὲ θησαυρίζειν ἑαυτοῖς ἀγαθόν, εἰς ἐσχάτην κατενεχθέντες πενίαν, λήσομεν πρὸς τὴν ἀθάνατον τοῦ πυρὸς ἑαυτοὺς παραπέμποντες κόλασιν. Τῶν μὲν οὖν χρημάτων ὑπὸ τὴν ἕω τὸν λόγον ποιεῖν εἰώθαμεν, τῶν δὲ πράξεων μετὰ τὸ δεῖπνον καὶ τὴν ἑσπέραν αὐτήν, ἐπὶ τῆς κλίνης κείμενοι, οὐδενὸς ἐνοχλοῦντος, οὐδενὸς θορυβοῦντος, τῶν μεθ' ἡμέραν ἡμῖν πεπραγμένων καὶ λελεγμένων ἁπάντων ἀπαιτῶμεν τὰς εὐθύνας ἡμᾶς ἑαυτούς· κἂν ἴδωμέν τι ἡμαρτημένον, κολάσωμεν τὸ συνειδός, ἐπιτιμήσωμεν τῇ διανοίᾳ, κατανύξωμεν τὸν λογισμὸν οὕτω σφοδρῶς, ὡς μηκέτι τολμῆσαι διαναστάντας ἡμᾶς πρὸς τὸ αὐτὸ τῆς ἁμαρτίας ἀγαγεῖν βάραθρον τῆς ἐν ἑσπέρᾳ πληγῆς μεμνημένον.

Homiliae in quaedam loca Novi Testamenti.

Fortitudo in tribulationibus. — Hom. «De gloria in tribula- 370
tionibus», 4. Τί ἐστίν· «Εἰδότες ὅτι ἡ θλίψις ὑπομονὴν κατεργάζεται» [Rom 5, 3]; Τοῦτο μέγιστον ἔχει τὸν καρπόν, ἰσχυρότερον ποιεῖ τὸν θλιβόμενον τοῦτο. Καθάπερ γὰρ τῶν δένδρων τὰ μὲν σκιατροφούμενα καὶ ἐν ἀπηνέμοις ἑστηκότα χωρίοις, εὐθαλοῦντα τῇ ἰδέᾳ, μαλακώτερα γίνεται καὶ χαῦνα, πάσῃ ἀνέμων προσβολῇ ταχέως βλαπτόμενα· τὰ δὲ ἐν κορυφαῖς ὀρέων ὑψηλοτέροις ἑστῶτα, καὶ πολλοῖς καὶ μεγάλοις ῥιπιζόμενα τοῖς ἀνέμοις, καὶ ἀνωμαλίαν ἀέρων συνεχῆ φέροντα, καὶ χαλεπωτάτῃ ζάλῃ κλονούμενα, καὶ χιόνι πολλῇ βαλλόμενα, σιδήρου παντὸς ἰσχυρότερα

marumque meminisset; memoria vero peccatorum mentem reprimit, humilitatem suadet, ac per humilitatem benevolentiam Dei conciliat. Audi, quaeso, quo pacto nos Christus recte facta oblivioni tradere iubeat: *Cum feceritis haec omnia, dicite: Servi inutiles sumus.* Tu dic inutilem esse te servum, non ego te inutilem reddo; tu si tuam ipse vilitatem confessus fueris, ego te illustrem reddo, et corona remunero....

Statim atque e cubili surreximus, antequam pedem in forum inferamus, aut aliquod privatum publicumve negotium aggrediamur, vocato servo rationem ab eo exigimus expensarum, ut videamus quid perperam, quid in legitimos usus insumptum fuerit quantumque sit reliquum; quod si perexiguum esse viderimus id, quod restat, omnes vias augendorum redituum excogitamus, ne forte incauti fame conficiamur. Hoc igitur et in actionibus nostris faciamus. Advocata conscientia nostra rationes exigamus ab ea verborum, actionum, cogitationum; disquiramus quod commode utiliterque sit insumptum, quid in nostrum damnum; quis sermo perperam fuerit impensus in detractiones, in turpiloquia, in contumelias; quaenam cogitatio ad lasciviam oculum concitarit, quod consilium in damnum nostrum in opus exierit, sive manibus illud, sive lingua, sive oculis ipsis fuerimus executi; et ab intempestivis quidem sumptibus abstinere studeamus, in locum autem eorum, quae male insumpta sunt, alios reditus recondamus; loco verborum temere prolatorum preces, loco aspectuum lascivorum eleemosynas et ieiunia. Si enim intempestive simus insumpturi, nihil autem reconditури neque boni quidquam nobis in thesauris reposituri, in extremam egestatem redactos incautos in aeternum ignis supplicium praecipites agemus. Ac pecuniarum quidem summo mane solemus rationes inire, actionum vero post prandium, vel sub ipsam vesperam in lecto iacentes, nemine interpellante, nemine interturbante, a nobis ipsis, omnium, quae fecimus ac diximus, rationem exigamus. Quod si quid peccatum esse animadvertamus, castigemus conscientiam, mentem increpemus, cor nostrum ita vehementer compungamus, ut non amplius, ubi surrexerimus, in idem peccati barathrum nos audeamus impellere, vespertinae memores sectionis.

4. Quid est: *Scientes quod tribulatio patientiam operatur?* Hunc 370
maximum fructum habet, quod hominem afflictum robustiorem reddit. Nam quemadmodum arbores, quae in umbrosis ac ventorum expertibus locis aluntur, cum externa specie prospere germinent, molles fiunt atque fungosae, et facile quovis incursu laeduntur; quae vero in excelsis montium verticibus sitae sunt, a multis magnisque ventis agitantur, intemperiem aëris assidue ferunt, gravissima tempestate pulsantur et multa nive feriuntur, ferro quovis robustiores evadunt; pari ratione corpora, quae multis ac variis

370. MG 51, 163.

μᾶλλον καθέστηκε· καὶ σώματα δὲ ὁμοίως τὰ πολλαῖς καὶ ποικίλαις ἡδοναῖς συστρεφόμενα, καὶ μαλακοῖς ἱματίοις κοσμούμενα, καὶ συνεχέσι λουτροῖς καὶ μύροις κεχρημένα, καὶ πολυειδέσι τροφαῖς ὑπὲρ τὴν χρείαν τρυφῶντα, παντάπασιν ἄχρηστα πρὸς τοὺς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἱδρῶτας καὶ πόνους καθίστανται, κολάσεως ὄντα μεγίστης ὑπεύθυνα· οὕτω δὴ καὶ ψυχαί, αἱ μὲν τὸν ἀταλαίπωρον βίον μετιοῦσαι, καὶ ἀνέσεως γέμουσαι, καὶ τὸ ἡδέως διακεῖσθαι πρὸς τὰ παρόντα, καὶ τὸν ἀνάλγητον τοῦ διὰ τὴν βασιλείαν θλίβεσθαι κατὰ τοὺς ἁγίους ἅπαντας προτιμῶσαι βίον, κηροῦ παντὸς μαλακώτεραι μᾶλλον καὶ ἀσθενέστεραι καθιστάμεναι, αἰωνίου πυρὸς κατάβρωμα πρόκεινται· αἱ δὲ κινδύνοις καὶ πόνοις καὶ ταλαιπωρίαις τῆς διὰ τὸν Θεὸν θλίψεως ἐπιδεδομέναι, καὶ ἐν αὐταῖς συστρεφόμεναι, αὐτοῦ τοῦ σιδήρου ἢ τοῦ ἀδάμαντος στεῤῥότεραι καὶ γενναιότεραι μᾶλλόν εἰσιν ἐκ τοῦ συνεχῶς πάσχειν κακῶς, τοῖς ἐπιοῦσιν ἀχείρωτοι καθιστάμεναι, καὶ ἕξιν τινὰ προσλαβοῦσαι ὑπομονῆς καὶ ἀνδρείας ἀκαταμάχητον. Καὶ καθάπερ οἱ μὲν πρῶτον νηὸς ἐπιβάντες ναυτιῶσί τε καὶ ἰλιγγιῶσι, ταραττόμενοι καὶ θορυβούμενοι ἀηδίᾳ καὶ σκοτοδινίᾳ κατεχόμενοι, οἱ δὲ πολλὰ καὶ μακρὰ διαβάντες πελάγη, καὶ μυρίων κυμάτων κατατολμήσαντες, καὶ ναυαγίων συνεχῶν ἀνασχόμενοι, μετὰ τοῦ θαῤῥεῖν ἅπτονται τῆς τοιαύτης ἀποδημίας· οὕτω δὴ καὶ ἡ ψυχὴ πολλοὺς ὑπομείνασα πειρασμούς, καὶ μεγάλας θλίψεις ἀνασχομένη, ἐν μελέτῃ λοιπὸν πόνων καὶ ἕξει καρτερίας καθίσταται, οὐχ ὑπάρχουσα ψοφοδεής, οὐδὲ εὐπτόητος, οὐδὲ ταραττομένη τοῖς προσπίπτουσι λυπηροῖς, ἀλλ' ἀπὸ

---

in deliciis educantur, quae mollibus vestimentis ornantur, quae continuis balneis et unguentis utuntur ac diversi generis alimentis praeter usum necessarium delicate fruuntur, prorsus ad sudores laboresque pro religione subeundos inutilia redduntur maximoque supplicio sunt obnoxia; sic nimirum et animae, quae miseriarum expertem vitam ducunt, quae deliciis affluunt, quae libenter praesentibus rebus sunt deditae ac vitam doloris expertem praeferunt afflictionibus pro regno caelorum more sanctorum omnium subeundis, cera quavis molliores et imbecilliores effectae, igni pabulum exponuntur aeterno; quae vero periculis, laboribus et aerumnis afflictionis Dei causa tolerandae sunt expositae atque in ipsis enutritae, ferro ipso vel adamante solidiores fiunt ac generosiores, et ex eo quod assidue vexentur, inexpugnabiles adversariis redduntur et invictum quemdam patientiae ac fortitudinis habitum acquirunt. Et quemadmodum ii, qui cum primum navim conscendunt, nauseant et capitis vertigine laborant turbati ac fastidio correpti; qui vero multa longaque maria sunt emensi, qui millies se fluctibus audacter commiserunt et crebra sunt passi naufragia, peregrinationem eiusmodi confidenter aggrediuntur; sic nimirum et anima, quae multas sustinuit tentationes et magnas pertulit afflictiones, laboribus deinceps assuefacta et sibi comparato habitu patientiae, non amplius est meticulosa, nec terroribus obnoxia, nec ingruentibus malis turbatur, sed assidua rerum, quae accidunt,

τῆς συνεχοῦς γυμνασίας τῶν συμβαινόντων, καὶ τῆς πυκνῆς μελέτης τῶν γινομένων, μετὰ πολλῆς τῆς εὐκολίας ἅπαντα φέρουσα τὰ ἐπιόντα δεινά.

Sacrae Scripturae ignorantia. — In illud «Salutate Priscillam 371
et Aquilam», hom. 1, n. 1. Τοῦτο γάρ ἐστι, τοῦτο, ὃ πολλῆς ῥᾳθυμίας ἡμᾶς ἐνέπλησε, τὸ μὴ πάσας ἐπιέναι τὰς Γραφάς, ἀλλ' ἃ νομίζομεν εἶναι σαφέστερα, ταῦτα ἐκλεγομένους, τῶν ἄλλων μηδένα ποιεῖσθαι λόγον. Τοῦτο καὶ τὰς αἱρέσεις εἰσήγαγε, τὸ μὴ βούλεσθαι ἅπαν ἐπιέναι τὸ σῶμα, τὸ νομίζειν εἶναί τι περιττὸν καὶ πάρεργον. Διὰ τοῦτο τὰ μὲν ἄλλα ἅπαντα ἡμῖν διεσπούδασται, οὐχὶ τὰ περιττὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἀνόνητα καὶ βλαβερά· τῶν Γραφῶν δὲ ἡ ἐμπειρία ἠμέληται καὶ παρῶπται. Καὶ οἱ μὲν πρὸς τὴν θεωρίαν τῆς τῶν ἵππων ἁμίλλης ἐπτοημένοι, καὶ ὀνόματα, καὶ ἀγέλην, καὶ γένος, καὶ πατρίδα, καὶ ἀνατροφὴν τῶν ἵππων ἔχουσιν εἰπεῖν μετὰ ἀκριβείας ἁπάσης, καὶ ἔτη ζωῆς, καὶ ἐνεργείας δρόμων, καὶ τίς τίνι συνταττόμενος τὴν νίκην ἁρπάσεται, καὶ ποῖος ἵππος ἐκ ποίας ἀφεθεὶς βαλβῖδος, καὶ τίνα ἔχων ἡνίοχον, περιέσται τοῦ δρόμου, καὶ τὸν ἀντίτεχνον παραδραμεῖται. Καὶ οἱ περὶ τὴν ὀρχήστραν δὲ ἐσχολακότες, οὐκ ἐλάττω τούτων, ἀλλὰ καὶ πλείω μανίαν περὶ τοὺς ἐν τοῖς θεάτροις ἀσχημονοῦντας ἐπιδείκνυνται, μίμους λέγω καὶ ὀρχηστρίας, καὶ γένος αὐτῶν, καὶ πατρίδα, καὶ ἀνατροφήν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα καταλέγοντες· ἡμεῖς δὲ ἐρωτώμενοι, ὁπόσαι, καὶ τίνες εἰσὶν αἱ Παύλου ἐπιστολαί, οὐδὲ τὸν ἀριθμὸν ἴσμεν εἰπεῖν. Εἰ

---

exercitatione ac frequenti casuum meditatione roborata, quaecumque insurgunt incommoda fert facillime.

1, 1. Hoc enim est, hoc plane, quod magnam neglegentiam 371
nobis ac torporem ingenerat, quod non omnes Scripturas legamus, sed ea, quae censemus dilucidiora, seligamus, ceterorum nullam rationem habeamus. Hoc etiam haereses introduxit, quod totum corpus nolimus perlegere, quodque superfluum aliquid esse minusque necessarium arbitremur. Propterea nos in alia quidem omnia studium omne conferimus, non in superflua tantum, sed et in ea quae inutilia sunt et noxia; Scripturarum autem peritia neglegitur ac despicitur. Atque illi quidem, qui certaminis equorum spectacula ad stuporem usque mirantur, et nomen, et gregem, et genus, et patriam, et educationem equorum diligentissime possunt referre, atque annos vitae cursusque vehementiam, et quis cum quo si fuerit copulatus, victoriam reportabit, et quis equus ex his vel illis emissus carceribus, et a quo si agitatore regatur, vincet in cursu, et adversarium antecedet. Illi etiam, qui saltationibus vacant, nihilo minorem quam isti, sed et maiorem erga illos, qui in theatris indecore se gerunt, insaniam prae se ferunt, mimos dico et saltatriculas, dum et genus ipsarum et patriam et educationem et alia cuncta commemorant; nos autem si interrogemur, quot et quae Pauli sint epistulae, ne numerum quidem scimus exprimere. Quod

---

371. MG 51, 187.

δέ τινες καὶ εἶεν τὸν ἀριθμὸν ἐπιστάμενοι, ἀλλὰ τὰς πόλεις, αἳ τὰς ἐπιστολὰς ἐδέξαντο, ταύτας ἐρωτώμενοι διαποροῦσι πρὸς τὴν ἐρώτησιν. Καὶ ἄνθρωπος μὲν εὐνοῦχος καὶ βάρβαρος, μυρίαις φροντίσιν ὑπὸ μυρίων ἑλκόμενος πραγμάτων, οὕτω προσέκειτο βιβλίοις, ὡς μηδὲ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ὁδοιπορίας ἡσυχάζειν, ἀλλ' ἐπ' ὀχήματος καθήμενος, ἐγκεῖσθαι μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας τῇ τῶν θείων Γραφῶν ἀναγνώσει [Act 8, 27 sqq]· ἡμεῖς δὲ οὐδὲ τὸ πολλοστὸν μέρος τῆς ἀσχολίας ἔχοντες τῆς ἐκείνου, καὶ πρὸς τὰ ὀνόματα τῶν ἐπιστολῶν ξενιζόμεθα, καὶ ταῦτα καθ' ἑκάστην κυριακὴν ἐνταῦθα συλλεγόμενοι, καὶ θείας ἀπολαύοντες ἀκροάσεως.

372 *Eleemosynae praestantia.* — De verbis Apostoli «Habentes eumdem spiritum», hom. 3, n. 11. Ἰατροὶ τῶν ψυχῶν ἡμῶν εἰσιν οἱ πένητες, εὐεργέται καὶ προστάται· οὐ γὰρ τοσοῦτον δίδως, ὅσον λαμβάνεις· δίδως ἀργύριον, καὶ λαμβάνεις βασιλείαν οὐρανῶν· λύεις πενίαν, καὶ καταλλάττεις σεαυτῷ τὸν Δεσπότην. Ὁρᾷς ὅτι οὐκ ἴση ἡ ἀντίδοσις; Ταῦτα ἐπὶ γῆς, ἐκεῖνα ἐν οὐρανῷ· ταῦτα ἀπόλλυται, ἐκεῖνα διαμένει· ταῦτα φθείρεται, ἐκεῖνα πάσης ἐστὶν ἀνώτερα ἀπωλείας. Διὰ τοῦτο καὶ πρὸ τῶν θυρῶν τῶν οἴκων τῶν εὐκτηρίων ἔστησαν τοὺς πένητας οἱ πατέρες οἱ ἡμέτεροι, ἵνα καὶ τὸν νωθρότατον καὶ ἀπανθρωπότατον αὐτὴ τῶν πενήτων ἡ ὄψις πρὸς ὑπόμνησιν ἐγείρῃ τῆς ἐλεημοσύνης. Ὅταν γὰρ ἑστήκῃ χορὸς γερόντων, συγκεκυφότων, ῥάκια περιβεβλημένων, αὐχμώντων, ῥυπώντων, βακτηρίας ἐχόντων, μόλις στηρίζεσθαι δυναμένων, πολλάκις δὲ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκ-

---

si sint nonnulli, qui numerum noverint, quaenam tamen urbes epistulas acceperint, si interrogentur, quid sit respondendum ignorant. Atque homo quidem eunuchus et barbarus, innumeris curis negotiisque distractus innumeris, ita libris affixus erat, ut ne itineris quidem tempore interquiesceret, sed in curru sedens diligentem lectioni Scripturae operam daret; nos autem, qui ne minima quidem parte illius occupationum urgemur, vel ipsis nominibus epistularum terremur, idque cum singulis diebus dominicis huc conveniamus, et sacris lectionibus audiendis vacemus.

372 3, 11. Medici animarum nostrarum sunt pauperes, benefactores et protectores; neque enim tantum das, quantum accipis; das pecuniam et accipis regnum caelorum; sublevas egestatem et reconcilias tibi Dominum. Vides imparem esse retributionem? Haec sunt terrena, illa caelestia: haec peritura, illa permanentia; haec corrumpuntur, illa sunt extra corruptionis periculum. Hac de causa maiores nostri pro foribus ecclesiarum pauperes constituerunt, ut vel inhumanissimum et segnissimum quemque aspectus ipse egenorum ad eleemosynam excitet. Ubi enim stat chorus senum incurvorum, pannosorum, squalidorum, sordidatorum, baculos tenentium atque his aegre se sustentantium, nonnumquam oculis orbatorum totoque corpore male mulctatorum, quis tam saxeus est,

---

372. MG 51, 300.

κεκομμένων, καὶ τὸ σῶμα ὅλον ἀναπήρων, τίς οὕτω λίθινος, τίς οὕτως ἀδάμας, ὡς καὶ τῆς ἡλικίας, καὶ τῆς ἀσθενείας, καὶ τῆς πηρώσεως, καὶ τῆς πενίας, καὶ τῆς εὐτελοῦς στολῆς, καὶ πάντων ἁπλῶς πρὸς συμπάθειαν ἐπικλώντων αὐτόν, ἀντιστῆναι καὶ μεῖναι πρὸς ἅπαντα ταῦτα ἀνένδοτος; Διὰ ταῦτα πρὸ τῶν θυρῶν ἡμῶν ἑστήκασι παντὸς λόγου δυνατώτεροι, διὰ τῆς ὄψεως ἐπισπώμενοι, πρὸς φιλανθρωπίαν τοὺς εἰσιόντας ἐκκαλούμενοι. Καθάπερ γὰρ κρήνας εἶναι ἐν ταῖς αὐλαῖς τῶν εὐκτηρίων οἴκων νενόμισται, ἵνα οἱ μέλλοντες εὔχεσθαι τῷ Θεῷ, πρότερον ἀπονιψάμενοι τὰς χεῖρας, οὕτως αὐτὰς εἰς εὐχὴν ἀνατείνωσιν· οὕτω καὶ τοὺς πένητας ἀντὶ πηγῶν καὶ κρηνῶν ἔστησαν οἱ πατέρες πρὸ τῶν θυρῶν, ἵν', ὥσπερ ὕδατι τὰς χεῖρας ἀπονίπτομεν, οὕτω φιλανθρωπίᾳ τὴν ψυχὴν ἀποσμήχοντες πρότερον, οὕτως εὐχώμεθα. 12. Οὐδὲ γὰρ οὕτως ὕδατος φύσις ἀπονίπτει κηλῖδας σώματος, ὡς ἐλεημοσύνης δύναμις ἀποσμήχει ῥύπον ψυχῆς. Ὥσπερ οὖν οὐ τολμᾷς ἀνίπτοις χερσὶν εἰσελθὼν εὔξασθαι, καίτοι ἔλαττον τὸ ἔγκλημα ἐκεῖνο, οὕτω μήτε χωρὶς ἐλεημοσύνης ἐπ' εὐχὴν ἔλθῃς ποτέ.

In epistulam ad Romanos homiliae.

Homo spiritualis. — Hom. 13, n. 8. «Ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν 373
σαρκί, ἀλλ' ἐν πνεύματι», φησί [Rom 8, 9]. Τί οὖν; Οὐκ ἦσαν ἐν σαρκί, ἀλλ' ἀσώματοι περιῄεσαν; Καὶ πῶς ἂν ἔχοι τοῦτο λόγον; Ὁρᾷς, ὅτι τὸν σαρκικὸν βίον ᾐνίξατο; Καὶ τίνος ἕνεκεν οὐκ εἶπεν· Ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν ἁμαρτίᾳ; Ἵνα μάθῃς, ὅτι οὐ τὴν τυραννίδα τῆς ἁμαρτίας ἔσβεσε μόνον ὁ Χριστός, ἀλλὰ καὶ τὴν

---

quis tam adamantinus, qui ad eorum grandaevitatem, imbecillitatem, caecitatem, egestatem, habitus vilitatem totque alia ad condolendum moventia, obdurare se et inflexibilis queat permanere? Hac de causa pro foribus nostris stant et ipso aspectu, magis quam ullis verbis possunt, ad beneficentiam provocant eos, qui introgrediuntur. Quemadmodum enim sollemne est, ut fontes praesto sint ante oratoria, ut adoraturi Deum manus prius lotas inter precandum attollant; ita pauperes fontium vice ante fores collocaverunt maiores nostri, ut quemadmodum manus abluimus aqua, sic prius per beneficentiam abstersa anima, tum demum preces nostras offeramus. 12. Non enim tam apta est aqua ad abluendas corporis maculas, quam eleemosyna ad abolendas sordes animae. Quemadmodum igitur non audes illotis manibus ad precandum intrare, quamvis levius sit hoc crimen, ita nec absque eleemosyna ad precandum umquam accedas.

13, 8. *Vos autem non estis in carne, sed in spiritu,* inquit. Quid 373
ergo? Non erant in carne, sed incorporei ambulabant? Ecqua ratione haec esse possint? Viden' illum carnalem vitam subindicasse? Et cur non dixit: Vos autem non estis in peccato? Ut disceres Christum tyrannidem peccati non exstinxisse tantum, sed etiam

---

373. MG 60, 518.

σάρκα κουφοτέραν καὶ πνευματικωτέραν ἐποίησεν, οὐ τῷ τὴν φύσιν μεταβαλεῖν, ἀλλὰ τῷ πτερῶσαι μᾶλλον αὐτήν. Καθάπερ γὰρ πυρὸς ὁμιλοῦντος σιδήρῳ, καὶ ὁ σίδηρος γίνεται πῦρ ἐν τῇ οἰκείᾳ μένων φύσει· οὕτω καὶ τῶν πιστῶν καὶ πνεῦμα ἐχόντων ἡ σὰρξ λοιπὸν πρὸς ἐκείνην μεθίσταται τὴν ἐνέργειαν, ὅλη πνευματικὴ γινομένη, σταυρουμένη πάντοθεν, καὶ τῇ ψυχῇ συναναπτερουμένη· οἷον ἦν καὶ τὸ σῶμα τοῦ ταῦτα λέγοντος. Διὸ τρυφῆς μὲν ἁπάσης καὶ ἡδονῆς κατεγέλα, ἐνετρύφα δὲ λιμῷ καὶ μάστιξι καὶ δεσμωτηρίοις, καὶ οὐδὲ ἤλγει ταῦτα πάσχων. Καὶ τοῦτο δηλῶν ἔλεγε· «Τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν» [2 Cor 4, 17]· οὕτως ἦν καλῶς καὶ τὴν σάρκα παιδεύσας συντρέχειν τῷ πνεύματι.

374 *Christum induere.* — 24, 4. Ἵν' οὖν ταῦτα διαφύγωμεν ἅπαντα, τὸν Χριστὸν ἐνδυσώμεθα, καὶ μετ' αὐτοῦ διηνεκῶς ὦμεν· ἐπεὶ καὶ τοῦτό ἐστιν ἐνδύσασθαι, τὸ μηδέποτε αὐτοῦ ἀπολειφθῆναι, τὸ πάντοθεν αὐτὸν φαίνεσθαι ἐν ἡμῖν διὰ τῆς ἁγιωσύνης ἡμῶν, διὰ τῆς ἐπιεικείας. Οὕτω καὶ ἐπὶ φίλων λέγομεν· Ὁ δεῖνα τὸν δεῖνα ἐνεδύσατο· τὴν πολλὴν ἀγάπην λέγοντες καὶ τὴν ἀδιάλειπτον συνουσίαν· ὁ γὰρ ἐνδυσάμενος, ἐκεῖνο φαίνεται, ὅπερ ἐνδέδυται. Φαινέσθω τοίνυν πάντοθεν ἐν ἡμῖν ὁ Χριστός. Καὶ πῶς φανεῖται; Ἂν τὰ ἐκείνου ποιῇς. Τί δὲ ἐκεῖνος ἐποίησεν; «Ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου», φησίν, «οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ» [Lc 9, 58]. Τοῦτο καὶ σὺ ζήλωσον. Τροφῆς ἀπολαῦσαι ἔδει, καὶ κριθίνοις ἄρτοις ἐκέχρητο· ἀποδημῆσαι ἐχρῆν, καὶ οὐδαμοῦ ἵπποι καὶ ὑποζύγια, ἀλλὰ τοσαῦτα ἐβάδιζεν, ὥστε καὶ κοπιᾶσαι· καθευδῆσαι

---

carnem leviorem et spiritualiorem fecisse, non naturam mutando, sed illam ceu alis quibusdam instruendo. Ut enim ferrum diu in igne versans, igneum evadit, in propria manens natura; sic et fidelium et spiritum habentium caro demum in illam transfertur efficientiam, tota spiritualis effecta, undique crucifixa, et cum anima quasi alis instructa; quale erat corpus eius, qui haec dicebat. Quapropter delicias omnes et voluptatem deridebat; delectabatur autem in fame, flagellis, carceribus, nec dolebat illa patiens. Et hoc significans, dicebat: *Momentaneum et leve tribulationis nostrae;* ita pulchre carnem erudierat, ut cum spiritu concurreret.

374 24, 4. Ut ergo haec omnia fugiamus, Christum induamus, et cum illo semper simus. Nam hoc est illo indutum esse, ab ipso numquam deseri, ipsumque in nobis per sanctitatem et mansuetudinem nostram semper comparere. Sic et de amicis dicimus: Ille talis talem istum induit; dilectionem magnam significantes perpetuumque consortium; qui enim induitur, illud esse apparet, quo induitur. Appareat itaque semper in nobis Christus. Et quomodo apparebit? Si, quae illius sunt, feceris. Quid vero fecit ille? *Filius hominis,* inquit, *non habet, ubi caput suum reclinet.* Hoc et tu imitare. Cum cibum sumere oportuit, hordeaceis panibus usus est; cum peregrinandum fuit, nusquam equi et subiugalia, sed tantum itineris

374. MG 60, 627.

ἔδει, καὶ ἐπὶ προσκεφαλαίου ἔκειτο ἐπὶ τῆς πρώρας· κατακλιθῆναι ἐχρῆν, καὶ ἐπὶ χόρτου καταπεσεῖν ἐκέλευσε. Καὶ τὰ ἱμάτια δὲ εὐτελῆ· καὶ πολλαχοῦ μόνος διέτριβεν, οὐδένα ἐπισυρόμενος. Καὶ τὰ ἐν τῷ σταυρῷ δέ, καὶ τὰ ἐν ταῖς ὕβρεσι, καὶ πάντα ἁπλῶς καταμαθών, ζήλωσον· καὶ οὕτως ἐνεδύσω τὸν Χριστόν, ἂν τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιῇς εἰς ἐπιθυμίας· οὐδὲ γὰρ ἡδονὴν τὸ πρᾶγμα ἔχει. Καὶ γὰρ αἱ ἐπιθυμίαι αὗται τίκτουσι πάλιν ἑτέρας δριμυτέρας· καὶ οὐδέποτε λήψῃ κόρον, ἀλλὰ βάσανον ἐργάσῃ σαυτῷ μεγάλην.

In epistulam I ad Corinthios homiliae.

Regula perfectionis. — Hom. 25, n. 3. «Μιμηταί μου γίνεσθε, 375
καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ» [1 Cor 4, 16; 11, 1]. Τοῦτο κανὼν χριστιανισμοῦ τοῦ τελειοτάτου, τοῦτο ὅρος ἠκριβωμένος, αὕτη ἡ κορυφὴ ἡ ἀνωτάτω, τὸ τὰ κοινῇ συμφέροντα ζητεῖν. Ὅπερ καὶ αὐτὸς δηλῶν ἐπήγαγε· «Καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ». Οὐδὲν γὰρ οὕτω δύναται ποιῆσαι μιμητὴν τοῦ Χριστοῦ, ὡς τὸ κήδεσθαι τῶν πλησίον. Ἀλλὰ κἂν νηστεύσῃς, κἂν χαμευνήσῃς, κἂν ἀπαγχονήσῃς σαυτόν, τοῦ δὲ πλησίον μὴ προνοῇς, οὐδὲν μέγα εἰργάσω, ἀλλ' ἔτι πόρρω ταύτης τῆς εἰκόνος ἕστηκας ταῦτα ποιῶν.... Καὶ γὰρ οὐδὲν κατόρθωμα σφόδρα μέγα εἶναι δύναιτ' ἄν, ὅταν μὴ τὸ κέρδος καὶ εἰς ἑτέρους διαδιδῷ· καὶ δηλοῖ ὁ τὸ τάλαντον ὑγιὲς προσενεγκών, καὶ διχοτομηθεὶς ἐπειδὴ αὐτὸ οὐκ ἐπλεόνασε. Καὶ σὺ τοίνυν, ἀδελφέ, κἂν ἄσιτος μένῃς, κἂν χαμαὶ καθεύδῃς, κἂν

---

pedibus confecit, ut et defatigaretur; cum dormiendum fuit, super pulvinari in prora navis iacuit; cum recumbendum fuit, in fenum concidere iussit. Vestimenta eius vilia erant; saepeque solus versabatur, neminem secum ducens. Illa etiam, quae in cruce et quae in contumeliis fecit, ubi didiceris, imitare; et sic Christum induisti, si carnis curam non habueris ad concupiscentias; neque enim voluptatem res illa habet. Etenim ipsae concupiscentiae alias graviores pariunt; et numquam satietatem habebis, sed magnum tibi paries tormentum.

25, 3. *Imitatores mei estote sicut ego Christi.* Hoc est regula 375
perfectissimi christianismi, hoc accurata definitio, hoc summum fastigium, quae in commune conferunt, quaerere. Quod et ipse declarans subiunxit: *Sicut et ego Christi.* Nihil enim ita potest imitatorem Christi facere, ut curam proximi gerere. Sed etiamsi ieiunaveris, humi cubueris, si te, ut ita dicam, strangulaveris, proximi autem curam non geras, nihil magni fecisti, sed adhuc longe abes ab hac imagine haec faciens..... Nam nullum praeclare gestum ita magnum esse possit, nisi utilitatem ad alios transmiserit; idque palam est ex illo, qui talentum integrum rettulit et dissectus est, quoniam illud non multiplicavit. Et tu ergo, frater, etiamsi abstineas a cibo, etiamsi humi cubes, etiamsi cinerem

375. MG 61, 208.

τέφραν ἐσθίῃς, κἂν θρηνῇς διαπαντός, καὶ μηδένα ἕτερον ὠφελῇς, οὐδὲν μέγα ἐργάσῃ. Καὶ γὰρ καὶ τοῖς ἐν ἀρχῇ μεγάλοις καὶ γενναίοις ἐκείνοις ἀνδράσι τοῦτο μάλιστα περισπούδαστον ἦν· ἐξέτασον αὐτῶν μετὰ ἀκριβείας τὸν βίον, καὶ ὄψει σαφῶς, ὅτι οὐδεὶς αὐτῶν τὰ ἑαυτοῦ ποτε ἐσκόπησεν, ἀλλὰ τὰ τοῦ πλησίον ἕκαστος· ὅθεν καὶ ἔλαμψαν μᾶλλον.

376 *Discretio spirituum.* — 29, 2. Δαίμονος μὲν γὰρ ἴδιον, τὸ θόρυβον καὶ μανίαν ποιεῖν καὶ πολὺν τὸν ζόφον, Θεοῦ δέ, τὸ φωτίζειν καὶ μετὰ συνέσεως διδάσκειν τὰ δέοντα.

In epistulam ad Colossenses homiliae.

377 *Caritas vinculum perfectionis.* — Hom. 8, n. 2. «Ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις τὴν ἀγάπην, ἥτις ἐστὶ σύνδεσμος τῆς τελειότητος» [Col 3, 14]. Ὃ δὲ θέλει εἰπεῖν, τοῦτό ἐστιν, ὅτι οὐδὲν ἐκείνων ὄφελος· διαλύεται γὰρ πάντα ἐκεῖνα, ἂν μὴ μετὰ ἀγάπης γίνηται· πάντα ἐκεῖνα αὕτη συσφίγγει. Ὅπερ ἂν εἴπῃς ἀγαθόν, ταύτης ἀπούσης, οὐδέν ἐστιν, ἀλλὰ διαῤῥεῖ. Καὶ ὃν τρόπον ἐπὶ πλοίου, κἂν μεγάλα ᾖ τὰ σκεύη, τὰ δὲ ὑποζώματα μὴ ᾖ, οὐδὲν ὄφελος· καὶ ἐπὶ οἰκίας ἐὰν μὴ ὦσιν αἱ ἱμαντώσεις· καὶ ἐπὶ σώματος κἂν μεγάλα ᾖ τὰ ὀστᾶ, οἱ δὲ σύνδεσμοι μὴ ὦσιν, οὐδὲν ὄφελος. Οἷα γὰρ ἐάν τις ἔχῃ κατορθώματα, πάντα φροῦδα, ἀγάπης μὴ οὔσης. Οὐκ εἶπεν, ὅτι κορυφή ἐστιν, ἀλλ' ὃ μεῖζόν ἐστι, «σύνδεσμος»· ἀναγκαιότερον τοῦτο ἢ ἐκεῖνο. Κορυφὴ μὲν γὰρ ἐπίτασις τελειότητος, σύνδεσμος δὲ συγκράτησις τῶν τὴν τελειότητα ποιούντων, ὡσανεὶ ἡ ῥίζα.

---

comedas semperque lamenteris, si nihil alium iuves, nihil magnum operaris. Etenim illis in principio viris magnis et praeclaris hoc maxime curae erat; eorum vitam accurate scrutare, et clare videbis eorum neminem sua spectasse, sed singulos ea, quae proximi erant; unde etiam magis resplenduerunt.

376 29, 2. Daemonis enim proprium est et tumultum et furorem et multam immittere caliginem; Dei vero, illuminare et, quae opus est, cum intellegentia docere.

377 8, 2. *Super omnia autem haec caritatem habete, quod est vinculum perfectionis.* Hoc est autem quod vult dicere: Illa nihil prosunt; dissolvuntur enim illa omnia, nisi fiant cum caritate; haec omnia illa constringit. Quodcumque bonum dixeris, si ea absit, nihil est, sed diffluit. Et sicut in navi, etiamsi magna sint instrumenta, et non sint, quae eam succingant, tabulata, nihil prodest; et in domo si non sint contignationes; et in corpore, etiamsi magna sint ossa, non sint autem ligamenta, nihil iuvat. Cuiusmodicumque enim quispiam bona habeat opera et recte facta, evanescunt omnia, nisi sit caritas. Non dixit: Est fastigium, sed quod est maius, *vinculum:* hoc enim est magis necessarium quam illud. Nam fastigium quidem est intentio perfectionis, vinculum autem est complexus et comprehensio eorum, quae perfectionem efficiunt, tamquam radix.

---

376. MG 61, 242. 377. MG 62, 354.

Epistulae.

Virginitatis excellentia. — Ep. 2 [ad Olympiadem], n. 7. Τοσοῦ- 378
τον γάρ ἐστιν ἡ παρθενία πρᾶγμα, καὶ τοσούτου δεῖται τοῦ πόνου, ὅτι κατελθὼν ὁ Χριστὸς ἐξ οὐρανοῦ, ἵνα τοὺς ἀνθρώπους ἀγγέλους ποιήσῃ καὶ τὴν ἄνω πολιτείαν ἐνταῦθα καταφυτεύσῃ, οὐδὲ τότε ἐθάῤῥησεν ἐπιτάξαι τοῦτο, οὐδὲ εἰς νόμου αὐτὸ τάξιν ἀγαγεῖν· ἀλλ' ἀποθνήσκειν μὲν ἐνομοθέτησεν (οὗ τί βαρύτερον γένοιτ' ἄν;) καὶ σταυροῦσθαι διηνεκῶς, καὶ ἐχθροὺς εὐεργετεῖν, παρθενεύειν δὲ οὐκ ἐνομοθέτησεν· ἀλλ' ἀφῆκεν ἐν τῇ τῶν ἀκουόντων κεῖσθαι προαιρέσει, εἰπών· «Ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω» [Mt 19, 12]. Καὶ γὰρ μέγας ὁ ὄγκος τοῦ πράγματος, καὶ ἡ δυσκολία τῶν παλαισμάτων τούτων, καὶ ὁ ἱδρὼς τῶν ἀγώνων, καὶ σφόδρα ἀπόκρημνον τοῦτο τῆς ἀρετῆς τὸ χωρίον· καὶ τοῦτο δηλοῦσι καὶ οἱ ἐν τῇ Παλαιᾷ πολλὰ κατορθώσαντες.

[?] Laudatio S. Protomartyris et apostolae Theclae.

Virginitas martyrii genus. — Ἦν μὲν οὖν αὐτῇ καὶ τὰ τῆς 379
παρθενίας, ἃ τοῖς ἀκριβῶς σκοπουμένοις μέγα τι πρὸ μαρτυρίου μαρτύριον. Αἱ γὰρ ἡδοναὶ δεινοί τινες τοῦ σώματος δήμιοι· μᾶλλον δὲ δημίων δεινότεροι· κατατείνουσι γὰρ ἀχειροποιήτοις δεσμοῖς· ξέουσι τὴν ψυχὴν δι' ὀμμάτων· προσφέρουσι δι' ἀκοῶν τῷ τῆς γνώμης ἀνενδότῳ φιληδονίας λαμπάδα, μαστιγοῦσι δριμείᾳ τὴν διάνοιαν μάστιγι, ἄλλας ἐπ' ἄλλαις κυκῶσι καθ' ἡμῶν παρατάξεις. Ὅταν τις τοῖς ὀφθαλμοῖς παραγγείλῃ τετυφλῶσθαι πρὸς κάλλη, παρανοίγουσι τὸ κλεισθὲν ἡδοναὶ δι' ὤτων ἀσελγέσιν

2, 7. Tanta enim res est virginitas tantoque labore indiget, ut 378
Christus, cum a caelo descendisset, ut homines angelos efficeret ac caelestem vitae rationem hic sereret, ne tum quidem id imperare ac lege lata praescribere ausus sit, verum emori quidem (quo quid gravius excogitari queat?) ac perpetua cruce affici hostesque beneficiis prosequi iusserit, virginitatem autem minime praeceperit, verum eam in audientium arbitrio ac voluntate reliquerit, his verbis utens: *Qui potest capere, capiat.* Etenim magna huius rei moles est, magna certaminum horum difficultas et pugnarum sudor, atque hic virtutis locus admodum praeceps ac lubricus: id quod etiam declarant, qui in Vetere Testamento multis virtutibus floruerunt.

Erat igitur in ipsa etiam virginitas, quae illis, qui rem accurate 379
perpendunt, magnum quoddam martyrium ante martyrium videtur. Sunt enim crudeles quidam carnifices corporis voluptates; immo vero carnificibus crudeliores; nam vinculis torquent non manufactis; per oculos animam vulnerant; per aures mentis rigori atque constantiae luxuriae faces admovent; aspero flagello intellectum flagellant, novis subinde praeliis nos vexant. Quando quis oculis caecitatem indixerit, ne formas spectent, tum id quod clausum est,

---

378. MG 52, 563. 379. MG 50, 745.

ἐκλυόμενον ᾠδαῖς· ὅταν ἐντύχωσιν ὠσὶ πρὸς ᾠδὰς πορνικὰς κεκλεισμένοις, προσπαίζουσι τοῖς λογισμοῖς ἀσελγῶς κοσμηθεῖσαι· ὅταν αὐτὰς διὰ πάντων, συντόμως εἰπεῖν, ἐγρηγορότες νικήσωμεν, κοιμωμένοις σχιαμαχοῦσι· καὶ τῆς παρατάξεως οὗτος αὐταῖς ὁ κύκλος ἀΐδιος, οὐχ ἡλίῳ συνεξιστάμενος, οὐ συνησυχάζων νυκτί. Ἂν δὲ δὴ καὶ νεότητος λάβωνται, πυρὸς γέγονε πρὸς πῦρ συμπλοκή, καμίνου πρὸς καλάμην συνάφεια. Εὐκατάπρηστος γὰρ ἡδοναῖς ἡ νεότης, ὡς ἐλαιωδεστέρα πρὸς ἔξαψιν, ὡς πρὸς πόνους σωφροσύνης τρυφερωτέρα. Ἃ δὴ πάντα τῇ μακαρίᾳ παρθένῳ μακρόν τι μαρτύριον τὴν παρθενίαν εἰργάζετο· πυκτευούσῃ ταῖς ἡδοναῖς, ὡς ὁ μάρτυς θηρίοις· παλαιούσῃ τοῖς λογισμοῖς, ὡς ἐκεῖνος βασάνοις· συμβαλλούσῃ φιληδονίας ἐννοίαις, ὡς ἀνάγκαις δημίων· νικώσῃ δὲ ὅμως τὸν πολύτροπον οὕτω καὶ σύνοικον πόλεμον· τοῦ γὰρ τῆς φύσεως πυρὸς τὸ τῆς γνώμης αὐτῇ πυρωδέστερον καὶ ἅγιον.

S. AMBROSIUS, ca 333—397.

De paradiso, 375.

380 *Tentationis utilitas.* — C. 2, n. 9. Sciamus etiam diaboli malitiam ad salutem prodesse hominibus, non quod diabolus prodesse velit, sed quod malitiam eius etiam repugnantis convertit nobis Dominus ad salutem. Denique huius malitia Iob sancti viri fecit esse virtutem et patientiam clariorem. Huius malitia iustitiam eius exercuit, ut certaret et vinceret et victoriam corona sequeretur. Nemo enim, nisi qui legitime certaverit, coronatur.

---

reserant voluptates et lascivis per aures cantilenis resolvunt; quando in aures cantibus meretriciis occlusas inciderint, tum libidinose cogitationibus ornatae illudunt; quando illas per omnia, ut paucis complectar, vigilantes superaverimus, dormientes umbratili pugna divexant; ita nos perpetuis et in orbem redeuntibus proeliis urgent, quae neque cum sole excitantur, neque cum nocte sopiuntur. Porro si iuventutem etiam aggressae fuerint, tum vero ignis cum igne miscebitur, stipula cum fornace iungetur. Facile namque voluptatibus iuventus incenditur; quippe quae pinguior olei in morem et aptior sit ad inflammationem, ut ad temperantiae labores dedicatior. Quae nimirum omnia beatae virgini longum martyrium virginitatem reddebant, quae cum voluptatibus, ut cum bestiis martyr, pugnabat; cum cogitationibus, ut ille cum cruciatibus luctabatur; cum libidinum imaginationibus quasi cum tormentis carnificum congrediebatur; sed ab illo tamen multiplici ac domestico bello victoriam reportabat; siquidem igne naturali ardentior illi erat ignis animi et sanctus.

---

380. CV 32, 1 (ed. C. Schenkl, 1896), 269; ML 14, 278 B.

De Cain et Abel, post 375.

Orationis dotes ex verbis Christi. — L. 1, c. 9, n. 38. Divine 381
autem Dominus Iesus et bonitatem te docuit Patris, qui bona noverit dare [Lc 9, 13], ut quae bona sunt, a bono poscas; et impense et frequenter monuit orandum; non ut fastidiosa continuetur oratio, sed ut assidua frequenter. Offunduntur plerumque inania longae precationi, intermissae autem prorsus obrepit incuria. Deinde monet, ut, cum ipse veniam tibi poscis, tum maxime aliis largiendam noveris, quo precem tuam operis tui voce commendes. Apostolus quoque docet orandum sine ira et disceptatione, ut non turbetur, non interpoletur oratio tua. Docet etiam orandum in omni loco, cum Salvator dicat: *Intra in cubiculum tuum* [Mt 6, 6]. Sed intellege non cubiculum conclusum parietibus, quo tua membra claudantur, sed cubiculum, quod in te est, in quo includuntur cogitationes tuae, in quo versantur sensus tui. Hoc orationis tuae cubiculum ubique tecum est, et ubique secretum est, cuius arbiter nullus est nisi solus Deus.

De excessu fratris sui Satyri, 376/8.

Praeparatio ad mortem. — L. 2, n. 35. *Cotidie morior,* 382
apostolus dicit [1 Cor 15, 31]. Melius utique quam illi, qui meditationem mortis philosophiam esse dixerunt; illi enim studium praedicarunt, hic usum ipsum mortis exercuit. Et illi quidem propter se, Paulus autem ipse perfectus moriebatur non propter suam, sed propter nostram infirmitatem. Quid autem est mortis meditatio, nisi quaedam corporis et animae segregatio, quia mors ipsa non aliud quam corporis atque animae secessio definitur?

De virginibus, 377.

Virginitatis elogium ex origine caelesti. — L. 1, c. 3, n. 11. 383
E caelo accersivit [virginitas] quod imitaretur in terris. . . . Postremo non meum est illud, quoniam quae non nubent neque nubentur, erunt sicut angeli in caelo [cf. Mt 22, 30]. Nemo ergo miretur, si angelis comparentur, quae angelorum Domino copulantur. Quis igitur neget hanc vitam fluxisse de caelo, quam non facile invenimus in terris, nisi postquam Deus in haec terreni corporis membra descendit? [Cf. 4 Rg 2, 11.] Tunc in utero virgo concepit, et Verbum caro factum est, ut caro fieret Deus [cf. Mt 17, 3]. . . . 12. Et Maria tympanum sumens pudore virgineo choros duxit [cf. Ex 15, 20]. Sed considerate, cuius illa speciem tunc gerebat. Nonne Ecclesiae, quae reli-

---

381. CV 32, 1, 371; ML 14, 335 D. 382. ML 16, 1324 B.
383. ML 16, 191 C.

giosos populi coetus, qui carmina divina concinerent, immaculato virgo spiritu copulavit?... 13. At vero posteaquam Dominus in corpus hoc veniens, contubernium divinitatis et corporis sine ulla concretae confusionis labe sociavit, tunc toto orbe diffusus corporibus humanis vitae caelestis usus inolevit.

1, 5, 21. Videte igitur, quanta virginitatis merita sint. Christus ante virginem, Christus ex virgine; a Patre quidem natus ante saecula, sed ex virgine natus ob saecula. Illud naturae suae, hoc nostrae utilitatis est. Illud erat semper, hoc voluit.

384 *Virginitatis et matrimonii comparatio.* — 1, 6, 24. Non ego quidem dissuadeo matrimonium, sed virginitatis attexo beneficium. *Qui infirmus est,* inquit, *olera manducet* [Rom 14, 2]. Aliud exigo, aliud admiror. *Alligatus es uxori? Noli quaerere solutionem. Solutus es ab uxore? Ne quaesieris uxorem* [1 Cor 7, 27]. Hoc praeceptum est copulatis. De virginibus autem quid ait? *Et qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit; et qui non iungit, melius facit* [ib. 38]. Illa non peccat, si nubat; haec, si non nubat, aeterna est. Ibi remedium infirmitatis, hic gloria castitatis. Illa non reprehenditur, ista laudatur. 25. Conferamus, si placet, bona mulierum cum ultimis virginum. Iactet licet fecundo se mulier nobilis partu: quo plures generaverit, plus laborat. Numeret solacia filiorum, sed numeret pariter et molestias. Nubit et plorat. Qualia sunt vota, quae flentur! Concipit et gravescit. Prius utique impedimentum fecunditas incipit afferre quam fructum. Parturit et aegrotat. Quam dulce pignus, quod a periculo incipit et in periculis desinit, prius dolori futurum quam voluptati! Periculis emitur, nec pro arbitrio possidetur. 26. Quid recenseam nutriendi molestias, instituendi et copulandi? Felicium sunt istae miseriae. Habet mater heredes, sed auget dolores. Nam de adversis non oportet dicere, ne sanctissimorum parentum animi contremiscant.

385 *In coniugatis nimius luxus, in virginibus sanctus pudor.* — 1, 6, 29. Iam quanto pretio opus est, ne etiam pulchra displiceat! Hinc pretiosa collo dependent monilia, inde per humum vestis trahitur aurata. Emitur igitur haec species, an habetur? Quid, quod etiam ad odorem variae adhibentur illecebrae! Gemmis onerantur aures, oculis color alter infunditur. Quid ibi remanet suum, ubi tam multa mutantur? Sensus suos amittit mulier, et vivere posse se credit? 30. Vos vero, beatae virgines, quae talia tormenta potius quam ornamenta nescitis, quibus pudor sanctus verecunda suffusus ora, et bona castitas est decori, non humanis addictae oculis, alieno errore merita vestra pensatis. Habetis sane et vos vestrae militiam pulchritudinis, cui virtutis militat forma, non

384. ML 16, 195 D. 385. ML 16, 197 A.

corporis; quam nulla exstinguit aetas, nulla eripere mors potest, nulla aegritudo corrumpere. Solus formae arbiter petatur Deus, qui etiam in corpore minus pulchro diligat animas pulchriores. Non uteri onus notum, non dolor partus, et tamen numerosior soboles piae mentis, quae omnes pro liberis habet: fecunda successoribus, sterilis orbitatibus, nescit funera, novit heredes.

Ecclesiae et virginis comparatio. — 1, 6, 31. Sic sancta 386
Ecclesia immaculata coitu, fecunda partu, virgo est castitate, mater est prole. Parturit itaque nos virgo non viro plena, sed spiritu. Parit nos virgo non cum dolore membrorum, sed cum gaudiis angelorum. Nutrit nos virgo non corporis lacte, sed apostoli [cf. 1 Cor 3, 2], quo infirmam adhuc crescentis populi lactavit aetatem. Quae igitur nupta plures liberos habet quam sancta Ecclesia, quae virgo est sacramentis, mater est populis, cuius fecunditatem etiam Scriptura testatur, dicens: *Quoniam plures filii desertae magis quam eius, quae habet virum?* [Is 54, 1.] Nostra virum non habet, sed habet sponsum, eo quod sive Ecclesia in populis, sive anima in singulis, Dei Verbo, sine ullo flexu pudoris, quasi sponso innubit aeterno, effeta iniuriae, feta rationis.

Parentum virginis solacium. — 1, 7, 32. Virgo Dei donum 387
est, munus parentis, sacerdotium castitatis. Virgo matris hostia est, cuius cotidiano sacrificio vis divina placatur. Virgo individuum pignus parentum, quae non dote sollicitet, non emigratione destituat, non offendat iniuriis. 33. Sed nepotes aliquis habere desiderat, et avi nomen acquirere. Primum suos tradit, dum quaerit alienos; deinde certis defraudari incipit, dum sperat incertos; confert opes proprias, et adhuc poscitur; nisi dotem solvat, exigitur; si diu vivat, onerosus est. Emere istud est generum, non acquirere, qui parentibus filiae vendat aspectus. Ideone tot mensibus gestatur utero, ut in alienam transeat potestatem? Ideo commendandae virginis cura suscipitur, ut citius parentibus auferatur?

Virginitas matrimonio praestantior. — 1, 7, 35. Non itaque 388
dissuadeo nuptias, sed fructus sacratae virginitatis enumero. Paucarum quippe hoc munus est, illud omnium. Nec potest esse virginitas, nisi habeat, unde nascatur. Bona cum bonis comparo, quo facilius, quid praestet, eluceat. Neque meam ullam sententiam affero, sed eam repeto, quam edidit Spiritus Sanctus per prophetam: *Melior est,* inquit, *sterilitas cum virtute* [Sap 4, 1].

Virginitatis elogium. — 1, 7, 36. *Adstitit regina a dextris tuis* 389
in vestitu deaurato.... Concupivit rex speciem tuam etc. [Ps 44, 10 12].

386. ML 16, 197 C. 387. ML 16, 198 B. 388. ML 16, 199 A.
389. ML 16, 199 B.

37. Et adverte, quantum tibi Spiritus Sanctus Scripturae divinae testificatione detulerit, regnum, aurum, pulchritudinem: regnum, vel quia sponsa es regis aeterni, vel quia invictum animum gerens, ab illecebris voluptatum non captiva haberis, sed quasi regina dominaris; aurum, quia sicut illa materies examinata igne pretiosior est, ita corporis species virginalis Spiritui consecrata divino, formae suae acquirit augmentum; pulchritudinem vero quis potest maiorem existimare decore eius, quae amatur a Rege, probatur a Iudice, dicatur Domino, consecratur Deo: semper sponsa, semper innupta; ut nec amor finem habeat, nec damnum pudor.

390 *Virgines apibus comparantur.* — 1, 8, 40. Favum itaque mellis tua opera componant [cf. Ct 4, 11]. Digna enim virginitas, quae apibus comparetur: sic laboriosa, sic pudica, sic continens. Rore pascitur apis, nescit concubitus, mella componit. Ros quoque virginis est sermo divinus, quia sicut ros Dei verba descendunt. Pudor virginis est intemerata natura. Partus virginis fetus est labiorum, expers amaritudinis, fertilis suavitatis. In commune labor, communis est fructus.

391 *Virtus angelica virginitas.* — 1, 8, 51. Neque mirum, si pro vobis angeli militant, quae angelorum moribus militatis. Meretur eorum praesidium castitas virginalis, quorum vitam meretur. 52. Et quid pluribus exsequar laudem castitatis? Castitas etiam angelos fecit. Qui eam servavit, angelus est; qui perdidit, diabolus. Hinc religio etiam nomen accepit. Virgo est, quae Deo nubit; meretrix, quae deos fecit. Nam de resurrectione quid dicam, cuius praemia iam tenetis? *In resurrectione autem neque nubent, neque ducent uxores, sed erunt sicut angeli,* inquit, *in caelo* [Mt 22, 30]. Quod nobis promittitur, vobis praesto est, votorumque nostrorum usus apud vos. De hoc mundo estis, et non estis in hoc mundo. Saeculum vos habere meruit, tenere non potuit.

392 *Virginitatem parentes prohibent iniuste.* — 1, 10, 58. Plerasque virgines cognovi velle et prohiberi etiam prodire a matribus, et quod est gravius, viduis, cum quibus hic mihi sermo est. Nempe si hominem vellent amare filiae vestrae, per leges possent eligere, quem vellent. Quibus igitur hominem eligere licet, Deum non licet?

393 *Virginitati vel favent vel contradicunt parentes.* — 1, 11, 62. Bonum itaque, si virgini studia parentum quasi flabra pudoris aspirent; sed illud gloriosius, si tenerae ignis aetatis etiam sine veteribus nutrimentis sponte se rapiat in tomitem castitatis. Dotem negabunt parentes; sed habes divitem sponsum, cuius contenta thesauro, patriae successionis emolumenta non quaeras.

390. ML 16, 200 A. 391. ML 16, 202 D. 392. ML 16, 205 A. 393. ML 16, 205 D.

Quanto dotalibus praestat compendiis casta paupertas! 63. Et tamen quam audistis aliquando propter studium integritatis, legitimae factam successionis extorrem? Contradicunt parentes; sed volunt vinci. Resistunt primo, quia credere timent; indignantur frequenter, ut discas vincere; abdicationem minantur, ut tentent, si potes damnum saeculi non timere; quaesitis blandiuntur illecebris, ut videant, si variarum mollire te non queat blanditia voluptatum. Exerceris, virgo, dum cogeris. Et haec tibi prima certamina anxia parentum vota proponunt. Vince prius, puella, pietatem. Si vincis domum, vincis saeculum.

Exemplar virginum B. Maria Virgo. — 2, 2, 6. Sit igitur 394
vobis tamquam in imagine descripta virginitas vita Mariae, de qua velut speculo refulgeat species castitatis et forma virtutis. Hinc sumatis licet exempla vivendi, ubi tamquam in exemplari magisteria expressa probitatis, quid corrigere, quid effingere, quid tenere debeatis, ostendunt.

7. Primus discendi ardor nobilitas est magistri. Quid nobilius Dei matre? Quid splendidius ea, quam Splendor elegit? Quid castius ea, quae corpus sine corporis contagione generavit? Nam de ceteris eius virtutibus quid loquar? Virgo erat non solum corpore, sed etiam mente, quae nullo doli ambitu sincerum adulteraret affectum: corde humilis, verbis gravis, animi prudens, loquendi parcior, legendi studiosior; non in incerto divitiarum, sed in prece pauperum spem reponens; intenta operi, verecunda sermone, arbitrum mentis solita non hominem, sed Deum quaerere, nullum laedere, bene velle omnibus, assurgere maioribus natu, aequalibus non invidere, fugere iactantiam, rationem sequi, amare virtutem. Quando ista vel vultu laesit parentes? Quando dissensit a propinquis? Quando fastidivit humilem? Quando derisit debilem? Quando vitavit inopem, eos solos solita coetus virorum invisere, quos misericordia non erubesceret neque praeteriret verecundia? Nihil torvum in oculis, nihil in verbis procax, nihil in actu inverecundum; non gestus fractior, non incessus solutior, non vox petulantior; ut ipsa corporis species simulacrum fuerit mentis, figura probitatis. Bona quippe domus in ipso vestibulo debet agnosci, ac primo praetendat ingressu nihil intus latere tenebrarum; ut mens nostra nullis repagulis corporalibus impedita, tamquam lucernae lux intus posita foris luceat.

8. Quid ergo exsequar ciborum parcimoniam, officiorum redundantiam; alterum ultra naturam superfuisse, alterum paene ipsi naturae defuisse; illic nulla intermissa tempora, hic congeminatos ieiunio dies? Et si quando reficiendi successisset voluntas, cibus plerumque obvius, qui mortem arceret, non delicias ministraret. Dormire non prius cupiditas quam ne-

394. ML 16, 208 C.

cessitas fuit, et tamen cum quiesceret corpus, vigilaret animus: qui frequenter in somnis aut lecta repetit, aut somno interrupta continuat, aut disposita gerit, aut gerenda praenuntiat.

9. Prodire domo nescia, nisi cum ad ecclesiam conveniret, et hoc ipsum cum parentibus aut propinquis. Domestico operosa secreto, forensi stipata comitatu; nullo meliore tamen sui custode quam seipsa; quae incessu affatuque venerabilis non tam vestigium pedis tolleret, quam gradum virtutis attolleret. Ut tamen alios habeat virgo membrorum custodes suorum, morum autem suorum se habeat ipsa custodem, plures erunt, de quibus discat, si ipsa se doceat, quae virtutes magistras habet; quia quidquid egerit, disciplina est. Sic Maria intendebat omnibus, quasi a pluribus moneretur; sic omnia implebat virtutis officia, ut non tam disceret, quam doceret.

10. Talem hanc evangelista monstravit [cf. Lc 1, 27], talem angelus repperit, talem Spiritus Sanctus elegit. Quid enim in singulis morer, ut eam parentes dilexerint, extranei praedicaverint, quae digna fuit, ex qua Dei Filius nasceretur? Haec ad ipsos ingressus angeli inventa domi in penetralibus, sine comite, ne quis intentionem abrumperet, ne quis obstreperet; neque enim comites feminas desiderabat, quae bonas cogitationes comites habebat. Quin etiam tum sibi minus sola videbatur, cum sola esset. Nam quemadmodum sola, cui tot libri adessent, tot archangeli, tot prophetae?

11. Denique et Gabriel eam ubi revisere solebat, invenit; et angelum Maria quasi virum specie mota trepidavit, quasi non incognitum audito nomine recognovit. Ita peregrinata est in viro, quae non est peregrinata in angelo, ut agnoscas aures religiosas, oculos verecundos. Denique salutata obmutuit et appellata respondit; sed quae primo turbaverat affectum, postea promisit obsequium.

12. Quam vero religiosa in propinquas fuerit, Scriptura divina significat. Nam et humilior facta est, ubi se a Deo cognovit electam, et statim ad cognatam suam in montana processit; non utique ut exemplo crederet, quae iam crediderat oraculo: *Beata* enim, inquit, *quae credidisti* [Lc 1, 56]. Et tribus cum ea mensibus mansit. Tanti autem intervallo temporis non fides quaeritur, sed pietas exhibetur. Et hoc, posteaquam in utero parentis exsiliens puer matrem Domini salutavit, prius compos devotionis quam naturae.

13. Inde tot sequentibus signis, cum sterilis pareret, virgo conciperet, loqueretur mutus, adoraret magus, exspectaret Simeon, sidera nuntiarent, Maria mobilis ad introitum, immobilis ad miraculum: *Conservabat,* inquit, *haec omnia in corde suo* [Lc 2, 19]. Quamvis mater Domini, discere tamen praecepta Domini desiderabat; et quae Deum genuerat, Deum tamen scire cupiebat....

15. Haec est imago virginitatis. Talis enim fuit Maria, ut eius unius vita omnium sit disciplina. Si igitur auctor non displicet, opus probemus, ut quaecumque sibi eius exoptat praemium, imitetur exemplum. Quantae in una virgine species virtutum emicant? Secretum verecundiae, vexillum fidei, devotionis obsequium: virgo intra domum, comes ad ministerium, mater ad templum.

16. O quantis illa virginibus occurret, quantas complexa ad Dominum trahet, dicens: Haec torum filii mei, haec thalamos nuptiales immaculato servavit pudore! Quemadmodum eas ipse Dominus commendabit Patri, nimirum illud repetens suum: Pater sancte, istae sunt, quas custodivi tibi, in quibus Filius hominis caput reclinans quievit; peto, ut ubi ego sum, et ipsae sint mecum [cf. Io 17, 24]. Sed si non solis sibi debent prodesse, quae non solis vixerunt sibi, haec parentes, haec redimat fratres. Pater iuste, mundus me non cognovit, istae autem me cognoverunt et mundum cognoscere noluerunt [ib. 25].

17. Quae pompa illa, quanta angelorum laetitia plaudentium, quod habitare mereatur in caelo, quae caelesti vita vixit in saeculo! Tunc etiam Maria, tympanum sumens, choros virginales excitabit cantantes Domino quod per mare saeculi sine saecularibus fluctibus transierunt [cf. Ex 15, 20]. Tunc unaquaeque exsultabit dicens: *Et introibo ad altare Dei mei, et ad Deum qui laetificat iuventutem meam* [Ps 42, 4]. Immolo Deo sacrificium laudis et reddo Altissimo vota mea [cf. Ps 49, 14].

18. Neque enim dubitaverim vobis patere altaria Dei, quarum mentes altaria confidenter dixerim, in quibus cotidie pro redemptione corporis Christus immolatur. Nam si corpus virginis Dei templum est, animus quid est, qui tamquam membrorum cineribus exagitatis, sacerdotis aeterni redopertus manu, vaporem divini ignis exhalat? Beatae virgines, quae tam immortali spiratis gratia, ut horti floribus, ut templa religione, ut altaria sacerdote!

Virgini abstinentia necessaria. — 3, 2, 5. Sed interdum 395
etiam cum fides tuta sit, iuventus suspecta est. Modico itaque vino utere, ne infirmitatem corporis augeas, non ut voluptatem excites; incendunt enim pariter duo, vinum et adulescentia. Infrenent etiam teneram aetatem ieiunia, et parcimonia cibi retinaculis quibusdam indomitas cohibeat cupiditates. Ratio revocet, mitiget spes, restringat metus. Nam qui moderari nescit cupiditatibus, is sicut equis raptatus indomitis, volvitur, obteritur, laniatur, affligitur.

Silentium et modestia in virginibus. — 3, 3, 9. Ipsas visi- 396
tationes in iunioribus esse parciores volo, si forte deferendum sit parentibus aut aequalibus. Teritur enim officiis pudor,

---

395. ML 16, 221 C. 396. ML 16, 222 C.

audacia emicat, risus subrepit, modestia solvitur, dum affectatur urbanitas; interroganti non respondere, infantia; respondere, fabula est. Deesse igitur sermonem virgini quam superesse malim.... 10. An vero mediocre pudoris exemplum est, quod Rebecca, cum veniret ad nuptias et sponsum vidisset, velamen accepit [cf. Gn 24, 65], ne prius videretur, quam iungeretur? Et utique pulchra virgo non decori timuit, sed pudori. Quid Rachel? Quemadmodum extorto osculo, flevit et gemuit, nec flere desisset, nisi proximum cognovisset [cf. Gn 29, 11 sq], ita et pudoris servavit officium et pietatis non omisit affectum. Quod si viro dicitur: *Virginem ne consideres, ne quando scandalizet te* [Eccli 9, 5], quid dicendum est sacratae virgini, quae si amet, animo peccat, si amatur, et facto? 11. Maxima est virtus tacendi, praesertim in ecclesia. Nulla te divinarum sententia fugiet lectionum, si aurem admoveas, vocem premas.... 13. Virginem mihi prius gravitas sua nuntiet, pudore obvio, gradu sobrio, vultu modesto; et praenuntia integritatis anteeant signa virtutis. Non satis probabilis virgo est, quae requiritur, cum videtur.

397 *Oratio assidua virgines decet.* — 3, 4, 18. Oratio quoque nos Deo crebra commendet. Si enim propheta dicit: *Septies in die laudem dixi tibi* [Ps 118, 164], qui regni erat necessitatibus occupatus, quid nos facere oportet, qui legimus: *Vigilate et orate, ne intretis in tentationem?* [Mt 26, 41.] Certe sollemnes orationes cum gratiarum actione sunt deferendae, cum e somno surgimus, cum prodimus, cum cibum paramus sumere, cum sumpserimus, et hora incensi, cum denique cubitum pergimus. 19. Sed etiam in ipso cubili volo psalmos cum oratione dominica frequenti contexas vice, vel cum evigilaveris, vel antequam corpus sopor irriget, ut te in ipso quietis exordio rerum saecularium cura liberam, divina meditantem somnus inveniat.

De viduis, 377/8.

398 *Castitas triplex: coniugalis, viduitatis, virginitatis.* — C. 4, n. 23. Docemur itaque triplicem castitatis esse virtutem: unam coniugalem, aliam viduitatis, tertiam virginitatis; non enim aliam sic praedicamus, ut excludamus alias. Suis quibusque professionibus ista conducunt. In hoc Ecclesiae est opulens disciplina, quod quos praeferat, habet, quos reiciat, non habet, atque utinam habere numquam possit! Ita igitur virginitatem praedicavimus, ut viduas non reiceremus; ita viduas honoramus, ut suus honos coniugio reservetur. Non nostra hoc praecepta, sed divina testimonia docent. 24. Reminiscamur itaque, quemadmodum Maria, quemadmodum Anna, quemadmodum Susanna laudentur. Sed quoniam non laudes earum tantummodo praedicandae sunt, sed disciplinae etiam sunt

397. ML 16, 225 B. 398. ML 16, 241 D.

sequendae, reminiscamur, ubi Susanna [cf. Dn 13, 7], ubi Anna [cf. Lc 2, 38], ubi Maria [cf. Lc 1, 28] sint repertae; et advertamus, quemadmodum singulae aptis laudibus praedicentur, et ubinam commorentur: nupta in paradiso, vidua in templo, virgo in secreto. 25. Sed in illis tardior fructus, in virgine maturior; illas senectus probat, virginitas laus aetatis est, nec adiumenta quaerit annorum, quae omnium est fructus aetatum. Adulescentiam decet, iuventutem ornat, amplificat senectutem, omnique aevo habet iustitiae suae canos, maturitatem gravitatis, velamen pudoris, quae devotionem non impediat, religionem augeat. Advertimus enim ex sequentibus, quia quotannis in die sollemni Paschae sancta Maria cum Ioseph Ierusalem petebat [cf. Lc 2, 41]. Ubique impigra devotio, ubique assiduus virgini comes pudoris adiungitur. Nec inflatur Domini mater quasi secura de meritis, sed quo meritum magis agnovit, eo votum uberius exsolvit, officium copiosius detulit, munus religiosius vexit, mysticum tempus implevit.

Christus transiit benefaciendo. — 10, 61. Gratias evangelio, 399
per quod etiam nos, qui oculis nostris venientem in hunc mundum non vidimus Christum, videmur ei, dum facta eius legimus, interesse, ut, sicut illi, quibus appropinquabat, fidem mutuabantur ex eo, ita nobis, dum gestis eius credimus, appropinquet.... 63. Nec vereare moram aliquam sanitatis. Nescit impedimentum, qui sanatur a Christo. Opus est, ut remedium adhibeas, quod acceperis; simul enim ut praeceptum dederit, caecus videt, paralyticus ambulat, mutus loquitur, surdus audit, febriens ministrat, lunaticus liberatur. Et tu igitur, quaecumque indecore alicuius rei cupiditate languescis, obsecra Dominum, fidem defer, nec ullam timeas moram. Ubi adest oratio, adest Verbum, fugatur cupiditas, libido discedit. Nec confessionis verearis offensam, immo magis praesume praerogativam; incontinenti enim quae corporis morbo antea laborabas, Christo incipies ministrare.

De virginitate, 378.

Virginitatem promovere est officium sacerdotum. — C. 5, 400
n. 26. Quibus licet sponsum eligere, non licet Deum praeferre? In me ergo facti condicio mutatur, ut pro opprobrio mihi cedat, quod semper spectavit ad gratiam sacerdotum, iacere semina integritatis, et virginitatis studia provocare.

Criminationes contra virginitatem dissolvuntur. — 6, 27. 401
Quaero enim, utrum quasi improbum hoc, an quasi novum, an quasi inutile reprehendatur. Si quasi improbum, improba ergo vota sunt omnium, improba vita est angelorum, quam gratia resurrectionis imitatur; qui enim non nubunt, neque

399. ML 16, 252 D. 400. ML 16, 272 D. 401. ML 16, 273 A.

ducunt uxores, erunt sicut angeli in caelo [cf. Mt 22, 30]. Qui hoc utique reprehendit, resurrectionis vota condemnat. Itaque improbum videri non potest, quod hominibus pro praemio constitutum est; nec potest eius rei species displicere, cuius veritas et in fructu est et in voto. 28. Sed esto, non sit improbum, numquid novum est? Nos enim nova omnia, quae Christus non docuit, iure damnamus, quia fidelibus via Christus est. Si igitur Christus non docuit quod docemus, etiam nos id detestabile iudicamus. Discutiamus ergo, utrum Christus integritatem docuerit, an repudiandam putaverit. *Et sunt,* inquit, *spadones, qui seipsos castraverunt propter regnum caelorum* [Mt 19, 12]. Est ergo praeclara militia, quae regno caelorum militat. Itaque iam tunc Dominus docuit esse debere intemerata studia castitatis.... 30. Et ideo post hoc verbum offeruntur pueri ad benedicendum, qui corruptelae expertes, integritatis munus immaculata aetate servarent. Talium enim est regnum caelorum, qui in puerilem castimoniam tamquam in naturam infantium corruptelae ignoratione remeaverint. Est ergo etiam caelesti voce probata virginitas dominicisque expetenda praeceptis. 31. Quo loco magisterium divinae vocis imitemur. Nam cum in superioribus coniugium memoraverit non esse solvendum nisi ex causa fornicationis, in posterioribus integritatis gratiam donumque contexuit, ut doceret non damnandas esse nuptias, sed probandas, nuptiis tamen ipsis integritatis studia praeferenda. Quis enim tam aversus a vero, qui nuptias damnet? Sed quis tam alienus a ratione, qui coniugii onera non sentiat? Etenim *mulier innupta et virgo cogitat quae sunt Domini, ut sit sancta corpore et spiritu. Nam quae nupta est, cogitat quae sunt mundi, quomodo placeat viro* [1 Cor 7, 34]. 32. Et praeter has molestias, quamvis nubendo non peccet, contritionem tamen habebit carnis huiusmodi; graves enim partus labores, gravis creandorum et erudiendorum liberorum molestia.... 33. Bona igitur vincula nuptiarum, sed tamen vincula; bonum coniugium, sed tamen a iugo tractum, et iugo mundi, ut viro potius cupiat placere quam Deo.... 34. Nemo ergo, vel qui coniugium elegit, reprehendat integritatem, vel qui integritatem sequitur, condemnet coniugium. Namque huius sententiae adversarios interpretes damnavit iamdudum Ecclesia, eos scilicet, qui audeant solvere copulam coniugalem.... Multos ager fructus habet, sed ille melior est, qui et fructibus redundat et floribus. Est ergo Ecclesiae ager diversis fecundus copiis. Hic cernas germina virginitatis flore vernantia, illic tamquam in campis silvae viduitatem gravitate pollentem, alibi tamquam uberi fruge coniugii Ecclesiae segetem replentem mundi horrea ac veluti maritatae vineae fetibus torcularia Domini Iesu redundantia, in quibus fidelis coniugii fructus exuberat.

7, 35. Nec improbum igitur nec novum integritatis est studium. Videamus, ne forte inutile iudicetur; nonnullos enim dixisse audivi quod periit mundus, defecit genus humanum, coniugia labefacta sunt. Quaero, quis tandem quaesivit uxorem, qui non invenerit? Quando fuerint bella pro virgine? Quis umquam pro virgine sit peremptus? De coniugiis autem ista nascuntur, ut perimatur adulter uxoris, raptor proeliis appetatur. Ista reipublicae semper damno fuerunt. Pro virgine sacra nemo damnatus est, quia castitatem non poena cohibet, sed religio auget fidesque conservat. 36. Si quis igitur putat consecratione virginum minui genus humanum, consideret, quia ubi paucae virgines, ibi etiam pauciores homines; ubi virginitatis studia crebriora, ibi numerum quoque hominum esse maiorem.

Declinanda turba. — 8, 46. In foro aut in plateis Christus 402
non reperitur.... Nequaquam igitur ibi quaeramus Christum, ubi invenire non possimus. Non est Christus circumforaneus. Christus enim est pax, in foro lites; Christus iustitia est, in foro iniquitas; Christus operator est, in foro inane otium; Christus caritas est, in foro obtrectatio; Christus fides est, in foro fraus atque perfidia; Christus in Ecclesia est, in foro idola.

Amandum silentium. — 13, 80. Ianua nostra os nostrum 403
est, Christo propemodum soli debet aperiri.... Quid tibi cum ceteris? Soli Christo loquere, soli fabulare Christo. Si enim ut mulieres in ecclesia taceant, scriptum est [cf. 1 Cor 14, 34], quanto magis non decet patere virginis ianuam, non decet viduae patere fores! Cito insidiator pudoris obrepit, cito verbum excidit, quod revocare desideres. 81. Si Evae clausa fuisset ianua, nec Adam deceptus fuisset, nec respondisset interrogata serpenti. Introivit mors per fenestram [cf. Ier 9, 21], hoc est, per Evae ostium. Ingreditur mors per ostium tuum, si falsum loquaris, si turpiter, si procaciter, postremo si, ubi non oportet, loquaris. Clausae sint igitur labiorum fores tuorum, et obseratum maneat vocis vestibulum; tunc fortasse reserandum, cum audieris Dei vocem, cum audieris Dei verbum.... 83. Sed ea, quae Christum requirit, non debet esse vulgaris, non debet esse in foro, non in plateis, voce querula, gressu lubrica, facilis auditu, vilis aspectu.

A Christo omnia curantur. — 16, 99. Omnia igitur habemus 404
in Christo. Omnis anima accedat ad eum, sive corporalibus aegra peccatis, sive clavis quibusdam saecularis cupiditatis infixa, sive imperfecta adhuc quidem, sed intenta tamen meditatione proficiens, sive multis aliqua iam sit perfecta virtutibus: omnis in Domini potestate est, et omnia Christus est nobis.

---

402. ML 16, 278 B. 403. ML 16, 286 C. 404. ML 16, 291 C.

Si vulnus curare desideras, medicus est; si febribus aestuas, fons est; si gravaris iniquitate, iustitia est; si auxilio indiges, virtus est; si mortem times, vita est; si caelum desideras, via est; si tenebras fugis, lux est; si cibum quaeris, alimentum est. *Gustate* igitur, *et videte, quoniam suavis est Dominus: beatus vir, qui sperat in eo* [Ps 33, 9]. 100. Speravit in eo illa, quae fluxu sanguinis laborabat, et continuo sanata est, sed quia fidelis accessit [cf. Lc 8, 43 sqq]. Et tu cum fide, filia, vel fimbriam eius attinge. Iam saecularium fluxus voluptatum, modo torrentis exundans, Verbi salutaris calore siccabitur, si cum fide tamen accedas, si pari devotione divini sermonis extremam saltem fimbriam comprehendas, si tremens procidas ante Domini pedes. Ubi sunt pedes Christi, nisi ubi corpus est Christi? O thesauris omnibus opulentior fides! O virtutibus corporis omnibus fides fortior! O medicis omnibus salutarior! Simul ut accessit mulier, virtutem sensit, medicinam impetravit; ut si oculum lumini admoveas, illuminatur, antequam sentias, et operatio lucis praevenit apparatum. Passio inveterata, passio immedicabilis, quae et artis omnem vicerat excogitationem et pecuniarum subministrationem, solo fimbriae curatur attactu. Illius igitur feminae tibi, virgo, et in adeundo servanda verecundia, et in fide imitanda devotio est.

405 *Redemptori debetur pretium redemptionis.* — 19, 126. Bonus servus pretium studet reparare Domino, quod pro se solutum est. Noli aurum parare, filia, noli argentum. Non divitiis istis te Christus redemit. Paratum habeto pretium. Non semper exigeris, sed semper debes. Sanguinem solvit, sanguinem debes. Ille pro te solvit, tu pro te redde. Eramus oppignorati malo creditori peccatis; contraximus chirographum culpae, poenam sanguinis debebamus: venit Dominus Iesus, suum pro nobis obtulit; sed non potes sanguinem reddere. 127. Bonus quidem servus debet pretium suum reparare Domino suo; si non potest pretium reddere, vel hoc faciat, ne pretio videatur indignus. Ergo et tu dignam te gere tali pretio, ne veniat Christus, qui te mundavit, qui te redemit, et si te in peccatis invenerit, dicat tibi: *Quae utilitas in sanguine meo?* [Ps 29, 10.]

De paenitentia, 380/90.

406 *Benignitas Christi.* — L. 1, c. 4, n. 15. Quam propensus igitur ad misericordiam sit Dominus Iesus, licet ista satis instruant, tamen etiam ipse te doceat, qui, cum adversus impressionem persecutionis instruere nos vellet, ait: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus,* etc. [Mt 10, 28], et infra: *Omnis ergo, qui confessus me fuerit,* etc. [ib. 32 sq.]. 16. Ubi confitetur, pro omnibus confitetur, omnes complectitur; ubi negat, non omnes

405. ML 16, 299 C. 406. ML 16, 471 B.

negat. Sicut enim supra habet: *Omnis, qui me confessus fuerit, confitebor et ego eum,* hoc est, omnem, consequens erat, ut infra quoque sic redderet: *Omnis autem, qui negaverit me.* Sed ne omnes negare videretur, ita subiecit: *Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo et ego eum.* Gratiam promittit omnibus, non omnibus minatur iniuriam. Quod est miserationis, exaggerat, quod ultionis, extenuat.

1, 5, 22. Nonne apparet, quod ideo nobis peccantibus indignetur Dominus Iesus, ut indignationis suae nos terrore convertat? Indignatio ergo eius non ultionis exsecutio, sed magis absolutionis est operatio; sic enim dixit: *Si conversus ingemueris, salvus eris* [Is 30, 15]. Exspectat gemitus nostros, sed temporales, ut remittat perpetuos; exspectat lacrimas nostras, ut profundat pietatem suam. Sic in evangelio, viduae matris lacrimis compassus, filium eius resuscitavit [cf. Lc 7, 13]. Exspectat conversionem nostram, ut revertatur et ipse ad gratiam; quae, si nullus lapsus nobis irreperet, in nobis perseveraret; sed quia peccatis nostris contrahimus offensam, indignatur, ut humiliemur; humiliamur, ut digni simus magis miseratione quam poena.

Modestia oculorum. — 1, 14, 70. Bonus tamen pudor, qui 407
ipsos corporis oculos sic premere consuevit, ut saepe non videamus etiam, quod videmus. Etenim specie aspicere videmur, quidquid occurrerit; sed si non misceatur animi intentio, hic quoque secundum carnis officium noster aspectus vanescit; ita plus videmus animo quam corpore.

Paenitentiae efficacia. — 2, 6, 48. Sic flevit et Ninive 408
populus, et denuntiatum excidium civitatis evasit [cf. Ion 3, 5]; tanta est enim paenitentiae medicina, ut mutare videatur suam Deus sententiam. In te est igitur, ut evadas; vult rogari Dominus, vult de se sperari, vult sibi supplicari. Homo es, et vis rogari, ut ignoscas, et putas Deum tibi non roganti ignoscere? 49. Ipse Dominus Ierusalem flevit [cf. Lc 19, 41], ut, quia ipsa flere nolebat, Domini lacrimis ad veniam pertineret. Ipse nos flere vult, ut evadere possimus, sicut habes scriptum in evangelio: *Filiae Ierusalem, nolite me flere, sed vos ipsas flete* [Lc 23, 28]. 50. Flevit David et meruit, ut mortem populi pereuntis divina removeret misericordia [cf. 2 Rg 24, 10], quando tribus sibi propositis optionibus, eam tamen, in qua maiorem Domini miserationem experiretur, elegit. Quid erubescis tu peccata tua flere, cum Deus etiam prophetas iusserit flere pro populis? 51. Denique et Ezechiel iussus est flere Ierusalem, et accepit librum, in cuius capite scripta erat: *Lamentatio, et melos, et vae* [Ez 2, 9], duo tristia et unum delectabile; quoniam ille salvus erit in futurum, qui in hoc saeculo plus fleverit.

407. ML 16, 487 D. 408. ML 16, 509 B.

409 *Vera paenitentia conversio morum.* — 2, 10, 96. Facilius autem inveni, qui innocentiam servaverint, quam qui congrue egerint paenitentiam. An quisquam illam paenitentiam putat, ubi acquirendae ambitio dignitatis, ubi vini effusio, ubi ipsius copulae coniugalis usus? Renuntiandum saeculo est; somno ipsi minus indulgendum, quam natura postulat; interpellandus est gemitibus, interrumpendus est suspiriis, sequestrandus orationibus; vivendum ita, ut vitali huic moriamur usui; seipsum sibi homo abneget et totus mutetur, sicut quemdam adulescentem fabulae ferunt propter amores meretricios peregre profectum et abolito amore regressum postea veteri occurrisse dilectae, quae ubi se non interpellavit, mirata putaverit non recognitam, rursus occurrens dixerit: Ego sum; responderit ille: Sed ego non sum ego.

Apologia prophetae David, 383/9.

410 *Cur sancti delinquant.* — C. 2, n. 7. Nam si inoffensum a vitiis inter tot lubrica huius saeculi curriculum peregissent, dedissent nobis occasionem infirmioribus aestimandi cuiusdam superioris eos naturae ac divinae fuisse, ut delictum recipere et culpae consortium habere non possent. Quae opinio utique ut exsortes nos illius substantiae ab impossibili imitatione revocaret. Praeteriit igitur illos paulisper Dei gratia, ut nobis ad imitationem vita eorum fieret disciplina, et sicut innocentiae, ita etiam paenitentiae magisterium de eorum actibus sumeremus. Ergo dum lapsus eorum lego, consortes etiam illos infirmitatis agnosco; dum credo consortes, imitandos esse praesumo.

Expositio in psalmum CXVIII, 387/8.

411 *Modestia.* — Serm. 3, n. 6. Vultus liberior est, ubi est castitatis conscientia, et portare Christi iugum suave est, si ornamenta putes cervicis tuae esse, non onera.

412 *Sensus spiritualis.* — 6, 8. Anima iusti sponsa est Verbi. Haec si desideret, si cupiat, si oret, et oret assidue, et oret sine ulla disceptatione, et tota intendat in Verbo, subito vocem sibi videtur eius audire, quem non videt, et intimo sensu odorem divinitatis eius agnoscit; quod patiuntur plerumque qui bene credunt. Replentur subito nares animae spiritali gratia, et sentit sibi praesentiae eius flatum aspirare, quem quaerit, et dicit: Ecce iste ipse est, quem requiro, ipse, quem desidero.

409. ML 16, 520 B.
410. CV 32, 2 (ed. C. Schenkl, 1897), 303; ML 14, 854 D.
411. CV 62 (ed. M. Petschenig, 1913), 43; ML 15, 1224 B.
412. CV 62, 112; ML 15, 1270 B.

Meditatio ad operationem ducit. — 6, 35. *Et meditabar in mandatis tuis, quae dilexi nimis* [Ps 118, 47]. . . . Meditatione enim mandatorum caelestium operis boni usus inolescit. Nam sicut meditationi verborum finis memoria est, ut quae meditamur verba teneamus, sic meditationis praeceptorum caelestium intentio vel finis operatio est actusque directus ad implenda praecepta divina, quae nisi quis diligat, implere non poterit; nec solum diligat, sed etiam nimis diligat. 413

Verbum Dei vita animae. — 7, 7. Nec quidquam est aliud quod vivere faciat rationabilem animam, quam alloquium Dei. Sicut enim augetur sermo Dei in anima nostra, dum suscipitur, dum intellegitur, dum comprehenditur, ita etiam vita eius augetur; et quemadmodum e contrario alloquium Dei deficit in anima nostra, ita et incurrit eius vita defectum. Itaque ut conexio ista animae et corporis nostri spiritu vitali animatur atque alitur et tenetur, ita verbo Dei et spiritali gratia anima nostra vivificatur. 414

Memoria iudiciorum Dei. — 7, 15. Nisi enim unusquisque legis instructus et formatus exemplis credat semper vera esse Dei iudicia, cito declinat a lege. Qui autem praeterita repetit exempla et colligit seriem vetustatis, cognoscit, quod neque peccator poenam suae improbitatis evadat, neque iustus aequitatis suae praemiis defraudetur. Retexit enim animo, quod ab initio Adam propter mandati caelestis praevaricationem de paradisi eiectus sit incolatu. 415

De oratione nocturna. — 7, 31. Si studentes igitur doctrinis saecularibus perparum somno indulgent, quanto magis qui Deum cupiunt cognoscere, non debent somno corporis impediri, nisi quantum naturae satis est? David per singulas noctes lectum suum lacrimis diluebat; surgebat etiam noctis medio, ut Domino confiteretur; et tu totam noctem sopori existimas deputandam? Tunc magis tibi orandus est Dominus, tunc praesidia postulanda, culpa cavenda, quando videtur haberi secretum; tunc maxime, quando tenebrae in circuitu meo et parietes me operiunt, considerandum, qui Deus omnia intuetur abscondita. Ne dixeris ergo: Circumfusus sum tenebris, quis me videt, et quem vereor, septus parietibus et inclusus? Quia *vultus Domini super facientes mala* [Ps 33, 17]. Deinde si arbitrum non vides, teipsum non vides? Tuae conscientiae testimonium non vereris? Nescis illam caliginem noctis non opertorium, sed incentivum esse peccati?... Nox erat, quando Iudas prodidit, quando Petrus negavit. 32. Illo igitur praecipue tempore iustificationes Dei animo retexendae sunt, relegenda mandata hortatoria. Illa de castitate praecepta non 416

413. CV 62, 126; ML 15, 1279 D. 414. CV 62, 131; ML 15, 1282 C.
415. CV 62, 136; ML 15, 1285 D. 416. CV 62, 145; ML 15, 1291 C.

absint, ut his occupata mens flagrantiam libidinis, carnis restinguat ardorem. Tene illud animo: *Lavabo per singulas noctes lectum meum* [Ps 6, 7]. Qui enim stupris deditus, flagitiis involutus est, non lavat per singulas noctes lectum suum. Nescit flere, qui flenda committit, et, cum sit ipse lacrimabilis, non habet poenae lacrimas suae. At ille, qui castigat corpus suum et sui sollicitus gubernator est, atque ingemiscens et dolens lapsus superioris offensam quaerit, quomodo abluat fletibus poenitentiae, hic lavat per singulas noctes lectum suum. Non dormiamus ergo totis noctibus, sed maximam partem earum lectioni et orationibus deputemus.

417 *Fiducia ex Scriptura.* — 8, 38. Paremus igitur affectum nostrum, ne imparatum vis repentina perturbet. Denique sciens Dominus cito nos frangi solere, ait etiam apostolis: *Non turbetur cor vestrum neque formidet* [Io 14, 27]. Si te cupiditas appetentiaque tentaverit, lege evangelium, dicat tibi Iesus Christus: *Non turbetur cor tuum.* Si quis terror ingruerit, dicat tibi Christus: *Non turbetur cor tuum neque formidet.* Si qua supplicia persecutor inflixerit, lege evangelium, dicat tibi Iesus: *Non turbetur cor tuum neque formidet.* Lege apostolum dicentem: *Indignae enim passiones sunt huius temporis ad superventuram gloriam* [Rom 8, 18]. Si in mari naviganti gravis fluctus insurgat, tempestas atra desaeviat, tibi dicat Iesus: *Ego sum, noli turbari* [Mc 6, 50]. Veniens igitur in certamen aliquod magnum et grave, dic prius: *Paratus sum et non sum turbatus, ut custodiam mandata tua* [Ps 118, 60].

418 *Humiliari in veritate.* — 10, 32. Habuit ergo cognitionem sanctus David, utpote propheta perfectus, quandoquidem ita perfecte cognovit, ut humiliaretur in ipsa veritate. Sive ergo in adversis positus, agnovit probationis gratia ea, quae laboriosa et adversa sunt, sustinenda, iustum autem Dei esse iudicium, et ideo bene certantes numquam deseri vel relinqui, et coronam his post labores posse deferri; sive in secundis et prosperis positus, cognovit etiam divitias rerum diversosque successus, tentationis causa, solere suppetere, ut, is, qui his utitur, rerum prosperitate tentetur. In eo igitur laudandus propheta David, quia, cum ista agnosceret, humiliabatur; ut humilitate sua vel prosperorum excluderet tentamenta vel adversorum subiret constanti aequanimitate tolerantiam.

419 *Lectio spiritualis.* — 12, 33. Sit ergo nobis cotidiana lectio pro exercitio, ut quae legimus, meditemur imitari. In hac desudemus virtutum palaestra, ut cum increpuerint tentamenta, non tamquam inexercitatos, non tamquam expertes ciborum spiritalium et attenuatos ieiunio lectionis, tentationum tempus inveniat....

---

417. CV 62, 173; ML 15, 1310 A. 418. CV 62, 222; ML 15, 1342 B.
419. CV 62, 270; ML 15, 1372 D.

13, 17. Tota ergo die in lege meditare; non perfunctoria tibi debet esse transcursio. Si agrum emere velis, si mercari domum, prudentiorem adhibes, et quid iuris sit, diligenter consideras; et ne in aliquo forte fallare, tibi ipse non credis. At nunc tu ipse emendus es tibi: de tuo pretio tracta, considera quid sis, quod nomen habeas, quid acquiras tibi, non agrum, non pecuniam, non gemmarum monilia, sed Christum Iesum, cui nulla possint pretia, nulla ornamenta conferri. Adhibe tibi consiliarios Moysen, Esaiam, Hieremiam, Petrum, Paulum, Ioannem, ipsum magnum consiliarium Iesum Dei Filium, ut acquiras Patrem. Cum his tractandum, cum his tota conferendum est tibi, tota meditandum die, sicut meditabatur David, et haec erat illi sola meditatio.

Humilitas in iuvenibus rara. — 18, 31. Rara sane in iuveni- 420
bus est humilitas, ideoque miranda. Dum aetas viget, dum vires solidae, dum sanguis aestuat, dum sollicitudo nescitur, dum ignoratur debilitas, dum laetitia frequentatur, tunc fervet iactantia, tunc se iuventutis superbus extollit affectus, tunc humilitas quasi vilescit, abiecta contemnitur, tunc subiectio degeneris conscientiae aestimatur infirmitas. Grandis igitur morum assuefacienda maturitas, quae vincat naturam.

Orare est clamare in toto corde. — 19, 8. Clamat ergo 421
cor nostrum non sono corporis, sed cogitationum sublimitate concentuque virtutum. Grandis fidei clamor. Denique in spiritu adoptionis clamamus: Abba Pater, et ipse Spiritus Dei clamat in nobis. Magna vox iustitiae, magna est castitatis, per quam et mortui loquuntur; nec solum loquuntur, sed etiam sicut Abel clamant. At vero iniusti anima, nec viventis, clamat, quia Deo mortua est. Nihil in illa sublime, nihil magnificum est quale eorum, quorum sonus in omnem terram exivit, et verba in fines orbis terrarum.... 11. Et Iesus Dominus exclamabat: *Si quis sitit, veniat ad me, et bibat* [Io 7, 37]. Et vere magna clamabat, qui vocabat homines ad regnum caelorum, ad illum venerabilem potum, quo vitae aeternae fluctus infunditur. Et tu cum oras, magna ora, id est, ora quae aeterna sunt, non caduca. Ora quae divina sunt atque caelestia, ut sis sicut angeli in caelo. Noli orare pro pecunia, quia aerugo est; noli pro auro, quia metallum est; noli pro possessione, quia terra est; ista oratio ad Dominum non pervenit. Non audit Deus, nisi quod dignum suis ducit esse beneficiis; sed audit piam vocem plenam devotionis et gratiae. 12. Non solum ergo clamandum in corde, sed etiam in toto corde clamandum est. Sicut enim corporaliter tunc bene clamatur, cum toto ore clamatur, ita spiritaliter toto est clamandum corde, si volumus magna deferre et a Domino, quae

---

420. CV 62, 413; ML 15, 1463 C. 421. CV 62, 426; ML 15, 1471 B.

poscimus, impetrare.... 16. Qui ergo Dominum deprecatur, non velut praescripta praecipue tempora praestoletur, nesciens in obsecrationibus Domini tempus esse aliquod, sed semper in ipsis sit. Sive manducamus, sive bibimus, Christum annuntiemus, Christum rogemus, Christum cogitemus, Christum loquamur: in corde nostro semper, semper in ore sit Christus.... 18. Qui rogat itaque, semper roget; et si non semper precatur, paratum semper habeat precantis affectum.

Expositio evangelii secundum Lucam, 385/9.

422 *Modestia ad instar Mariae.* — L. 2, n. 8. Disce virginem moribus, disce virginem verecundia, disce virginem oraculo, disce mysterio. Trepidare virginum est, et ad omnes viri ingressus pavere, omnes viri affatus vereri. Discant mulieres propositum pudoris imitari. Sola in penetralibus, quam nemo virorum videret, solus angelus reperiret; sola sine comite, sola sine teste; ne quo degeneri depravaretur affatu, ab angelo salutatur. Disce, virgo, verborum vitare lasciviam: Maria etiam salutationem angeli verebatur.

423 *Humilitas ad instar Mariae.* — 2, 22. Didicistis, virgines, pudorem Mariae; discite humilitatem. Venit propinqua ad proximam, iunior ad seniorem; nec solum venit, sed etiam prior salutavit; decet enim, ut quanto castior virgo, tanto humilior sit. Noverit deferre senioribus; sit magistra humilitatis, in qua est professio castitatis. Est et causa pietatis, est etiam norma doctrinae. Contuendum est enim, quia superior venit ad inferiorem, ut inferior adiuvetur: Maria ad Elisabeth, Christus ad Ioannem.

424 *Dominus erga peccatorem misericors.* — 2, 33. Vide, quam bonus Deus et facilis indulgere peccatis: non solum ablata restituit, sed etiam insperata concedit. Ille [Zacharias] dudum mutus prophetat [cf. Lc 1, 67]; haec etiam gratia Dei maxima, quod eum qui negaverant, confitentur. Nemo ergo diffidat, nemo veterum conscius delictorum praemia divina desperet. Novit Deus mutare sententiam, si tu noveris emendare delictum.

425 *Christi inopia ditamur.* — 2, 41. Meum ergo paupertas illa patrimonium est, et infirmitas Domini mea virtus est. Maluit sibi egere, ut omnibus abundaret. Me illi infantiae vagientis abluunt fletus, mea lacrimae illae delicta laverunt. Plus igitur, Domine Iesu, iniuriis tuis debeo, quod redemptus sum, quam operibus, quod creatus sum. Non prodesset nasci, nisi redimi profuisset.

---

422. CV 32 (ed. C. Schenkl, 1902), 45; ML 15, 1555 C.
423. CV 32, 53; ML 15, 1560 B. 424. CV 32, 59; ML 15, 1564 B.
425. CV 32, 64; ML 15, 1568 A.

Tentationes ad instar Christi Domini vincendae. — 4, 14. 426
Plenus igitur Iesus Spiritu Sancto agitur in desertum consilio, ut diabolum provocaret — nam nisi ille certasset, non mihi iste vicisset —; mysterio, ut illum Adam de exsilio liberaret; exemplo, ut ostenderet nobis diabolum ad meliora tendentibus invidere, et tunc magis esse cavendum, ne mysterii gratiam deserat mentis infirmitas.... 17. Tria praecipue docemur tela diaboli, quibus ad convulnerandam mentem hominis consuevit armari: gulae unum, aliud iactantiae, ambitionis tertium. Inde autem coepit, unde iam vicit. Et ideo inde incipio in Christo vincere, unde in Adam victus sum, si tamen mihi Christus, imago Patris, virtutis exemplum sit. Discamus igitur cavere gulam, cavere luxuriam, quia telum est diaboli.... 20. Vides, quo genere utatur armorum, quo hominem a spiritalis nequitiae incursione defendat, adversus incitamenta gulae septum atque munitum. Non enim quasi Deus utitur potestate (quid enim mihi proderat?), sed quasi homo commune sibi arcessit auxilium, ut divinae pabulo lectionis intentus famem corporis neglegat, alimentum verbi caelestis acquirat.... 24. Disce ergo et tu diabolum vincere. Agit te spiritus, sequere spiritum. Non te revocet carnis illecebra; spiritu plenus, disce contemnere voluptates. Ieiuna, si vis vincere. Consequens est, ut per hominem diabolus te putet esse tentandum: Christus, quasi fortior, facie ad faciem tentatur, tu per hominem.... 31. Quod si is, qui Deum quaerit, propter fragilitatem carnis et mentis angustias saepe tentatur, quanto magis, qui saeculum quaerit, obnoxius est!... 32. Dicet fortasse aliquis, quia solus qui malum fecerit, timet; tamen qui mare navigat, plus timet. Et contra in immobili terrarum statione consistens, non solet timere naufragium; at si mobile conscendat elementum, frequentioribus obnoxius fit periculis. Fuge ergo saeculi mare: naufragium non timebis.... 37. Nemo potest, nisi vicerit, coronari; nemo potest vincere, nisi ante certaverit. Ipsius quoque coronae maior est fructus, ubi maior est labor.... Et ideo tentationem neutiquam timere debemus; est enim causa victoriae, materia triumphorum.... 39. Non unum telum diabolus habet, frequentat spicula, ut aut praemio vincat aut taedio. Primo cupiditate vulnerat, secundo pietate, tertio sanitate; mentis enim pariter et corporis pugnat ulceribus. Diversitas quoque ipsa tentationum pro diversitate certantium est.... 42. Non debemus igitur tentationes saeculi pro malis timere, quibus bona praemia comparantur, sed magis rogare contemplatione condicionis humanae, ut eas tentationes subeamus, quas ferre possimus.

---

426. CV 32, 146; ML 15, 1616 D.

427 *Oratio necessaria.* — 4, 49. Disce rogare, quod cupias impetrare: fastidiosos viros caelestium profectus munerum non sequuntur.

428 *Cavenda societas malorum.* — 4, 70. Non turbatur ista [navis], quae Petrum habet, turbatur illa, quae Iudam habet. Etsi multa illic discipulorum merita navigabant, tamen eam adhuc perfidia proditoris agitabat. In utraque Petrus; sed qui suis meritis firmus est, turbatur alienis.

429 *Voluntas salvifica Domini.* — 5, 116. Exsurgant vel sero, qui dormierunt, etiam qui Christum perdiderunt. Non sic amittitur Christus, ut non revertatur, si tamen requiratur; sed vigilantibus regreditur et exsurgentibus praesto est; immo omnibus adest, qui ubique semper est, quia complet omnia. Nulli enim deficit, nos deficimus; nulli, inquam, deficit, superabundat omnibus; superabundavit enim peccatum, ut superabundaret gratia. Gratia Christus est, vita Christus est, Christus est resurrectio; qui surgit igitur, invenit esse praesentem.

430 *Eleemosynae utilitas.* — 6, 29. Plus tibi pecunia illa proderit, si non tamquam affluentem tribuas, sed tamquam profuturam Christi nomine largiaris: si ita eam conferas pauperi, ut deferas Christo.

431 *Quaerere Christum.* — 6, 69. Quibus impartiatur [gratiae caelestis alimentum], adverte. Non otiosis, non in civitate quasi in synagoga, vel saeculari dignitate residentibus, sed inter deserta quaerentibus Christum; qui enim non fastidiunt, ipsi excipiuntur a Christo, et cum ipsis loquitur Dei Verbum non de saecularibus, sed de regno caelorum.

432 *In oratione perseverantia.* — 7, 87. Alius praecepti locus est, ut omnibus momentis, non solum diebus, sed etiam noctibus, oratio deferatur.... 88. Et ideo scriptorum memores, noctibus ac diebus orationibus insistentes, peccatis nostris veniam postulemus. Nam si ille tam sanctus, et qui regni erat necessitatibus occupatus, septies in die laudem Domino dicebat [cf. Ps 118, 164], matutinis et vespertinis sacrificiis semper intentus, quid nos facere oportet, qui eo amplius rogare debemus, quo frequentius carnis ac mentis fragilitate delinquimus?... 89. Nec solum media nocte Dominus, sed omnibus prope docet vigilandum esse momentis; venit enim et vespertina, et secunda, et tertia vigilia, et pulsare consuevit: *Beati* itaque *servi illi, quos, cum venerit Dominus, invenerit vigilantes* [Lc 12, 37]. Si ergo desideras, ut virtus Dei praecingat se et ministret tibi, vigilandum est semper; multae enim insidiae sunt nobis et gravis corporis somnus; quem si dormire mens

---

427. CV 32, 163; ML 15, 1627 A. 428. CV 32, 175; ML 15, 1633 C.
429. CV 32, 230; ML 15, 1668 C. 430. CV 32, 243; ML 15, 1676 A.
431. CV 32, 261; ML 15, 1686 B. 432. CV 32, 317; ML 15, 1721 A.

coeperit, vigorem suae virtutis amittet. Excita igitur somnum tuum, ut pulses ostium Christi.... 90. Ergo praeceptivus locus frequenter orandi, spes impetrandi, ratio persuadendi, prius in praecepto, post in exemplo.

Evangelica infantia. — 8, 57. Cur autem pueros aptos regno 433
dicit esse caelorum? [Cf. Lc 18, 16.] Fortasse quia malitiam nesciant, fraudare non noverint, referire non audeant, scrutari ignorent opes, honorem, ambitionem non appetant. Sed non ignorare ista virtus est, sed contemnere, nec continentiae laus, ubi infirmitatis integritas; non igitur pueritia, sed aemula puerilis simplicitatis bonitas designatur. Non enim virtus est non posse peccare, sed nolle, atque ita tenere perseverantiam voluntatis, ut voluntas infantiam, usus imitetur naturam. Denique ipse hoc Salvator expressit, dicens: *Nisi conversi fueritis,* etc. [Mt 18, 3].

Lacrimae Petri paenitentiae exemplum. — 10, 88. Quare 434
flevit? Quia culpa obrepsit ei. Ego soleo flere, si culpa mihi desit, hoc est, si non me vindicem, si non obtineam, quod improbe cupio. Petrus doluit et flevit, quia erravit ut homo. Non invenio quid dixerit, invenio quod fleverit; lacrimas eius lego, satisfactionem non lego; sed quod defendi non potest, ablui potest. Lavent lacrimae delictum, quod voce pudor est confiteri. Et veniae fletus consulunt et verecundiae. Lacrimae sine horrore culpam loquuntur; lacrimae crimen sine offensione verecundiae confitentur; lacrimae veniam non postulant et merentur. Inveni, cur tacuerit Petrus: ne tam cito veniae petitio plus offenderet. Ante flendum est, sic precandum. 89. Bonae lacrimae, quae lavant culpam. Denique quos Iesus respicit, plorant. Negavit primo Petrus, et non flevit, quia non respexerat Dominus. Negavit secundo, non flevit, quia adhuc non respexerat Dominus. Negavit et tertio, respexit Iesus, et ille amarissime flevit. Respice, Domine Iesu, ut sciamus nostrum deflere peccatum. Unde etiam lapsus sanctorum utilis: nihil mihi nocuit, quod negavit Petrus, profuit, quod emendavit.... 90. Flevit ergo et amarissime Petrus, flevit, ut lacrimis suum posset lavare delictum; et tu, si veniam vis mereri, dilue culpam lacrimis tuam: eodem momento, eodem tempore respicit te Christus.

Christi silentium in passione. — 10, 97. Accusatur Do- 435
minus et tacet [cf. Mt 27, 11]; et bene tacet, qui defensione non indiget. Ambiant defendi, qui timent vinci. Non ergo accusationem tacendo confirmat, sed despicit non refellendo. Quid enim timeret, qui non ambiret salutem? Salus omnium suam prodit, ut acquirat omnium.

---

433. CV 32, 419; ML 15, 1782 C. 434. CV 32, 489; ML 15, 1825 B.
435. CV 32, 492; ML 15, 1828 C.

436 *Misericordia Dei erga latronem.* — 10, 121. Pulcherrimum affectandae conversionis exemplum, quod tam cito latroni venia relaxatur, et uberior est gratia quam precatio; semper enim plus Dominus tribuit, quam rogatur. Ille enim rogabat, ut memor sui esset Dominus, cum venisset in regnum suum; Dominus autem ait: *Amen, amen, dico tibi, hodie mecum eris in paradiso* [Mt 27, 44].

De Isaac et anima, ca 388.

437 *Perfecta anima.* — C. 3, n. 6. Perfecta autem anima aversatur materiam; omne immoderatum, mobile, malignum refugit ac respuit; nec videt, nec appropinquat ad illius terrenae labis corruptionem; divina intendit, terrenam autem materiam fugit. Fuga autem est, non terras relinquere, sed esse in terris, iustitiam et sobrietatem tenere, renuntiare vitiis, non usibus elementorum.... 4, 11. Anima ergo bona contemnit visibilia et sensibilia, nec consistit in iis, nec in despiciendis his immoratur et residet, sed ascendit ad illa aeterna et invisibilia et plena miraculis, puro sensu se piae mentis attollens. Etenim perfectioni studens, solum illud bonum divinitatis intendit, nec aliud quidquam requirendum putat, quia tenet quod summum est. Itaque vir huiusmodi, in quo est animae pulchritudo, solus sibi abundat, quia ipse sibi est satis. Nec solus aliquando est, cui praesul Dominus adest.

De bono mortis, 388/90.

438 *Mors abnegatione terrenorum imitanda.* — C. 5, n. 16. Per mortem autem istam anima liberatur, dum a corporis contubernio secernitur et involucris perturbationis exuitur. Unde et nos, dum in corpore sumus, usum mortis imitantes adlevemus animam nostram ex istius carnis cubili et tamquam de isto exsurgamus sepulcro.... Anima ergo nostra sicut aquila alta petat, supra nubes volet, renovatis splendescat exuviis, caelo volatus suos inferat, ubi laqueos incidere non possit. Avis enim, quae descendit ex alto, vel quae in altum se extollere non potest, frequenter aut laqueis capitur, aut visco fallitur, aut quibuscumque irretitur insidiis. Sic quoque et anima nostra caveat ad haec mundana descendere. Laqueus in auro, viscum est in argento, nexus in praedio, clavus in amore. Dum aurum petimus, strangulamur; dum argentum quaerimus, in visco eius inhaeremus; dum praedium invadimus, alligamur. Quid inane quaerimus lucrum pretiosae animae detrimento? Exiguus tibi totus est mundus pro unius animae dispendio.

436. CV 32, 500; ML 15, 1834 A.
437. CV 32, 1 (ed. C. Schenkl, 1897), 645; ML 14, 505 B.
438. CV 32, 1, 717; ML 14, 548 A.

Corpus instrumentum animae. — 6, 25. Iusti autem anima utitur corpore ut instrumento aut organo, quae velut praeclara artifex quo vult obsequium corporis ducit, et effingit de eo speciem quam elegit, et eas, quas voluerit, facit in eo resonare virtutes, pangens nunc modulos castitatis, nunc modulos temperantiae, sobrietatis carmen, integritatis dulcedinem, virginitatis suavitatem, gravitatem viduitatis. 439

De Iacob et vita beata, ca 388.

Beata vita. — L. 1, c. 7, n. 28. Non enim frangitur sapiens 440 doloribus corporis nec vexatur incommodis, sed etiam in aerumnis beatus manet. Neque enim adversa corporis vitae beatae munus imminuunt neque de eius aliquid suavitate delibant, quia non in delectatione corporis vitae beatitudo est, sed in conscientia pura ab omni labe peccati et in eius mente, qui cognoscit, quia quod bonum est, hoc delectat, etiamsi asperum sit, quod autem indecorum, etiamsi suave, non mulcet. Ergo causa bene vivendi non delectatio corporalis, sed mentis prudentia est; non enim caro, quae subiecta est passioni, sed mens, quae iudicat, quia nihil melius delectat quam consiliorum honestas et operum pulchritudo. Ea igitur beatae interpres est vitae. Melior est enim prudentia vel ratio arbitra passionis quam passio; praestantiusque quod iudicat, quam quod iudicio subiectum est.

Forma iusti aegrotantis. — 1, 8, 38. Illam quoque formam 441 iusti esse quis abnuat, ut nihil metuat, nihil reformidet nisi virtutis dispendia, aliorumque vanas formidines comprimat, quas habeant de periculorum sollicitudine, mortis timore, corporis infirmitate; ut doceat dissolvi corpore et cum Christo esse multo melius; ut ostendat, quia operationes non impediuntur debilitatibus corporis, sed augentur, neque splendore generis, aut propinquorum subsidiis, aut opibus, sed bono commendantur affectu.... 39. Quando non decorus, qui ad illius decori et solius boni se conformat similitudinem? qui etiamsi membris solutus sit, tamen mente se erigat? Et tamquam ille, qui cithara canere solitus, si eam dissipatam, resolutis nervis, et confractam viderit, et usum eius interruptum, abiciat eam, atque eius numeros non requirat, sed voce ipse se mulceat; ita et iste citharam corporis sui otiosam iacere patietur, corde se oblectabit, bonae conscientiae recordatione mulcebit, divinis oraculis et scriptis propheticis alleviabit, suave illud et iucundum animo tenens, mente complectens; cui nihil possit triste accidere, cum semper ei divinae praesentiae aspiret gratia, et ipse sibi adsit animi tranquillitate perfusus.

439. CV 32, 1, 726; ML 14, 552 B.
440. CV 32, 2 (ed. C. Schenkl, 1897), 21; ML 14, 609 D.
441. CV 32, 2, 29; ML 14, 614 A.

De Elia et ieiunio, 387/91.

442 *Ieiunii laus.* — C. 2, n. 2. Magna virtus ieiunii. Denique tam speciosa eius militia est, ut ieiunare delectaret et Christum; tam valida, ut ad caelum homines elevaret.... 3, 4. Quid est enim ieiunium nisi substantia et imago caelestis? Ieiunium refectio animae, cibus mentis est; ieiunium vita est angelorum; ieiunium culpae mors, excidium delictorum, remedium salutis, radix gratiae, fundamentum est castitatis. Hoc ad Deum gradu citius pervenitur.... 8, 22. Ieiunium continentiae magisterium est, pudicitiae disciplina, humilitas mentis, castigatio carnis, forma sobrietatis, norma virtutis, purificatio animae, miserationis expensa, lenitatis institutio, caritatis illecebra, senilis gratia, custodia iuventutis. Ieiunium est infirmitatis allevamentum, alimentum salutis. Nemo cruditatem ieiunando incidit, nullus per continentiam ictum sanguinis sensit, immo nullus non repressit et reppulit.

443 *Ieiunium ad SS. Eucharistiam disponit.* — 10, 33. Mystica quoque mensa ieiunio comparatur: illa mensa, de qua dicit David: *Parasti in conspectu meo mensam adversum eos, qui tribulant me* [Ps 22, 5]. Famis acquiritur pretio, et poculum illud inebrians sobrietate caelestium sacramentorum siti quaeritur.

De officiis ministrorum, 391 (?).

444 *Lectio spiritualis.* — L. 1, c. 20, n. 88. Cur non illa tempora, quibus ab ecclesia vacas, lectioni impendas? Cur non Christum revisas, Christum alloquaris, Christum audias? Illum alloquimur, cum oramus, illum audimus, cum divina legimus oracula.

445 *Perfecta liberalitas.* — 1, 30, 148. Deinde perfecta liberalitas fide, causa, loco, tempore commendatur, ut primum opereris circa domesticos fidei. Grandis culpa, si, sciente te, fidelis egeat; si scias eum sine sumptu esse, famem tolerare, aerumnam perpeti, qui praesertim egere erubescat; si in causam ceciderit aut captivitatis suorum aut calumniae, et non adiuves; si sit in carcere, et poenis et suppliciis propter debitum aliquod iustus excrucietur (nam etsi omnibus debetur misericordia, tamen iusto amplius); si tempore afflictionis suae nihil a te impetret; si tempore periculi, quo rapitur ad mortem, plus apud te pecunia tua valeat quam vita morituri.... 151. Primum neminem debet pudere, si ex divite pauper fiat, dum largitur pauperi; quia Christus pauper factus est, cum dives esset, ut omnes sua inopia ditaret. Dedit regulam, quam sequamur, ut bona ratio sit exinaniti patrimonii: si quis pauperum famem reppulit, inopiam sublevavit. Unde et *consilium in hoc do,* apostolus dicit, *hoc enim vobis utile est, ut Christum imitemini* [2 Cor 8, 10].

442. CV 32, 2, 412; ML 14, 698 A.
443. CV 32, 2, 429; ML 14, 708 B. 444. ML 16, 50 A.
445. ML 16, 66 B.

Bonitatis utilitas. — 2, 7, 29. Ac primum noverimus nihil tam utile quam diligi; nihil tam inutile quam non amari; nam odio haberi exitiale ac nimis capitale arbitror. Itaque id agamus, ut omni sedulitate commendemus existimationem opinionemque nostram, ac primum placiditate mentis et animi benignitate influamus in affectum hominum. Popularis enim et grata est omnibus bonitas, nihilque quod tam facile illabatur humanis sensibus. Ea si mansuetudine morum ac facilitate, tum moderatione praecepti et affabilitate sermonis, verborum honore, patienti quoque sermonum vice modestiaeque adiuvemur gratia, incredibile, quantum procedit ad cumulum dilectionis.... 37. Etenim ad incentivum caritatis communis plurimum proficit, si quis vicem amantibus reddat, nec minus redamare se probet, quam ipse amatur, idque amicitiae fidelis pateat exemplis. Quid enim tam populare quam gratia? Quid tam insitum naturae, quam ut diligentem diligas? Quid tam inolitum atque impressum affectibus humanis, quam ut eum amare inducas in animum, a quo te amari velis? 446

Bonum consilium liberalitas optima. — 2, 15, 75. Facile autem pecunia consumitur, consilia exhauriri nesciunt. Haec usu augentur; pecunia minuitur et cito deficit, atque ipsam destituit benignitatem, ut quo pluribus largiri volueris, eo pauciores adiuves et saepe tibi desit, quod aliis conferendum putaveris. Consilii autem operisque collatio, quo in plures diffunditur, eo redundantior manet et in suum fontem recurrit. In se enim refluit ubertas prudentiae, et quo pluribus fluxerit, eo exercitius fit omne, quod remanet. 447

Liberalitas attrahit liberalitatem. — 2, 16, 78. Quo plus te operari viderit populus, magis diliget. Scio plerosque sacerdotes, quo plus contulerunt, plus abundasse; quoniam quicumque bonum operarium videt, ipsi confert, quod ille suo officio dispenset, securus quod ad pauperem sua perveniat misericordia; nemo enim vult nisi pauperi proficere suam collationem. 448

Vita interna. — 3, 1, 7. Quando ergo iustus solus est, qui cum Deo semper est?... Etenim quasi ignoratur, et cognoscitur; quasi moritur, et ecce vivit; quasi tristis, et semper laetior; ut egenus, et largus; ut qui nihil habeat, et possideat omnia [cf. 2 Cor 6, 8]. Nihil enim spectat vir iustus, nisi quod constans et honestum est. Et ideo etiamsi alii videatur pauper, sibi dives est, qui non eorum quae caduca, sed eorum, quae aeterna sunt, aestimatione censetur. 449

446. ML 16, 111 B. 447. ML 16, 122 C. 448. ML 16, 124 A.
449. ML 16, 147 B.

450 *Non quae sua sunt quaerere.* — 3, 3, 15. Si quis igitur vult placere omnibus, per omnia quaerat non quod sibi utile est, sed quod multis, sicut quaerebat et Paulus. Hoc est enim conformari Christo, alienum non quaerere, nihil alteri detrahere, ut acquirat sibi. Christus enim Dominus cum esset in Dei forma, exinanivit se, ut formam susciperet hominis, quam operum suorum locupletaret virtutibus. Tu ergo spolias, quem Christus induit? Tu exuis, quem vestivit Christus? Hoc enim agis, quando alterius detrimento tua commoda augere expetis.

De institutione virginis, 391.

451 *Virginitas ex exemplo Mariae.* — C. 13, n. 81. O divitias Marianae virginitatis! Quasi olla ferbuit, et quasi nubes pluit in terras gratiam Christi; scriptum est enim de ea: *Ecce Dominus venit sedens super nubem levem* [Is 19, 1]. Vere levem, quae coniugii onera nescivit; vere levem, quae levavit hunc mundum de gravi faenore peccatorum.... 82. Excipite igitur, excipite, sacrae virgines, nubis huius pluviam spiritalem, temperamentum flagrantiae corporalis, ut corporis omnes restinguatis ardores atque interna mentis vestrae humescant.

452 *Virginis officia.* — 17, 112. Tu, Domine, adiunge alios sacrae virginitatis ornatus, adiunge sedulos pios cultus, ut noverit possidere vas suum, noverit humiliari, dilectionem teneat, veritatis murum, pudoris septum. Non pineae velamen eius, non vincant cupressi, pudicitiam eius non turtures, simplicitatem eius non vincant columbae. Sit in corde simplicitas, in verbis modus, erga omnes pudor, pietas erga propinquos, circa egenos et pauperes misericordia; quod bonum est, teneat, ab omni specie abstineat mala; veniat super eam benedictio morituri, et os viduae benedicat eam [cf. Iob 29, 13]. 113. *Pone ut signaculum verbum tuum in corde eius, ut signaculum in brachio eius* [Ct 8, 6], ut in omnibus sensibus et operibus eius Christus eluceat, Christum intendat, Christum loquatur.

De Nabuthe Iezrahelita, 394 (?).

453 *Verae divitiae.* — C. 14, n. 60. Nescis, o homo, struere divitias. Si vis dives esse, esto pauper saeculo, ut sis Deo dives. Dives fidei dives est Deo; dives misericordiae dives est Deo; dives simplicitatis dives est Deo; dives sapientiae, dives scientiae divites Deo. Sunt qui in paupertate abundent et qui in divitiis egeant. Abundant pauperes, quorum profunda paupertas abundavit in divitiis simplicitatis suae; divites autem eguerunt et esurierunt.

450. ML 16, 149 C. 451. ML 16, 325 A. 452. ML 16, 332 C.
453. CV 32, 2, 504; ML 14, 750 B.

Epistulae.

Solitudinis bona. — Ep. 49 [ad Sabinum, scripta ca 390], n. 1. 454
Numquam enim minus solus sum, quam cum solus esse videor; nec minus otiosus, quam cum otiosus.... 2. Sola erat Maria, et loquebatur cum angelo [cf. Lc 1, 28]. Sola erat, quando supervenit in eam Spiritus Sanctus et virtus Altissimi obumbravit eam. Sola erat, et operata est mundi salutem et concepit redemptionem universorum. Solus erat Petrus, et totum per orbem consecrandarum gentium cognovit mysteria [cf. Act 10, 10 sqq]. Solus erat Adam, et non est praevaricatus, quia mens eius adhaerebat Deo. Postquam vero ei mulier adiuncta est, non potuit inhaerere mandatis caelestibus, et ideo se abscondebat, quando Deus deambulabat in paradiso.

S. HIERONYMUS, ca 342—419/20.

Adversus Iovinianum, ca 393.

Nuptiae et virginitas comparantur. — L. 1, n. 3. Ita nup- 455
tias recipimus, ut virginitatem, quae de nuptiis nascitur, praeferamus. Numquid argentum non erit argentum, si aurum argento pretiosius est? Aut arboris et segetis contumelia est, si radici et foliis, culmo et aristis poma praeferantur et fructus? Ut poma ex arbore, frumentum e stipula, ita virginitas e nuptiis.

Apostolus dat consilium virginitatis. — 1, 12. *Praeceptum,* 456
inquit, *Domini non habeo; consilium autem do, tamquam misericordiam consecutus a Domino* [1 Cor 7, 25]. Si non habes praeceptum Domini, quare audes dare consilium, de quo non habes iussionem? Respondebit mihi apostolus: Et vis, ut ego iubeam, quod Dominus obtulit potius, quam praecepit? Ille creator et figulus sciens fragilitatem vasculi, quod operatus est, virginitatem in audientis potestate dimisit, et ego doctor gentium, qui omnibus omnia factus sum [cf. 1 Cor 9, 22], ut omnes lucrifacerem, onus perpetuae castitatis statim in principio credentium imponam cervicibus infirmorum? Discant prius ferias nuptiarum, vacent ad tempus orationi, ut accepto gustu pudicitiae, id semper habere desiderent, quo ad modicum delectati sunt.... Et ideo plus amat virgines Christus, quia sponte tribuunt, quod sibi non fuerat imperatum.

Praestantia virginitatis. — 1, 16. *Crescite et multiplicamini,* 457
et replete terram [Gn 1, 28].... Nuptiae terram replent, virginitas paradisum.... 22. *Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia caro sunt* [Gn 6, 3]. Quamobrem et Moyses

454. ML 16, 1153 D. 455. ML 23, 218 B. 456. ML 23, 227 C.
457. ML 23, 235 C.

moriens plangitur a populo Israel; Iesus autem quasi victurus non plangitur. Nuptiae enim finiuntur in morte, virginitas post mortem incipit coronari.

458 *Praestantia virginitatis in Ioanne declaratur.* — 1 26. Ioannes unus ex discipulis, qui minimus traditur fuisse inter apostolos, et quem fides Christi virginem reppererat, virgo permansit, et ideo plus amatur a Domino et recumbit super pectus Iesu. Et quod Petrus, qui uxorem habuerat, interrogare non audet, illum rogat, ut interroget. Et post resurrectionem, nuntiante Maria Magdalene, quod Dominus resurrexisset, uterque cucurrit ad sepulcrum, sed ille praevenit. Cumque essent in navi et piscarentur in lacu Genezareth, Iesus stabat in littore, nec sciebant apostoli, quem viderent; solus virgo virginem agnoscit et dicit Petro: *Dominus est* [Io 21, 7]. . . . *In principio erat Verbum,* etc. [Io 1, 1]. Exposuit virginitas, quod nuptiae scire non poterant, et ut brevi sermone multa comprehendam, doceamque, cuius privilegii sit Ioannes, immo in Ioanne virginitas: a Domino virgine mater virgo virgini discipulo commendatur.

459 *Praestantia virginitatis in incarnatione declaratur.* — 1, 32. *Ecce virgo in utero concipiet, et pariet filium* [Is 7, 14]. Si non praefertur nuptiis virginitas, Spiritus Sanctus cur maritatam, cur viduam non elegit? Nam illo tempore erat Anna filia Phanuelis de tribu Azer, insignis pudicitiae, et semper vacans orationibus et ieiuniis in templo Dei.

460 *Virginitas difficilis.* — 1, 36. Noli metuere, ne omnes virgines fiant; difficilis res est virginitas, et ideo rara, quia difficilis: *Multi vocati, pauci electi* [Mt 20, 16; 22, 14]. Incipere plurimorum est, perseverare paucorum. Unde et grande praemium eorum, qui perseveraverint. Si omnes virgines esse possent, numquam et Dominus diceret: *Qui potest capere, capiat* [Mt 19, 12]; et apostolus in suadendo non trepidaret: *De virginibus autem praeceptum Domini non habeo* [1 Cor 7, 25].

461 *Per sensus blandiuntur vitia.* — 2, 8. Per quinque sensus, quasi per quasdam fenestras, vitiorum ad animam introitus est. Non potest ante metropolis et arx mentis capi, nisi per portas eius irruerit hostilis exercitus. Horum perturbationibus anima praegravatur et capitur aspectu, auditu, odoratu, sapore, tactu. Si circensibus quispiam delectetur, si athletarum certamine, si mobilitate histrionum, si formis mulierum, splendore gemmarum, vestium, metallorum et ceteris huiuscemodi, per oculorum fenestras animae capta libertas est et impletur illud propheticum: *Mors intravit per fenestras vestras* [Ier 9, 21]. Rursum auditus vario organorum cantu et vocum inflexionibus delinitur, et carmine poetarum et comoediarum mimorumque urbanitatibus et strophis quidquid per aures introiens virilitatem mentis effeminat. Odoris autem suavitas, et diversa thymiamata, et amomum, et cyphi, oenanthe, muscus, et peregrini muris pellicula, quod dissolutis et amatoribus conveniat, nemo nisi dissolutus negat. Porro ciborum aviditas quod avaritiae mater sit et animum quasi quibusdam compedibus degravatum in terra teneat, quis ignorat? Propter brevem gulae voluptatem terrae lustrantur et maria; et ut mulsum vinum pretiosusque cibus fauces nostras transeat, totius vitae opera desudamus. Tactus autem alienorum corporum et feminarum ardentior appetitus vicinus insaniae est. Ob hunc sensum cupimus, irascimur, gestimus, invidemus, aemulamur, solliciti sumus, et expleta voluptate per quamdam paenitudinem, rursus accendimur; quaerimusque facere, quod cum fecerimus, iterum paeniteamus. Igitur cum per has portas quasi quidam perturbationum cunei ad arcem nostrae mentis intraverint, ubi erit libertas, ubi fortitudo eius, ubi de Deo cogitatio, maxime cum tactus depingat sibi etiam praeteritas voluptates, et recordatione vitiorum cogat animam compati et quodammodo exercere, quod non agit?

458. ML 23, 246 C. 459. ML 23, 255 A. 460. ML 23, 259 D.
461. ML 23, 297 B.

Temperantia. — 2, 11. Grandis exsultatio animae est, cum 462
parvo contentus fueris, mundum habere sub pedibus et omnem eius potentiam, epulas, libidines, propter quae divitiae comparantur, vilibus mutare cibis et crassiore tunica compensare. Tolle epularum et libidinis luxuriam, nemo quaeret divitias, quarum usus aut in ventre aut sub ventre est. Qui aegrotat, non aliter recipit sanitatem nisi tenui cibo et castigato victu, quae λεπτὴ δίαιτα dicitur. Quibus ergo cibis recipitur sanitas, his et servari potest; ne quis putet morbos oleribus concitari. Si autem Milonis illius Crotoniatae vires olera non ministrant, quae nascuntur et aluntur ex carnibus, quid necesse est viro sapienti et philosopho Christi tantam habere fortitudinem, quae athletis et militibus necessaria est, quam cum habuerit, ad vitia provocetur? Illi arbitrentur carnes sanitati congruas, qui volunt abuti libidine, et in caenum demersi voluptatum, ad coitum semper exaestuant. Christiano sanitas absque viribus nimiis necessaria est.

Ieiunii lex hominibus valde salutaris. — 2, 15. Nunc ad 463
exordium generis humani . . . transiens, docebo primum Adam in paradiso accepisse praeceptum, ut cetera poma comedens ab una arbore ieiunaret. Beatitudo paradisi absque abstinentia cibi non potuit dedicari. Quamdiu ieiunavit, in paradiso fuit; comedit, et eiectus est; eiectus, statim duxit uxorem. Qui ieiunus in paradiso virgo fuerat, satur in terra

462. ML 23, 301 A. 463. ML 23, 305 C.

matrimonio copulatur; et tamen eiectus non protinus accepit licentiam carnium vescendarum, sed tantum poma arborum et fruges segetum et herbarum olera ei traduntur in cibum: ut exsul quoque paradisi, non carnibus, quae in paradiso non erant, sed similitudine frugum paradisi vesceretur.... Angelorum cibum contemnentes, carnes aegyptias suspirabant [Israelitae]. Moyses quadraginta diebus et noctibus ieiunus in monte Sina, etiam tunc probans, non in pane solo vivere hominem, sed in omni verbo Dei, cum Domino loquitur; populus autem satur idola fabricatur. Ille vacuo ventre legem accipit scriptam digito Dei; iste manducans et bibens, consurgensque ludere, aurum conflat in vitulum et aegyptium bovem praefert Domini maiestati. Tot dierum labor unius horae saturitate perit. Frangit audacter Moyses tabulas; sciebat enim Dei sermonem non posse audire temulentos.... Vultum ieiunantis Moysi, et iuxta hebraicam veritatem, Dei confabulatione cornutum, pastus et pinguior populus sustinere non potuit. Quamobrem et Dominus noster atque Salvator non ob indifferentiam virginitatis et nuptiarum, ut quidam putant, sed ob ieiuniorum consortia, Moysen et Eliam transfiguratus in monte secum ostendit in gloria.

In evangelium Matthaei commentarii, 398.

464 *Orationis efficacia.* — L. 1, c. 7, v. 7. Si petenti datur, et quaerens invenit, et pulsanti aperitur, ergo cui non datur, et qui non invenit, et cui non aperitur, apparet, quod non bene petierit, quaesierit et pulsaverit.

465 *Angusta et lata via.* — 1, 7, 13. Latam non quaerimus, nec inventione opus est; sponte se offert, et errantium via est. Angustam vero nec omnes inveniunt, nec qui invenerint, statim ingrediuntur per eam; siquidem multi, inventa veritatis via, capti saeculi voluptatibus, de medio itinere revertuntur.

466 *Zelus in Christo Domino.* — 1, 9, 35. Cernis, quod aequaliter et villis, et urbibus, et castellis, id est, et magnis et parvis evangelium praedicaverit, ut non consideraret nobilium potentiam, sed salutem credentium. Circuibat civitates, hoc habens operis, quod mandaverat Pater, et hanc esuriem, ut doctrina sua salvos faceret infideles. Docebat autem in synagogis et villis evangelium regni; et post praedicationem atque doctrinam curabat omnem languorem et omnem infirmitatem, ut quibus sermo non suaserat, opera persuaderent. De Domino proprie dicitur: *Curans omnem languorem et omnem infirmitatem* [Mt 9, 35], nihil quippe ei impossibile est.

---

464. ML 26, 47 C. 465. ML 26, 48 A. 466. ML 26, 60 B.

Violenti rapiunt regnum. — 2, 11, 12. Grandis enim est violentia, in terra nos esse generatos et caelorum sedem quaerere, possidere per virtutem, quod non tenuimus per naturam. 467

Onus leve. — 2, 11, 30. In lege opera requiruntur, quae qui fecerit, vivet in iis. In evangelio voluntas quaeritur, quae etiamsi effectum non habuerit, tamen praemium non amittit. Evangelium ea praecipit, quae possumus, ne scilicet concupiscamus: hoc in arbitrio nostro est. Lex cum voluntatem non puniat, punit effectum, ne adulterium facias. Finge in persecutione aliquam virginem prostitutam. Haec apud evangelium, quia voluntate non peccat, virgo suscipitur; in lege quasi corrupta repudiatur. 468

Fallacia divitiarum. — 2, 13, 22. Blandae enim sunt divitiae, et aliud agentes, et aliud pollicentes. Lubrica est earum possessio, dum huc illucque circumferuntur, et instabili gradu vel habentes deserunt, vel non habentes referciunt. Unde et Dominus divites asserit difficulter intrare in regnum caelorum, suffocantibus divitiis verbum Dei et rigorem virtutum emollientibus. 469

Pretiosa margarita. — 2, 13, 46. Unum autem est pretiosissimum margaritum, scientia Salvatoris, et sacramentum passionis illius, et resurrectionis arcanum. Quod cum invenerit homo negotiator, similis Pauli apostoli, omnia legis prophetarumque mysteria, et observationes pristinas, in quibus inculpate vixerat, quasi purgamenta contemnit et quisquilias, ut Christum lucrifaciat. Non quo inventio novae margaritae condemnatio sit veterum margaritarum, sed quo comparatione eius omnis alia gemma vilior sit. 470

Cibus viatorum Eucharistia. — 2, 15, 32. *Et dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via* [Mt 15, 32]. Esuriebant post magnas debilitates et per patientiam futuros exspectabant cibos. Non vult eos Iesus dimittere ieiunos, ne deficiant in via. Periclitatur ergo qui sine caelesti pane ad optatam mansionem pervenire festinat. 471

Sanctissimum nomen Iesu. — 3, 16, 20. Mihi videtur aliud esse Christum praedicare, aliud Iesum Christum. Christus commune dignitatis est nomen, Iesus proprium vocabulum Salvatoris. 472

Orationis efficacia. — 3, 17, 18. *Quaecumque in nomine meo petieritis, credentes accipietis* [Io 15, 2]. Ergo quoties non accipimus, non praestantis est impossibilitas, sed culpa deprecantium. 473

---

467. ML 26, 72 A. 468. ML 26, 76 A. 469. ML 26, 88 C.
470. ML 26, 94 D. 471. ML 26, 111 D. 472. ML 26, 118 C.
473. ML 26, 125 C.

474 *Sicut parvuli.* — 3, 18, 3. Non praecipitur apostolis, ut aetatem habeant parvulorum, sed ut innocentiam, et quod illi per annos possident, hi possideant per industriam, ut malitia, non sapientia parvuli sint. 4. *Quicumque ergo humiliaverit se sicut parvulus iste, hic est maior in regno caelorum* [Mt 18, 4]. Sicut iste parvulus, cuius vobis exemplum tribuo, non perseverat in iracundia, non laesus meminit, non videns pulchram mulierem delectatur, non aliud cogitat et aliud loquitur, sic et vos, nisi talem habueritis innocentiam et animi puritatem, non poteritis regna caelorum intrare.

475 *Duo vel tres congregati in oratione.* — 3, 18, 19. Igitur et praemium pollicetur [Christus], ut sollicitius festinemus ad pacem, cum se dicat inter duos et tres medium fore.... Possumus et hoc spiritaliter intellegere, quod ubi spiritus et anima corpusque consenserint et non inter se bellum diversarum habuerint voluntatum, carne concupiscente adversus spiritum et spiritu adversus carnem, de omni re, quam petierint, impetrent a Patre. Nullique dubium, quin bonarum rerum postulatio sit, ubi corpus ea vult habere quae spiritus.

476 *Verbum castitatis non omnes capiunt.* — 3, 19, 11. *Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est* [Mt 19, 11]. Nemo putet sub hoc verbo vel fatum vel fortunam introduci: quod hi sunt virgines, quibus a Deo datum sit, aut quos quidam ad hoc casus adduxerit, sed his datum est, qui petierunt, qui voluerunt, qui, ut acciperent, laboraverunt. Omni enim petenti dabitur, et quaerens inveniet, et pulsanti aperietur [cf. Mt 7, 8; Lc 11, 10].

Contra Vigilantium, 406.

477 *Cur mundum sancti devitent.* — 16. Cur, inquies, pergis ad eremum? Videlicet, ut te non audiam, non videam; ut tuo furore non movear; ut tua bella non patiar; ne me capiat oculus meretricis; ne forma pulcherrima ad illicitos ducat amplexus. Respondebis: Hoc non est pugnare, sed fugere. Sta in acie, adversariis armatus obsiste, ut postquam viceris, coroneris. Fateor imbecillitatem meam. Nolo spe pugnare victoriae, ne perdam aliquando victoriam. Si fugero, gladium devitavi; si stetero, aut vincendum mihi est aut cadendum. Quid autem necesse est certa dimittere et incerta sectari? Aut scuto aut pedibus mors vitanda est. Tu qui pugnas, et superari potes et vincere. Ego cum fugero, non vinco in eo, quod fugio, sed ideo fugio, ne vincar. Nulla securitas est vicino serpente dormire. Potest fieri, ut me non mordeat, tamen potest fieri, ut aliquando me mordeat.

474. ML 26, 128 C. 475. ML 26, 132 A. 476. ML 26, 135 C
477. ML 23, 351 C.

Epistulae.

Arma contra tentationes. — Ep. 3 [ad Rufinum, scripta a. 374], 478
n. 5. Quas nunc diabolum nectere credis tricas? Quas parare arbitraris insidias? Forsitan antiquae fraudis memor, famem suadere tentabit. Sed iam illi responsum est non in solo pane vivere hominem. Opes forsitan gloriamque proponet. Sed dicetur illi: *Qui cupiunt divites fieri, incidunt in muscipulam et tentationes* [1 Tim 6, 9], et: *Mihi gloriatio omnis in Christo est* [Gal 6, 14]. Fessa ieiuniis membra morbo gravante concutiet; sed apostoli repercutietur eloquio: *Quando infirmor, tunc fortior sum* [2 Cor 12, 10], et: *Virtus in infirmitate perficitur* [2 Cor 12, 9]. Minabitur mortem; sed audiet: *Cupio dissolvi et esse cum Christo* [Phil 1, 23]. Ignita iacula vibrabit, sed excipientur scuto fidei.

Superbia. — 12 [ad Antonium, ca 374]. *Superbis Deus resistit,* 479
humilibus autem dat gratiam [1 Petr 5, 5]. Vide, frater, quale malum sit, quod adversarium habet Deum.

Amor propinquorum monacho spernendus. — 14 [ad Helio- 480
dorum, ca 374], 2. Licet parvulus ex collo pendeat nepos, licet sparso crine et scissis vestibus ubera, quibus nutrierat, mater ostendat, licet in limine pater iaceat, per calcatum perge patrem, siccis oculis ad vexillum crucis vola. Pietatis genus est in hac re esse crudelem.

Laus eremi. — 14, 10. O desertum Christi floribus vernans! 481
O solitudo, in qua illi nascuntur lapides, de quibus in Apocalypsi civitas magni regis exstruitur! [Cf. Apc 21, 18.] O eremus familiari Deo gaudens! Quid agis, frater, in saeculo, qui maior es mundo? Quamdiu te tectorum umbrae premunt? Quamdiu fumeus harum urbium carcer includit? Crede mihi, nescio, quid plus lucis aspicio. Libet, sarcina corporis abiecta, ad purum aetheris volare fulgorem. Paupertatem times? Sed beatos pauperes Christus appellat. Labore terreris? Sed nemo athleta sine sudoribus coronatur. De cibo cogitas? Sed fides famem non sentit. Super nudam metuis humum exesa ieiuniis membra collidere? Sed Dominus tecum iacet. Squalidi capitis horret inculta caesaries? Sed caput tuum Christus est. Infinita eremi vastitas terret? Sed tu paradisum mente deambula. Quotiescumque illuc cogitatione conscenderis, toties in eremo non eris. Scabra sine balneis attrahitur cutis? Sed qui in Christo semel lotus est, non illi necesse est iterum lavari [cf. Io 13, 10]. Et ut breviter, ad cuncta apostolum audias respondentem: *Non sunt condignae passiones huius saeculi ad superventuram gloriam, quae revelabitur in nobis* [Rom 8, 18]. Delicatus es, carissime, si et hic vis gaudere cum saeculo, et postea regnare cum Christo.

478. CV 54 (ed. I. Hilberg, 1910), 16; ML 22, 334.
479. CV 54, 42; ML 22, 346. 480. CV 54, 46; ML 22, 348.
481. CV 54, 59; ML 22, 353.

482 *Prodigi fames.* — 21 [ad Damasum, a. 383], 13. Daemonum cibus est ebrietas, luxuria, fornicatio et universa vitia. Haec blanda sunt et lasciva et sensus voluptate demulcent, statimque ut apparuerint, ad usum sui provocant. Quibus ideo luxuriosus adulescens non poterat saturari, quia semper voluptas famem sui habet et transacta non satiat; et satanas cum aliquem sua arte deceperit et proprium ei iugum imposuerit, ultra ad vitiorum abundantiam non procurat, sciens esse iam mortuum, sicuti multos idolatras videmus pannis, miseria, egestate confectos.

483 *Timor virginem decet.* — 22 [ad Eustochium, a. 384], 3. Onusta incedis auro, latro vitandus est. Stadium est haec vita mortalibus: hic contendimus, ut alibi coronemur. Nemo inter serpentes et scorpiones securus ingreditur.... Magnis inimicorum circumdamur agminibus, hostium plena sunt omnia. Caro fragilis, et cinis futura post modicum pugnat sola cum pluribus.... 5. *Virgo Israel cecidit, non est qui suscitet eam* [Am 5, 2]. Audenter loquar: Cum omnia Deus possit, suscitare virginem non potest post ruinam. Valet quidem liberare de poena, sed non valet coronare corruptam.

484 *Hieronymi tentationes.* — 22, 7. O quoties in eremo constitutus et in illa vasta solitudine, quae exusta solis ardoribus horridum monachis praestat habitaculum, putavi me Romanis interesse deliciis. Sedebam solus, quia amaritudine repletus eram. Horrebam sacco membra deformis, squalida cutis situm aethiopicae carnis adduxerat. Cotidie lacrimae, cotidie gemitus, et si quando repugnantem somnus imminens oppressisset, nuda humo vix ossa haerentia collidebam. De cibis vero et potu taceo, cum etiam languentes aqua frigida utantur et coctum aliquid accepisse luxuriae sit. Ille igitur ego, qui ob gehennae metum tali me carcere ipse damnaveram, scorpionum tantum socius et ferarum, saepe choris intereram puellarum. Pallebant ora ieiuniis, et mens desideriis aestuabat in frigido corpore, et ante hominem suum iam carne praemortua, sola libidinum incendia bulliebant. Itaque omni auxilio destitutus, ad Iesu iacebam pedes, rigabam lacrimis, crine tergebam et repugnantem carnem hebdomadarum inedia subiugabam. Non erubesco infelicitatis meae, quin potius plango non esse, quod fuerim. Memini me clamantem diem crebro iunxisse cum nocte, nec prius a pectoris cessasse verberibus, quam Domino rediret increpante tranquillitas. Ipsam quoque cellulam meam, quasi cogitationum consciam, pertimescebam, et mihimet iratus et rigidus, solus deserta penetrabam. Sicubi concava vallium, aspera montium, rupium praerupta cerne-

482. CV 54, 121; ML 22, 385. 483. CV 54, 146; ML 22, 395.
484. CV 54, 152; ML 22, 398.

bam, ibi meae orationi locus, illud miserrimae carnis ergastulum; et, ut mihi ipse testis est Dominus, post multas lacrimas, post caelo oculos inhaerentes nonnumquam videbar mihi interesse agminibus angelorum, et laetus gaudensque cantabam: *Post te in odorem unguentorum tuorum currimus* [Ct 1, 3].

A vino cavendum. — 22, 8. Vinum et adulescentia duplex 485
incendium voluptatis. Quid oleum flammae adicimus? Quid ardenti corpusculo fomenta ignium ministramus? Paulus ad Timotheum: *Iam noli,* inquit, *aquam bibere, sed vinum modicum utere, propter stomachum tuum et frequentes tuas infirmitates* [1 Tim 5, 23]. Vide, quibus causis vini potio concedatur: vix hoc stomachi dolor et frequens meretur infirmitas. Et ne nobis forsitan de aegrotationibus blandiremur, modicum praecepit esse sumendum, medici potius consilio quam apostoli.

Abstinentia. — 22, 10. Sollicite providendum est, ut quos 486
saturitas de paradiso expulit, reducat esuries.... 11. Non quo Deus, universitatis Creator et Dominus, intestinorum nostrorum rugitu et inanitate ventris pulmonumque delectetur ardore, sed quo aliter pudicitia tuta esse non possit.

Ubique servanda modestia. — 22, 12. Samson leone fortior, 487
saxo durior, et qui unus et nudus mille est persecutus armatos, in Dalilae mollescit amplexibus. David secundum cor Domini electus, et qui venturum Christum sancto saepe ore cantaverat, postquam deambulans super tectum domus suae, Bersabee captus est nuditate, adulterio iunxit homicidium. Ubi et illud breviter attende, quod nullus sit, etiam in domo, tutus aspectus.

Virgini vitanda consortia mundana. — 22, 16. Si ad im- 488
peratoris uxorem concurrit ambitio salutantium, cur tu facias iniuriam viro tuo? Ad hominis coniugem, Dei sponsa, quid properas? Disce in hac parte superbiam sanctam: scito te illis esse meliorem.

Virginis officia. — 22, 17. Esto subiecta parentibus, imi- 489
tare sponsum tuum. Rarus sit egressus in publicum. Martyres tibi quaerantur in cubiculo tuo. Numquam causa deerit procedendi, si semper, quando necesse est, processura sis. Moderatus cibus et numquam venter repletus. Plurimae quippe sunt, quae, cum vino sint sobriae, ciborum largitate sunt ebriae. Ad orationem tibi nocte surgenti non indigestio ructum faciat, sed inanitas. Crebrius lege, disce quamplurima. Tenenti codicem somnus obrepat, et cadentem faciem pagina sancta suscipiat. Sint tibi cotidiana ieiunia et refectio satie-

485. CV 54, 154; ML 22, 399. 486. CV 54, 158; ML 22, 400.
487. CV 54, 159; ML 22, 401. 488. CV 54, 163; ML 22, 403.
489. CV 54, 165; ML 22, 404.

tatem fugiens. Nihil prodest biduo triduoque transmisso vacuum portare ventrem, si pariter obruitur, si compensatur saturitate ieiunium. Illico mens repleta torpescit et irrigata humus spinas libidinum germinat.... 18. Esto cicada noctium. Lava per singulas noctes lectum tuum, in lacrimis stratum tuum riga. Vigila et fiere sicut passer in solitudine. Psalle spiritu, psalle et mente.... Nolo illi subiacere sententiae, quae in hominem est 'ata damnatum: *In doloribus et anxietatibus paries, mulier* — lex ista non mea est — *et ad virum conversio tua* [Gn 3, 16]. Sit conversio illius ad maritum, quae virum non habet Christum, et ad extremum *morte morieris* [Gn 2, 17] finis iste coniugii; meum propositum sine sexu est. Habeant nuptiae suum tempus et titulum. Mihi virginitas in Maria dedicatur et Christo.

490 *Virginitatis encomium.* — 22, 20. Laudo nuptias, laudo coniugium, sed quia mihi virgines generant; lego de spinis rosam, de terra aurum, de concha margaritum. Numquid qui arat, tota die arabit? Nonne et laboris sui fruge laetabitur? Plus honorantur nuptiae, quando quod de illis nascitur, plus amatur. Quid invides, mater, filiae? Tuo lacte nutrita est, tuis educata visceribus, in tuo adolevit sinu. Tu illam sedula pietate servasti. Indignaris, quod noluit militis uxor esse, sed regis? Grande tibi beneficium praestitit. Socrus Dei esse coepisti.

491 *A Maria Virgine virginitas.* — 22, 21. Mors per Evam, vita per Mariam. Ideoque et ditius virginitatis donum fluxit in feminas, quia coepit a femina. Statim ut Filius Dei ingressus est super terram, novam sibi familiam instituit, ut qui ab angelis adorabatur in caelo, haberet angelos et in terris.

492 *Blandimenta virgini vitanda.* — 22, 24. Saepe indecens aliquid loquentes tentant mentis arbitrium. Si libenter audias, virgo, quod dicitur, si ad ridicula quaeque solvaris, quidquid dixeris, laudant, quidquid negaveris, negant, facetam vocant et sanctam, et in qua nullus sit dolus: Ecce vere Christi ancilla, dicentes, ecce tota simplicitas, non ut illa horrida, turpis, rusticana, terribilis, et quae ideo forsitan maritum invenire non potuit.

493 *Oratio et lectio.* — 22, 25. Semper te cubiculi tui secreta custodiant, semper tecum sponsus ludat intrinsecus. Oras, loqueris ad sponsum; legis, ille tibi loquitur.

494 *Non quaerenda gloria apud homines.* — 22. 27. Cum facis eleemosynam, Deus solus videat. Cum ieiunas, laeta sit facies

490. CV 54, 170; ML 22, 406. 491. CV 54, 173; ML 22, 408.
492. CV 54, 176; ML 22, 410. 493. CV 54, 178; ML 22, 411.
494. CV 54, 182; ML 22, 412.

tua. Vestis nec satis munda nec sordida et nulla diversitate notabilis, ne ad te obvia praetereuntium turba consistat et digito demonstreris. Frater est mortuus, sororis est corpusculum deducendum: cave, ne dum hoc saepius facis, ipsa moriaris. Ne satis religiosa velis videri, nec plus humilis, quam necesse est, ne gloriam fugiendo quaeras. Plures enim paupertatis, misericordiae atque ieiunii arbitros declinantes, in hoc ipso placere cupiunt, quod placere contemnunt, et mirum in modum laus, dum vitatur, appetitur.

Prudentia et bonum exemplum. — 22, 29. Memento, quon- 495
iam in medio laqueorum ambulas et multae veteranae virgines castitatis indubitatam in ipso mortis limine coronam perdidere de manibus. Si quae ancillae sunt comites propositi tui, ne erigaris adversus eas, ne infleris ut domina. Unum sponsum habere coepistis, simul psallitis Christo, simul corpus accipitis, cur mensa diversa sit? Provocentur et aliae. Honor virginum sit invitatio ceterarum.

Orandi varia tempora. — 22, 37. Post haec quamquam 496
apostolus semper orare nos iubeat et sanctis etiam ipse somnus oratio sit, tamen divisas orandi horas habere debemus, ut si forte aliquo fuerimus opere detenti, ipsum nos ad officium tempus admoneat. Horam tertiam, sextam, nonam, diluculum quoque et vesperam, nemo qui nesciat. Nec cibus a te sumatur nisi oratione praemissa, nec recedatur a mensa nisi referantur gratiae Creatori. Noctibus bis terque surgendum, revolvenda de Scripturis quae memoriter tenemus. Egredientes hospitium armet oratio, regredientibus de platea oratio occurrat antequam sessio, nec prius corpusculum requiescat, quam anima pascatur. Ad omnem actum, ad omnem incessum manus pingat crucem.

Exemplum B. Mariae Virginis. — 22, 38. Propone tibi 497
beatam Mariam, quae tantae exstitit puritatis, ut Mater esse Domini mereretur. Ad quam cum angelus Gabriel in viri specie descendisset, dicens: *Ave gratia plena, Dominus tecum* [Lc 1, 28], consternata et perterrita respondere non potuit. Numquam enim a viro fuerat salutata. Denique nuntium discit et loquitur, et quae hominem formidarat, cum angelo fabulatur intrepida. Potes et tu esse mater Domini.

Militia vita hominis, amore Christi dulcescens. — 22, 39. 498
Haec est sola digna retributio, cum sanguis sanguine compensatur, et redempti cruore Christi, pro redemptore libenter occumbimus. Quis sanctorum sine certamine coronatus est? Abel iustus occiditur, Abraham uxorem periclitatur amittere. Et ne in immensum volumen extendam, quaere et invenies

495. CV 54, 187; ML 22, 415. 496. CV 54, 201; ML 22, 421.
497. CV 54, 203; ML 22, 422. 498. CV 54, 206; ML 22, 423.

singulos diversa perpessos. Solus in deliciis Salomon fuit, et forsitan ideo corruit. *Quem enim diligit Dominus, corripit. Castigat autem omnem filium, quem recipit* [Hebr 12, 6]. Nonne melius est brevi tempore dimicare, ferre vallum, arma, lassescere sub lorica, et postea gaudere victorem, quam impatientia unius horae servire perpetuo? 40. Nihil amantibus durum est, nullus difficilis cupienti labor. Respice, quanta Iacob pro Rachel pacta uxore sustineat.... Amemus et nos Christum, semper eius quaeramus amplexus, et facile videbitur omne difficile; brevia putabimus universa, quae longa sunt, et iaculo illius vulnerati per horarum momenta dicemus: *Heu me, quia peregrinatio mea prolongata est* [Ps 119, 5]. *Non sunt enim condignae passiones huius mundi,* etc. [Rom 8, 18].

499 *Virginum merces in caelo.* — 22, 41. Egredere, quaeso, paulisper e corpore et praesentis laboris ante oculos tuos pinge mercedem, quam *nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit* [1 Cor 2, 9]. Qualis erit illa dies, cum tibi Maria, Mater Domini, choris occurret comitata virgineis? cum post rubrum mare et submersum cum suo exercitu Pharaonem, tympanum tenens, praecinet responsuris: *Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est; equum et ascensorem proiecit in mare* [Ex 15, 1]. Tunc Thecla in tuos laeta volabit amplexus. Tunc et ipse sponsus occurret et dicet: *Surge, veni, proxima mea, speciosa mea, columba mea, quia ecce hiems transiit, pluvia abiit sibi* [Ct 2, 10 sq]. Tunc angeli mirabuntur et dicent: *Quae est ista, prospiciens quasi diluculum,* etc. [ib. 6, 9].

500 *Leae virtutes et gloria caelestis.* — 23 [ad Marcellam, a. 384], 2. Ita eam totam ad Dominum fuisse conversam, ut monasterii princeps, mater virginum fieret; post mollitiem vestium sacco membra trivisse; orationibus duxisse noctes; et comites suas plus exemplo docuisse quam verbis. Humilitatis tantae tamque subiectae, ut quondam domina plurimorum ancilla hominis putaretur, nisi quod eo Christi magis esse ancilla, dum domina hominum non putatur. Inculta vestis, vilis cibus, neglectum caput; ita tamen, ut cum omnia faceret, ostentationem fugeret singulorum, ne reciperet in praesenti saeculo mercedem suam. 3. Nunc igitur pro brevi labore aeterna beatitudine fruitur; excipitur angelorum choris, Abrahae sinibus confovetur, et cum paupere quondam Lazaro divitem purpuratum et non palmatum consulem, sed sacratum, stillam digiti minoris cernit inquirere. O rerum quanta mutatio!

501 *Vitae religiosae excellentia.* — 30 [ad Paulam ca 384], 13. Habeant sibi ceteri suas opes, gemma bibant, serico niteant, plausu populi delectentur, et per varias voluptates divitias

499. CV 54, 209; ML 22, 424. 500. CV 54, 212; ML 22, 426.
501. CV 54, 248; ML 22, 444.

suas vincere nequeant. Nostrae divitiae sint in lege Domini meditari die ac nocte, pulsare ianuam non patentem, panes Trinitatis accipere et saeculi fluctus Domino praeeunte calcare.

Blaesillae conversio. — 38 [ad Marcellam, a. 384], 4. Vidua 502
nostra ante monilibus ornabatur et die tota, quid sibi deesset, quaerebat ad speculum. Nunc loquitur confidenter: *Nos autem omnes revelata facie gloriam Domini speculantes in eamdem imaginem transformamur, a gloria in gloriam quasi a Domini spiritu* [2 Cor 3, 18]. Tunc crines ancillulae disponebant et mitellis crispantibus vertex arctabatur innoxius; nunc neglectum caput scit sibi tantum sufficere, quod velatur. Illo tempore plumarum quoque dura mollities videbatur et in exstructis thoris iacere vix poterat. Nunc ad orandum festina consurgit, et modulata voce ceteris alleluia praeripiens, prior incipit laudare Dominum suum. Flectuntur genua super nudam humum, et crebris lacrimis facies psimithio ante sordidata purgatur. Post orationem psalmi concrepant, et lassa cervix, poplites vacillantes in somnumque vergentes oculi nimio mentis ardore vix impetrant, ut quiescant. Pulla est tunica; minus, cum humi iacuerit, sordidatur. Soccus vilior; auratorum pretium calceorum egentibus largietur. Cingulum non auro gemmisque distinctum est, sed laneum et tota simplicitate purissimum; et quod possit magis astringere vestimenta quam scindere.

Beneplacito divino conformitas. — 39 [ad Paulam, a. 384], 2. 503
Bonus est Deus, et omnia, quae bonus fecit, bona sint necesse est. Mariti orbitas irrogatur; plango, quod accidit, sed quia sic placet Domino, aequo animo sustinebo. Unicus raptus est filius: durum quidem, sed tolerabile, quia sustulit ille, qui dederat. Si caecus fuero, amici me lectio consolabitur. Si auditum quoque surdae aures negaverint, vacabo a vitiis; nihil aliud nisi Dominum cogitabo. Imminebit super haec et dura pauperies, frigus, languor et nuditas; extremam exspectabo mortem, et breve putabo malum, quod finis melior subsequetur.

Consolationes post mortem filiae Blaesillae. — 39, 5. Redit 504
tibi in memoriam confabulatio eius, blanditiae, sermo, consortium; et cur his careas, pati non potes. Ignoscimus matris lacrimis, sed modum quaerimus in dolore. Si parentem cogito, non reprehendo, quod plangis; si christianam et monacham christianam, istis nominibus mater excluditur. Recens vulnus est, et attactus iste, quo blandior, non tam curat, quam exasperat. Attamen quod tempore mitigandum est, cur ratione non vincitur?... Respice Iob, quanta sustinuit, et videbis — te nimium delicatam! — erectis in caelum oculis, inter ruinam

502. CV 54, 291; ML 22, 464. 503. CV 54, 297; ML 22, 467.
504. CV 54, 304; ML 22, 471.

domus, poenas ulceris, innumeras orbitates et ad extremum uxoris insidias invictam tenuisse patientiam. Scio, quid responsura sis: hoc illi quasi iusto ad probationem evenisse. Et tu e duobus elige, quod velis: aut sancta es, et probaris; aut peccatrix, et iniuste quereris, minora sustinens, quam mereris.

505 *Virginitatis excellentia.* — 49 [ad Pammachium, a. 393], 20. Virginitatem autem in caelum fero, non quia habeo, sed quia miror, quod non habeo. Ingenua et verecunda confessio est, quo ipse careas, id in aliis praedicare. Numquid quia gravi corpore terrae haereo, avium non miror volatus nec columbam praedico?

506 *Clericus lucra saeculi vitet et mulierum consortium.* — 52 [ad Nepotianum, a. 394], 5. Qui autem vel ipse pars Domini est vel Dominum partem habet, talem se exhibere debet, ut et possideat Dominum et ipse possideatur a Domino. Qui Dominum possidet et cum propheta dicit: *Pars mea Dominus* [Ps 72, 26], nihil extra Dominum habere potest. Quod si quippiam aliud habuerit praeter Dominum, pars eius non erit Dominus. Verbi gratia: si aurum, si argentum, si possessiones, si variam supellectilem, cum his partibus Dominus pars eius fieri non dignatur.... Obsecro itaque te, et repetens iterum iterumque monebo, ne officium clericatus genus antiquae militiae putes, id est, ne lucra saeculi in Christi quaeras militia, ne plus habeas, quam quando clericus esse coepisti, et dicatur tibi: *Cleri eorum non proderunt iis* [Ier 12, 13 secundum LXX]. Mensulam tuam pauperes et peregrini et cum illis Christus conviva noverit. Negotiatorem clericum, et ex inope divitem, et ex ignobili gloriosum quasi quamdam pestem fuge.... Hospitiolum tuum aut raro aut numquam mulierum pedes terant. Omnes puellas et virgines Christi aut aequaliter ignora aut aequaliter dilige. Ne sub eodem tecto manseris nec in praeterita castitate confidas. Nec David sanctior nec Salomone potes esse sapientior. Memento semper, quod paradisi colonum de possessione sua mulier eiecerit. Aegrotanti tibi sanctus quilibet frater assistat, et germana, vel mater, aut probatae quaelibet apud omnes fidei. Quod si huiuscemodi non fuerint consanguinitatis castimoniaeque personae, multas anus nutrit Ecclesia, quae et officium praebeant et beneficium accipiant ministrando, ut infirmitas quoque tua fructum habeat eleemosynae. Scio quosdam convaluisse corpore, et animo aegrotare coepisse. Periculose tibi ministrat, cuius vultum frequenter attendis. Si propter officium clericatus aut vidua a te visitatur aut virgo, numquam domum solus introeas, talesque habeto socios, quorum contubernio non infameris. Si lector,

505. CV 54, 385; ML (ep. 48) 22, 509. 506. CV 54, 421; ML 22, 531.

si acolytus, si psaltes te sequitur, non ornentur vestibus, sed moribus; nec calamistro crispent comas, sed pudicitiam habitu polliceantur. Solus cum sola, secreto et absque arbitro non sedeas. Si familiarius est aliquid loquendum, habet nutricem, maiorem domus virginem, viduam, maritatam; non est tam inhumana, ut nullum praeter te habeat, cui se audeat credere. Caveto omnes suspiciones, et quidquid probabiliter fingi potest, ne fingatur, ante devita.

Clericum liberalitas et simplicitas decent. — 52, 6. Gloria 507
episcopi est pauperum opibus providere. Ignominia omnium sacerdotum est propriis studere divitiis. Natus in paupere domo et in tugurio rusticano, qui vix milio et cibario pane rugientem saturare ventrem poteram, nunc similam et mella fastidio, novi et genera et nomina piscium, in quo litore concha lecta sit, calleo, saporibus avium discerno provincias et ciborum me raritas ac novissime damna ipsa delectant.

Quomodo studendum et praedicandum. — 52, 7. Divinas 508
Scripturas saepius lege, immo numquam de manibus tuis sacra lectio deponatur. Disce, quod doceas; obtine eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut possis exhortari in doctrina sana et contradicentes revincere. *Permane in his, quae didicisti et credita sunt tibi, sciens, a quo didiceris* [2 Tim 3, 14], paratus semper ad satisfactionem omni poscenti te rationem, de ea quae in te est spe. Non confundant opera sermonem tuum, ne, cum in ecclesia loqueris, tacitus quilibet respondeat: Cur ergo haec ipse non facis? Delicatus magister est, qui pleno ventre de ieiuniis disputat. Accusare avaritiam et latro potest. Sacerdotis Christi mens osque concordent. Esto subiectus pontifici tuo et quasi animae parentem suspice. Amare filiorum, timere servorum est.... 8. Dicente te in ecclesia, non clamor populi, sed gemitus suscitetur. Lacrimae auditorum laudes tuae sint. Sermo presbyteri Scripturarum lectione conditus sit. Nolo te declamatorem esse et rabulam garrulumque, sed mysterii peritum et sacramentorum Dei tui eruditissimum. Verba volvere et celeritate dicendi apud imperitum vulgus admirationem sui facere, indoctorum hominum est.

Saecularium convivia clerico vitanda. — 52, 11. Convivia 509
tibi vitanda sunt saecularium, et maxime eorum, qui honoribus tument. Turpe est ante fores sacerdotis Domini crucifixi et pauperis, et qui cibo quoque vescebatur alieno, lictores consulum et milites excubare, iudicemque provinciae melius apud te prandere quam in palatio. Quodsi obtenderis facere te haec, ut roges pro miseris atque subiectis, iudex saeculi plus defert clerico continenti quam diviti, et magis sanctitatem

507. CV 54, 425; ML 22, 533. 508. CV 54, 426; ML 22, 533.
509. CV 54, 433; ML 22, 536.

tuam veneratur quam opes. Aut si talis est, qui non audiat clericos nisi inter phialas, libenter carebo huiuscemodi beneficio, et Christum rogabo pro iudice, qui magis subvenire potest.

510 *Ieiunii modus.* — 52, 12. Tantum tibi ieiuniorum impone, quantum ferre potes. Sint pura, casta, simplicia, moderata, non superstitiosa ieiunia.

511 *Ad afflictos praesertim properandum.* — 52, 15. Quanto magis nos, quibus animarum medicina commissa est, omnium christianorum domos debemus amare quasi proprias! Consolatores potius nos in maeroribus suis quam convivas in prosperis noverint. Facile contemnitur clericus, qui saepe vocatus ad prandium, non recusat.

512 *Scientia clerico necessaria.* — 53 [ad Paulinum, ca 394], 3. Sancta quippe rusticitas solum sibi soli prodest; et quantum aedificat ex vitae merito Ecclesiam Christi, tantum nocet, si contradicentibus non resistit.... 10. Oro te, frater carissime, inter haec vivere, ista meditari, nihil aliud nosse, nihil quaerere, nonne tibi videtur iam hic in terris regni caelestis habitaculum? Nolo offendaris in Scripturis sanctis simplicitate et quasi vilitate verborum, quae vel vitio interpretum vel de industria sic prolatae sunt, ut rusticam concionem facilius instruerent.... Discamus in terris, quorum nobis scientia perseveret in caelo.

513 *Abneganda omnia.* — 53, 10. Sic vivamus *quasi nihil habentes et omnia possidentes* [2 Cor 6, 10]. Victus atque vestitus divitiae christianorum. Si habes in potestate rem tuam, vende; si non habes, proice. Tollenti tunicam et pallium relinquendum est. Scilicet nisi tu semper recrastinans, et diem de die trahens, caute et pedetentim tuas possessiunculas vendideris, non habet Christus, unde alat pauperes suos. Totum Deo dedit, qui se obtulit. Apostoli tantum navem et retia reliquerunt. Vidua duo aera mittit in gazophylacium et praefertur Croesi divitiis. Facile contemnit omnia, qui se semper cogitat esse moriturum.

514 *Deus parentibus praeferatur.* — 54 [ad Furiam, ca 394], 3. Honora patrem tuum, sed si te a vero Patre non separat. Tamdiu scito sanguinis copulam, quamdiu ille suum noverit Creatorem.... Grande praemium parentis obliti: *Concupiscet rex decorem tuum* [Ps 44, 12].

515 *Temperantia in cibo et amor lectionis sacrae.* — 54, 10. Parcus cibus et semper venter esuriens triduanis ieiuniis praeferatur; et multo melius est cotidie parum quam raro satis sumere.... 11. Quando comedis, cogita, quod statim tibi orandum, illico legendum sit. De Scripturis sanctis habeto

---

510. CV 54, 435; ML 22, 537.
511. CV 54, 438; ML 22, 539.
512. CV 54, 447; ML 22, 542.
513. CV 54, 464; ML 22, 549.
514. CV 54, 468; ML 22, 551.
515. CV 54, 477; ML 22, 555.

fixum versuum numerum; istud pensum Domino tuo redde, nec ante quieti membra concedas, quam calathum pectoris tui hoc subtegmine impleveris. Post Scripturas sanctas doctorum hominum tractatus lege, eorum dumtaxat, quorum fides nota est. Non necesse habes aurum in luto quaerere.

Vocatio sancta sancte implenda. — 58 [ad Paulinum, ca 395], 2. 516
Non Ierosolymis fuisse, sed Ierosolymis bene vixisse, laudandum est.

Misericordia spiritualis. — 58, 7. Verum Christi templum 517
anima credentis est; illam exorna, illam vesti, illi offer donaria, in illa Christum suscipe. Quae utilitas, parietes fulgere gemmis et Christum in paupere fame mori?... Esse christianum grande est, non videri.

Meditanda Scriptura. — 58, 9. Totum, quod legimus in 518
divinis libris, nitet quidem et fulget etiam in cortice, sed dulcius in medulla est. Qui esse vult nuculeum, frangit nucem.

Sacerdotis typus. — 60 [ad Heliodorum, a. 396], 10. Igitur 519
clericatum non honorem intellegens, sed onus, primam curam habuit [Nepotianus], ut humilitate superaret invidiam, deinde ut nullam obsceni in se rumoris fabulam daret, ut qui mordebantur ad aetatem eius, stuperent ad continentiam, subvenire pauperibus, visitare languentes, provocare hospitio, lenire blanditiis, *gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus* [Rom 12, 15]. Caecorum baculus, esurientium cibus, spes miserorum, solamen lugentium fuit. Ita in singulis virtutibus eminebat, quasi ceteras non haberet.... Creber in orationibus, vigilans in precando, lacrimas Deo, non hominibus offerebat; ieiunia in aurigae modum pro lassitudine et viribus corporis moderabatur.... Lectione quoque assidua et meditatione diuturna pectus suum bibliothecam fecerat Christi.... 12. Mens Christo dedita aeque et in maioribus et in minoribus intenta est, sciens etiam pro otioso verbo reddendam esse rationem. Erat ergo sollicitus, si niteret altare, si parietes absque fuligine, si pavimenta tersa, si ianitor creber in porta, vela semper in ostiis, si sacrarium mundum, si vasa lucentia; et in omnes caeremonias pia sollicitudo disposita, non minus, non maius neglegebat officium. Ubicumque eum in ecclesia quaereres, invenires.

Mors pia Nepotiani sacerdotis. — 60, 13. O miserabilis hu- 520
mana condicio, et sine Christo vanum omne, quod vivimus!... Marcescebat, proh dolor, flante austro lilium, et purpura violae in pallorem sensim migrabat. Cumque aestuaret febribus et venarum fontes hauriret calor, lasso anhelitu tristem avunculum

---

516. CV 54, 529; ML 22, 580.
517. CV 54, 536; ML 22, 584.
518. CV 54, 538; ML 22, 585.
519. CV 54, 560; ML 22, 595.
520. CV 54, 564; ML 22, 597.

consolabatur. Laetus erat vultus, et universis circa plorantibus, solus ipse ridebat. Proicere pallium, manus extendere, videre quod alii non videbant, et quasi in occursum se erigens, salutare venientes: intellegeres illum non emori, sed migrare, et mutare amicos, non relinquere.... 14. Desiderandus tibi est quasi absens, non quasi mortuus, ut illum exspectare, non amisisse videaris.

521 *Causa calamitatum peccatum.* — 60, 17. Nos miseri, qui aut patimur, aut patientes fratres nostros tanta perspicimus; et tamen vivere volumus eosque, qui his carent, flendos potius quam beandos putamus. Olim offensum sentimus, nec placamus Deum. Nostris peccatis barbari fortes sunt. Nostris vitiis Romanus superatur exercitus; et quasi non hoc sufficeret cladibus, plus paene bella civilia quam hostilis mucro consumpsit.... Si erigi volumus, prosternamur.

522 *Clerici sanctitas.* — 61 [ad Vigilantium, a. 396], 3. Non est eiusdem hominis, et aureos nummos et Scripturas probare, degustare vina et prophetas vel apostolos intellegere.

523 *Perfectio est voluntaria.* — 66 [ad Pammachium, a. 397], 8. *Si vis perfectus esse* [Mt 19, 21]. Semper grandia in audientium ponuntur arbitrio.... Non tibi imponitur necessitas, ut voluntas praemium consequatur.

524 *Abnegatio vera.* — 66, 8. Plus debet Christi discipulus praestare quam mundi; philosophus gloriae animal et popularis aurae atque rumorum venale mancipium est. Tibi non sufficit opes contemnere, nisi Christum sequaris. Christum autem sequitur, qui peccata dimittit et virtutum comes est.... 12. Facile abicitur quod haeret extrinsecus; intestinum bellum periculosius est. Coniuncta disglutinamus, unita disicimus.... Si offeramus Christo opes cum anima nostra, libenter suscipit. Si autem quae foris sunt, Deo, quae intus, diabolo demus, non est aequa partitio, et dicitur nobis: *Nonne, si recte offeras et non recte dividas, peccasti?* [Gn 4, 7 sec. LXX.]

525 *Humilitas ad instar Christi.* — 66, 13. Quantumcumque te deieceris, humilior Christo non eris. Esto, incedas pedibus, fusca tunica vestiaris, aequeris pauperibus, inopum cellulas dignanter introeas, caecorum oculus sis, manus debilium, pes claudorum, ipse aquam portes, ligna concidas, focum exstruas: ubi vincula? ubi alapae? ubi sputa? ubi flagella? ubi patibulum? ubi mors?

526 *Ad viduam consolatio.* — 75 [ad Theodoram, ca 399], 2. Lucinium tuum desideres quidem ut fratrem, sed gaudeas regnare cum Christo, quia *raptus est, ne malitia mutaret mentem eius.*

521. CV 54, 572; ML 22, 601. 522. CV 54, 579; ML 22, 604.
523. CV 54, 656; ML 22, 643. 524. CV 54, 657; ML 22, 644.
525. CV 54, 663; ML 22, 646.
526. CV 55 (ed. I. Hilberg, 1912), 31; ML 22, 686.

Placita enim erat Deo anima illius, et in brevi spatio tempora multa complevit [Sap 4, 11 sqq]. Nos dolendi magis, qui cotidie stamus in proelio peccatorum, vitiis sordidamur, accipimus vulnera et de otioso verbo reddituri sumus rationem. Ille iam securus et victor te aspicit de excelso et favet laboranti, et iuxta se locum praeparat, eodem amore et eadem caritate, qua oblitus officii coniugalis, in terra quoque sororem te habere coeperat, immo fratrem, quia casta coniunctio sexum non habet nuptialem. Et si adhuc in carne positi et renati in Christo, non sumus graecus et barbarus, servus et liber, masculus et femina, sed omnes in eo unum sumus [cf. Gal 3, 28], quanto magis, cum corruptivum hoc induerit incorruptionem et mortale induerit immortalitatem [cf. 1 Cor 15, 53], *non nubent neque nubentur, sed erunt sicut angeli in caelis?* [Mt 22, 30.]

Abnegatio vera. — 77 [ad Occanum, a. 399], 2. Plus est ani- 527
mum deposuisse quam cultum. Difficilius arrogantia quam auro caremus et gemmis. His enim abiectis, interdum gloriosis tumemus sordibus et vendibilem paupertatem populari aurae offerimus. Celata virtus et in conscientiae fota secreto Deum solum iudicem respicit.

Monita ad viduam. — 79 [ad Salvinam, ca 400], 1. Orbitatis 528
magnitudo religionis occasio fuit. Nebridium suum sic quaerit, ut in Christo praesentem noverit.... 7. Habes igitur, Salvina, quos nutrias, in quibus virum absentem tenere te credas. *Ecce hereditas Domini, filii; merces, fructus ventris* [Ps 126, 3]. Pro uno homine duos filios recepisti, auctus est numerus caritatis. Quidquid debebas marito, redde filiis. Amore praesentium absentis desiderium tempera. Non est parvi apud Deum, bene filios educare.... Tu vero quae in tumulo mariti sepelisti omnes pariter voluptates, quae litam purpurisso et cerussa faciem super feretrum eius lacrimis diluisti, quae pullam tunicam nigrosque calceolos candidae vestis et aurati socci depositione sumpsisti, nihil habes necesse aliud nisi perseverare. Ieiunium, pallor et sordes gemmae tuae sint, plumarum mollities iuvenilia membra non foveant, balnearum calor novum adulescentiae sanguinem non incendat. Audi, quid ex persona viduae continentis ethnicus poeta decantet: Ille meos, primus qui me sibi iunxit, amores — Abstulit; ille habeat secum servetque sepulcro [Aeneid. 4, 28 sq]. Si tanti vilissimum vitrum, quanti pretiosissimum margaritum? Si communi lege naturae damnat omnes gentilis vidua voluptates, quid exspectandum est a vidua christiana, quae pudicitiam suam non solum ei debet, qui defunctus est, sed ei, cum quo regnatura est? 9. Semper in manibus tuis divina sit lectio, et tam crebrae orationes, ut omnes cogitationum sagittae,

527. CV 55, 38; ML 22, 691. 528. CV 55, 88; ML 22, 724.

quibus adulescentia percuti solet, huiuscemodi clipeo repellantur.

529 *Ecclesiasticus gubernandi modus.* — 82 [ad Theophilum, a. 399], 3. Amari enim debet parens, amari parens et episcopus, non timeri.... Non quaeris monachos tibi esse subiectos, et ideo magis subiectos habes. Tu offers osculum, illi colla submittunt. Exhibes militem, et ducem impetras; quasi unus in pluribus es, ut sis unus ex pluribus. Cito indignatur libertas, si vi opprimitur. Nemo plus imperat libero, nisi qui servire non cogit.... 10. Fundendo magis sanguinem et patiendo quam faciendo contumelias, Christi fundata est Ecclesia. Persecutionibus crevit, martyriis coronata est.

530 *Necessitudo socialis sanctificat.* — 107 [ad Laetam, a. 403], 1. Sancta et fidelis domus unum sanctificat infidelem. Candidatus est fidei, quem filiorum et nepotum credens turba circumdat. Ego puto etiam ipsum Iovem, si habuisset talem cognationem, potuisse in Christum credere.... Fiunt, non nascuntur christiani.... 2. Numquam est sera conversio. Latro de cruce transiit ad paradisum; Nabuchodonosor rex Babylonius, post efferationem et cordis et corporis et beluarum in eremo convictum, mentem recepit humanam.

531 *Institutio filiae Deo consecratae.* — 107 [ad Laetam, a. 403], 4. Sic erudienda est anima, quae futura est templum Domini. Nihil aliud discat audire, nihil loqui, nisi quod ad timorem Dei pertinet. Turpia verba non intellegat, cantica mundi ignoret; adhuc tenera lingua psalmis ducibus imbuatur. Procul sit aetas lasciva puerorum; ipsae puellae et pedissequae a saecularium consortiis arceantur, ne quod male didicerint, peius doceant.... Habeat et in discendo socias, quibus invideat, quarum laudibus mordeatur. Non est obiurganda, si tardior sit, sed laudibus excitandum ingenium; et vicisse se gaudeat, et victam doleat. Cavendum in primis, ne oderit studia, ne amaritudo eorum percepta in infantia ultra rudes annos transeat.... 5. Ipse habitus et vestitus doceat eam, cui promissa sit. Cave, ne aures perfores, ne cerussa et purpurisso consecrata Christo ora depingas, ne collum margaritis et auro premas, ne caput gemmis oneres, nec capillum irrufes et ei aliquid de gehennae ignibus auspiceris. Habeat alias margaritas, quibus postea venditis emptura est pretiosissimum margaritum.... 6. Qui claudam et mutilam et qualibet sorde maculatam obtulerit hostiam, sacrilegii reus est; quanto magis qui partem corporis sui et illibatae animae puritatem regiis amplexibus parat, si neglegens fuerit, punietur? 7. Postquam grandicula esse coeperit et in exemplum sponsi sui crescere

---

529. CV 55, 110; ML 22, 737. 530. CV 55, 291; ML 22, 868.
531. CV 55, 293; ML 22, 871.

sapientia, aetate et gratia apud Deum et homines, pergat cum parentibus ad templum veri Patris; sed cum illis non egrediatur e templo. Quaerant eam in itinere saeculi, inter turbas et frequentiam propinquorum, et nusquam alibi reperiant nisi in adyto Scripturarum, prophetas et apostolos de spiritalibus nuptiis sciscitantem. Imitetur Mariam, quam Gabriel solam in cubiculo suo repperit, et ideo forsitan timore perterrita est, quia virum, quem non solebat, aspexit. Aemuletur eam, de qua dicitur: *Omnis gloria filiae regis ab intus* [Ps 44, 14].... 8. Discat iam tunc et vinum non bibere, *in quo est luxuria* [Eph 5, 18]. Ante annos robustae aetatis periculosa est teneris gravis abstinentia. Usque ad id tempus, si necessitas postularit, et balneas adeat et vino modico utatur, propter stomachum, et carnium edulio sustentetur, ne prius deficiant pedes, quam currere incipiant. Et *haec dico iuxta indulgentiam, non iuxta imperium* [1 Cor 7, 6], timens debilitatem, non docens luxuriam.... Surda sit ad organa. Tibia, lyra et cithara, cur facta sint, nesciat. 9. Reddat tibi pensum cotidie Scripturarum certum.... Te habeat magistram, te rudis miretur infantia. Nihil in te et in patre suo videat, quod si fecerit, peccet. Mementote vos parentes virginis, et magis eam exemplis docere posse quam voce. Cito flores pereunt, cito violas et lilia et crocum pestilens aura corrumpit. Numquam absque te procedat in publicum. Basilicas martyrum et ecclesias sine matre non adeat. Nullus ei iuvenis, nullus cincinnatus arrideat. Vigiliarum dies et sollemnes pernoctationes sic virguncula nostra celebret, ut ne transversum quidem unguem a matre discedat. Nolo de ancillulis suis aliquam plus diligat, cuius crebro auribus insusurret. Quidquid uni loquitur, hoc omnes sciant. Placeat ei comes, non compta atque formosa, quae liquido gutture carmen dulce moduletur, sed gravis, pallens, sordidata, subtristis. Praeponatur ei probae fidei et morum ac pudicitiae virgo veterana, quae illam doceat et assuescat exemplo ad orationem et psalmos nocte consurgere, mane hymnos canere, tertia, sexta, nona hora quasi bellatricem Christi stare in acie accensaque lucernula reddere sacrificium vespertinum. Sic dies transeat, sic nox inveniat laborantem. Orationi lectio, lectioni succedat oratio. Breve videbitur tempus, quod tantis operum varietatibus occupatur. 10. Discat et lanam facere, tenere colum, ponere in gremio calathum, rotare fusum, stamina pollice ducere. Spernat bombycum telas, Serum vellera et aurum in filia lentescens. Talia vestimenta paret, quibus pellatur frigus, non quibus corpora vestita nudentur. Cibus eius olusculum sit et simila, raroque pisciculi. Et ne gulae praecepta longius traham, de quibus in alio loco plenius sum locutus, sic comedat, ut semper esuriat, ut statim post cibum possit legere, orare, psallere. Displicent

mihi in teneris vel maxime aetatibus longa et immoderata ieiunia, quibus iunguntur hebdomades, et oleum in cibo ac poma vitantur. Experimento didici, asellum in via, cum lassus fuerit, diverticula quaerere.... 11. Si quando ad suburbana pergis, domi filiam non relinquas; nesciat sine te nec possit vivere; cum sola fuerit, pertremescat. Non habeat colloquia saecularium, non malarum virginum contubernia. Non intersit nuptiis servulorum, nec familiae perstrepentis lusibus misceatur.

532 *Luctus apud christianos plenus spei.* — 108 [ad Eustochium, a. 404], 1. Non maeremus, quod talem amisimus, sed gratias agimus, quod habuimus, immo habemus. Deo enim vivunt omnia, et quidquid refertur ad Dominum, in familiae numero computatur.

533 *Laus vera apud christianos.* — 108, 3. Quamquam Dominus atque Salvator in evangelio doceat apostolos sciscitantes, quid sibi redditurus sit, qui omnia sua pro nomine eius dimiserint, centuplum in praesentiarum recepturos et in futuro vitam aeternam [cf. Mc 10, 30] — ex quo intellegimus non laudis esse possidere divitias, sed pro Christo eas contemnere, non tumere ad honores, sed pro Domini fide eos parvipendere — vere, quod pollicitus est servis suis et ancillis Salvator, reddidit in praesenti.

534 *S. Paulae virtutes; typus viduae christianae.* — 108, 15. Quae prima christianorum virtus est, tanta se humilitate deiecit, ut qui eam vidisset et pro celebritate nominis videre gestisset, ipsam esse non crederet, sed ancillarum ultimam. Et cum frequentibus choris virginum cingeretur, et veste et voce et habitu et incessu minima omnium erat.... Balneas, nisi periclitans, non adiit. Mollia, etiam in gravissima febri, lectuli strata non habuit, sed super durissimam humum, stratis ciliciolis, quiescebat, si tamen illa quies dicenda est, quae iugibus paene orationibus dies noctesque iungebat, illud implens de psalterio: *Lavabo per singulas noctes lectum meum, in lacrimis stratum meum rigabo* [Ps 6, 7]. In qua fontes crederes lacrimarum, ita levia peccata plangebat, ut illam gravissimorum criminum crederes ream. Cumque a nobis crebrius moneretur, ut parceret oculis et eos servaret evangelicae lectioni, aiebat: Turpanda est facies, quam contra Dei praeceptum purpurisso et cerussa et stibio saepe depinxi. Affligendum corpus, quod multis vacavit deliciis. Longus risus perpeti compensandus est fletu. Mollia linteamina et serica pretiosissima asperitate cilicii commutanda. Quae viro et saeculo placui, nunc Christo placere desidero. Si inter tales tantasque virtutes castitatem in illa voluero praedicare, superfluus videar; in qua etiam, cum saecularis esset, omnium Romae matronarum exemplum fuit; quae ita se gessit, ut numquam de illa etiam maledicorum quidquam auderet fama confingere. Nihil animo eius clementius, nihil erga humiles blandius fuit. Non appetebat potentes, nec tamen superbo et gloriolam quaerente fastidio despiciebat. Si pauperem viderat, sustentabat; si divitem, ad benefaciendum cohortabatur. Liberalitas sola excedebat modum, et usuras tribuens, versuram quoque saepe faciebat, ut nulli stipem se rogantium denegaret.... Ad extremum inferebat: Ego si petiero, multos inveniam, qui mihi tribuant; iste mendicans si a me non acceperit, quae ei possum etiam de alieno tribuere, et mortuus fuerit, a quo eius anima requiretur? Ego cautior in re familiari esse cupiebam; sed illa ardentior fide, toto Salvatori animo iungebatur, et pauperem Dominum pauper spiritu sequebatur, reddens ei quod acceperat, pro ipso pauper effecta. Denique consecuta est quod optabat, et in grandi aere alieno filiam dereliquit, quod adhuc usque debens non suis viribus, sed Christi se fidit fide et misericordia reddituram.

Fides in Providentiam. — 108, 18. Secura sit conscientia, 535
quod non propter peccata patiamur; et afflictio in saeculo materia praemiorum est.

Mors S. Paulae; idea mortis. — 108, 28. Sentiebat pru- 536
dentissima feminarum adesse mortem et, frigente alia parte corporis atque membrorum, solum animae teporem in sancto et sacro pectore palpitare, et nihilominus, quasi ad suos pergeret alienosque desereret, illos versiculos susurrabat: *Domine, dilexi decorem domus tuae et locum habitationis gloriae tuae* [Ps 25, 8], et: *Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! Concupiscit et deficit anima mea in atria Domini* [Ps 83, 2 sq], et: *Elegi abiecta esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum* [ib. 11]. Cumque a me interrogaretur, cur taceret, cur nollet respondere inclamanti, an doleret aliquid, graeco sermone respondit, nihil se habere molestiae, sed omnia quieta et tranquilla perspicere. Post haec obmutuit, et clausis oculis, quasi iam humana despiceret, usque ad exspirationem animae eosdem repetebat versiculos, vix ut audirem, quod dicebat; digitumque ad os tenens, crucis signum iungebat in labiis. Defecerat spiritus et anhelabat in mortem; animaque erumpere gestiens, ipsum stridorem, quo mortalium vita finitur, in laudes Domini convertebat.

Amandus Deus super omnia. — 109 [ad Riparium, a. 404], 3. 537
Unde et in lege dicitur: Si frater tuus et amicus et uxor,

532. CV 55, 306; ML 22, 878. 533. CV 55, 308; ML 22, 879.
534. CV 55, 325; ML 22, 891.

535. CV 55, 330; ML 22, 893. 536. CV 55, 346; ML 22, 904.
537. CV 55, 354; ML 22, 908.

quae est in sinu tuo, depravare te voluerit a veritate, sit manus tua super eos et effundes sanguinem eorum et auferes malum de medio Israel [cf. Dt 13, 6 sqq]. Non est crudelitas pro Deo pietas.

538 *Passiones et posteriores gloriae.* — 118 [ad Iulianum, a. 406], 6. Felix et omni dignus beatitudine, quem senectus Christo occupat servientem, quem extrema dies Salvatori invenerit militare, qui *non confundetur, cum loquetur inimicis suis in porta* [Ps 126, 5], cui in introitu paradisi dicetur: Recepisti mala tua in vita tua, nunc autem hic laetare. Nec enim ulciscetur bis Dominus in eadem re.... Difficile, immo impossibile, ut et praesentibus quis et futuris fruatur bonis: ut et hic ventrem et ibi mentem impleat; ut de deliciis transeat ad delicias; ut in utroque saeculo primus sit; ut et in terra et in caelo appareat gloriosus.

539 *Abnegatio est conversio.* — 121 [ad Algasiam, a. 406/7], 3. *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum,* etc. [Lc 9, 23].... Cotidie credens in Christo, tollit crucem suam et negat seipsum. Qui impudicus fuit, versus ad castitatem, temperantia luxuriam negat. Qui formidolosus et timidus, assumpto robore fortitudinis, priorem esse se nescit. Iniquus, si sequatur iustitiam, negat iniquitatem. Stultus, si Christum confiteatur Dei virtutem Deique sapientiam, negat stultitiam [cf. 1 Cor 1, 24]. Quod scientes, non solum persecutionis tempore et necessitate martyrii, sed in omni conversatione, opere, cogitatione, sermone, negemus nosmetipsos, qui ante fuimus, et confiteamur eos, qui in Christo renati sumus.

540 *Desperatio.* — 122 [ad Rusticum, ca 408], 1. Nihil ita offendit Deum, quam desperatione meliorum haerere peioribus, licet et ipsa desperatio incredulitatis indicium sit. Qui enim desperat salutem, non putat futurum esse iudicium. Quod si metueret, utique bonis operibus se iudici praepararet.

541 *Providere bonum exemplum.* — 123 [ad Ageruchiam, a. 409], 14. Fuge personas, in quibus potest malae conversationis esse suspicio, nec paratum habeas illud e trivio: ‚Sufficit mihi conscientia mea, non curo, quid loquantur homines.' Et certe apostolus providebat bona, non solum coram Deo, sed et coram hominibus, ne per illum nomen Dei blasphemaretur in gentibus.

542 *Unum necessarium.* — 123, 14. Melius est rem familiarem minui quam animae salutem, perire, quod — velimus, nolimus — aliquando periturum est, quam id amittere, pro quo omnia dimittenda sunt.

543 *Christiani praestantia.* — 125 [ad Rusticum, a. 411], 1. Nihil christiano felicius, cui promittuntur regna caelorum. Nihil laboriosius, qui cotidie de vita periclitatur. Nihil fortius, qui vincit diabolum. Nihil imbecillius, qui a carne superatur.... 4. Si negotiatores saeculi tanta sustinent, ut ad incertas perveniant periturasque divitias, et servant cum animae discrimine, quae multis periculis quaesierunt, quid Christi negotiatori faciendum est, qui venditis omnibus quaerit pretiosissimum margaritum, qui totis substantiae suae opibus emit agrum, in quo reperiat thesaurum, quem nec fur effodere, nec latro possit auferre?

538. CV 55, 443; ML 22, 965.
539. CV 56 (ed. I. Hilberg, 1918), 14; ML 22, 1013.
540. CV 56, 58; ML 22, 1039.
541. CV 56, 89; ML 22, 1056.
542. CV 56, 90; ML 22, 1056.
543. CV 56, 118; ML 22, 1072.

Boni monachi imago. — 125, 7. Tu vero si monachus 544
esse vis, non videri, habeto curam non rei familiaris, cui renuntiando hoc esse coepisti, sed animae tuae. Sordes vestium candidae mentis indicio sint; vilis tunica contemptum saeculi probet, ita dumtaxat, ne animus tumeat, ne habitus sermoque dissentiat. Balnearum fomenta non quaeras, qui calorem corporis ieiuniorum cupis frigore exstinguere. Quae et ipsa moderata sint, ne nimia debilitent stomachum et maiorem refectionem poscentia erumpant in cruditatem, quae parens libidinum est. Modicus ac temperatus cibus et carni et animae utilis est. Matrem ita vide, ne per illam alias videre cogaris, quarum vultus cordi tuo haereant, ‚et tacitum vivat sub pectore vulnus' [Aeneid. 6, 67]. Ancillulas, quae illi in obsequio sunt, tibi scias esse in insidiis, quia quanto vilior earum condicio, tanto facilior ruina est. Et Ioannes Baptista sanctam matrem habuit pontificisque filius erat; et tamen nec matris affectu nec patris opibus vincebatur, ut in domo parentum cum periculo viveret castitatis. Vivebat in eremo, et oculis desiderantibus Christum nihil aliud dignabatur aspicere.... Quamdiu in patria tua es, habeto cellulam pro paradiso; varia Scripturarum poma decerpe; his utere deliciis, harum fruere complexu. Si scandalizat te oculus, pes, manus tua, proice ea [cf. Mt 5, 29 sq]. Nulli parcas, ut soli parcas animae.... 8. Viderint, quid alii sentiant. Unusquisque enim suo sensu ducitur. Mihi oppidum carcer est et solitudo paradisus. Quid desideramus urbium frequentiam, qui de singularitate censemur?

Vitae coenobiticae commoda. — 125, 9. Primumque trac- 545
tandum est, utrum solus, an cum aliis in monasterio vivere debeas. Mihi placet, ut habeas sanctorum contubernium, nec ipse te doceas et absque doctore ingrediaris viam, quam numquam ingressus es, statimque in partem tibi alteram declinandum sit, et errori pateas, plusque aut minus ambules, quam necesse est; ut currens lasseris, moram faciens obdormias. In solitudine cito subrepit superbia, et si parumper ieiunaverit hominemque non viderit, putat se alicuius esse

544. CV 56, 124; ML 22, 1075.
545. CV 56, 127; ML 22, 1077.

momenti, oblitusque sui, unde, quo venerit, intus corpore, lingua foris vagatur. Iudicat, contra apostoli voluntatem, alienos servos; quo gula poposcerit, porrigit manus; dormit, quantum voluerit; facit quod voluerit, nullum veretur, omnes se inferiores putat, crebriusque in urbibus quam in cellula est; et inter fratres simulat verecundiam, qui platearum turbis colliditur. Quid igitur? Solitariam vitam reprehendimus? Minime; quippe quam saepe laudavimus. Sed de ludo monasteriorum huiuscemodi volumus egredi milites, quos rudimenta non terreant; qui specimen conversationis suae multo tempore dederint; qui omnium fuerunt minimi, ut primi omnium fierent; quos nec esuries nec saturitas aliquando superavit; qui paupertate laetantur; quorum habitus, sermo, vultus, incessus doctrina virtutum est; qui nesciunt, secundum quosdam ineptos homines, daemonum oppugnantium contra se portenta confingere, ut apud imperitos et vulgi homines miraculum sui faciant et exinde sectantur lucra.

546 *Scripturae sacrae amor.* — 125, 11. Numquam de manu et oculis tuis recedat liber; psalterium discatur ad verbum; oratio sine intermissione; vigil sensus nec vanis cogitationibus patens. Corpus pariter animusque tendatur ad Dominum. Iram vince patientia. Ama scientiam Scripturarum, et carnis vitia non amabis. Nec vacet mens tua variis perturbationibus, quae, si pectori insederint, dominabuntur tui et te deducent ad delictum maximum. Fac et aliquid operis, ut semper te diabolus inveniat occupatum.

547 *S. Hieronymus discit, ut tentationes superet.* — 125, 12. Dum essem iuvenis et solitudinis me deserta vallarent, incentiva vitiorum ardoremque naturae ferre non poteram, quem cum crebris ieiuniis frangerem, mens tamen cogitationibus aestuabat. Ad quam edomandam cuidam fratri, qui ex Hebraeis crediderat, me in disciplinam dedi, ut post Quintiliani acumina Ciceronisque fluvios gravitatemque Frontonis et lenitatem Plinii alphabetum discerem, stridentia anhelantiaque verba meditarer. Quid ibi laboris insumpserim, quid sustinuerim difficultatis, quoties desperaverim, quotiesque cessaverim, et contentione discendi rursus inceperim, testis est conscientia, tam mea, qui passus sum, quam eorum, qui mecum duxere vitam. Et gratias ago Domino, quod de amaro semine litterarum dulces fructus capio.

548 *Vitae coenobiticae bona.* — 125, 15. Per haec omnia ad illud tendit oratio, ut doceam te, non tuo arbitrio dimittendum, sed vivere debere in monasterio sub unius disciplina patris consortioque multorum, ut ab alio discas humilitatem, ab alio

546. CV 56, 129; ML 22, 1078. 547. CV 56, 131; ML 22, 1079.
548. CV 56, 133; ML 22, 1080.

patientiam, hic te silentium, ille doceat mansuetudinem. Non facias quod vis, comedas quod iuberis, quantum acceperis, vestiaris quod acceperis, operis tui pensa persolvas, subiciaris cui non vis, lassus ad stratum venias ambulansque dormites, necdum expleto somno surgere compellaris. Dicas psalmum in ordine tuo, in quo non dulcedo vocis, sed mentis affectus quaeritur, scribente apostolo: *Psallam spiritu, psallam et mente* [1 Cor 14, 15]; et: *Cantantes in cordibus vestris* [Eph 5, 19]. Legerat enim esse praeceptum: *Psallite sapienter* [Ps 46, 8]. Servias fratribus, hospitum laves pedes; passus iniurias taceas; praepositum monasterii timeas ut dominum, diligas ut parentem. Credas tibi salutare, quidquid ille praeceperit, nec de maioris sententia iudices, cuius officii est oboedire et implere quae iussa sunt, dicente Moyse: *Audi, Israel, et tace* [Dt 27, 9]. Tantis negotiis occupatus, nullis vacabis cogitationibus, et dum ab alio transis ad aliud opusque succedit operi, illud solum mente retinebis, quod agere compelleris.

Perfectio, venditis omnibus, comparanda. — 125, 20. Si 549
perfecta desideras, exi cum Abraham de patria et de cognatione tua, et perge quo nescis. Si habes substantiam, vende et da pauperibus. Si non habes, grandi onere liberatus es; nudum Christum nudus sequere. Durum, grande, difficile; sed magna sunt praemia.

Paupertas vera. — 127 [ad Principiam, a. 412], 13. In tantam 550
laetitiam [Marcella] dicitur erupisse, ut gratias ageret Deo, quod te sibi integram reservasset, quod pauperem illam non fecisset captivitas, sed invenisset, quod egeret cotidiano cibo, quod saturata Christo, non sentiret esuriem.

Educatio infantulae Pacatulae. — 128 [ad Pacatulam, a. 413], 4. 551
Sexus femineus suo iungatur sexui; nesciat, immo timeat cum pueris ludere. Nullum impudicum verbum noverit, et si forte in tumultu familiae discurrentis aliquid turpe audierit, non intellegat. Matris nutum pro verbis ac monitum pro imperio habeat. Amet ut parentem, subiciatur ut dominae, timeat ut magistram. Cum autem virgunculam et rudem edentulam septimus aetatis annus exceperit, et coeperit erubescere, scire quid taceat, dubitare quid dicat, discat memoriter psalterium, et usque ad annos pubertatis libros Salomonis, evangelia, apostolos et prophetas sui cordis thesaurum faciat. Nec liberius procedat ad publicum, nec semper ecclesiarum quaerat celebritatem. In cubiculo suo totas delicias habeat. Numquam iuvenculos, numquam cincinnatos videat, vocis dulcedine per aures animam vulnerantes. Puellarum quoque lascivia repellatur, quae, quanto licentius adeunt, tanto difficilius evitantur,

549. CV 56, 142; ML 22, 1085. 550. CV 56, 155; ML 22, 1095.
551. CV 56, 160; ML 22, 1098.

et quod didicerunt, secreto docent inclusamque Danaen vulgi sermonibus violant. Sit ei magistra comes, paedagoga custos, non multo vino dedita, non, iuxta apostolum, otiosa atque verbosa, sed sobria, gravis, lanifica, et ea tantum loquens, quae animum puellarem ad virtutem instituant.

552 *Quid sit virginem mundo renuntiasse.* — 130 [ad Demetriadem, a. 414], 7. Quando eras in saeculo, ea quae erant saeculi, diligebas: polire faciem purpurisso et cerussa ora depingere, ornare crinem et alienis capillis turritum verticem struere; ut taceam de inaurium pretiis, candore margaritarum, rubri maris profunda testantium, smaragdorum virore, cerauniorum flammis, hyacinthorum pelago, ad quae ardent et insaniunt studia matronarum. Nunc autem, quia saeculum reliquisti, et secundo post baptismum gradu, inisti pactum cum adversario tuo, dicens ei: ‚Renuntio tibi, diabole, et saeculo tuo, et pompae, et operibus tuis', serva foedus, quod pepigisti, et esto consentiens pactumque custodiens cum adversario tuo, dum es in via huius saeculi, ne forte tradat te iudici et de suo aliquid usurpasse convincat; tradarisque ministro, qui ipse est inimicus et vindex; et mittaris in carcerem et in tenebras exteriores, quae, quanto a Christo vero lumine separamur, tanto nos maiori horrore circumdant; et non inde exeas, nisi solvas novissimum quadrantem, id est, minimum quodque delictum, quia et pro otioso verbo reddituri sumus rationem in die iudicii.

553 *De ieiunio.* — 130, 10. Post cogitationum diligentissimam cautionem ieiuniorum tibi arma sumenda sunt, et canendum cum David: *Humiliavi in ieiunio animam meam* [Ps 34, 13]; et: *Cinerem tamquam panem manducavi* [Ps 101, 10]; et: *Cum molesti erant mihi, induebar cilicio* [Ps 34, 13]. Eva per cibum eiecta est de paradiso. Elias quadraginta dierum exercitatus ieiunio, igneo curru rapitur ad caelum. Moyses quadraginta diebus ac noctibus familiaritate et sermone Dei pascitur et in se verissimum probat: *Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod egredietur ex ore Dei* [Mt 4, 4]. Salvator generis humani, qui virtutum et conversationis suae nobis reliquit exemplum, post baptismum statim assumitur ab spiritu, ut pugnet contra diabolum et oppressum eum atque contritum tradat discipulis conculcandum. Unde et apostolus loquitur: *Deus autem conterat satanam sub pedibus vestris velociter* [Rom 16, 20]. Et tamen hostis antiquus post quadraginta dierum ieiunium per cibum molitur insidias et dicit: *Si Filius Dei es, dic, ut lapides isti panes fiant* [Mt 4, 3]. . . . Sed quomodo ibi [in fornace] quartus speciem habens quasi filii hominis, immensos mitigavit ardores et inter camini aestuantis incendia docuit flammas

---

552. CV 56, 186; ML 22, 1113. 553. CV 56, 189; ML 22, 1115.

calorem amittere et aliud oculis comminari, aliud praebere tactui, sic et in animo virginali, rore caelesti et ieiuniorum frigore, calor puellaris exstinguitur, et humano corpori angelorum impetratur conversatio. Quam ob rem et vas electionis de virginibus se dicit Domini non habere praeceptum, quia contra naturam, immo ultra naturam est, non exercere, quod nata sis, interficere in te radicem tuam et sola virginitatis poma decerpere, nescire thorum, omnem virorum horrere contactum et in corpore vivere sine corpore.

Vitandi excessus in ieiunio. — 130, 11. Neque vero im- 554
moderata tibi imperamus ieiunia et enormem ciborum abstinentiam, quibus statim corpora delicata franguntur et ante aegrotare incipiunt, quam sanctae conversationis iacere fundamenta. . . . Sic debes ieiunare, ut non palpites et respirare vix possis, et comitum tuarum vel porteris vel traharis manibus, sed ut fracto corporis appetitu, nec in lectione, nec in psalmis, nec in vigiliis solito quid minus facias.

Oboedientia et pudicitia. — 130, 12. Imitare sponsum tuum: 555
esto aviae matrique subiecta. Nullum virorum, et maxime iuvenum, nisi cum illis videas. Nullum scias, quem illae nesciant.

Quae eleemosynae ceteris praestent. — 130, 14. Alii aedi- 556
ficent ecclesias, vestiant parietes marmorum crustis, columnarum moles advehant earumque deaurent capita pretiosum ornatum non sentientia, ebore argentoque valvas et gemmis aurea vel aurata distinguant altaria. Non reprehendo, non abnuo. *Unusquisque in sensu suo abundet* [Rom 14, 5]. Meliusque est hoc facere, quam repositis opibus incubare. Sed tibi aliud propositum est: Christum vestire in pauperibus, visitare in languentibus, pascere in esurientibus, suscipere in his, qui tecto indigent, et maxime in domesticis fidei, virginum alere monasteria, servorum Dei et pauperum spiritu habere curam, qui diebus et noctibus serviunt Domino tuo, qui in terra positi, imitantur angelorum conversationem et nihil aliud loquuntur, nisi quod ad laudes Dei pertinet, habentesque victum atque vestitum, his gaudent divitiis, qui plus habere nolunt, si tamen servant propositum.

Laus vitae coenobiticae. — 130, 17. Bonum est igitur 557
oboedire maioribus, parere praefectis et post regulas Scripturarum vitae suae tramitem ab aliis discere, nec praeceptore uti pessimo, scilicet praesumptione sua.

Vitandum mundanarum consortium. — 130, 18. Fuge la- 558
sciviam puellarum, quae ornant capita, crines a fronte demit-

---

554. CV 56, 191; ML 22, 1116. 555. CV 56, 192; ML 22, 1117.
556. CV 56, 194; ML 22, 1119. 557. CV 56, 198; ML 22, 1121.
558. CV 56, 199; ML 22, 1122.

tunt, cutem poliunt, utuntur lomentis, adstrictas habent manicas, vestimenta sine ruga soccosque crispantes, ut sub nomine virginali vendibilius pereant. Mores enim et studia dominarum plerumque ex ancillarum et comitum moribus iudicantur.

559 *Amor Scripturae sacrae.* — 130, 20. Ama Scripturas sanctas, et amabit te sapientia; *dilige eam, et servabit te; honora illam, et amplexabitur te* [Prv 4, 6 8]. Haec monilia in pectore et in auribus tuis haereant. Nihil aliud noverit lingua nisi Christum. Nihil possit sonare, nisi quod sanctum est.

560 *Ad candidatum monachatus.* — 145 [ad Exuperantium, a. ?]. Si igitur qui habent possessiones et divitias, iubentur omnia vendere et dare pauperibus, et sic sequi Salvatorem, dignatio tua aut dives est, et debet facere, quod praeceptum est, aut adhuc tenuis, et non debet quaerere, quod erogatura est. Certe Christus pro animi voluntate omnia in acceptum refert. Nemo apostolis pauperior fuit, et nemo tantum pro Domino dereliquit. Vidua illa in evangelio paupercula, quae duo minuta misit in gazophylacium, cunctis praefertur divitibus, quia totum, quod habuit, dedit. Et tu igitur eroganda non quaeras, sed quaesita iam tribue, ut fortissimum tyrunculum suum Christus agnoscat, ut laetus tibi de longissima regione venienti occurrat Pater, ut stolam tribuat, ut donet anulum, ut immolet pro te vitulum saginatum [cf. Lc 15, 20 sqq].

561 *Paenitentiae necessitas.* — 147 [ad Sabinianum, a. ?], 3. Nihil ita repugnat Deo quam cor impaenitens. Solum crimen est, quod veniam sequi non potest. Si enim ignoscitur post peccatum, qui peccare desistit, et ille flectit iudicem, qui rogat, impaenitens autem omnis ad iracundiam provocat iudicantem, solum desperationis crimen est, quod mederi nequeat.

562 *Ratio pie vivendi uxori christianae.* — 148 [ad Celantiam, a. ?], 2. Petis namque, et sollicite ac vigilanter petis, ut tibi certam ex Scripturis sanctis praefiniamus regulam, ad quam tu ordines cursum vitae tuae et, cognita Domini voluntate, inter honorem saeculi et divitiarum illecebras morum magis diligas supellectilem, atque ut possis, in coniugio constituta, non solum coniugi placere, sed etiam ei, qui ipsum coniugium indulsit.... 4. Grandem vim obtinet vera dilectio, et qui perfecte amatur, totam sibi amantis vindicat voluntatem, nihilque est imperiosius caritate. Nos si vere Christum diligimus, si eius nos redemptos sanguine recordamur, nihil magis velle, nihil omnino debemus agere, quam quod illum velle cognoscimus.... 8. Neque enim debemus ad multitudinis exempla respicere, quae nullam morum disciplinam sequens, nullum

---

559. CV 56, 201; ML 22, 1124. 560. CV 56, 307; ML 22, 1192.
561. CV 56, 318; ML 22, 1198. 562. CV 56, 330; ML 22, 1205.

vivendi tenens ordinem, non tam ratione ducitur, quam quodam impetu fertur.... 10. Omne enim quod agimus, omne quod loquimur, aut de lata aut de angusta via est. Si cum paucis angustum iter et subtilem quamdam semitam invenimus, ad vitam tendimus. Sin vero multorum comitamur viam, secundum Domini sententiam, imus ad mortem.... 14. Tibi vero servanti non iam litterae praecepta, sed spiritus divinorum mandatorum memoria spiritualiter excolenda est. Cui non tam frequenter recordanda sunt praecepta Dei, quam semper cogitanda. Sint ergo divinae Scripturae semper in manibus et iugiter mente volvantur. Nec sufficere tibi putes mandata Dei memoria tenere et operibus oblivisci.... Sed quasi ad compendiosum locum quoddam commonitorium illa tibi evangelii eligenda sententia est et superscribenda cordi tuo, quae ad totius iustitiae breviarium dominico ore profertur: *Omnia quaecumque vultis ut faciant vobis homines, haec et vos facite illis* [Mt 7, 12].... 15. Coniungi vult inter nos atque conecti per mutua beneficia caritatem, omnesque homines vicario inter se amore copulari, ut id unoquoque praestante alteri, quod sibi ab omnibus praestari velit, tota iustitia et praeceptum hoc Dei communis sit utilitas hominum.... 18. Sit igitur animus intentus ac vigilans et adversus peccata semper armatus, sermo in omnibus moderatus ac parcus, et qui necessitatem magis loquendi indicet quam voluntatem. Ornet prudentiam verecundia, quodque praecipuum in feminis semper fuit, cunctas in te virtutes pudor superet. Diu ante considera, quid loquendum sit, et adhuc tacens provide, ne quid dixisse paeniteat. Verba tua ponderet cogitatio, et linguae officium animi libra dispenset.... 19. In omni igitur actu omnique verbo quieta mens et placida servetur semperque cogitationi tuae Dei praesentia occurrat; sit humilis animus ac mitis, et adversus sola vitia erectus. Numquam illum aut superbia extollat, aut avaritia inflectat, aut ira praecipitet. Nihil enim quietius, nihil purius, nihil denique pulchrius ea mente esse debet, quae in Dei habitaculum praeparanda est, quem non auro templa fulgentia, non gemmis altaria distincta delectant, sed anima ornata virtutibus.... 20. Nihil habeas humilitate praestantius nihilque amabilius. Haec est enim praecipua conservatrix, et quasi custos quaedam virtutum omnium. Nihil est, quod nos ita et hominibus gratos et Deo faciat, quam si vitae merito magni, humilitate infimi simus.... 21. Nescit religio nostra personas nec condiciones hominum, sed animos inspicit. Servum et nobilem de moribus pronuntiat. Sola apud Deum libertas est, non servire peccatis. Summa apud eum nobilitas, clarum esse virtutibus. Quid apud Deum in viris nobilius Petro? Quid in feminis beata Maria illustrius, quae fabri sponsa describitur? Sed illi piscatori et pauperi

caelestis regni a Christo creduntur claves. Haec sponsa fabri illius meruit esse mater, a quo ipsae claves datae sunt. Elegit enim Deus ignobilia et contemptibilia huius mundi [cf. 1 Cor 1, 28], ut potentes ac nobiles ad humilitatem facilius adduceret.... 22. Cave, ne, si ieiunare aut abstinere coeperis, te putes esse iam sanctam. Haec enim virtus adiumentum est, non perfectio sanctitatis. Magisque id providendum est, ne tibi hoc, quod licita contemnis, securitatem quamdam illicitorum faciat. Quidquid supra iustitiam offertur Deo, non debet impedire iustitiam, sed adiuvare. Quid autem prodest tenuari abstinentia corpus, si animus intumescat superbia? Quam laudem merebimur de pallore ieiunii, si invidia lividi simus? Quid virtutis habet vinum non bibere, et ira atque odio inebriari? Tunc, inquam, praeclara est abstinentia, tunc pulchra atque magnifica castigatio corporis, cum est animus ieiunus a vitiis. Immo qui probabiliter ac scienter abstinentiae virtutem tenent, eo affligunt carnem suam, quo animae frangant superbiam, ut quasi de quodam fastigio contemptus sui atque arrogantiae descendant ad implendam Dei voluntatem, quae maxime in humilitate perficitur. Idcirco a variis ciborum desideriis mentem retrahunt, ut totam eius vim occupent in cupiditate virtutum.... 24. Ita habeto domus sollicitudinem, ut aliquam tamen vacationem animae tribuas. Eligatur tibi opportunus et aliquantulum a familiae strepitu remotus locus, in quem tu velut in portum, quasi ex multa tempestate curarum te recipias, et excitatos foris cogitationum fluctus secreti tranquillitate componas. Tantum ibi sit divinae lectionis studium, tam crebrae orationum vices, tam firma et pressa de futuris cogitatio, ut omnes reliqui temporis occupationes facile hac vacatione compenses. Nec hoc ideo dicimus, quo te retrahamus a tuis; immo id agimus, ut ibi discas ibique mediteris, qualem tuis te praebere debeas. 25. Familiam tuam ita rege et confove, ut te matrem magis tuorum quam dominam videri velis, a quibus benignitate potius quam severitate exige reverentiam. Fidelius et gratius semper obsequium est, quod ab amore quam quod a metu accipitur.

PELAGIUS.

Epistula ad Demetriadem, 412/13.

563 *Mandata et consilia.* — 9. Prima igitur virginis cura primumque studium sit, scire voluntatem Domini sui, et quid ei placeat quidve displiceat, diligenter inquirere, ut secundum apostolum *rationabile* Deo reddat *obsequium* [Rom 12, 1], totumque vitae suae cursum ex eius possit ordinare sententia. Impossibile est enim ei quemquam placere, cui quid placeat, ignorat; fierique potest, ut etiam obsequendi voto offendat, cui quomodo obsequi debeat, ante non didicit. Et ut maius est, voluntatem Domini facere quam nosse, ita prius est nosse quam facere. Illud enim merito praecedit, hoc ordine.... Initium oboedientiae est, quid praecipiatur, velle cognoscere; et pars est obsequii, didicisse quid facias. Scito itaque in Scripturis divinis, per quas solas potes plenam Dei intellegere voluntatem, prohiberi quaedam, concedi aliqua, nonnulla suaderi. Prohibentur mala, praecipiuntur bona, conceduntur media, perfecta suadentur. In duobus illis, quae priori loco sunt, peccatum omne concluditur; in utroque enim Dei continetur imperium. Et non solum praecipere, sed et prohibere ipsum iubentis est. Generaliter namque omnibus mandatur iustitia, quam Salvator in evangelio, breviter quidem, sed plenissime comprehendens, ait: *Quaecumque vultis ut faciant vobis homines, haec et vos facite illis* [Mt 7, 12], hoc est, ut nihil mali inferamus aliis, sed praestemus omne, quod bonum est, quia volumus hoc ab aliis in nos utrumque servari. Haec sententia aequo iure praecepti universos tenet. Nec ulli omnino transgredi licet, quod omnibus imperatum est, apertusque contemptus Dei est, vel facere prohibita, vel iussa non facere. Duo vero reliqua, quae sequuntur, quorum unum conceditur et suadetur aliud, in nostra potestate dimissa sunt, ut aut cum minori gloria concessis utamur, aut ob maius praemium etiam ea, quae nobis permissa sunt, respuamus. Conceduntur quidem nuptiae, carnium usus et vini; sed horum omnium abstinentia consilio perfectiore suadetur. Ad virginitatis honorem pertinet licentia nuptiarum, et escarum indulgentia virtutem abstinentiae clariorem facit. Contempsisti, virgo, coniugium licitum tibi, priusquam contemneretur. Maioris praemii amore flagrans, vovisti Deo non imperatam, sed laudatam virginitatem, et consilio apostoli legem tuam fecisti latiorem. Certaminis ingressa campum, non tam laborem cursus quam bravium victoriae cogitasti. Legeras, credo, illud evangelicum de perpetua castitate praeconium, et ipsius te Domini sermo ad amorem servandae virginitatis accenderat, qui Petri super hoc sententiam ipsa rei magnitudine ac difficultate laudavit, et voluntariis spadonibus regnum caelorum promittens, ait: *Qui potest capere, capiat* [Mt 19, 12]. Rem itaque tam magnam non impero, non impono, sed offero. Neque quemquam ad hoc cogo, sed provoco. Quamquam de viris tantum sonare videatur, non solis tamen viris dicitur, sed aequalis utrique sexui virginitatis palma promittitur. Et apostolus de virginibus praeceptum quidem se dicit non habere Domini, sed dat consilium.

563. ML 30, 24 A.

564 *Tenera aetas facilius formatur.* — 13. Quidquid in te primum institueris, hoc manebit, et ad initiorum tuorum regulam reliqua vita decurret. Finis in ipso exordio cogitandus est. Qualis ad illum ultimum diem pervenire cupis, talis nunc iam esse conare. Consuetudo est, quae aut vitia aut virtutes alit, quaeque in his plurimum valet, cum quibus ab ineunte aetate simul creverit. Optimi sunt ad institutionem morum primi quique anni. Habent enim in se lentum quiddam et molle, quod facile formari queat atque ad arbitrium volentis trahi, et in cunctis fere rebus citius assuescitur omne, quod tenerum est. Novellas adhuc et vix firmae radicis arbusculas, dum ad omnem ductum sequaces sunt, in quamlibet partem flecti facile est; quae natura plerumque curvatae cito ad arbitrium colentis corriguntur. Tenera et primae adhuc aetatis animalia sine labore domari solent; quantoque citius a vagandi libertate dissueta sunt, tanto facilius vel colla iugo vel frenis ora insuescunt. Ipsa quoque litterarum studia teneris melius inseruntur ingeniis. Idque penitus inhaerere sensibus solet, quod primitus sederit in mente. Hoc idem plurimum etiam in bene vivendi ratione valet: dum adhuc mobilis est aetas et animus duci facilis, exercenda boni consuetudo et iugi meditatione confirmanda est. Occupandum est optimis rebus ingenium, et sanctae conversationis usus altius inferendus est. Tunc vero ad perfectionis fastigium animus ascendit et longae consuetudinis beneficio utitur ad bene vivendi facultatem.

565 *Vera et falsa humilitas.* — 20. Praecipue tamen fictam humilitatem fugiens, illam sectare, quae vera est, quam Christus docuit, humilitatem, in qua non sit superbia inclusa. Multi enim huius virtutis umbram, veritatem eius sequuntur pauci. Perfacile est enim aliquam vestem habere contentam, salutare submissius, manus et genua deosculari, inclinato in terram capite oculisque deiectis humilitatem ac mansuetudinem polliceri, lenta voce tenuique sermones infringere, suspirare crebrius et ad omne verbum peccatorem ac miserum se clamare; et si vel levi sermone offensus sit, continuo attollere supercilium, levare cervicem et delicatum illum oris sonum insano repente clamore mutare. Aliam nos humilitatem Christus docuit, qui nos ad exemplum suum hortatur, dicens: *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde* [Mt 11, 29]. Qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur. Quam nobis humilitatem beatus Petrus insinuat: *Misericordes,* inquit, *et humiles, non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto* [1 Petr 2, 22].

566 *Ordo diei.* — 23. Et quamquam omne vitae tuae tempus divino debeas operi consecrare, et nullam prorsus horam a

564. ML 30, 28 A. 565. ML 30, 34 D. 566. ML 30, 37 A.

spirituali profectu vacuam esse conveniat, cum tibi in lege Domini die ac nocte meditandum sit, debet tamen aliquis esse determinatus et constitutus horarum numerus, quo plenius Deo vaces, et qui te ad summam animi intentionem velut quadam lege contineat. Optimum est ergo huic operi matutinum deputari tempus, id est meliorem diei partem, et usque ad horam tertiam animam cotidie in caelesti agone certantem, hoc velut spiritualis quodam palaestrae exerceri gymnasio. His tu per singulos dies horis in secretioris domus parte ora, clauso cubiculo tuo. Adhibe tibi etiam in urbe solitudinem, et remota paulisper ab hominibus, propius Deo iungere, aspectuique tuorum reddita, lectionis fructum et orationis ostende. Nihil enim in hoc secreto magis agere debes, quam animam divinis eloquiis pascere. Et quantum ei per totam sufficere possit diem, hoc èam veluti cibo pinguiore satiare. Ita Scripturas sacras lege, ut semper memineris Dei illa verba esse, qui legem suam non solum sciri, sed etiam impleri iubet. Nihil enim prodest facienda didicisse et non facere. Optime uteris lectione divina, si eam tibi adhibeas speculi vice, ut ibi velut ad imaginem suam anima respiciat et vel foeda quaeque corrigat, vel pulchra plus ornet. Lectionem frequenter interrumpat oratio, et animam iugiter adhaerentem Deo grata vicissitudo sancti operis accendat. Nunc te igitur ordo instruat caelestis historiae; nunc sanctum David oblectet canticum; nunc Salomonis erudiat Sapientia; nunc ad timorem Domini increpationes incitent prophetarum; nunc evangelica et apostolica perfectio te Christo in omni morum sanctitate coniungat. Quae paranda sunt, memoriae penitus insere, eaque iugi meditatione conserva. Quae maturanda sunt, frequenter revolve, ut divinum hoc studium et caelestis schola, et mores simul virginis ornent et sensum, tradantque tibi cum sapientia sanctitatem. Unde Scriptura dicit: Qui quaerunt Deum, invenient sapientiam cum iustitia [cf. Sap 6, 13]. Sit autem ipsa lectio temperata, cui finem consilium, non lassitudo imponat. Nam ut immoderata ieiunia et ardor abstinentiae et enormes inordinataeque vigiliae intemperantiae coarguuntur, idque nimietate sui pariunt, ut haec ipsa postea nec mediocriter quidem fieri possint; ita studium lectionis in reprehensionem intemperans cadit, quodque laudabile est in tempore suo, fit de nimietate sui culpabile.

Calliditas daemonis. — 26. Huius nequissimi hostis est 567
illa vel prima calliditas et ars doli plena, fatigare cogitationibus rudes animas et novellis in proposito mentibus de ipsa interdum conversatione afferre maerorem, ut facile ab huius rei profectu deterreatur animus, cuius initia amara cognoverit.

567. ML 30, 40 C.

Itaque solet tam sordidas nonnumquam et impias cogitationes inserere menti, ut qui tentatur, dum suum illud putat esse quod cogitat, deteriorem se per spiritum immundum proposito suo arbitretur effectum, multoque puriorem animam habuisse se credat, cum adhuc res saeculi amaret. Vult enim his, quibus invidet callidissimus inimicus, horrorem propositi ex desperatione facere sanctitatis, ut eos, obsidente tristitia, etsi a proposito non revocat, certe retineat a profectu. Propter quod maxime sanctarum tibi Scripturarum studium diligendum est, illuminanda divinis eloquiis anima, et coruscante Dei verbo diaboli repellendae sunt tenebrae. Cito enim fugit ille ab ea anima, quam sermo divinus illuminat, quae caelestibus semper cogitationibus occupatur, in qua assiduum est Dei verbum, cuius vim nequam spiritus non potest ferre.

568 *Ardor renovandus.* — 27. Excitandus est enim spiritualibus stimulis semper animus et maiori cotidie ardore renovandus. Orationis instantia, illuminatio lectionis, sollicitudo vigiliarum, et diurna et nocturna eius incitamenta sunt. Nihil enim in hoc proposito otio deterius est, quod non solummodo non acquirit nova, sed etiam parta consumit. Sanctae vitae ratio processu gaudet et crescit, cessatione torpescit et deficit. Cotidianis ac recentibus virtutum incrementis mens instauranda est, et vivendi nobis hoc iter non de transacto, sed de reliquo metiendum. Quamdiu sumus in hoc corpore, numquam nos ad perfectum venisse credamus; sic enim melius pervenitur. Tamdiu non relabimur retro, quamdiu ad priora contendimus. At ubi coeperimus stare, descendimus; nostrumque non progredi, iam reverti est. Cesset omnis ignavia et inutilis de praeterito labore securitas. Si volumus non redire, currendum est.... Obliviscere omne praeteritum, et cotidie inchoare te puta, ne pro praesenti die, quo debes servire Deo, praeteritum imputes. Optime quaesita custodies, si semper inquiras. Damnum parata sentient, si parare cessaveris.

S. AUGUSTINUS, 354—430.

Enarrationes in psalmos.

569 *Cum psalmista sentire.* — In Ps 30, enarr. 3, n. 1. Si orat psalmus, orate; et si gemit, gemite; et si gratulatur, gaudete; et si sperat, sperate; et si timet, timete. Omnia enim, quae hic conscripta sunt, speculum nostrum sunt.

570 *Amor magnificandus, sed dirigendus.* — In Ps 31, 2, 5. Ipsa dilectio vacare non potest. Quid enim de quoquam homine etiam male operatur nisi amor? Da mihi vacantem

568. ML 30, 42 A. 569. ML 36, 248. 570. ML 36, 260.

amorem et nihil operantem. Flagitia, adulteria, facinora, homicidia, luxurias omnes, nonne amor operatur? Purga ergo amorem tuum; aquam fluentem in cloacam converte ad hortum; quales impetus habebat ad mundum, tales habeat ad artificem mundi. Num vobis dicitur: Nihil ametis? Absit. Pigri, mortui, detestandi, miseri eritis, si nihil ametis. Amate, sed quid ametis, videte. Amor Dei, amor proximi caritas dicitur; amor mundi, amor huius saeculi cupiditas dicitur. Cupiditas refrenetur, caritas excitetur.

Humilis peccatorum confessio. — In Ps 31, 2, 18. Haec 571
aqua confessionis peccatorum, haec aqua humiliationis cordis, haec aqua vitae salutaris, abicientis se, nihil de se praesumentis, nihil suae potentiae superbe tribuentis: haec aqua in nullis alienigenarum libris est, non in epicureis, non in stoicis, non in manichaeis, non in platonicis. Ubicumque etiam inveniuntur optima praecepta morum et disciplinae, humilitas tamen ista non invenitur. Via humilitatis huius aliunde manat: a Christo venit. Haec via ab illo est, qui cum esset altus, humilis venit. Quid enim aliud docuit humiliando se, *factus oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis* [Phil 2, 8]? Quid aliud docuit solvendo quod non debebat, ut nos a debito liberaret? Quid aliud docuit baptizatus qui peccatum non fecit, crucifixus qui reatum non habebat? Quid aliud docuit nisi hanc humilitatem?... In hac ergo humilitate propinquatur ad Deum, quia prope est Dominus his, qui obtriverunt cor [cf. Ps 33, 19].

Christus infirmorum exemplar. — In Ps 31, 2, 26. *Flagellat* 572
autem omnem filium, quem recipit [Hebr 12, 6].... Etiam Unicus sine peccato, non tamen sine flagello. Unde ipse Unicus portans infirmitatem tuam, et praefigurans in se personam tuam, tamquam caput gestans personam etiam corporis sui, cum appropinquaret passioni, ex homine, quem gerebat, contristatus est, ut te laetificaret, contristatus est, ut te consolaretur. Potuit enim utique sine tristitia esse Dominus, iturus ad passionem.... Quid igitur portabat? Infirmitatem quorumdam, qui veniente tribulatione vel morte contristantur. Sed vide, quomodo eos ducit in directionem cordis. Ecce tu volebas vivere, non volebas tibi aliquid accidere; sed Deus aliud voluit. Duae voluntates sunt, sed voluntas tua corrigatur ad voluntatem Dei, non voluntas Dei detorqueatur ad tuam. Prava est enim tua, regula est illa; stet regula, ut quod pravum est, ad regulam corrigatur. Videte, quomodo hoc docet Dominus Iesus Christus: *Tristis est anima mea usque ad mortem;* et: *Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste.* Ecce ostendit humanam voluntatem. Sed vide rectum cor: *Verum non quod ego volo, sed quod tu vis, Pater* [Mt 26, 38 sq].

571. ML 36, 270. 572. ML 36, 274.

573 *Dei voluntas amanda.* — In Ps 32, 2, 1. Exsultare autem in Domino ita convenit, ut laudemus illum, qui solus non habet, quod nobis displiceat, et nemo tam multa habet, quae infidelibus displicent. Et breve praeceptum est: ille placet Deo, cui placet Deus. Nec leve putetis hoc, carissimi. Videtis enim, quam multi disputent contra Deum, quam multis displiceant opera eius. Cum enim facere voluerit contra voluntatem hominum, quia Dominus est et novit quid faciat, nec tam attendit nostram voluntatem quam utilitatem; illi, qui malunt suam voluntatem impleri quam Dei, volunt ad suam voluntatem flectere Deum, non suam corrigere ad Deum. Talibus hominibus infidelibus, impiis, iniquis — quod piget dicere, sed tamen dicam, nostis enim quam verum dicam — facilius placet pantomimus quam Deus.

574 *Beati mundo corde.* — In Ps 33, 2, 8. Cum ergo intras cubiculum tuum, intras cor tuum. Beati qui gaudent, quando intrant ad cor suum, et nihil mali ibi inveniunt. Attendat sanctitas vestra, quomodo nolunt intrare domos suas, qui habent malas uxores, quomodo exeunt ad forum, et gaudent; coepit hora esse, qua intrent in domum suam: contristantur; intraturi sunt enim ad taedia, ad murmura, ad amaritudines, ad eversiones, quia non est domus composita, ubi inter virum et uxorem pax nulla est; et melius illi est, foris circumire. Si ergo miseri sunt, qui cum redeunt ad parietes suos, timent, ne aliquibus suorum perturbationibus evertantur, quanto sunt miseriores, qui ad conscientiam suam redire nolunt, ne ibi litibus peccatorum evertantur! Ergo ut possis libens redire ad cor tuum, munda illud.... Cum ibi coeperis gaudere, ipsa munditia cordis tui delectabit te et faciet orare: quomodo, si venias ad aliquem locum, silentium est ibi, forte quies est ibi, mundus est locus; oremus hic, dicis; et delectat te compositio loci, et credis, quod ibi te exaudiat Deus. Si ergo loci visibilis te delectat munditia, quare te non offendit immunditia cordis tui? Intra, munda omnia, leva oculos tuos ad Deum, et statim te exaudiet.

575 *Deus creaturis praeponendus.* — In Ps 34, 1, 12. Deo tibi dicente: ‚Pete quod vis', quid petiturus es? Excute mentem tuam, exsere avaritiam tuam, protende, quantum potes, et dilata cupiditatem tuam: non quicumque, sed omnipotens Deus dixit: ‚Pete quod vis.' Si possessionum es amator, desideraturus es totam terram, ut omnes, qui nascuntur, coloni tui aut servi tui sint. Et quid, cum totam terram possederis? Mare petiturus es, in quo vivere tamen non poteris. In hac avaritia te pisces superabunt. Sed forte insulas possidebis. Transcende et haec, pete et aërem, quamvis volare non possis; porrige cupiditatem tuam usque ad caelum, dic tuum esse solem, lunam, stellas, quia ille, qui fecit omnia, dixit: ‚Pete quod vis'; tamen nihil invenies carius, nihil invenies melius quam ipsum, qui fecit omnia. Ipsum pete qui fecit, et in illo et ab illo habebis omnia quae fecit. Omnia cara sunt, quia omnia pulchra sunt; sed quid illo pulchrius? Fortia sunt; sed quid illo fortius? Et nihil magis vult dare quam se.... In hoc amore dixit illi anima quaedam: *Numquid ipse es pars mea, Domine?* [cf. Ps 72, 26], id est, tu es pars mea. Eligant sibi qui volunt quid possideant, faciant sibi partes de rebus: Pars mea tu es, te mihi elegi.

573. ML 36, 277. 574. ML 36, 312. 575. ML 36, 330.

In tribulatione quomodo se habendum. — In Ps 34, 2, 3. 576
Docemur quidem, fratres, quia pertinemus ad corpus Christi, quia sumus membra Christi [cf. 1 Cor 12, 27]; et admonemur in omni tribulatione nostra, non cogitare, quemadmodum respondeamus inimicis, sed quemadmodum orando Deum propitiemus, et maxime ne tentatione vincamur; deinde, ut etiam illi, qui nos persequuntur, ad sanitatem iustitiae convertantur. Nullum maius, nullum melius negotium est in tribulatione, quam recedere ab eo strepitu, qui foris est, et ire in interiora mentis secretaria [cf. Mt 6, 6]; ibi Deum invocare, ubi nemo videt gementem et subvenientem; illius cubiculi adversus omnem extrinsecus illatam molestiam ostium claudere, humiliare seipsum in confessione peccati, magnificare et laudare Deum, et corripientem et consolantem: prorsus hoc omni modo tenendum est.

Deus quomodo semper laudandus. — In Ps 34, 2, 16. Et 577
cuius lingua durat meditari tota die laudem Dei? Ecce modo paulo longior sermo factus est, fatigamini. Tota die Deum laudare quis durat? Suggero remedium, unde tota die laudes Deum, si vis. Quidquid egeris, bene age, et laudasti Deum. Quando cantas hymnum, laudas Deum; lingua tua quid agit, nisi laudet et conscientia tua? Cessasti ab hymno cantando, discedis, ut reficiaris? Noli inebriari, et laudasti Deum. Discedis, ut dormias? Noli surgere ad malefaciendum, et laudasti Deum. Negotium agis? Noli fraudem facere, et laudasti Deum. Agrum colis? Noli litem movere, et laudasti Deum. In innocentia operum tuorum praepara te ad laudandum Deum tota die.

Aedificationis ordo in Ecclesia. — In Ps 39, n. 6. In Ec- 578
clesia iste ordo est: alii praecedunt, alii sequuntur; et qui praecedunt, exemplo se praebent sequentibus, et qui sequuntur, imitantur praecedentes. Sed et illi, qui se exemplo praebent sequentibus, numquid neminem sequuntur? Si neminem sequuntur, errabunt. Sequuntur ergo et illi aliquem, ipsum Christum. Meliores quique in Ecclesia, quibus non remansit

576. ML 36, 334. 577. ML 36, 341. 578. ML 36, 436.

iam homo, quem imitentur, quia omnes proficiendo superaverunt; ipse Christus iis remanet, quem usque in finem sequantur. Et cernitis ordinatos gradus per Paulum apostolum dicentem: *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi* [1 Cor 4, 16]. Ergo qui iam directos gressus habent in petra, forma sint fidelibus: Sed forma, inquit, esto fidelibus [cf. 1 Tim 4, 12]. Ipsi fideles sunt iusti, qui attendentes eos, qui se in bono praecedunt, imitando sequuntur.

579 *Voluntas nostra non potest coaptari voluntati Dei, nisi corrigatur.* — In Ps 44, n. 17. Distortum ad rectum quando coniungis? Collineari non potest. Tamquam si in pavimento aequali ponas lignum curvum; non adiungitur, non cohaeret, non coaptatur pavimento; pavimentum ubique aequale est, sed illud curvum est, non coaptatur aequali. Ergo Dei voluntas aequalis est, tua curva est; propterea tibi curva videtur illa, quia tu illi coaptari non potes; dirige ad illam te, ne illam velis curvare ad te; quia non potes, frustra conaris; illa semper directa est. Vis illi haerere? Corrigere.

580 *Tentatio necessaria.* — In Ps 60, n. 3. Vita nostra in hac peregrinatione non potest esse sine tentatione, quia provectus noster per tentationem nostram fit, nec sibi quisque innotescit nisi tentatus, nec potest coronari, nisi vicerit, nec potest vincere, nisi certaverit, nec potest certare, nisi inimicum et tentationes habuerit.

581 *Tentatio non timenda.* — In Ps 61, n. 20. Diabolus potestas quaedam est; plerumque tamen vult nocere et non potest, quia potestas ista sub potestate est. Nam si tantum posset nocere diabolus, quantum vult, non aliquis iustorum remaneret aut aliquis fidelium esset in terra. Ipse per vasa sua impellit, quasi parietem inclinatum; sed tantum impellit, quantum accipit potestatem. Ut autem non cadat paries, Dominus suscipiet, quoniam qui dat potestatem tentatori, ipse tentato praebet misericordiam. Ad mensuram enim permittitur tentare diabolus.

582 *Tempore consolationis colligendum est pro tempore desolationis.* — In Ps 66, n. 3. Vide formicam Dei: surgit cotidie, currit ad ecclesiam Dei, orat, audit lectionem, hymnum cantat, ruminat quod audivit, apud se cogitat, recondit intus grana collecta de area. Haec ipsa quae modo dicuntur, qui prudenter audiunt, hoc agunt, et ab omnibus videntur procedere ad ecclesiam, redire de ecclesia, audire sermonem, audire lectionem, invenire librum, aperire et legere: omnia ista videntur, cum fiunt. Formica illa est conterens iter, portans et recondens in conspectu cernentium. Venit hiems aliquando; cui

579. ML 36, 504. 580. ML 36, 724. 581. ML 36, 743.
582. ML 36, 805.

enim non venit? Accidit damnum, accidit orbitas; ceteri miserantur forte ut miserum, qui non norunt, quid intus habeat formica, quod comedat, et dicunt: Miser ille, cui hoc accidit, aut ille, cui hoc accidit; quid illi credis animi esse? quomodo confectus est! Metitur ex se, compatitur ex viribus suis, et ideo fallitur, quia mensuram, qua se metitur, vult afferre ad eum, quem non novit. Vides illum passum damnum, aut humiliatum, aut orbitate percussum; quid credis? Iste aliquid mali fecit, ut hoc illi contingeret. Tale cor habeant, talem animum inimici mei. Ignoras, o homo; vere tu tibi inimicus es, qui per aestatem tibi non colligis, quod iste collegit. Modo intus formica comedit labores aestatis; sed eam colligentem videre poteras, manducantem videre non potes.

Deus praemium nostrum. — In Ps 72, n. 32. *Deus cordis* 583
mei, et pars mea Deus in saecula [Ps 72, 26]. Factum est cor castum, gratis iam amatur Deus, non ab illo petitur aliud praemium. Qui aliud praemium petit a Deo et propterea vult servire Deo, carius facit, quod vult accipere, quam ipsum, a quo vult accipere. Quid ergo? Nullum praemium Dei? Nullum praeter ipsum. Praemium Dei ipse Deus est. Hoc amat, hoc diligit; si aliud dilexerit, non erit castus amor.

Canticum graduum amoris. — In Ps 83, n. 10. Quid ergo 584
praestat Deus in hac gratia ei, quem suscepit perducendum? Sequitur et dicit: *Ascensus in corde eius* [Ps 83, 6]. Facit illi gradus, quibus ascendat. Ubi illi facit gradus? In corde. Quanto ergo plus amaveris, tanto plus ascendes. *Ascensus*, inquit, *in corde eius disposuit.* Quis? Qui suscepit eum: *Beatus* enim, *cuius est susceptio eius abs te, Domine* [ib.]. Quia per se non potest, opus est, ut gratia tua suscipiat. Et quid facit gratia tua? Disponit ascensus in corde.... Ergo ascensus in corde tuo sint dispositi a Deo per gratiam ipsius. Amando ascende: inde cantatur canticum graduum.

In se dona Dei agnoscere non superbia. — In Ps 85, n. 4. 585
Et audebo ego dicere: *Quoniam sanctus sum?* [Ps 85, 2.] Si sanctus tamquam sanctificans et nullo sanctificante indigens, superbus et mendax; si autem sanctus sanctificatus secundum id quod dictum est: *Sancti estote, quia et ego sanctus sum* [Lv 19, 2], audeat et corpus Christi, audeat et unus ille homo clamans a finibus terrae, cum capite suo et sub capite suo dicere: *Quoniam sanctus sum.* Accepit enim gratiam sanctitatis, gratiam baptismi et remissionis peccatorum. *Et haec quidem fuistis,* ait apostolus, enumerans multa peccata, et levia et gravia, et usitata et horribilia: *Et haec quidem fuistis; sed abluti estis, sed sanctificati estis* [1 Cor 6, 11]. Si ergo sanctificatos dicit, dicat et unusquisque fidelium: *Sanctus sum.* Non

583. ML 36, 928. 584. ML 37, 1063. 585. ML 37, 1084.

est ista superbia elati, sed confessio non ingrati. Si enim dixeris te ex te esse sanctum, superbus es; rursus, fidelis in Christo et membrum Christi, si te dixeris non esse sanctum, ingratus es. Arguens enim superbiam apostolus, non ait: ‚Non habes', sed ait: *Quid enim habes, quod non accepisti?* [1 Cor 4, 7.] ... Dic Deo tuo: Sanctus sum, quia sanctificasti me; quia accepi, non quia habui; quia tu dedisti, non quia ego merui.

586 *Voluntas Dei regula nostra.* In Ps 93, n. 18. *Quousque iustitia,* inquit, *convertatur in iudicium, et qui habent eam, omnes recto sunt corde* [Ps 93, 15]. ... Qui sunt *recto corde?* Qui hoc volunt, quod Deus vult. Parcit peccatoribus; tu vis, ut iam perdat peccatores. Distorti cordis es et pravae voluntatis, quando aliud vis, aliud vult Deus. Vult autem Deus parcere malis, tu non vis parci; patiens est Deus peccatoribus, tu non vis tolerare peccatores. Sed ut dicere coeperam, aliud vis tu, aliud Deus; converte cor tuum et dirige ad Deum, quia et Dominus infirmis compassus est. Vidit in corpore suo, id est in Ecclesia sua infirmos, qui primo voluntatem suam sequi tentarent, sed, cum viderent voluntatem Dei aliam esse, dirigerent se et cor suum ad suscipiendam et sequendam voluntatem Dei. Ne voluntatem Dei velis torquere ad voluntatem tuam, sed tuam corrige ad voluntatem Dei. Voluntas Dei sic est, quomodo regula: ecce, puta, torsisti regulam; unde habes corrigi? Illa autem integra manet; regula est enim incommutabilis. Quamdiu integra est regula, habes, quo te convertas et corrigas pravitatem tuam, habes, unde corrigas, quod in te tortum est. Quid autem volunt homines? Parum est, quia voluntatem suam tortuosam habent; etiam volunt voluntatem Dei tortam facere secundum cor suum, ut hoc faciat Deus quod ipsi volunt, cum ipsi hoc debeant facere, quod Deus vult.

587 *Vocatio et nomen monachorum.* — In Ps 132, n. 2. *Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum* [Ps 132, 1]. ... Ista enim verba psalterii, iste dulcis sonus, ista suavis melodia, tam in cantico quam in intellectu, etiam monasteria peperit. Ad hunc sonum excitati sunt fratres, qui habitare in unum concupierunt; iste versus fuit tuba ipsorum. Sonuit per omnem orbem terrarum, et qui divisi erant, congregati sunt. Clamor Dei, clamor Spiritus Sancti, clamor propheticus non audiebatur in Iudaea, et auditus est in toto orbe terrarum. ... 3. Ex voce huius psalmi appellati sunt et monachi. ... 6. Μόνος enim unus dicitur; et non unus quomodocumque; nam et in turba est unus, sed una cum multis unus dici potest, μόνος non potest, id est solus; μόνος enim unus solus est. Qui ergo sic vivunt in unum, ut unum hominem faciant, ut sit illis

586. ML 37, 1205. 587. ML 37, 1729.

vere, quod scriptum est, *una anima et unum cor* [Act 4, 32]; multa corpora, sed non multae animae; multa corpora, sed non multa corda: recte dicitur μόνος, id est unus solus.

Carni dominandum. — In Ps 143, 6. Caro tua coniux 588
tua, famula tua; quodlibet deputa, opus est ut subicias, et si pugnas, ut prosit pugna. Hoc enim expedit, inferius subici superiori, ut et ille, qui sibi subici vult, quod est inferius se, subiciatur superiori se. Agnosce ordinem, quaere pacem. Tu Deo, tibi caro. Quid iustius? quid pulchrius? Tu maiori, minor tibi; servi tu ei qui fecit te, ut tibi serviat quod factum est propter te. Non enim hunc ordinem novimus, neque hunc ordinem commendamus: tibi caro et tu Deo, sed: tu Deo et tibi caro. Si autem contemnis Tu Deo, numquam efficies ut Tibi caro. Qui non obtemperas Domino, torqueris a servo.

Laus Dei in caelo. — In Ps 148, n. 8. *Statuit ea in saeculum* 589
et in saeculum saeculi [Ps 148, 6]. Omnia caelestia, omnia superiora, virtutes omnes atque angelos, civitatem quamdam supernam, bonam, sanctam, beatam; unde quoniam peregrinamur, miseri adhuc sumus; et quo redituri, in spe beati; et quo cum redierimus, in re beati. *Statuit ea in saeculum et in saeculum saeculi; praeceptum posuit, et non praeteribit.* Quale praeceptum putatis habere caelestia et angelos sanctos? Quale praeceptum dedit illis Deus? Quale, nisi ut laudent illum? Beati, quorum hoc est negotium, laudare Deum. Non arant, non seminant, non molunt, non coquunt; opera enim sunt ista necessitatis; ibi necessitas non est. Non furantur, non depraedantur, non adulterantur; opera enim sunt ista iniquitatis; ibi iniquitas non est. Non frangunt panem esurienti, non vestiunt nudum, non suscipiunt peregrinum, non visitant aegrotum, non concordant litigiosum, non sepeliunt mortuum; opera enim sunt ista misericordiae; ibi nulla miseria est, in qua fiat misericordia. O beati! Putamus, erimus et nos sic! Eia, suspiremus, de suspirio gemamus. Et quid sumus, ut ibi simus? Mortales, proiecti, abiecti, terra et cinis. Sed qui promisit, omnipotens est.

Sermones.

Homo ad imaginem Dei. — Sermo 9, c. 8, n. 9. Vult te 590
Deus facere similem sui, et conaris tu Deum facere similem tui. Placeat tibi ergo Deus qualis est, non qualem illum esse vis. Perversus enim es, et talem vis Deum qualis es, non qualis est. Si autem placeat tibi qualis est, corrigeris et diriges in eam regulam cor tuum, a qua nunc alienus distortus es. Placeat tibi Deus qualis est, ama qualis est; non

588. ML 37, 1860. 589. ML 37, 1941. 590. ML 38, 82.

te ipse amat qualis es, sed odit te qualis es. Ideo tui miseretur, quia odit te qualis es, ut faciat te qualis nondum es. Faciat te, dixi, qualis nondum es. Nam illud tibi non promittit, quia faciet te qualis est. Nam eris qualis est, sed ad quemdam modum, id est, imitator Dei velut imago, sed non qualis imago est Filius. Nam etiam imagines in hominibus diversae sunt. Filius hominis habet imaginem patris sui, et hoc est quod pater eius, quia homo est sicut pater eius. In speculo autem imago tua non hoc est quod tu. Aliter est enim imago tua in filio, aliter in speculo: in filio est imago tua secundum aequalitatem substantiae, in speculo autem quantum longe est a substantia, et tamen est quaedam imago tua, quamvis non talis, qualis in filio tuo secundum substantiam. Sic in creatura non hoc est imago Dei, quod est in Filio, qui hoc est quod Pater, id est Verbum Dei, per quod facta sunt omnia. Recipe ergo similitudinem Dei, quam per mala facta amisisti. Sicut enim in nummo imago imperatoris aliter est, aliter in filio, nam imago et imago est, sed aliter impressa est in nummo, aliter in filio, aliter in solido aureo imago imperatoris: sic et tu nummus Dei es, ex hoc melior, quia cum intellectu et cum quadam vita nummus Dei es, ut scias etiam, cuius imaginem geras et ad cuius imaginem factus sis; nam nummus nescit se habere imaginem imperatoris. Ergo ut dicere coeperam, odit te Deus qualis es, sed amat te talem qualem te esse vult; et ideo ille te, ut muteris, hortatur. Concorda cum illo et incipe primo bene velle, et odisse te qualis es: hoc sit tibi initium concordiae cum sermone Dei, ut incipias primo tu odisse te qualis es. Cum coeperis et tu odisse te talem qualis es, sicut te talem odit Deus, incipis iam ipsum diligere Deum qualis est.

591 *Variis modis loquitur nobis Deus.* — 12, 4, 4. Multi autem modi sunt, quibus nobiscum loquitur Deus. Loquitur aliquando per aliquod instrumentum, sicut per codicem divinarum Scripturarum; loquitur per aliquod elementum mundi, sicut per stellam Magis locutus est [cf. Mt 2, 2]. Quid est enim locutio, nisi significatio voluntatis? Loquitur per sortem, sicut de Matthia in locum Iudae ordinando locutus est [cf. Act 1, 26]; loquitur per animam humanam, sicut per prophetam; loquitur per angelum, sicut patriarcharum et prophetarum et apostolorum quibusdam locutum esse accipimus; loquitur per aliquam vocalem sonantemque creaturam, sicut de caelo voces factas, cum oculis nullus videretur, legimus et tenemus. Ipsi denique homini, non extrinsecus per aures eius aut oculos, sed intus in animo non uno modo Deus loquitur, sed aut in somnis, sicut Laban Syro, ne Iacob servum eius in aliquo

591. ML 38, 102.

laederet [cf. Gn 31, 24], et Pharaoni de septem annis opulentis totidemque sterilibus demonstratum est [ib. 41]; aut spiritu hominis assumpto, quam Graeci ecstasin vocant, sicut oranti Petro vas plenum similitudinibus crediturarum gentium visum est submissum esse de caelo; aut in ipsa mente, cum quisque maiestatem vel voluntatem intellegit, sicut ipse Petrus ex illa ipsa visione, quid se agere vellet Dominus, apud seipsum cogitando cognovit. Non enim hoc quisquam potest nisi apud se intus sonante quodam tacito clamore veritatis agnoscere.

Deo propinquamus humilitate et caritate. — 21, 2. Excelsus quidem est Dominus, sed humilia respicit; excelsa 592
autem a longe cognoscit [cf. Ps 137, 6], humilia non longe. Certe excelsus est, et utique si excelsa a longe cognoscit, humilia longinquius debet advertere. Si ab excelsis celsitudine sua longinquus est, ut ea a longe cognoscat, quanto magis, ait aliquis, ab humilibus eius longe celsitudo secessit? Non ita est. Excelsus est enim Deus et humilia respicit. Quomodo ea respicit? *Prope est Dominus omnibus his, qui obtriverunt cor* [Ps 33, 19]. Noli ergo quaerere montem altum, unde tibi vicinior esse videaris. Si extollis te, longe secedit a te; si humilias te, inclinat se ad te. Publicanus de longe stabat, et ideo Deus illi facilius propinquabat; nec oculos levare audebat ad caelum, et iam secum habebat, qui fecerat caelum. Unde ergo iucundamur in Domino, si a nobis tam longe est Dominus? Ut non sit longe, et ut longe sit, tu facis. Ama, et propinquabit; ama, et habitabit.

Amor Dei super omnia. — 34, 4, 7. Vide enim, si aliquid 593
voluit dimittere in te, unde ames vel te, qui tibi dicit: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua* [Mt 22, 37]. Quid remanet de corde tuo, unde diligas teipsum? quid de anima tua? quid de mente tua? *Ex toto,* inquit. Totum exigit te, qui fecit te.

Adversus tentationem luctatio. — 57, 9, 9. Pugnemus contra 594
concupiscentias nostras. Etenim in baptismo sancto peccata dimissuri estis; concupiscentiae remanebunt, cum quibus regenerati pugnetis. Restat enim conflictus in vobis ipsis. Nullus hostis metuatur extrinsecus: te vince, et mundus est victus. Quid tibi facturus est tentator extraneus, sive diabolus, sive minister diaboli? Quicumque homo proponit lucrum, ut seducat, avaritiam in te non inveniat: quid facit propositor lucri?... Proponit tibi tentator pulcherrimam feminam: adsit intus castitas, victa est foris iniquitas. Ut ergo non te capiat proposita pulchritudine mulieris alienae, cum tua libidine intus pugna. Non sentis hostem tuum, sed sentis concupiscen-

592. ML 38, 143. 593. ML 38, 212. 594. ML 38, 391.

tiam tuam. Diabolum non vides, sed quid te delectet, vides. Vince intus, quod tu sentis. Pugna, pugna, quia qui te regeneravit, iudex est; proposuit luctam, parat coronam.

595 *Divitem inter et pauperem relatio.* — 61, 11, 12. Date ergo pauperibus, fratres mei. *Victum et tegumentum habentes his contenti simus* [1 Tim 6, 8]. Nihil dives habet de divitiis suis, nisi quod ab illo postulat pauper, victum et tegumentum. Hinc tu quid plus habes ex omnibus quae habes? Accepisti victum, accepisti necessarium tegumentum. Necessarium dico, non inane, non superfluum. Quid plus de divitiis tuis capis? Dic mihi. Certe omnia tua superflua erunt. Quae sunt tua superflua, sint pauperibus necessaria.... Utere superfluis, da pauperibus necessaria; utere pretiosis, da pauperibus vilia. Exspectat a te, exspectas a Deo: exspectat ille manum quae facta est secum, exspectas tu manum quae fecit te. Sed non solum te fecit, sed et pauperem tecum. Dedit vobis unam viam istam vitam; invenistis vos comites, unam viam ambulatis: ille nihil portat, tu nimium oneratus es: ille nihil secum portat, tu tecum plus portas quam opus est. Oneratus es: da illi de eo quod habes, et illum pascis, et onus minuis.

596 *Humilitas fundamentum perfectionis.* — 69, 1, 2. *Tollite iugum meum super vos et discite a me* [Mt 11, 29]: non mundum fabricare, non cuncta visibilia et invisibilia creare, non in ipso mundo miracula facere et mortuos suscitare, sed *quoniam mitis sum et humilis corde.* Magnus esse vis? A minimo incipe. Cogitas magnam fabricam construere celsitudinis? De fundamento prius cogita humilitatis. Et quantam quisque vult et disponit superimponere molem aedificii, quanto erit maius aedificium, tanto altius fodit fundamentum. Et fabrica quidem cum construitur, in superna consurgit; qui autem fodit fundamentum, ad ima deprimitur. Ergo et fabrica ante celsitudinem humiliatur, et fastigium post humiliationem erigitur. 2, 3. Quod est fastigium construendae fabricae, quam molimur? Quo perventurum est cacumen aedificii? Cito dico, usque ad conspectum Dei. Videtis, quam excelsum est, quanta res est conspicere Deum. Qui desiderat, et quod dico, et quod audit, intellegit. Promittitur nobis conspectus Dei, veri Dei, summi Dei. Hoc enim bonum est, videntem videre.

597 *Martha et Maria.* — 104. 3. 4. Videtis ergo, carissimi, et quantum arbitror, iam intellegitis in his duabus mulieribus, quae ambae fuerant Domino gratae, ambae amabiles, ambae discipulae: videtis ergo, et magnum aliquid intellegitis, quicumque intellegitis, quod audire et scire debetis, etiam qui non intellegitis: in his duabus mulieribus duas vitas esse figuratas, praesentem et futuram, laboriosam et quietam,

595. ML 38, 413. 596. ML 38, 441. 597. ML 38, 617.

aerumnosam et beatam, temporalem et aeternam. Duae sunt vitae; de illis vos copiosius cogitate. Quid habeat haec vita non dico mala, non iniqua, non nefaria, non luxuriosa, non impia, sed laboriosa et aerumnis plena, timoribus castigata, tentationibus sollicita, hanc ipsam innocentem vitam dico, qualem decebat habere Martham; hanc ergo, quantum potestis, inspicite, et de hac, ut dixi, copiosius, quam loquimur, cogitate. Vita vero iniqua aberat ab illa domo, nec cum Martha erat nec cum Maria; et si aliquando fuit, Domino intrante fugit. Remanserunt ergo in illa domo, quae susceperat Dominum, in duabus feminis duae vitae, ambae innocentes, ambae laudabiles: una laboriosa, altera otiosa; nulla facinorosa, nulla desidiosa. Ambae innocentes, ambae, inquam, laudabiles, sed una laboriosa, altera otiosa; nulla facinorosa, quam cavere debet laboriosa, nulla desidiosa, quam cavere debet otiosa. Erant ergo in illa domo istae duae vitae, et ipse fons vitae. In Martha erat imago praesentium, in Maria futurorum. Quod agebat Martha, ibi sumus; quod agebat Maria, hoc speramus. Hoc agamus bene, ut illud habeamus plene. Nam quid inde habemus? In quantum habemus? Quamdiu hic sumus, quantum est, quod inde habemus? Nam et modo inde aliquid agimus, remoti a negotiis, sepositis familiaribus curis, convenistis, statis, auditis. In quantum hoc agitis, Mariae similes estis.

Spes nutrienda. — 105, 5, 7. Restat spes, quae, quantum 598
mihi videtur, ovo comparatur. Spes enim nondum pervenit ad rem; et ovum est aliquid, sed nondum est pullus. Quadrupedes ergo filios pariunt, aves autem spem filiorum. Spes ergo ad hoc nos hortatur, ut praesentia contemnamus, futura exspectemus, ea quae retro sunt obliviscentes, cum apostolo in anteriora extendamur.... Nihil ergo tam inimicum est spei, quam retro respicere, id est, in iis rebus, quae praeterlabuntur et transeunt, spem ponere; sed in his, quae nondum datae sunt, sed dandae quandoque, numquam transibunt.... *Quod enim videt quis, quid sperat?* [Rom 8, 24] ovum est. Est ovum, et pullus nondum est. Et testudine tectum est; non videtur, quia operitur; cum patientia exspectetur; fervescat, ut viviscat. Intende, extendere in anteriora, obliviscere praeterita. Quae enim videntur, temporalia sunt [cf. 2 Cor 4, 18].

Hominis felicitas in solo Deo. — 113, 6, 6. Aliquando 599
transimus viam et videmus amoenissimos et uberes fundos, et dicimus: Cuius est ille fundus? Asseritur illius, et nos dicimus: Beatus homo. Vanitatem loquimur. Beatus, cuius est illa domus; beatus, cuius est ille fundus; beatus, cuius est illud pecus; beatus, cuius est ille servus; beatus, cuius est illa

598. ML 38, 621. 599. ML 38, 651.

familia. Tolle vanitatem, si vis audire veritatem. *Beatus* est, *cuius est Dominus Deus ipsius* [Ps 143, 15]. . . . O Domine Deus meus, o Domine Deus noster, ut veniamus ad te, fac nos beatos de te. Nolumus de auro, neque de argento, nec de fundis; nolumus de terrenis istis, et vanissimis, et caducae vitae transitoriis. Non loquatur os nostrum vanitatem. Fac nos beatos de te, quia non perdemus te. Cum tenuerimus te, nec te perdemus, nec nos peribimus.

600 *Praesentia Dei.* — 132, 2, 2. Ipse [Deus] timendus est in publico, ipse in secreto. Procedis, videris; intras, videris; lucerna ardet, videt te; lucerna exstincta est, videt te; in cubiculum intras, videt te; in corde versaris, videt te. Ipsum time, illum cui cura est, ut videat te; et vel timendo castus esto. Aut si peccare vis, quaere, ubi te non videat, et fac quod vis.

600* *Sancti perpetuo pugnant.* — 151, 7, 7. Cf. EP 1509.

601 *Timor Dei caritatem introducit.* — 156, 13, 14. Lex timorem dedit, et videte, quid hinc subiunxit apostolus, cum diceret: *Quotquot enim Spiritu Dei aguntur, hi filii sunt Dei* [Rom 8, 14]; quia, cum Spiritu Dei aguntur, caritate aguntur: *Caritas* enim *Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis* [Rom 5, 5]. Secutus adiunxit: *Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore* [Rom 8, 15]. Quid est *iterum?* Quomodo torrente molestissimo paedagogo. Quid est *iterum?* Sicut in monte Sina accepistis spiritum servitutis. . . . Qui enim adhuc ideo bene agit, quia poenam timet, Deum non amat, nondum est inter filios; utinam tamen vel poenam timeat. Timor servus est, caritas libera est; et ut sic dicamus, timor est servus caritatis. Ne possideat diabolus cor tuum, praecedat servus in corde tuo et servet dominae venturae locum. Fac, fac vel timore poenae, si nondum potes amore iustitiae. Veniet domina, et servus abscedet; quia *consummata caritas foras mittit timorem* [1 Io 4, 18].

602 *Proficiendum semper in via ad Deum.* — 169, 15, 18. Quid ergo facio? *Quae retro oblitus, in ea, quae ante sunt, extentus, secundum intentionem sequor* [Phil 3, 13 sq]. Adhuc sequor: *ad palmam supernae vocationis Dei in Christo Iesu* [ib.]. Adhuc sequor, adhuc proficio, adhuc ambulo, adhuc in via sum, adhuc me extendo, nondum perveni. Ergo si et tu ambulas, si te extendis, si ea, quae ventura sunt, cogitas, obliviscere praeterita, noli in ea respicere, ne ibi remaneas, ubi respexeris. . . . Videtis, quia viatores sumus. Dicitis: Quid est ambulare? Breviter dico: proficere; ne forte non intellegatis et pigrius ambuletis. Proficite, fratres mei, discutite vos semper sine dolo, sine adulatione, sine palpatione. Non enim aliquis

---

600. ML 38, 736. 601. ML 38, 857. 602. ML 38, 926.

est intus tecum, cui erubescas et iactes te. Est ibi, sed cui placet humilitas, ipse te probet. Proba et teipsum tu ipse. Semper tibi displiceat quod es, si vis pervenire ad id quod nondum es. Nam ubi tibi placuisti, ibi remansisti. Si autem dixeris: sufficit, et peristi. Semper adde, semper ambula, semper profice; noli in via remanere, noli retro redire, noli deviare. Remanet, qui non proficit; retro redit, qui ad ea revolvitur, unde iam abscesserat; deviat, qui apostatat. Melius it claudus in via quam cursor praeter viam.

Perfectio. — 170, 8, 8. *Quotquot autem perfecti sumus, hoc* 603
sapiamus [Phil 3, 15]. Iam dudum dixerat [apostolus] se imperfectum, nunc autem perfectum. Quare, nisi quia ipsa est perfectio hominis, invenisse se non esse perfectum? *Quotquot autem perfecti sumus, hoc sapiamus. Et si quid forte aliter sapitis, id quoque vobis Deus revelabit* [ib.]; id est, ut, si vos in aliquo profectu animi iustificatos probatis, legendo Scripturas et inveniendo, quae sit vera et perfecta iustitia, inveniatis vos reos et desiderio futurorum damnetis praesentia, vivatis ex fide et spe et caritate, et intellegatis, quia, quod adhuc creditis, nondum videtis; quod adhuc speratis, nondum tenetis; quod adhuc desideratis, nondum impletis.

Via nostra Christus. — 170, 11, 11. Via nobis factus est 604
Christus, et desperamus nos perventuros? Via ista finiri non potest, praecidi non potest, corrumpi non potest nec pluvia, nec diluviis, nec a latronibus obsideri. Ambula securus in Christo, ambula; ne offendas, ne cadas, ne retro respicias, ne in via remaneas, ne a via recedas. Ista omnia praecave tantum, et pervenisti. Cum perveneris, tunc iam gloriare ex hoc; noli in te. Nam qui se laudat, Deum non laudat, sed se a Deo avertit: quomodo qui vult recedere ab igne, ignis calidus remanet, sed ille frigescit; quomodo qui vult recedere a lumine, si recesserit, lumen in se lucidum remanet, sed ille tenebratur. Non recedamus a calore Spiritus, a lumine veritatis. Vocem modo audivimus, tunc autem facie ad faciem videbimus. Nemo sibi placeat, nemo alii insultet. Omnes sic velimus proficere, ut non invideamus proficientibus, non insultemus deficientibus; et erit in nobis cum gaudio impletum, quod promissum est in evangelio: *Et ego resuscitabo eos in novissimo die* [Io 6, 40].

Uti creaturis, frui Deo. — 177, 8. Ibi fige spem, ibi an- 605
coram cordis tui, ut tempestas saeculi non te inde abrumpat: *In Deo vivo, qui praestat nobis omnia abunde ad fruendum* [1 Tim 6, 17]. Si *omnia,* quanto magis se? Et vere ad fruendum ipse nobis erit omnia. Nam non mihi videtur dictum: *Qui dedit nobis omnia abundanter ad fruendum,* nisi seipsum. Vi-

---

603. ML 38, 931. 604. ML 38, 932. 605. ML 38, 958.

detur enim aliud esse uti, aliud frui. Utimur enim pro necessitate, fruimur pro iucunditate. Ergo ista temporalia dedit ad utendum, se ad fruendum.

606 *Beata vita ubi quaerenda.* — 181, 5. Venit Christus ad miserias nostras: esurivit, sitivit, fatigatus est, dormivit; mira fecit, mala passus est, flagellatus est, spinis coronatus est, sputis illitus est, alapis caesus, ligno confixus, lancea vulneratus, in sepulcro positus, sed tertio die resurrexit, finito labore, mortua morte.... Ostendit tibi, quid debeas sapere, si vis beatus esse; hic enim esse non potes. In hac vita beatus esse non potes; nemo potest. Bonam rem quaeris, sed terra ista non est regio eius rei, quam quaeris.... Si habuit hic illud Christus, habebis et tu. In regione mortis tuae, quid ille invenit, attende; veniens de alia regione quid hic invenit, nisi quod hic abundat? Manducavit tecum, quod abundat in cella miseriae tuae. Acetum hic bibit, fel hic habuit. Ecce quid in cella tua invenit. Sed ad magnam mensam suam te invitavit, mensam caeli, mensam angelorum, ubi ipse panis est.... Modo ergo cum in ista carne corruptibili vivimus, morum mutatione cum Christo moriamur, amore iustitiae cum Christo vivamus, beatam vitam non accepturi, nisi cum ad illum venerimus, qui venit ad nos, et cum illo esse coeperimus, qui mortuus est pro nobis.

607 *Christus patientiae exemplar.* — 284, 6. Propter nos pati voluit Christus. Ait apostolus Petrus: *Pro vobis passus est, relinquens vobis exemplum, ut sequamini vestigia eius* [1 Petr 2, 21]. Pati te docuit, et patiendo te docuit. Parum erat verbum, nisi adderetur exemplum. Et quomodo docuit fratres? Pendebat in cruce, Iudaei saeviebant; in asperis clavis pendebat, sed lenitatem non amittebat. Illi saeviebant, illi circumlatrabant, illi pendenti insultabant; quasi uno summo medico in medio constituto, phrenetici circumquaque saeviebant. Pendebat ille, et sanabat. *Pater,* inquit, *ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt* [Lc 23, 34]. Petebat, et tamen pendebat; non descendebat, quia de sanguine suo medicamentum phreneticis faciebat. Denique quia verba petentis Domini, eiusdemque misericordiam exaudientis, quia Patrem petiit et cum Patre exaudivit: quia illa verba non potuerunt inaniter fundi, post resurrectionem suam sanavit, quos pendens insanissimos toleravit.

608 *Martyrum exempla.* — 306, 11, 10. Ecce quod martyres amaverunt, ideo praesentia et transitoria contempserunt. Nolite mirari fortitudinem, amor vicit dolorem. Massae ergo Candidae sollemnitatem candida conscientia celebremus, et vestigia martyrum sectantes caputque martyrum et nostrum intuentes,

606. ML 38, 1106. 607. ML 38, 1292. 608. ML 38, 1405.

si ad tam magnum bonum venire concupiscimus, iter durum non timeamus. Qui promisit, verax est; qui promisit, fidelis est; qui promisit, fallere non potest. Dicamus ergo ei candida conscientia: *Propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras* [Ps 16, 4]. Quid times vias duras passionum et tribulationum? Transiit ipse. Respondes forte: sed ipse. Transierunt apostoli. Adhuc respondes: sed apostoli. Accipio. Responde: transierunt postea et multi viri. Erubesce: transierunt et feminae. Senex venisti ad passionem? Noli timere mortem, vel quia vicinus es morti. Iuvenis es? Transierunt et iuvenes, qui adhuc vitam sibi sperabant; transierunt et pueri, transierunt et puellae. Quomodo adhuc via aspera est, quam multi ambulando linierunt? Haec ergo est sollemnis et assidua commonitio nostra ad vos, fratres, ut sollemnitates martyrum non vana sollemnitate celebremus; sed quos in suis sollemnitatibus amamus, etiam fide simili imitari non formidemus.

Martyres Christi et martyres auri. — 331, 6, 5. Quid ergo 609
miramini, fratres, si amatores Dei martyres tanta pertulerunt, ut acquirerent Deum? Amatores auri videte, quanta patiantur. Hiemalibus asperitatibus se navigando committunt; sic fervent avaritia, ut nulla formident frigora; iactantur ventis, suspenduntur et deprimuntur fluctibus; ineffabilibus periculis usque ad mortem agitantur. Dicant et ipsi auro: *Propter te mortificamur tota die* [Ps 43, 22]. Dicant martyres Christo: *Propter te mortificamur tota die.* Vox quidem est similis, sed causa est valde dissimilis. Ecce utrique dixerunt, isti Christo, illi auro: *Propter te mortificamur tota die.* Respondeat Christus suis martyribus: Si moriemini pro me, et vos invenietis et me. Respondeat autem aurum avaris: Si naufragaveritis pro me, et vos perdetis et me. Amantes ergo et imitantes, non inaniter amantes, sed amantes et imitantes, dies martyrum celebremus, et aestus istos nostros gaudiorum refrigerio mitigemus.

Vita communis in domo episcopi. — 355, 1, 2. Ut ergo non 610
vos diu teneam, praesertim quia ego sedens loquor, vos stando laboratis: nostis omnes, aut paene omnes, sic nos vivere in ea domo, quae dicitur domus episcopii, ut, quantum possumus, imitemur eos sanctos, de quibus loquitur liber Actuum Apostolorum: *Nemo dicebat aliquid proprium, sed erant illis omnia communia* [Act 4, 32]. Quia forte aliqui vestrum non sunt tam diligentes vitae nostrae scrutatores, ut hoc sic noverint, quomodo volo vos nosse, dico, quid sit, quod breviter dixi. Ego, quem Deo propitio videtis episcopum vestrum, iuvenis veni ad istam civitatem, ut multi vestrum noverunt. Quaerebam, ubi constituerem monasterium et viverem cum fratribus meis. Spem quippe omnem saeculi reliqueram, et quod esse potui,

609. ML 38, 1461. 610. ML 39, 1569.

esse nolui; nec tamen quaesivi esse quod sum. *Elegi in domo Dei mei abiectus esse, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum* [Ps 83, 11]. Ab iis, qui diligunt saeculum, segregavi me; sed iis, qui praesunt populis, non me coaequavi. Nec in convivio Domini mei superiorem locum elegi, sed inferiorem et abiectum; et placuit illi dicere mihi: Ascende sursum. Usque adeo autem timebam episcopatum, ut, quoniam coeperat esse iam alicuius momenti inter Dei servos fama mea, in quo loco sciebam non esse episcopum, non illo accederem. Cavebam hoc, et agebam, quantum poteram, ut in loco humili salvarer, ne in alto periclitarer. Sed, ut dixi, domino servus contradicere non debet. Veni ad istam civitatem propter videndum amicum, quem putabam me lucrari posse Deo, ut nobiscum esset in monasterio, quasi securus, quia locus habebat episcopum. Apprehensus, presbyter factus sum, et per hunc gradum perveni ad episcopatum. Non attuli aliquid, non veni ad hanc ecclesiam nisi cum iis indumentis, quibus illo tempore vestiebar. Et quia hoc disponebam, in monasterio esse cum fratribus, cognito instituto et voluntate mea, beatae memoriae senex Valerius dedit mihi hortum illum, in quo nunc est monasterium. Coepi boni propositi fratres colligere, compares meos, nihil habentes, sicut nihil habebam, et imitantes me, ut, quomodo ego tenuem paupertatulam meam vendidi et pauperibus erogavi, sic facerent et illi, qui mecum esse voluissent, ut de communi viveremus, commune autem nobis esset magnum et uberrimum praedium ipse Deus. Perveni ad episcopatum; vidi necesse habere episcopum exhibere humanitatem assiduam quibusque venientibus sive transeuntibus; quod si non fecisset episcopus, inhumanus diceretur. Si autem ista consuetudo in monasterio permissa esset, indecens esset. Et ideo volui habere in ista domo episcopii mecum monasterium clericorum.

611 *Paupertas apud clericos.* — 356, 13. Et vos exhortor, fratres mei, si aliquid vultis clericis dare, sciatis, quia non debetis quasi vitia eorum fovere contra me. Omnibus offerte quod vultis, offerte de voluntate vestra. Quod commune erit, distribuetur unicuique, sicut cuique opus erit. Gazophylacium attendite, et omnes habebimus. Valde me delectat, si ipsum fuerit praesepe nostrum, ut nos simus iumenta Dei, vos ager Dei. Nemo det birrum, vel lineam tunicam, seu aliquid, nisi in commune; de communi accipio et mihi ipsi, cum sciam commune me habere velle, quidquid habeo. Nolo talia offerat sanctitas vestra, quibus ego solus quasi decentius utar; offerat mihi, verbi gratia, birrum pretiosum: forte decet episcopum, quamvis non deceat Augustinum, id est, hominem pauperem,

611. ML 39, 1579.

de pauperibus natum. Modo dicturi sunt homines, quia inveni pretiosas vestes, quas non potuissem habere vel in domo patris mei, vel in illa saeculari professione mea. Non decet; talem debeo habere, qualem possum, si non habuerit, fratri meo dare. Qualem potest habere presbyter, qualem potest habere decenter diaconus et subdiaconus, talem volo accipere, quia in commune accipio. Si quis meliorem dederit, vendo; quod et facere soleo, ut, quando non potest vestis esse communis, pretium vestis possit esse commune. Vendo, et erogo pauperibus. Si hoc eum delectat, ut ego habeam, talem det, unde non erubescam. Fateor enim vobis, de pretiosa veste erubesco, quia non decet hanc professionem, hanc admonitionem, non decet haec membra, non decet hos canos. Etiam illud dico: si forte in nostra domo vel in nostra societate aeger est aliquis, vel post aegritudinem, ut necesse sit eum ante horam prandii reficere, non prohibeo religiosos vel religiosas mittere iis, quod iis videtur, ut mittant; prandium tamen et cenam extra nemo habebit.

De musica, 387/91.

Amor temporalium suavitate aeternarum rerum expellitur. — 612
L. 6, c. 16, n. 52. Ego consulens libros, quos nulla antecellit auctoritas, ita invenio dictum esse: *Gustate et videte, quoniam suavis est Dominus* [Ps 33, 9]. Quod apostolus etiam Petrus sic interposuit: *Si tamen gustastis, quoniam suavis est Dominus* [1 Petr 2, 3]. Hoc esse arbitror, quod agitur in his virtutibus, quae ipsa conversione animam purgant. Non enim amor temporalium rerum expugnaretur nisi aliqua suavitate aeternarum. Ubi autem ventum fuerit ad illud, quod canitur: *Filii autem hominum sub tegmine alarum tuarum sperabunt, inebriabuntur ab ubertate domus tuae, et torrente voluptatis tuae potabis eos, quoniam apud te est fons vitae* [Ps 35, 8—10], non iam gustatu suavem fore Dominum dicit, sed vides, quae inundatio et affluentia praedicetur fontis aeterni, quam etiam ebrietas quaedam consequitur; quo nomine mihi videtur mirabiliter significari oblivio illa saecularium vanitatum atque phantasmatum.

De moribus Ecclesiae catholicae, 388.

Officia quattuor virtutum circa Dei amorem. — L. 1, c. 25, 613
n. 46. Si enim Deus est summum hominis bonum, quod negare non potestis, sequitur profecto, quoniam summum bonum appetere est bene vivere, ut nihil sit aliud bene vivere, quam toto corde, tota anima, tota mente Deum diligere; a quo exsistit, ut incorruptus in eo amor atque integer custodiatur,

612. ML 32, 1190. 613. ML 32, 1330.

quod est temperantiae; et nullis frangatur incommodis, quod est fortitudinis; nulli alii serviat, quod est iustitiae; vigilet in discernendis rebus, ne fallacia paulatim dolusve subrepat, quod est prudentiae. Haec est hominis una perfectio, qua sola impetrat, ut veritatis sinceritate perfruatur; haec nobis Testamento utroque concinitur, haec nobis hinc atque inde suadetur. Quid adhuc Scripturis, quas ignoratis, calumniamini? Nescitis, quanta imperitia lacessatis libros, quos et soli reprehendunt, qui non intellegunt, et soli intellegere nequeunt, qui reprehendunt? Non enim eos aut ullus inimicus cognoscere sinitur, aut esse nisi amicus cognitis potest.

De libero arbitrio, 388/95.

614 *Virtus.* — L. 2, c. 18, n. 50. Intueris enim iustitiam, qua nemo male utitur. Haec inter summa bona, quae in ipso sunt homine, numeratur omnesque virtutes animi, quibus ipsa recta vita et honesta constat. Nam neque prudentia, neque fortitudine, neque temperantia male quis utitur; in his enim omnibus, sicut in ipsa etiam, quam tu commemorasti, iustitia, recta ratio viget, sine qua virtutes esse non possunt. Recta autem ratione male uti nemo potest.

615 *Superbia summopere cavenda.* — 3, 25, 76. Melior est autem, cum obliviscitur sui [homo] prae caritate incommutabilis Dei, vel seipsum penitus in illius comparatione contemnit. Si autem tamquam obvius placet sibi ad perverse imitandum Deum, ut potestate sua frui velit, tanto fit minor, quanto se cupit esse maiorem. Et hoc est: *Initium omnis peccati superbia,* et: *Initium superbiae hominis apostatare a Deo* [Eccli 10, 14 sq]. Superbiae autem diaboli accessit malevolentissima invidia, ut hanc superbiam homini persuaderet, per quam sentiebat se esse damnatum. Unde factum est, ut poena hominem susciperet emendatoria potius quam interfectoria, ut cui se diabolus ad imitationem superbiae praebuerat, ei se Dominus ad imitationem humilitatis praeberet, per quem nobis aeterna vita promittitur.

De diversis quaestionibus LXXXIII, 389/96.

616 *Omnia in utilitatem hominis creata.* — C. 30. Utilibus autem utendum est omnibus, ut quoquo eorum opus est. Et frui quidem cibo et qualibet corporali voluptate, non adeo absurde existimantur et bestiae; uti autem aliqua re non potest nisi animal, quod rationis est particeps. Scire namque, quo quidque referendum sit, non datum est rationis expertibus, sed neque ipsis rationalibus stultis. Nec uti quisque potest ea re, quae quo referenda sit, nescit, nec quisquam potest scire

614. ML 32, 1267. 615. ML 32, 1308. 616. ML 40, 19.

nisi sapiens. Quare abuti rectius dici solent, qui non bene utuntur. Non enim cuiquam prodest id, quo male utitur; et quod non prodest, non utique utile est. Utile autem quidquid est, utendo est utile; ita nemo utitur nisi utili. Non ergo utitur, quisquis male utitur. Perfecta igitur hominis ratio, quae virtus vocatur, utitur primo seipsa ad intellegendum Deum, ut eo fruatur, a quo etiam facta est. Utitur autem ceteris rationalibus animantibus ad societatem, irrationalibus ad eminentiam. Vitam etiam suam ad id refert, ut fruatur Deo; ita enim beata est. Ergo et seipsa utitur; quae profecto inchoat miseriam per superbiam, si ad seipsam, non ad Deum referatur. Utitur etiam corporibus quibusdam vivificandis ad beneficentiam; sic enim utitur suo corpore: quibusdam assumendis vel respuendis ad valetudinem, quibusdam tolerandis ad patientiam, quibusdam ordinandis ad iustitiam, quibusdam considerandis ad aliquod veritatis documentum; utitur etiam iis, a quibus se abstinet, ad temperantiam. Ita omnibus et sensis et non sensis utitur; nec aliquid tertium est. Iudicat autem de omnibus, quibus utitur; de solo Deo non iudicat, quia secundum Deum de ceteris iudicat; nec eo utitur, sed fruitur. Neque enim ad aliquid aliud Deus referendus est, quoniam omne, quod ad aliud referendum est, inferius est quam id, ad quod referendum est. Nec est aliquid Deo superius, non loco, sed excellentia suae naturae. Omnia ergo, quae facta sunt, in usum hominis facta sunt, quia omnibus utitur iudicando ratio, quae homini data est.

Invicem onera nostra portanda. — C. 71, n. 1. Quia Veteris 617
Testamenti custodia timorem habebat, non potuit apertius significari Novi Testamenti donum esse caritatem, quam hoc loco, ubi apostolus dicit: *Invicem onera vestra portate, et sic adimplebitis legem Christi* [Gal 6, 2]. Hanc enim Christi legem dicere intellegitur, qua ipse Dominus praecepit, ut nos invicem diligamus, tantum in ea sententia praecepti pondus constituens, ut diceret: *In hoc cognoscetur, quoniam discipuli mei estis, si vos invicem diligatis* [Io 13, 35]. Huius autem dilectionis officium est, invicem onera nostra portare.... Sicut enim de cervis nonnulli talium cognitionum studiosi scripserunt, cum fretum ad insulam transeunt pascuorum gratia, sic se ordinant, ut onera capitum suorum, quae gestant in cornibus, super invicem portent, ita ut posterior super anteriorem cervice proiecta caput collocet; et quia necesse est unum esse, qui, ceteros praecedens, non ante se habeat, cui caput inclinet, vicibus id agere dicuntur, ut lassatus sui capitis onere ille, qui praecedit, post omnes recedat et ei succedat, cuius ferebat caput, cum ipse praeiret; ita invicem onera sua portantes fretum transeunt,

617. ML 40, 80.

donec veniant ad terrae stabilitatem.... Nihil enim sic probat amicum quemadmodum oneris amici portatio.

618 *Bene de proximo sentiendum.* — 71, 5. Deinde etiam illud cogitandum, nullum esse hominem, qui non possit habere aliquod bonum, quod tu nondum habes, etiamsi lateat, in quo sine dubio possit te esse superior. Quae cogitatio ad contundendam edomandamque superbiam valet, ne arbitreris, quoniam tua quaedam bona eminent et apparent, ideo alterum nulla habere, quae lateant, et fortassis maioris ponderis bona, quibus te superat nescientem.... Non hoc ita debemus existimare, ut non existimemus, sed nos existimare fingamus; sed vere existimemus aliquid occultum esse posse in alio, quo nobis superior sit, etiamsi bonum nostrum, quo illo videmur superiores esse, non sit occultum. Istae cogitationes, deprimentes superbiam et acuentes caritatem, faciunt onera fraterna invicem, non solum aequo animo, sed etiam libentissime sustineri. Nullo modo autem de quoquam homine incognito ferenda sententia est; et nemo nisi per amicitiam cognoscitur. Et ideo amicorum mala firmius sustinemus, quia bona eorum nos delectant et tenent.

619 *Proximus propter Christum amandus.* — 71, 7. Ipsa est ergo lex Christi, ut invicem onera nostra portemus. Christum autem diligendo, facile sustinemus infirmitatem alterius, etiam quem nondum propter bona sua diligimus. Cogitamus enim, quia ille, quem diligimus, Dominus propter eum mortuus est. Quam caritatem apostolus Paulus nobis ingessit, cum diceret: *Et peribit infirmus in tua scientia, frater, propter quem Christus mortuus est* [1 Cor 8, 11]; ut, si illum infirmum propter vitium, quo infirmus est, minus diligimus, illum in eo consideremus, qui mortuus est propter illum. Christum autem non diligere, non infirmitas, sed mors est. Quapropter ingenti cura et implorata Dei misericordia cogitandum est, ne Christum neglegamus propter infirmum, cum infirmum debeamus diligere propter Christum.

De utilitate credendi, ca 391.

620 *Vere sapientes.* — C. 12, n. 27. Nemini dubium est omnes homines aut stultos aut sapientes esse. Nunc autem sapientes voco non cordatos et ingeniosos homines, sed eos, quibus inest, quanta inesse homini potest, ipsius hominis Deique firmissime percepta cognitio atque huic cognitioni vita moresque congruentes; ceteros autem, cuiusque modi artibus inertiisque affecti sunt, quolibet victu probandi sive improbandi, stultorum in numero deputaverim.

---

618. ML 40, 82. 619. ML 40, 83.
620. CV 25. 1 (ed. I. Zycha, 1891), 34; ML 42, 84.

Quantum exempla valeant. — 17, 35. Mores autem qui- 621
libet tantum valent ad obtinendas hominum mentes, ut etiam quae in his prava sunt, quod fere superantibus libidinibus evenit, improbare citius et detestari, quam deserere aut mutare possimus. Parumne consultum rebus humanis arbitraris, quod nihil terrenum, nihil igneum, nihil denique, quod corporis sensus attingit, pro Deo colendum esse, ad quem solo intellectu ambiendum est, non pauci doctissimi disputant, sed imperitum etiam vulgus marium feminarumque in tam multis diversisque generibus et credit et praedicat; quod continentia usque ad tenuissimum victum panis et aquae, et non cotidiana solum, sed etiam per contextos plures dies perpetuata ieiunia, quod castitas usque ad coniugii prolisque contemptum, quod patientia usque ad cruces flammasque neglectas, quod liberalitas usque ad patrimonia distributa pauperibus, quod denique totius huius mundi aspernatio usque ad desiderium mortis intenditur? Pauci haec faciunt, pauciores bene prudenterque faciunt, sed populi probant, populi laudant, populi favent, diligunt postremum populi; populi suam imbecillitatem, quod ista non possunt, non sine provectu mentis in Deum nec sine quibusdam scintillis virtutis accusant. Hoc factum est divina providentia per prophetarum vaticinia, per humanitatem doctrinamque Christi, per apostolorum itinera, per martyrum contumelias, cruces, sanguinem, mortes, per sanctorum praedicabilem vitam atque in his universis digna rebus tantis atque virtutibus pro temporum opportunitate miracula.

Epistulae ad Galatas expositio, 393/96.

Humilitas Petri a Paulo obiurgati. — N. 15. Obiurgationem 622
talem posterioris pastoris pro salute gregis libentissime sustinebat [Petrus]. Nam erat obiurgatore suo ipse, qui obiurgabatur, mirabilior et ad imitandum difficilior. Facilius est enim videre, quid in alio corrigas, atque id vituperando vel obiurgando corrigere, quam videre, quid in te corrigendum sit, libenterque corrigi, vel per teipsum, nedum per alium; adde posteriorem, adde *coram omnibus* [Gal 2, 14]. Valet autem hoc ad magnum humilitatis exemplum, quae maxima est disciplina christiana; humilitate enim conservatur caritas. Nam nihil eam citius violat quam superbia. Et ideo Dominus non ait: Tollite iugum meum et discite a me, quoniam quatriduana de sepulcris cadavera exsuscito atque omnia daemonia de corporibus hominum morbosque depello, et cetera huiusmodi; sed: *Tollite,* inquit, *iugum meum et discite a me, quia mitis sum et humilis corde* [Mt 11, 29].

---

621. CV 25, 1, 44; ML 42, 90. 622. ML 35, 2114.

De diversis quaestionibus, ad Simplicianum, 396/7.

623 *Quo situ corporis orandum.* — L. 2, quaest. 4. Admonemur exemplis, non esse praescriptum, quomodo corpus constituatur ad orandum, dum animus, Deo praesens, peragat intentionem suam. Nam et stantes oramus, sicut scriptum est: *Publicanus autem de longinquo stabat* [Lc 18, 13]; et fixis genibus, sicut in Actibus Apostolorum legimus [Act 7, 59; 20, 36]; et sedentes, sicut ecce David et Elias [2 Rg 7, 18; 3 Rg 18, 42]. Nisi autem etiam iacentes oraremus, non scriptum esset in psalmis: *Lavabo per singulas noctes lectum meum; in lacrimis meis stratum meum rigabo* [Ps 6, 7]. Cum enim quisque orationem quaerit, collocat membra, sicut ei occurrerit accommodata pro tempore positio corporis ad movendum animum. Cum autem non quaeritur, sed infertur appetitus orandi, hoc est, cum aliquid repente venit in mentem, quo supplicandi moveatur affectus gemitibus inenarrabilibus, quocumque modo invenerit hominem, non est utique differenda oratio, ut quaeramus, quo secedamus, aut ubi stemus, aut ubi prosternamur. Gignit enim sibi mentis intentio solitudinem, et saepe etiam obliviscitur, vel ad quam caeli partem vel in qua positione corporis membra illud tempus invenerit.

De agone christiano, 396/7.

624 *Malorum fruitio amaritudine plena.* — C. 7, n. 8. Nec nos moveat, quod in hac vita secundum carnem, quam portant, iusti mala gravia et aspera tolerant. Nihil enim mali patiuntur, qui iam possunt dicere, quod ille vir spiritalis exsultat et praedicat apostolus, dicens: *Gloriamur in tribulationibus,* etc. [Rom 5, 3—5]. Si ergo in hac vita, ubi tanta tormenta sunt, possunt boni et iusti viri, cum talia patiuntur, non solum aequo animo tolerare, sed etiam in Dei caritate gloriari, quid cogitandum est de illa vita, quae nobis promittitur, ubi nullam de corpore molestiam sentiemus, quoniam non ad hoc resurgit corpus iustorum ad quod resurgit corpus impiorum? ... Quicumque ergo mali sunt, sic ordinati sunt, quia et unusquisque sibi et omnes invicem sibi nocent.... Gaudet et piscis, quando, hamum non videns, escam devorat; sed cum piscator eum adducere coeperit, viscera eius torquentur primo; deinde ab omni laetitia sua per ipsam escam, de qua laetatus est, ad consumptionem trahitur. Sic sunt omnes, qui de bonis temporalibus beatos se putant; hamum enim acceperunt et cum illo sibi vagantur; veniet tempus, ut sentiant, quanta tormenta cum aviditate devoraverint.

---

623. ML 40, 144.
624. CV 41 (ed. I. Zycha, 1904), 109; ML 40, 295.

Christi incarnationis medicina. — 11, 12. Haec medicina 625
hominum tanta est, quanta non potest cogitari. Nam quae superbia sanari potest, si humilitate Filii Dei non sanatur? Quae avaritia sanari potest, si paupertate Filii Dei non sanatur? Quae iracundia sanari potest, si patientia Filii Dei non sanatur? Quae impietas sanari potest, quae caritate Filii Dei non sanatur? Postremo quae timiditas sanari potest, si resurrectione corporis non sanatur? Erigat spem suam genus humanum et recognoscat naturam suam; videat, quantum locum habeat in operibus Dei.... O medicinam omnibus consulentem, omnia tumentia comprimentem, omnia tabescentia reficientem, omnia superflua resecantem, omnia necessaria custodientem, omnia perdita reparantem, omnia depravata corrigentem! Quis iam se extollat contra Filium Dei? Quis de se desperet, pro quo tam humilis esse voluit Filius Dei? Quis beatam vitam esse arbitretur in his, quae contemnenda esse docuit Filius Dei?... Qua perversitate non careat, qui facta et dicta intuetur et diligit et sectatur illius hominis, in quo se nobis ad exemplum vitae praebuit Filius Dei?

Contra epistulam Manichaei, quam vocant fundamenti, 397.

Interior magister audiendus. — C. 36, n. 41. Qui talis 626
quaerit, cito invenit, magno ardore verum petens et constanti perseverantia pulsans pie. Per homines enim commemoratio aliqua signis verborum fieri potest; docet autem unus verus magister, ipsa incorruptibilis veritas, solus magister interior, qui etiam exterior factus est, ut nos ab exterioribus ad interiora revocaret, et, formam servi accipiens, ut surgentibus eius sublimitas innotesceret, iacentibus humilis apparere dignatus est. In eius nomine supplices simus, et per eum misericordiam Patris implorantes ista quaeramus.

De doctrina christiana, 397.

Non odit corpus suum homo. — L. 1, c. 24, n. 24. Nemo 627
ergo se odit. Et hinc quidem nulla cum aliqua secta quaestio fuit. Sed neque corpus suum quisquam odit; verum est enim, quod ait apostolus: *Nemo umquam carnem suam odio habuit* [Eph 5, 29]. Et quod nonnulli dicunt, malle se omnino esse sine corpore, omnino falluntur; non enim corpus suum, sed corruptiones eius et pondus oderunt. Non itaque nullum corpus, sed incorruptum et celerrimum corpus volunt habere; sed putant nullum corpus esse, si tale fuerit, quia tale aliquid esse animam putant. Quod autem continentia quadam et

---

625. CV 41, 115; ML 40, 297. 626. CV 25, 1, 241; ML 42, 202.
627. ML 34, 27.

laboribus quasi persequi videntur corpora sua, qui hoc recte faciunt, non id agunt, ut non habeant corpus, sed ut habeant subiugatum et paratum ad opera necessaria.

628 *Caritas et cupiditas.* — 3, 10, 16. Caritatem voco motum animi ad fruendum Deo propter ipsum et se atque proximo propter Deum; cupiditatem autem motum animi ad fruendum se et proximo et quolibet corpore non propter Deum. Quod autem agit indomita cupiditas ad corrumpendum animum et corpus suum, flagitium vocatur; quod autem agit, ut alteri noceat, facinus dicitur. Et haec sunt duo genera omnium peccatorum.

629 *Quibus mediis in praedicatione utendum.* — 4, 15, 32. Agit itaque noster iste eloquens, cum et iusta et sancta et bona dicit, neque enim alia debet dicere; agit ergo, quantum potest, cum ista dicit, ut intellegenter, ut libenter, ut oboedienter audiatur; et haec se posse, si potuerit et in quantum potuerit, pietate magis orationum quam oratorum facultate non dubitet, ut orando pro se ac pro illis, quos est allocuturus, sit orator antequam dictor. Ipsa hora iam ut dicat accedens, priusquam exserat proferentem linguam, ad Deum levet animam sitientem, ut eructet, quod biberit, vel quod impleverit, fundat. Cum enim de unaquaque re, quae secundum fidem dilectionemque tractanda sunt, multa sint, quae dicantur, et multi modi, quibus dicantur ab iis, qui haec sciunt, quis novit, quid ad praesens tempus vel nobis dicere vel per nos expediat audiri, nisi qui corda omnium videt? Et quis facit, ut, quod oportet et quemadmodum oportet, dicatur a nobis, nisi in cuius manu sunt et nos et sermones nostri? [Cf. Sap 7, 16.]

Confessiones, 400.

630 *In solo Deo requiescit anima.* — L. 1, c. 1, n. 1. *Magnus es, Domine, et laudabilis valde* [Ps 144, 3]; *magna virtus tua, et sapientiae tuae non est numerus* [Ps 146, 5]. Et laudare te vult homo, aliqua portio creaturae tuae, et homo circumferens mortalitatem suam, circumferens testimonium peccati sui, et testimonium quia *superbis resistis* [1 Petr 5, 5]; et tamen laudare te vult homo, aliqua portio creaturae tuae. Tu excitas, ut laudare te delectet, quia fecisti nos ad te, et inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te. Da mihi, Domine, scire et intellegere, utrum sit prius invocare te, an laudare te, et scire te prius sit, an invocare te.

631 *Inter carnem et spiritum luctatio.* — 8, 5, 10. Voluntate perversa facta est libido, et dum servitur libidini, facta est

628. ML 34, 72. 629. ML 34, 103.
630. CV 33 (ed. P. Knöll, 1896), 1; ML 32, 659.
631. CV 33, 178; ML 32, 753.

consuetudo, et dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas. Quibus quasi ansulis sibimet innexis — unde catenam appellavi — tenebat me obstrictum dura servitus. Voluntas autem nova, quae mihi esse coeperat, ut te gratis colere fruique te vellem, Deus, sola certa iucunditas, nondum erat idonea ad superandam priorem, vetustate roboratam. Ita duae voluntates meae, una vetus, alia nova, illa carnalis, ista spiritalis, confligebant inter se atque discordando dissipabant animam meam.... 12. Ita sarcina saeculi, velut somno assolet, dulciter premebar, et cogitationes, quibus meditabar in te, similes erant conatibus expergisci volentium, qui tamen superati soporis altitudine remerguntur.... Certum habebam esse melius tuae caritati me dedere, quam meae cupiditati cedere; sed illud placebat et vincebat, hoc libebat et vinciebat.... Miserum ergo me quis liberaret *de corpore mortis huius*, nisi *gratia* tua *per Iesum Christum, Dominum nostrum*? [Rom 7, 24 sq.]

Delectatio carnalis spiritali delectatione victa. — 9, 1, 1. 632
O Domine, ego servus tuus, ego servus tuus et filius ancillae tuae. Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo sacrificium laudis [Ps 115, 16 sq]. Laudet te cor meum et lingua mea, et *omnia ossa mea dicent: Domine, quis similis tibi?* [Ps 34, 10.] Dicant, et responde mihi et *dic animae meae: Salus tua ego sum* [ib. 3].... Sed ubi erat tam annoso tempore, et de quo imo altoque secreto evocatum est in momento liberum arbitrium meum, quo subderem cervicem leni iugo tuo et humeros levi sarcinae tuae [cf. Mt 11, 30], Christe Iesu, adiutor meus et redemptor meus? Quam suave mihi subito factum est carere suavitatibus nugarum et quas amittere metus fuerat, iam dimittere gaudium erat. Eiciebas enim eas a me, vera tu et summa suavitas, eiciebas et intrabas pro iis, omni voluptate dulcior, sed non carni et sanguini; omni luce clarior, sed omni secreto interior; omni honore sublimior, sed non sublimibus in se. Iam liber erat animus meus a curis mordacibus ambiendi et acquirendi et volutandi atque scalpendi scabiem libidinum, et garriebam tibi, claritati meae et divitiis meis et saluti meae, Domino Deo meo.

Augustini gaudium in psalmis cantandis. — 9, 4, 8. Quas 633
tibi, Deus meus, voces dedi, cum legerem psalmos David, cantica fidelia, sonos pietatis excludentes turgidum spiritum, rudis in germano amore tuo, catechumenus in villa cum catechumeno Alypio feriatus, matre adhaerente nobis muliebri habitu, virili fide, anili securitate, materna caritate, christiana pietate! Quas tibi voces dabam in psalmis illis, et quomodo in te inflammabar ex iis, et accendebar eos recitare, si possem, toti orbi terrarum adversum typhum generis humani!

632. CV 33, 196; ML 32, 763. 633. CV 33, 202; ML 32, 766.

634 *Augustini laetitia in diebus baptismi.* — 9, 6, 14. Et baptizati sumus, et fugit a nobis sollicitudo vitae praeteritae. Nec satiabar in illis diebus dulcitudine mirabili, considerare altitudinem consilii tui super salute generis humani. Quantum flevi in hymnis et canticis tuis, suave sonantis Ecclesiae tuae vocibus commotus acriter. Voces illae influebant auribus meis, et eliquabatur veritas in cor meum et exaestuabat inde affectus pietatis, et currebant lacrimae, et bene mihi erat cum iis.

635 *Apud Ostiam Augustini contemplatio.* — 9, 10, 23. Impendente autem die, quo ex hac vita erat exitura [Monica] — quem diem tu [Deus] noveras, ignorantibus nobis —, provenerat, ut credo, procurante te occultis tuis modis, ut ego et ipsa soli staremus incumbentes ad quamdam fenestram, unde hortus intra domum, quae nos habebat, prospectabatur, illic apud Ostia Tiberina, ubi remoti a turbis post longi itineris laborem instaurabamus nos navigationi. Colloquebamur ergo soli valde dulciter, et *praeterita obliviscentes in ea, quae ante sunt, extenti* [Phil 3, 13], quaerebamus inter nos apud praesentem veritatem, quod tu es, qualis futura esset vita aeterna sanctorum, quam *nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit* [1 Cor 2, 9]. Sed inhiabamus ore cordis in superna fluenta fontis tui, *fontis vitae, qui est apud te* [Ps 35, 10], ut inde pro captu nostro aspersi quoque modo rem tantam cogitaremus. 24. Cumque ad eum finem sermo perduceretur, ut carnalium sensuum delectatio quantalibet, in quantalibet luce corporea, prae illius vitae iucunditate, non comparatione, sed ne commemoratione quidem digna videretur, erigentes nos ardentiore affectu in idipsum perambulavimus gradatim cuncta corporalia et ipsum caelum, unde sol et luna et stellae lucent super terram. Et adhuc ascendebamus interius cogitando et loquendo, et mirando opera tua; et venimus in mentes nostras et transcendimus eas, ut attingeremus regionem ubertatis indeficientis, unde pascis Israel in aeternum veritate pabulo.... Et dum loquimur et inhiamus illi, attingimus eam modice toto ictu cordis; et suspiravimus et reliquimus ibi religatas primitias spiritus, et remeavimus ad strepitum oris nostri, ubi verbum et incipitur et finitur. Et quid simile Verbo tuo, Domino nostro, in se permanenti sine vetustate atque innovanti omnia?

636 *Quid Confessionum lectio conferat.* — 10, 3, 3. Quid mihi ergo est cum hominibus, ut audiant confessiones meas, quasi ipsi sanaturi sint omnes languores meos? Curiosum genus ad cognoscendam vitam alienam, desidiosum ad corrigendam suam. Quid a me quaerunt audire, qui sim, qui nolunt a te

634. CV 33, 207; ML 32, 769. 635. CV 33, 215; ML 32, 773.
636. CV 33, 227; ML 32, 780.

audire, qui sint?... 4. Verumtamen tu, medice meus intime, quo fructu ista faciam, eliqua mihi. Nam confessiones praeteritorum malorum meorum, quae remisisti et texisti, ut beares me in te, mutans animam meam fide et sacramento tuo, cum leguntur et audiuntur, excitant cor, ne dormiat in desperatione et dicat: ‚Non possum‘, sed evigilet in amore misericordiae tuae et dulcedine gratiae tuae, qua potens est omnis infirmus, qui sibi per ipsam fit conscius infirmitatis suae.

Deum amare quid sit. — 10, 6, 8. Non dubia, sed certa 637
conscientia, Domine, amo te. Percussisti cor meum verbo tuo, et amavi te. Sed et caelum et terra et omnia, quae in iis sunt, ecce undique mihi dicunt, ut te amem, nec cessant dicere omnibus, *ut sint inexcusabiles* [Rom 1, 20]. Altius autem tu misereberis, cui misertus eris, et misericordiam praestabis, cui misericors fueris; alioquin caelum et terra surdis loquuntur laudes tuas. Quid autem amo, cum te amo? Non speciem corporis, nec decus temporis, nec candorem lucis ecce istum amicum oculis, non dulces melodias cantilenarum omnimodarum, non florum et unguentorum et aromatum suaviolentiam, non manna et mella, non membra acceptabilia carnis amplexibus: non haec amo, cum amo Deum meum. Et tamen amo quamdam lucem, et quamdam vocem, et quemdam odorem, et quemdam cibum, et quemdam amplexum, cum amo Deum meum: lucem, vocem, odorem, cibum, amplexum interioris hominis mei, ubi fulget animae meae, quod non capit locus, et ubi sonat, quod non rapit tempus, et ubi olet, quod non spargit flatus, et ubi sapit, quod non minuit edacitas, et ubi haeret, quod non divellit satietas. Hoc est, quod amo, cum Deum meum amo.

Vita beata. — 10, 22, 32. Absit, Domine, absit a corde 638
servi tui, qui confitetur tibi, absit, ut, quocumque gaudio gaudeam, beatum me putem. Est enim gaudium, quod non datur impiis [cf. Is 48, 22], sed iis, qui te gratis colunt, quorum gaudium tu ipse es. Et ipsa est beata vita gaudere de te, ad te, propter te; ipsa est, et non est altera. Qui autem aliam putant esse, aliud sectantur gaudium, neque ipsum verum. Ab aliqua tamen imagine gaudii voluntas eorum non avertitur. 23, 33. Non ergo certum est, quod omnes esse beati volunt, quoniam qui non de te gaudere volunt, quae sola vita beata est, non utique vitam beatam volunt. An omnes hoc volunt? Sed quoniam *caro concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem, ut non faciant quod volunt* [Gal 5, 17], cadunt in id, quod valent, eoque contenti sunt, quia illud, quod non valent, non tantum volunt, quantum sat est, ut va-

637. CV 33, 231; ML 32, 782. 638. CV 33, 251; ML 32, 793.

leant. Nam quaero ab omnibus, utrum malint de veritate quam de falsitate gaudere; tam non dubitant dicere de veritate se malle, quam non dubitant dicere beatos esse se velle. Beata quippe vita est gaudium de veritate. Hoc est enim gaudium de te, qui veritas es, Deus, *illuminatio mea, salus faciei meae, Deus meus* [Ps 26, 1]. Hanc vitam beatam omnes volunt, hanc vitam, quae sola beata est, omnes volunt, gaudium de veritate omnes volunt. Multos expertus sum, qui vellent fallere; qui autem falli, neminem. Ubi ergo noverunt hanc vitam beatam, nisi ubi noverunt etiam veritatem? Amant enim et ipsam, quia falli nolunt, et cum amant beatam vitam, quod non est aliud quam de veritate gaudium, utique amant etiam veritatem, nec amarent, nisi esset aliqua notitia eius in memoria eorum. Cur ergo non de illa gaudent? Cur non beati sunt? Quia fortius occupantur in aliis, quae potius eos faciunt miseros, quam illud beatos, quod tenuiter meminerunt. *Adhuc* enim *modicum lumen est* in hominibus; ambulent, ambulent, *ne tenebrae comprehendant* [Io 12, 35].

639 *Augustini erga Deum amor paenitens.* — 10, 27, 38. Sero te amavi, pulchritudo tam antiqua et tam nova! Sero te amavi! Et ecce intus eras, et ego foris et ibi te quaerebam; et in ista formosa, quae fecisti, deformis irruebam. Mecum eras, et tecum non eram. Ea me tenebant longe a te, quae si in te non essent, non essent. Vocasti et clamasti et rupisti surditatem meam, coruscasti, splenduisti et fugasti caecitatem meam. Fragrasti, et duxi spiritum et anhelo tibi. Gustavi, et esurio et sitio. Tetigisti me, et exarsi in pacem tuam.... 28, 39. Contendunt maerores mei mali cum gaudiis bonis, et ex qua parte stet victoria, nescio. Hei mihi! Domine, miserere mei! Hei mihi! Ecce vulnera mea non abscondo; medicus es, aeger sum; misericors es, miser sum.... 29, 40. O amor, qui semper ardes et numquam exstingueris! Caritas, Deus meus, accende me! Continentiam iubes: da quod iubes, et iube quod vis.

640 *Augustinus inter solitudinem et apostolatum haesitans.* — 10, 43, 70. Conterritus peccatis meis et mole miseriae meae, agitaveram corde meditatusque fueram fugam in solitudinem, sed prohibuisti me et confortasti me, dicens: *Ideo Christus pro omnibus mortuus est, ut et qui vivunt, iam non sibi vivant, sed ei, qui pro omnibus mortuus est* [2 Cor 5, 15]. Ecce, Domine, iacto in te curam meam, ut vivam, *et considerabo mirabilia de lege tua* [Ps 118, 18]. Tu scis imperitiam meam et infirmitatem meam: doce me et sana me. Ille tuus Unicus, *in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi* [Col 2, 3], redemit me sanguine suo. Non calumnientur mihi superbi, quoniam

639. CV 33, 255; ML 32, 795. 640. CV 33, 279; ML 32, 808.

cogito pretium meum, et manduco, et bibo, et erogo, et pauper cupio saturari ex eo inter illos, qui edunt et saturantur, *et laudabunt Dominum, qui requirunt eum* [Ps 21, 27].

Pondus meum amor meus. — 13, 9, 10. Corpus pondere 641
suo nititur ad locum suum. Pondus non ad ima tantum est, sed ad locum suum. Ignis sursum tendit, deorsum lapis; ponderibus suis aguntur, loca sua petunt. Oleum infra aquam fusum super aquam attollitur; aqua supra oleum fusa infra oleum demergitur; ponderibus suis aguntur, loca sua petunt. Minus ordinata inquieta sunt; ordinantur et quiescunt. Pondus meum amor meus; eo feror, quocumque feror. Dono tuo accendimur et sursum ferimur; inardescimus et imus.

De consensu evangelistarum, 400.

Virtus activa et virtus contemplativa. — L. 1, c. 5, n. 8. 642
Proinde cum duae virtutes propositae sint animae humanae, una activa, altera contemplativa: illa, qua itur, ista, qua pervenitur; illa, qua laboratur, ut cor mundetur ad videndum Deum, ista, qua vacatur et videtur Deus; illa est in praeceptis exercendae vitae huius temporalis, ista in doctrina vitae illius sempiternae. Ac per hoc illa operatur, ista requiescit, quia illa est in purgatione peccatorum, ista in lumine purgatorum. Ac per hoc in hac vita mortali illa est in opere bonae conversationis, ista vero magis in fide et apud perpaucos per speculum in aenigmate, et ex parte in aliqua visione incommutabilis veritatis. Hae duae virtutes in duabus uxoribus Iacob figuratae intelleguntur.

De opere monachorum, 400.

Opus corporale cum oratione componendum. — C. 17, n. 20. 643
Quid enim agant, qui operari corporaliter nolunt, cui rei vacent, scire desidero. Orationibus, inquiunt, et psalmis, et lectioni, et verbo Dei. Sancta plane vita et Christi suavitate laudabilis; sed si ab his avocandi non sumus, nec manducandum est nec ipsae escae cotidie praeparandae, ut possint apponi et assumi.... Citius enim exauditur una oboedientis oratio quam decem milia contemptoris. Cantica vero divina cantare etiam manibus operantes facile possunt et ipsum laborem tamquam divino celeumate consolari. An ignoramus, omnes opifices in quibus vanitatibus et plerumque etiam turpitudinibus theatricarum fabularum donent corda et linguas suas, cum manus ab opere non recedant? Quid ergo impedit servum Dei manibus operantem *in lege Domini* meditari et

641. CV 33, 351; ML 32, 848.
642. CV 43 (ed. F. Weihrich, 1904), 7; ML 34, 1045.
643. CV 41 (ed. I. Zycha, 1900), 564; ML 40, 564.

psallere *nomini Domini altissimi?* [Ps 1, 2; 12. 6.] Ita sane ut ad ea discenda, quae memoriter recolat, habeat seposita tempora.

644 *Divites et pauperes in monasterium intrantes quomodo se habeant.* — 25, 33. Illi, qui relicta vel distributa sive ampla, sive qualicumque opulentia, inter pauperes Christi pia et salubri humilitate numerari voluerunt . . ., si et ipsi manibus operentur, ut pigris ex vita humiliore et ob hoc exercitatiore venientibus auferant excusationem, multo misericordius agunt, quam cum omnia sua indigentibus diviserunt. Quod quidem si nolint, quis audeat cogere? Quibus tamen invenienda sunt opera in monasterio, etiamsi a corporali functione liberiora, sed vigilanti administratione curanda, ut nec ipsi panem suum, quoniam communis iam factus est, gratis manducent. . . . Illi autem, qui etiam praeter istam sanctam societatem vitam labore corporis transigebant, ex quorum numero plures ad monasteria veniunt, quia et in ipso humano genere plures sunt, si nolunt operari, nec manducent. Neque enim propterea christiana militia ad pietatem divites humiliantur, ut pauperes ad superbiam extollantur. Nullo modo enim decet, ut in ea vita, ubi senatores fiunt laboriosi, ibi fiant opifices otiosi, et quo veniunt relictis deliciis suis, qui fuerant praediorum domini, ibi sint rustici delicati.

645 *Gyrovagus depingitur monachus.* — 28, 36. O servi Dei, milites Christi, itane dissimulatis callidissimi hostis insidias, qui bonam famam vestram, tam bonum Christi odorem, ne dicant animae bonae: *Post odorem unguentorum tuorum curremus* [Ct 1, 4], et sic laqueos eius evadant, omni modo cupientes obscurare putoribus suis, tam multos hypocritas sub habitu monachorum usquequaque dispersit, circumeuntes provincias, nusquam missos, nusquam fixos, nusquam stantes, nusquam sedentes. Alii membra martyrum, si tamen martyrum, venditant; alii fimbrias et phylacteria sua magnificant; alii parentes vel consanguineos suos in illa vel in illa regione se audisse vivere et ad eos pergere mentiuntur; et omnes petunt, omnes exigunt aut sumptus lucrosae egestatis aut simulatae pretium sanctitatis, cum interea in malis factis suis ubicumque deprehensi fuerint, vel, quoquo modo innotuerint, sub generali nomine monachorum vestrum propositum blasphematur, tam bonum, tam sanctum, quod in Christi nomine cupimus sicut per alias terras, sic per totam Africam pullulare.

646 *Augustini ad monasticam vitam invitatio.* — 29, 37. Non alligamus onera gravia et vestris humeris imponimus, quae nos digito attingere nolumus [cf. Mt 23, 4]. Quaerite et cognoscite labores occupationum nostrarum, et in aliquibus nostrorum

---

644. CV 41, 579; ML 40, 572. 645. CV 41, 585; ML 40, 575.
646. CV 41, 586; ML 40, 576.

etiam corporum infirmitates, et ecclesiarum, quibus servimus, talem iam consuetudinem, ut nos ad illa opera, ad quae vos hortamur, vacare non sinant. . . . Dominum Iesum, in cuius nomine securus haec dico, testem invoco super animam meam, quoniam, quantum ad meum attinet commodum, multo mallem per singulos dies certis horis, quantum in bene moderatis monasteriis constitutum est, aliquid manibus operari et ceteras horas habere ad legendum et orandum aut aliquid de divinis litteris agendum liberas, quam tumultuosissimas perplexitates causarum alienarum pati de negotiis saecularibus vel iudicando dirimendis vel interveniendo praecidendis.

De sancta virginitate, 400.

Consilium et praeceptum. — C. 13, n. 13. Mirabiliter desipiunt, qui putant huius continentiae bonum non esse necessarium propter regnum caelorum, sed propter praesens saeculum, quod scilicet coniugia terrenis curis pluribus atque arctioribus distenduntur, qua molestia virgines et continentes carent, quasi ob hoc tantum melius sit non coniugari, ut huius temporis relaxentur angustiae, non quod in futurum saeculum aliquid prosit. . . . 14, 14. Praesens ergo est vitanda necessitas, sed tamen quae aliquid bonorum impedit futurorum; qua necessitate vita cogitur coniugalis cogitare quae mundi sunt, quomodo placeat vir uxori vel uxor viro, non quod ea separent a regno Dei, sicut sunt peccata, quae ideo praecepto, non consilio cohibentur, quia Domino praecipienti non oboedire damnabile est; sed illud, quod in ipso Dei regno amplius haberi posset, si amplius cogitaretur, quomodo placendum esset Deo, minus erit utique, cum hoc ipsum minus coniugii necessitate cogitatur. . . . 15, 15. Praeceptum est enim hoc, cui non oboedire peccatum est; non consilium, quo si uti nolueris, minus boni adipisceris, non mali aliquid perpetrabis. 647

Christi humilitas virginibus proposita. — 37, 38. Non ego te, ut discas humilitatem, ad publicanos et peccatores mitto, qui tamen in regnum caelorum praecedunt superbos, non te ad hos mitto; indigni sunt enim, qui ab immunditiae voragine liberati sunt, ut ad eos imitandos mittatur illibata virginitas; ad regem caeli te mitto, ad eum, per quem creati sunt homines, et qui creatus est inter homines propter homines; ad speciosum *forma prae filiis hominum* [Ps 44, 3] et contemptum a filiis hominum pro filiis hominum; ad eum, qui dominans angelis immortalibus non dedignatus est servire mortalibus. . . . Vade, veni ad illum et disce, quoniam mitis est et humilis corde [cf. Mt 11, 29]. Non ibis ad eum, qui oculos ad 648

---

647. CV 41, 245; ML 40, 402. 648. CV 41, 279; ML 40, 417.

caelum levare non audebat onere iniquitatis, sed ad eum, qui de caelo descendit pondere caritatis [cf. Io 6, 38]; non ibis ad eam, quae Domini sui pedes lacrimis rigavit, quaerens indulgentiam gravium peccatorum, sed ibis ad eum, qui, cum daret indulgentiam omnium peccatorum, lavit pedes servorum suorum. Novi dignitatem virginitatis tuae; non tibi propono imitandum publicanum humiliter accusantem delicta sua, sed timeo tibi pharisaeum superbe iactantem merita sua. Non dico: Esto qualis illa, de qua dictum est: *Dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum* [Lc 7, 47], sed metuo, ne, cum tibi modicum dimitti putas, modicum diligas.

649 *Christus a virginibus unice amandus.* — 54, 55. Si ergo nuptias contempsistis filiorum hominum, ex quibus gigneretis filios hominum, toto corde amate speciosum *forma prae filiis hominum* [Ps 44, 3]. Vacat vobis, liberum est cor a coniugalibus vinculis. Inspicite pulchritudinem amatoris vestri; cogitate aequalem Patri, subditum et matri, etiam in caelis dominantem et in terris servientem, creantem omnia, creatum inter omnia. Illud ipsum, quod in eo derident superbi, inspicite, quam pulchrum sit; internis luminibus inspicite vulnera pendentis, cicatrices resurgentis, sanguinem morientis, pretium credentis, commercium redimentis.

De Trinitate, 400/16.

650 *Renovatio imaginis Dei in homine fit paulatim.* — L. 14, c. 17, n. 23. Sane ista renovatio non momento uno fit ipsius conversionis, sicut momento uno fit illa in baptismo renovatio remissione omnium peccatorum; neque enim vel unum quantulumcumque remanet, quod non remittatur. Sed quemadmodum aliud est carere febribus, aliud ab infirmitate, quae febribus facta est, revalescere, itemque aliud est infixum telum de corpore demere, aliud, vulnus quod eo factum est, secunda curatione sanare: ita prima curatio est, causam removere languoris, quod per omnium fit indulgentiam peccatorum; secunda, ipsum sanare languorem, quod fit paulatim proficiendo in renovatione huius imaginis.... In agnitione igitur Dei iustitiaque et sanctitate veritatis, qui de die in diem proficiendo renovatur, transfert amorem a temporalibus ad aeterna, a visibilibus ad intellegibilia, a carnalibus ad spiritalia, atque ab istis cupiditatem frenare atque minuere, illisque se caritate alligare diligenter insistit. Tantum autem facit, quantum divinitus adiuvatur. Dei quippe sententia est: *Sine me nihil potestis facere* [Io 15, 5]. In quo profectu et accessu tenentem mediatoris fidem cum dies vitae huius ultimus quemque compererit, perducendus ad Deum, quem coluit,

649. CV 41, 300: ML 40, 427. 650. ML 42, 1054.

et ab eo perficiendus excipietur ab angelis sanctis, incorruptibile corpus in fine saeculi non ad poenam, sed ad gloriam recepturus. In hac quippe imagine tunc perfecta erit Dei similitudo, quando Dei perfecta erit visio.

De Genesi ad litteram, 401/15.

Providentiae ordo imperturbabilis. — L. 8, c. 23, n. 44. 651
Dei providentia regens atque administrans universam creaturam et naturas et voluntates: naturas, ut sint, voluntates autem, ut nec infructuosae bonae nec impunitae malae sint, subdit primitus omnia sibi, deinde creaturam corporalem creaturae spiritali, irrationalem rationali, terrestrem caelesti, femineam masculinae, minus valentem valentiori, indigentiorem copiosiori, in voluntatibus autem bonas sibi, ceteras vero ipsis servientibus sibi, ut hoc patiatur voluntas mala, quod ex iussu Dei fecerit bona, sive per seipsam, sive per malam, in rebus dumtaxat, quae naturaliter sunt etiam malis voluntatibus subditae, id est in corporibus. Nam in seipsis malae voluntates habent interiorem poenam suam, eamdem ipsam iniquitatem suam.... 24, 45. Ideo Deus bipertito providentiae suae opere praeest universae creaturae: naturis, ut fiant, voluntatibus autem, ut sine suo iussu vel permissu nihil faciant.

Nemini a Deo recedenti bene est. — 11, 5, 7. Nec arbi- 652
trandum est, quod esset hominem [Adam] deiecturus iste tentator, nisi praecessisset in anima hominis quaedam elatio comprimenda, ut per humiliationem peccati, quam de se falso praesumpserit, disceret.... Sed sive illud de hoc homine, sive de alio dictum sit, extollenti se tamen animae et nimium tamquam de propria virtute praefidenti etiam experimento poenae fuerat demonstrandum, quam non bene se habeat facta natura, si a faciente recesserit. Hinc enim etiam maxime commendatur, quale bonum sit Deus, quando nulli ab eo recedenti bene est, quia et qui gaudent, in mortiferis voluptatibus esse sine dolorum timore non possunt, et qui omnino malum desertionis suae maiore superbiae stupore non sentiunt, aliis, qui haec discernere noverunt, miseriores prorsus apparent, ut, si nolunt recipere medicinam talia devitandi, valeant ad exemplum, quo possint talia devitari.

Bonus et malus spiritus difficile discernendi. — 12, 13, 28. 653
Non sane mirum est, si et daemonium habentes aliquando vera dicunt, quae absunt a praesentium sensibus; quod certe nescio qua occulta mixtura eiusdem spiritus fit, ut tamquam unus sit patientis atque vexantis. Cum autem spiritus bonus in haec visa humanum spiritum assumit aut rapit, nullo modo

651. CV 28 (ed. I. Zycha, 1894), 262; ML 34, 390.
652. CV 28, 338; ML 34, 432. 653. CV 28, 398; ML 34, 464.

illas imagines signa rerum aliarum esse dubitandum est, et earum, quas nosse utile est; Dei enim munus est. Discretio sane difficillima est, cum spiritus malignus quasi tranquillius agit ac sine aliqua vexatione corporis assumpto humano spiritu dicit, quod potest. Quando etiam vera dicit et utilia praedicat, transfigurans se, sicut scriptum est, *velut angelum lucis* [2 Cor 11, 14], ad hoc, ut, cum illi in manifestis bonis creditum fuerit, seducat ad sua. Hunc discerni non arbitror nisi dono illo, de quo ait apostolus, cum de diversis Dei muneribus loqueretur: *Alii diiudicatio spirituum* [1 Cor 12, 10]. Non enim magnum est tunc eum dignoscere, cum ad aliqua pervenerit vel perduxerit, quae sunt contra bonos mores vel regulam fidei; tunc enim a multis discernitur. Illo autem dono, in ipso primordio, quo multis adhuc bonus apparet, continuo diiudicatur, an malus sit.

654 *Raptus animae duplex, spiritali visione et intellectuali.* — 12, 26, 53. Cum rapitur anima in ea visa, quae spiritu cernuntur similia corporalibus, ita ut omnino a sensibus corporis avertatur amplius quam in somno solet, sed minus quam in morte, iam divinae admonitionis est et adiutorii, ut se non corpora, sed visa corporum similia spiritaliter noverit cernere, sicuti qui se in somnis videre, etiam antequam evigilent, sciunt. Ibi si etiam videntur futura, ita ut omnino futura noscantur, quorum imagines praesentes videntur, sive ipsa hominis mente divinitus adiuta, sive aliquo inter ipsa visa, quid significent, exponente, sicut in Apocalypsi Ioanni exponebatur [cf. Apc 1, 10 sqq], magna revelatio est; etiamsi forte ignoret ille, cui haec demonstrantur, utrum e corpore exierit, an adhuc sit in corpore, sed spiritu a sensibus corporis alienato ista videat; potest enim sic raptus id ignorare, si ei et hoc non ostendatur. 54. Porro autem si quemadmodum raptus est a sensibus corporis, ut esset in istis similitudinibus corporum, quae spiritu videntur, ita et ab ipsis rapiatur, ut in illam quasi regionem intellectualium vel intellegibilium subvehatur, ubi sine ulla corporis similitudine perspicua veritas cernitur, nullis opinionum falsarum nebulis offuscatur, ibi virtutes animae non sunt operosae ac laboriosae. Neque enim opere temperantiae libido frenatur, aut opere fortitudinis tolerantur adversa, aut opere iustitiae iniqua puniuntur, aut opere prudentiae mala devitantur. Una ibi et tota virtus est amare quod videas, et summa felicitas habere quod amas. Ibi enim beata vita in fonte suo bibitur, unde aspergitur aliquid huic humanae vitae, ut in tentationibus huius saeculi temperanter, fortiter, iuste prudenterque vivatur. Propter illud quippe adipiscendum, ubi secura quies erit et ineffabilis visio veritatis, labor suscipitur

---

654. CV 28, 418; ML 34, 476.

et continendi a voluptate et sustinendi adversitates et subveniendi indigentibus et resistendi decipientibus. Ibi videtur claritas Domini, non per visionem significantem, sive corporalem, sicut visa est in monte Sina, sive spiritalem, sicut vidit Isaias vel Ioannes in Apocalypsi, sed per speciem, non per aenigmata, quantum eam capere humana mens potest, secundum assumentis Dei gratiam, ut os ad os loquatur Deus ei, quem dignum tali colloquio fecerit: non os corporis, sed mentis, sicut intellegendum arbitror, quod de Moyse scriptum est [cf. Nm 12, 8].

Quo genere visionis Deus a Moyse visus. — 12, 27, 55. 655
Concupiverat enim, sicut in Exodo legimus, videre Deum; non utique sicut viderat in monte, nec sicut videbat in tabernaculo [cf. Ex 19, 18; 33, 9], sed in ea substantia, qua Deus est, nulla assumpta corporali creatura, quae mortalis carnis sensibus praesentetur, neque in spiritu figuratis similitudinibus corporum, sed per speciem suam, quantum eam capere creatura rationalis et intellectualis potest, sevocata ab omni corporis sensu, ab omni significativo aenigmate spiritus.... Illo ergo modo, in illa specie, qua Deus est, longe ineffabiliter secretius et praesentius loquitur locutione ineffabili, ubi eum nemo vivens videt vita ista, qua mortaliter vivitur in istis sensibus corporis; sed nisi ab hac vita quisque quodammodo moriatur, sive omnino exiens de corpore, sive ita aversus et alienatus a carnalibus sensibus, ut merito nesciat, sicut apostolus ait, utrum in corpore an extra corpus sit [cf. 2 Cor 12, 3], cum in illam rapitur et subvenitur visionem.

Visio Pauli: tertium caelum. — 12, 28, 56. Quapropter, si 656
hoc tertium visionis genus, quod superius est, non solum omni corporali, quo per corporis sensus corpora sentiuntur, verum etiam omni illo spiritali, quo similitudines corporum spiritu, non mente cernuntur, tertium caelum appellavit apostolus; in hoc videtur claritas Dei, cui videndae corda mundantur. Unde dictum est: *Beati mundicordes, quia ipsi Deum videbunt* [Mt 5, 8]; non per aliquam corporaliter vel spiritaliter figuratam significationem tamquam per speculum in aenigmate, sed *facie ad faciem* [1 Cor 13, 12], quod de Moyse dictum est, *os ad os* [Nm 12, 8]; per speciem scilicet, qua Deus est quidquid est, quantulumcumque eum mens, quae non est quod ipse, etiam ab omni terrena labe mundata et ab omni corpore et similitudine corporis alienata et abrepta capere potest; a quo peregrinamur mortali et corruptibili onere gravati, quamdiu per fidem ambulamus, non per speciem [cf. 2 Cor 5, 6 sq], et cum hic iuste vivimus. Cur autem non credamus, quod tanto apostolo gentium doctori, rapto usque ad istam excellentis-

---

655. CV 28, 420; ML 34, 477. 656. CV 28, 422; ML 34, 478.

simam visionem, voluerit Deus demonstrare vitam, in qua post hanc vitam vivendum est in aeternum?

De peccatorum meritis et remissione, 412.

657 *Perfectus dicitur in iustitia, qui multum in ea profecit.* — L. 2, c. 15, n. 22. Cum ergo legitur in Scripturis cuiusque perfectio, qua in re dicatur, non neglegenter intuendum est; quoniam non ideo quisque prorsus sine peccato esse intellegitur, quia in aliqua re dicitur esse perfectus. Quamquam et in hoc possit ita dici, ut non quia iam non est quo proficiat, sed quia ex maxima parte profecit, hoc nomine dignus habeatur, sicut in doctrina legis dici potest quisque perfectus, etiamsi eum aliquid adhuc latet.

658 *Cur sanctos Deus ab omni imperfectione non liberet.* — 2, 19, 33. Idcirco etiam sanctos et fideles suos in aliquibus vitiis tardius sanat [Deus], ut in his eos minus, quam implendae ex omni parte iustitiae sufficit, delectet bonum, sive cum latet, sive cum etiam manifestum est; ut quantum pertinet ad integerrimam regulam veritatis eius, non iustificetur in conspectu eius omnis vivens. Nec in eo ipso vult nos damnabiles esse, sed humiles, commendans nobis eamdem gratiam suam; ne facilitatem in omnibus assecuti, nostrum putemus esse quod eius est; qui error multum est religioni pietatique contrarius. Nec ideo tamen in iisdem vitiis nobis permanendum esse existimemus, sed adversus ipsam maxime superbiam, propter quam in iis humiliamur, et nos vigilanter conemur, et ipsum deprecemur ardenter, simul intellegentes et quod sic conamur et quod sic precamur dono illius nos habere, ut in omnibus non ad nos respicientes, sed sursum cor habentes Domino Deo nostro gratias agamus, et, cum gloriamur, in illo gloriemur.

De civitate Dei, 413/26.

659 *Dei providentia omnia pervadens.* — L. 5, c. 11. Deus itaque summus et verus cum Verbo suo et Spiritu Sancto, quae tria unum sunt, Deus unus omnipotens, creator et factor omnis animae atque omnis corporis; cuius sunt participatione felices, quicumque sunt veritate, non vanitate felices; qui fecit hominem rationale animal ex anima et corpore; qui eum peccantem nec impunitum esse permisit, nec sine misericordia dereliquit; qui bonis et malis essentiam etiam cum lapidibus, vitam seminalem etiam cum arboribus, vitam sensualem etiam cum pecoribus, vitam intellectualem cum solis angelis dedit; a quo est omnis modus, omnis species, omnis ordo; a quo

657. CV 60 (ed. C. Urba et I. Zycha, 1913), 95; ML 44, 165.
658. CV 60, 104; ML 44, 170.
659. CV 40, 1 (ed. E. Hoffmann, 1899), 231; ML 41, 153.

est mensura, numerus, pondus; a quo est quidquid naturaliter est, cuiuscumque generis, cuiuslibet aestimationis est; a quo sunt semina formarum, formae seminum, motus seminum atque formarum; qui dedit et carni originem, pulchritudinem, valetudinem, propagationis fecunditatem, membrorum dispositionem, salutem concordiae; qui et animae irrationali dedit memoriam, sensum, appetitum, rationali autem insuper mentem, intellegentiam, voluntatem; qui non solum caelum et terram, nec solum angelum et hominem, sed nec exigui et contemptibilis animantis viscera nec avis pinnulam, nec herbae flosculum, nec arboris folium sine suarum partium convenientia et quadam veluti pace dereliquit; nullo modo est credendus regna hominum eorumque dominationes et servitutes a suae providentiae legibus alienas esse voluisse.

Verum perfectumque sacrificium. — 10, 6. Proinde verum 660 sacrificium est omne opus quod agitur, ut sancta societate inhaereamus Deo, relatum scilicet ad illum finem boni, quo veraciter beati esse possimus. Unde et ipsa misericordia, qua homini subvenitur, si non propter Deum fit, non est sacrificium. Etsi enim ab homine fit vel offertur, tamen sacrificium res divina est; ita ut hoc quoque vocabulo id Latini veteres appellaverint. Unde ipse homo Dei nomine consecratus et Deo devotus, in quantum mundo moritur, ut Deo vivat, sacrificium est.... Corpus etiam nostrum cum temperantia castigamus, si hoc, quemadmodum debemus, propter Deum facimus, ut non exhibeamus membra nostra arma iniquitatis peccato, sed arma iustitiae Deo [cf. Rom 6, 13], sacrificium est.... Si ergo corpus, quo inferiore tamquam famulo, vel tamquam instrumento utitur anima, cum eius bonus et rectus usus ad Deum refertur, sacrificium est; quanto magis anima ipsa, cum se refert ad Deum, ut igne amoris eius accensa, formam concupiscentiae saecularis amittat, eique tamquam incommutabili formae subdita reformetur, hinc ei placens, quod ex eius pulchritudine acceperit, fit sacrificium?

Platonici humilitatem Christi despuentes. — 10, 29, 1. Prae- 661 dicas Patrem et eius Filium, quem vocas paternum intellectum seu mentem, et horum medium, quem putamus te dicere Spiritum Sanctum, et more vestro appellas tres deos. Ubi, etsi verbis indisciplinatis utimini, videtis tamen qualitercumque et quasi per quaedam tenuis imaginationis umbracula, quo nitendum sit; sed incarnationem incommutabilis Filii Dei, qua salvamur, ut ad illa, quae credimus, vel ex quantulacumque parte intellegimus, venire possimus, non vultis agnoscere. Itaque videtis utcumque, etsi de longinquo, etsi acie caligante, patriam, in qua manendum est; sed viam, qua

660. CV 40, 1, 454; ML 41, 283. 661. CV 40, 1, 496; ML 41, 307.

eundum est, non tenetis.... O si cognovisses Dei gratiam per Iesum Christum Dominum nostrum ipsamque eius incarnationem, qua hominis animam corpusque suscepit, summum esse exemplum gratiae videre potuisses.... Sed huic veritati, ut possetis acquiescere, humilitate opus erat, quae cervici vestrae difficillime persuaderi potest.

662 *Humilitas hominem exaltat.* — 14, 13, 1. Quid est autem superbia nisi perversae celsitudinis appetitus? Perversa enim est celsitudo, deserto eo, cui debet animus inhaerere, principio, sibi quodammodo fieri atque esse principium. Hoc fit, cum sibi nimis placet. Sibi vero ita placet, cum ab illo bono immutabili deficit, quod ei magis placere debuit quam ipse sibi.... Relicto itaque Deo, esse in semetipso, hoc est sibi placere, non iam nihil esse est, sed nihilo propinquare. Unde superbi secundum Scripturas sanctas alio nomine appellantur *sibi placentes* [2 Petr 2, 10]. Bonum est enim sursum habere cor; non tamen ad seipsum, quod est superbiae, sed ad Dominum, quod est oboedientiae, quae nisi humilium non potest esse. Est igitur aliquid humilitatis, miro modo quod sursum faciat cor, et est aliquid elationis, quod deorsum faciat cor. Hoc quidem quasi contrarium videtur, ut elatio sit deorsum et humilitas sursum. Sed pia humilitas facit subditum superiori; nihil est autem superius Deo; et ideo exaltat humilitas, quae facit subditum Deo.... Quapropter quod nunc in civitate Dei, et civitati Dei in hoc peregrinanti saeculo maxime commendatur humilitas, et in eius rege, qui est Christus, maxime praedicatur; contrariumque huic virtuti elationis vitium in eius adversario, qui est diabolus, maxime dominari sacris Litteris edocetur: profecto ista est magna differentia, qua civitas, unde loquimur, utraque discernitur: una scilicet societas piorum hominum, altera impiorum, singula quaeque cum angelis ad se pertinentibus, in quibus praecessit hac amor Dei, hac amor sui.

663 *Duo amores duas civitates fecerunt.* — 14, 28. Fecerunt itaque civitates duas amores duo: terrenam scilicet amor sui usque ad contemptum Dei, caelestem vero amor Dei usque ad contemptum sui. Denique illa in seipsa, haec in Domino gloriatur. Illa enim quaerit ab hominibus gloriam; huic autem Deus conscientiae testis, maxima est gloria. Illa in gloria sua exaltat caput suum; haec dicit Deo suo: *Gloria mea et exaltans caput meum* [Ps 3, 4]. Illi in principibus eius, vel in iis quas subiugat nationibus dominandi libido dominatur; in hac serviunt invicem in caritate, et praepositi consulendo, et subditi obtemperando. Illa in suis potentibus diligit virtutem

662. CV 40, 2 (ed. E. Hoffmann, 1900), 31; ML 41, 420.
663. CV 40, 2, 56; ML 41, 436.

suam; haec dicit Deo suo: *Diligam te, Domine, virtus mea* [Ps 17, 2]. Ideoque in illa sapientes eius secundum hominem viventes, aut corporis aut animi sui bona aut utriusque sectati sunt, aut qui potuerunt cognoscere Deum, *non ut Deum honoraverunt aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum* [Rom 1, 21].... In hac autem nulla est hominis sapientia, nisi pietas, qua recte colitur verus Deus, id exspectans praemium in societate sanctorum, non solum hominum, verum etiam angelorum, *ut sit Deus omnia in omnibus* [1 Cor 15, 28].

Pax omnibus cara. — 19, 11. Tantum est enim pacis bonum, 664
ut etiam in rebus terrenis atque mortalibus, nihil gratius soleat audiri, nihil desiderabilius concupisci, nihil postremo possit melius inveniri. De quo si aliquanto diutius loqui voluerimus, non erimus, quantum arbitror, onerosi legentibus, et propter finem civitatis huius, dè qua nobis sermo est, et propter ipsam dulcedinem pacis, quae omnibus cara est.... 13. Pax itaque corporis est ordinata temperatura partium; pax animae irrationalis, ordinata requies appetitionum; pax animae rationalis, ordinata cognitionis actionisque consensio; pax corporis et animae, ordinata vita et salus animantis; pax hominis mortalis et Dei, ordinata in fide sub aeterna lege oboedientia; pax hominum, ordinata concordia; pax domus, ordinata imperandi oboediendique concordia cohabitantium; pax civitatis, ordinata imperandi atque oboediendi concordia civium; pax caelestis civitatis, ordinatissima et concordissima societas fruendi Deo et invicem in Deo; pax omnium rerum, tranquillitas ordinis. Ordo est parium dispariumque rerum sua cuique loca tribuens dispositio.

Vita contemplativa actione temperanda. — 19, 19. Ex tribus 665
vero illis vitae generibus: otioso, actuoso et ex utroque composito, quamvis salva fide quisque possit in quolibet eorum vitam ducere et ad sempiterna praemia pervenire, interest tamen, quid amore teneat veritatis, quid officio caritatis impendat. Nec sic esse quisque debet otiosus, ut in eodem otio utilitatem non cogitet proximi, nec sic actuosus, ut contemplationem non requirat Dei. In otio non iners vacatio delectare debet, sed aut inquisitio, aut inventio veritatis; ut in ea quisque proficiat et quod invenerit, ne alteri non invideat. In actione vero non amandus est honor in hac vita, sive potentia, quoniam omnia vana sub sole, sed opus ipsum, quod per eumdem honorem vel potentiam fit, si recte atque utiliter fit, id est, ut valeat ad eam salutem subditorum, quae secundum Deum est.... Quamobrem otium sanctum quaerit caritas veritatis; negotium iustum suscipit necessitas caritatis.

664. CV 40, 2, 389; ML 41, 637. 665. CV 40, 2, 406; ML 41, 647.

Quam sarcinam si nullus imponit, percipiendae atque intuendae vacandum est veritati; si autem imponitur, suscipienda est propter caritatis necessitatem; sed nec sic omni modo veritatis delectatio deserenda est, ne subtrahatur illa suavitas et opprimat ista necessitas.

666 *Supernae civitatis felicitas.* — 22, 30, 1. Quanta erit illa felicitas, ubi nullum erit malum, nullum latebit bonum, vacabitur Dei laudibus, qui erit omnia in omnibus! ... Vera ibi gloria erit, ubi laudantis nec errore quisquam nec adulatione laudabitur; verus honor, qui nulli negabitur digno, nulli deferetur indigno; sed nec ad eum ambiet ullus indignus, ubi nullus permittetur esse nisi dignus; vera pax, ubi nihil adversi, nec a se ipso, nec ab aliquo quisque patietur. Praemium virtutis erit ipse, qui virtutem dedit eique seipsum, quo melius et maius nihil possit esse, promisit.... Ipse finis erit desideriorum nostrorum, qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur. Hoc munus, hic affectus, hic actus profecto erit omnibus, sicut ipsa vita aeterna, communis.... Erit ergo illius civitatis et una in omnibus, et inseparabilis in singulis voluntas libera, ab omni malo liberata et impleta omni bono, fruens indeficienter aeternorum iucunditate gaudiorum, oblita culparum, oblita poenarum; nec ideo tamen suae liberationis oblita, ut liberatori suo non sit ingrata.... 5. Ibi vacabimus et videbimus, videbimus et amabimus, amabimus et laudabimus. Ecce quod erit in fine sine fine. Nam quis alius noster est finis nisi pervenire ad regnum, cuius nullus est finis?

De bono viduitatis, ca 414.

667 *Virginitatis, viduitatis et matrimonii status inter se comparati.* — C. 4, n. 6. Hoc primum oportet ut noveris, bono quod elegisti non damnari secundas nuptias, sed inferius honorari. Nam sicut bonum sanctae virginitatis, quod elegit filia tua [Demetrias], non damnat unas nuptias tuas, sic nec viduitas tua cuiusquam secundas. Hinc enim maxime Cataphrygarum ac Novatianorum haereses tumuerunt, quas buccis sonantibus, non sapientibus, etiam Tertullianus inflavit, dum secundas nuptias tamquam illicitas maledico dente concidit, quas omnino licitas apostolus sobria mente concedit. Ab hac sanitate doctrinae nullius indocti, nullius docti disputatione movearis; nec ita extollas bonum tuum, ut quod malum non est, tamquam malum crimineris alienum, sed tanto magis gaude tuo bono, quanto magis vides non tantum illo devitari mala, sed quaedam bona etiam superari. Mala sunt enim adulterium vel fornicatio.

666. CV 40, 2, 664; ML 41, 801.
667. CV 41 (ed. I. Zycha, 1900), 309; ML 40, 433.

Vita continens Christo vovenda. — 19, 23. Si ergo non- 668
dum Deo vovisses continentiam vidualem, exhortaremur profecto ut voveres; quia vero iam vovisti, exhortamur ut perseveres. Talia mihi tamen video esse dicenda, quibus eam diligant et arripiant et quae adhuc nubere cogitabant. Aurem igitur inclinemus apostolo. *Quae innupta est,* inquit, *sollicita est ea quae sunt Domini, ut sit sancta et corpore et spiritu; quae autem nupta est, sollicita est quae sunt mundi, quomodo placeat viro* [1 Cor 7, 34]. Non ait: sollicita est ea quae sunt mundi, ut sancta non sit. Sed certe minor est divina sanctitas, ex ea parte curarum, qua mundana cogitatur voluptas. Quidquid itaque intentionis animi etiam his rebus impenderetur, quibus placendum esset viro, colligere quodam modo et redigere debet innupta christiana in eam intentionem, quo placendum est Domino.... Non amat ille fallaciarum fucos, veris veritas delectatur; et ille, si quod legistis agnoscis, veritas vocatur: *Ego sum,* inquit, *via et veritas et vita* [Io 14, 6]. Currite ad illum per illum; placete illi ex illo; vivite in illo cum illo, de illo. Affectibus veris et sanctissima castitate a viro tali amate amari. 24. Audiat haec virginis etiam sanctae prolis tuae auris interior. Videro quantum te praecedat in regno regis illius: alia quaestio est. Invenistis tamen, mater et filia, cui contemptis nuptiis, illa omnibus, tu secundis, pulchritudine castitatis simul placere debeatis. Certe si mariti essent, quibus placendum esset, iam te fortasse cum filia puderet ornari; nunc non pudeat agere quibus simul ornemini, quia non est criminosum, sed potius gloriosum, ut ab illo uno simul amemini.... In qua pulchritudine etiam illius avia [Proba], socrus tua, quae iam certe senuit, est pulchra vobiscum.

Ubi amatur, non laboratur. — 21, 26. Ieiunia quoque ac 669
vigiliae, in quantum valetudinem non perturbant, si orando, psallendo, legendo, et in lege Dei meditando insumantur, in delicias spiritales etiam ipsa, quae videntur laboriosa, vertuntur. Nullo enim modo sunt onerosi labores amantium, sed etiam ipsi delectant, sicut venantium, aucupantium, piscantium, vindemiantium, negotiantium, ludo aliquo sese oblectantium. Interest ergo quid ametur. Nam in eo quod amatur, aut non laboratur aut et labor amatur.

De natura et gratia, 415.

Duplex perfectio: perfectio viatorum (relativa) et summa 670
perfectio. — C. 12, n. 13. Proficientium est enim via, quamvis bene proficientes dicantur perfecti viatores. Illa est autem

668. CV 41, 332; ML 40, 445. 669. CV 41, 338; ML 40, 446.
670. CV 60, 241; ML 44, 253.

summa perfectio, cui nihil addatur, cum id quo tenditur coeperit possideri.

671 *Timor caritate expellendus.* — 57, 67. Sub lege est enim, qui timore supplicii quod lex minatur, non amore iustitiae se sentit abstinere ab opere peccati, nondum liber nec alienus a voluntate peccandi. In ipsa enim voluntate reus est, qua mallet, si fieri posset, non esse quod timeat, ut libere faciat quod occulte desiderat. Ergo *si Spiritu,* inquit, *ducimini, non adhuc estis sub lege* [Gal 5, 18], utique lege, quae timorem incutit, non tribuit caritatem, quae caritas Dei diffusa est in cordibus nostris non per legis litteram, sed *per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis* [Rom 5, 5].... 58, 68. Proinde si recte sentimus, sicut pro membris sanatis gratias agere, ita pro sanandis orare debemus, ut absolutissima, cui nihil addi possit sanitate, perfecta Dei suavitate, plena libertate perfruamur. Non enim abnuimus humanam naturam posse esse sine peccato, aut ullo modo negare debemus perfici posse, quam proficere non negamus, sed gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum; eo adiuvante fieri dicimus, ut iusta et beata sit, a quo creata est, ut sit.

672 *Caritatis gradus.* — 70, 84. Caritas ergo inchoata, inchoata iustitia est; caritas provecta, provecta iustitia est; caritas magna, magna iustitia est; caritas perfecta, perfecta iustitia est; sed *caritas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta* [1 Tim 1, 5], quae tunc maxima est in hac vita, quando pro illa ipsa contemnitur vita. Sed miror, si non habet quo crescat, cum de mortali excesserit vita.

De perfectione iustitiae hominis, 415.

673 *Completa perfectio in caelo tantum attingenda.* — C. 7, n. 18. Quamdiu ergo peregrinantes *a Domino per fidem ambulamus, non per speciem* [2 Cor 5, 6 sq], unde dictum est: *Iustus ex fide vivit* [Hab 2, 4], haec est nostra in ipsa peregrinatione iustitia, ut ad illam perfectionem plenitudinemque iustitiae, ubi in specie decoris eius iam plena et perfecta caritas erit, nunc ipsius cursus rectitudine et perfectione tendamus, castigando corpus nostrum et servituti subiciendo et eleemosynas in dandis beneficiis, et dimittendis quae in nos sunt commissa peccatis, hilariter et ex corde faciendo, et orationibus indesinenter instando; et haec faciendo in doctrina sana, qua aedificatur fides recta, spes firma, caritas pura. Haec est nunc nostra iustitia, qua currimus esurientes et sitientes ad perfectionem plenitudinemque iustitiae, ut ea postea saturemur.

---

671. CV 60, 283; ML 44, 280. 672. CV 60, 298; ML 44, 290.
673. CV 42 (ed. C. Urba et I. Zycha, 1902), 15; ML 44, 299.

In Ioannis evangelium tractatus, 416/7.

Christi humanitas pro omnibus via ad Deum. — Tract. 2, 674
n. 3. Itaque, fratres mei, hoc insinuaverim cordibus vestris: si vultis pie et christiane vivere, haerete Christo secundum id quod pro nobis factus est, ut perveniatis ad eum secundum id quod est et secundum id quod erat. Accessit, ut pro nobis hoc fieret; quia hoc pro nobis factus est, ubi portentur infirmi, et mare saeculi transeant, et perveniant ad patriam; ubi iam navi non opus erit, quia nullum mare transitur. Melius est ergo non videre mente id quod est, et tamen a Christi cruce non recedere, quam videre illud mente, et crucem Christi contemnere. Bonum est super hoc et optimum, si fieri potest, ut et videatur quo eundum sit, et teneatur quo portetur qui pergit. Hoc potuerunt mentes magnae montium, qui montes dicti sunt, quos maxime illustrat lumen iustitiae: potuerunt, et viderunt illud quod est.... Parvuli vero, qui hoc non possunt intellegere, non recedentes a cruce et passione et resurrectione Christi, in ipsa navi perducuntur ad id quod non vident, in qua navi perveniunt et illi qui vident.

Zelus domus Dei. — 10, 9. Quis comeditur zelo domus 675
Dei? Qui omnia, quae forte ibi videt perversa, satagit corrigi, cupit emendari, non quiescit; si emendare non potest, tolerat, gemit.... Ergo zelus domus Dei comedat te; unumquemque christianum zelus domus Dei comedat, in qua domo Dei membrum est. Non enim magis est domus tua, quam domus, ubi habes salutem sempiternam. Domum tuam intras propter requiem temporalem, domum Dei intras propter requiem sempiternam. Si ergo in domo tua, ne quid perversum fiat, satagis, in domo Dei, ubi salus proposita est et requies sine fine, debes pati quantum in te est, si quid forte perversum videris? Verbi gratia, vides fratrem currere ad theatrum? Prohibe, mone, contristare, si zelus domus Dei comedit te. Vides alios currere et inebriari velle, et hoc velle in locis sanctis, quod nusquan decet? Prohibe quos potes, tene quos potes, terre quos potes, quibus potes blandire; noli tamen quiescere. Amicus est? Admoneatur leniter. Uxor est? Severissime refrenetur. Ancilla est? Etiam verberibus compescatur. Fac quidquid potes, pro persona quam portas; et perficis: *Zelus domus tuae comedit me* [Ps 68, 10].

Templa Dei sumus; humilitas Deo proximior. — 15, 25. 676
O si invenirem, dicebas, montem aliquem altum et solitarium! Credo enim, quia in alto est Deus, magis me exaudit ex alto. Quia in monte es, propinquum te Deo putas, et cito te exaudiri, quasi de proximo clamantem? In excelsis habitat, sed

---

674. ML 35, 1389. 675. ML 35, 1471. 676. ML 35, 1519.

humilia respicit. Prope est Dominus. Quibus? forte altis? *His qui obtriverunt cor* [Ps 33, 19]. Mira res est: et in altis habitat et humilibus propinquat: *Humilia respicit; excelsa autem a longe cognoscit* [Ps 137, 6]: superbos longe videt, eo illis minus propinquat, quo sibi videntur altiores. Quaerebas ergo montem? Descende ut attingas. Sed ascendere vis? Ascende; noli montem quaerere. *Ascensiones,* inquit, *in corde eius* (hoc psalmus dicit), *in convalle plorationis* [Ps 83, 6 sq]. Convallis humilitatem habet. Ergo intus age totum. Et si forte quaeris aliquem locum altum, aliquem locum sanctum, intus exhibe te templum Deo. *Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos* [1 Cor 3, 17]. In templo vis orare? In te ora. Sed prius esto templum Dei, quia ille in templo suo exaudiet orantem.

677 *Solitudo necessaria.* — 17, 11. Difficile est in turba videre Christum; solitudo quaedam necessaria est menti nostrae; quadam solitudine intentionis videtur Deus. Turba strepitum habet; visio ista secretum desiderat.

678 *Homo beatus participatione Dei.* — 23, 5. Superior enim anima quam corpus, et superior quam anima Deus. Praestat aliquid inferiori, praestatur illi a superiore. Serviat Domino suo, ne conculcetur a servo suo. Haec est, fratres mei, religio christiana, quae praedicatur per totum mundum, horrentibus inimicis; et ubi vincuntur, murmurantibus; ubi praevalent, saevientibus. Haec est religio christiana, ut colatur unus Deus, non multi dii; quia non facit animam beatam nisi unus Deus. Participatione Dei fit beata. Non participatione sanctae animae fit beata infirma anima, nec participatione angeli fit beata sancta anima; sed si quaerit beata esse infirma anima, quaerat unde beata sit sancta anima. Non enim beatus efficeris ex angelo tu; sed unde angelus, inde et tu.

679 *Deo immutabili haerendum.* — 39, 10. O veritas, quae vere es! Nam in omnibus actionibus et motibus nostris, et in omni prorsus agitatione creaturae duo tempora invenio, praeteritum et futurum. Praesens quaero, nihil stat: quod dixi, iam non est; quod dicturus sum, nondum est; quod feci, iam non est; quod facturus sum, nondum est; quod vixi, iam non est; quod victurus sum, nondum est. Praeteritum et futurum invenio in omni motu rerum; in veritate, quae manet, praeteritum et futurum non invenio, sed solum praesens, et hoc incorruptibiliter, quod in creatura non est. Discute rerum mutationes, invenies Fuit et Erit. Cogita Deum, invenies Est, ubi Fuit et Erit esse non possit. Ut ergo et tu sis, transcende tempus. Sed quis transcendet viribus suis? Levet illuc ille, qui Patri dixit: *Volo, ut ubi ego sum, et ipsi sint mecum* [Io 17, 24].

677. ML 35, 1533. 678. ML 35, 1585. 679. ML 35, 1680.

Desiderium caeli excitandum. — 40, 10. O si cor esset 680
qualitercumque suspirans in illam ineffabilem gloriam! O si peregrinationem nostram in gemitu sentiremus, et saeculum non amaremus, et ad eum, qui nos vocavit, pia mente perpetuo pulsaremus! Desiderium sinus cordis est; capiemus, si desiderium quantum possumus extendamus. Hoc nobiscum agit Scriptura divina, hoc congregatio populorum, hoc celebratio sacramentorum, hoc baptismus sanctus, hoc cantica laudis Dei, hoc ipsa nostra disputatio, ut hoc desiderium non solum seminetur et germinet, verum etiam in modum tantae capacitatis augeatur, ut idoneum sit sumere, quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit. Sed amate mecum. Non amat multum nummum, qui amat Deum.... O si Deum digne amemus, nummos omnino non amabimus! Erit tibi nummus instrumentum peregrinationis, non irritamentum cupiditatis, quo utaris ad necessitatem, non quo fruaris ad delectationem. Deum ama, si aliquid in te egit, quod audis et laudas. Utere mundo, non te capiat mundus. Quod intrasti, iter agis, exiturus venisti, non remansurus; iter agis, stabulum est haec vita. Utere nummo, quomodo viator in stabulo utitur mensa, calice, urceo, lectulo, dimissurus, non permansurus. Si tales fueritis, erigite cor, qui potestis, et audite me; si tales fueritis, ad eius promissa venietis.

De oratione. — 73, 3. *Quodcumque petieritis, hoc faciam* 681
[Io 14, 14]. Evigila igitur, homo fidelis, et vigilanter audi, quod illic positum est: *in nomine meo;* ipsum enim *quodcumque* non ait petieritis utcumque, sed *in nomine meo.* Qui promisit ergo tam magnum beneficium, quid vocatur? Utique Christus Iesus; Christus significat regem, Iesus significat salvatorem. Non utique nos salvos faciet quicumque rex, sed rex salvator; ac per hoc quodcumque petimus adversus utilitatem salutis, non petimus in nomine salvatoris. Et tamen ipse salvator est, non solum quando facit, quod petimus, verum etiam quando non facit; quoniam quod videt peti contra salutem, non faciendo potius se exhibet salvatorem. Novit enim medicus, quid pro sua, quid contra suam salutem poscat aegrotus; et ideo contraria poscentis non facit voluntatem, ut faciat sanitatem.

Christus parvulis lac et perfectis cibus. — 98, 6. Ipse homo 682
Christus, qui vera carne, vera cruce, vera morte, vera resurrectione sincerum lac dicitur parvulorum, cum bene a spiritalibus capitur, invenitur Dominus angelorum. Proinde nec sic parvuli sunt lactandi, ut semper non intellegant Deum Christum; nec sic ablactandi, ut deserant hominem Christum. Quod alio modo idipsum ita dici potest: nec sic lactandi

680. ML 35, 1691. 681. ML 35, 1825. 682. ML 35, 1883

sunt, ut creatorem numquam intellegant Christum; nec sic ablactandi, ut mediatorem umquam deserant Christum. In hoc quippe non convenit huic rei similitudo materni lactis et solidi cibi, sed potius fundamenti; quia et puer, quando ablactatur, ut ab alimentis infantiae iam recedat, inter solidos cibos non repetit ubera, quae sugebat; Christus autem crucifixus, et lac sugentibus, et cibus est proficientibus. Fundamenti vero ideo est aptior similitudo, quia, ut perficiatur, quod struitur, additur aedificium, non subtrahitur fundamentum.

683 *De oratione.* — 102, 1. *Amen, amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis* [Io 16, 23]. . . . Qui hoc sentit de Christo, quod non est de unico Dei Filio sentiendum, non petit in eius nomine, etiamsi non taceat litteris ac syllabis Christum; quoniam in eius nomine petit, quem cogitat, cum petit. Qui vero, quod est de illo sentiendum, sentit, ipse in eius nomine petit; et accipit quod petit, si non contra suam salutem sempiternam petit. Accipit autem, quando debet accipere. Quaedam enim non negantur, sed ut congruo dentur tempore, differuntur. Ita sane intellegendum est quod ait: *dabit vobis,* ut ea beneficia significata sciantur his verbis, quae ad eos qui petunt, proprie pertinent. Exaudiuntur quippe omnes sancti pro seipsis, non autem pro omnibus exaudiuntur vel amicis vel inimicis suis, vel quibuslibet aliis, quia non utcumque dictum est: *dabit,* sed: *dabit vobis.* 2. *Usque modo,* inquit, *non petistis quidquam in nomine meo. Petite et accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum* [Io 16, 24]. Hoc quod dicit gaudium plenum, profecto non carnale, sed spiritale gaudium est; et quando tantum erit, ut aliquid ei iam non sit addendum, procul dubio tunc erit plenum. Quidquid ergo petitur, quod pertineat ad hoc gaudium consequendum, hoc est in nomine Christi petendum, si divinam intellegimus gratiam, si vere beatam poscimus vitam. Quidquid autem aliud petitur, nihil petitur; non quia nulla omnino res est, sed quia in tantae rei comparatione quidquid aliud concupiscitur nihil est.

684 *Pax Christi.* — 104, 1. Haec enim pax finem temporis non habebit, sed omnis piae nostrae intentionis actionisque finis ipsa erit. Propter hanc sacramentis eius imbuimur, propter hanc mirabilibus eius operibus et sermonibus erudimur, propter hanc Spiritus eius pignus accepimus, propter hanc in eum credimus et speramus et eius amore, quantum donat, accendimur; hac pace in pressuris omnibus consolamur, hac a pressuris omnibus liberamur; propter hanc omnem tribulationem fortiter sustinemus, ut in hac feliciter sine ulla tribulatione

683. ML 35, 1896. 684. ML 35, 1901.

regnemus. Merito ad eam clausit verba, quae parum intellegentibus discipulis erant proverbia, intellecturis ea, quando iis dedisset promissum Spiritum Sanctum.

In epistulam Ioannis ad Parthos tractatus, 416.

Christus captivorum redemptor. — Tract. 2, n. 10. Quantum 685
interest, cum duo sunt in carcere, inter reum et visitatorem ipsius? Homo enim aliquando venit ad amicum suum, et intrat visitare eum, et ambo in carcere videntur; sed multum distant et distincti sunt. Istum causa premit, illum humanitas adduxit. Sic in ista mortalitate nos reatu tenebamur: ille misericordia descendit; intravit ad captivum redemptor, non oppressor. Dominus pro nobis sanguinem suum fudit, redemit nos, mutavit spem nostram. Adhuc portamus mortalitatem carnis et de futura immortalitate praesumimus; et in mari fluctuamus, sed ancoram spei in terra iam fiximus.

Deus plus quam eius dona amandus. — 2, 11. Non te 686
prohibet Deus amare ista [creaturas], sed non diligere ad beatitudinem; sed approbare et laudare, ut ames creatorem. Quemadmodum, fratres, si sponsus faceret sponsae suae anulum, et illa acceptum anulum plus diligeret quam sponsum, qui illi fecit anulum; nonne in ipso dono sponsi adultera anima deprehenderetur, quamvis hoc amaret, quod dedit sponsus? Certe hoc amaret, quod dedit sponsus; tamen si diceret: Sufficit mihi anulus iste, iam illius faciem nolo videre; qualis esset? Quis non detestaretur hanc amentiam? Quis non adulterinum animum convinceret? Amas aurum pro viro, amas anulum pro sponso: si hoc est in te, ut ames anulum pro sponso tuo, et nolis videre sponsum tuum, ad hoc tibi arrham dedit, ut non te oppigneraret, sed averteret. Ad hoc utique arrham dat sponsus, ut in arrha sua ipse ametur. Ergo dedit tibi Deus omnia ista, ama illum qui fecit. Plus est, quod tibi vult dare, id est seipsum, qui ista fecit. Si autem amaveris haec, quamvis illa Deus fecerit, et neglexeris creatorem, et amaveris mundum, nonne tuus amor adulterinus deputabitur?

Enchiridion, sive De fide, spe et caritate, 421.

Caritas finis omnium praeceptorum. — C. 121, n. 32. Omnia 687
igitur praecepta divina referuntur ad caritatem, de qua dicit apostolus: *Finis autem praecepti est caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta* [1 Tim 1, 5]. Omnis itaque praecepti finis est caritas, id est ad caritatem refertur omne praeceptum. Quod vero ita fit vel timore poenae, vel aliqua intentione carnali, ut non referatur ad illam caritatem, quam

685. ML 35, 1994. 686. ML 35, 1995. 687. ML 40, 288.

diffundit Spiritus Sanctus in cordibus nostris [cf. Rom 5, 5], nondum fit, quemadmodum fieri oportet, quamvis fieri videatur. Caritas quippe ista Dei est et proximi.

Contra Iulianum, 421.

688 *Vitium gulae reprimendum.* — L. 4, n. 67. Alimentorum sustentaculis indigemus; si suavia non sint, quae ore sumuntur, nec sumi possunt et nauseando saepe respuuntur, et perniciosa sunt cavenda fastidia; non solum ergo cibo, sed etiam cibi sapore indiget infirmitas corporis nostri, non propter exsaturandam libidinem, sed propter tuendam salutem. Cum ergo natura quodam modo poscit supplementa, quae desunt, non vocatur libido, sed fames aut sitis; cum vero suppleta necessitate amor edendi animum sollicitat, iam libido est, iam malum est, cui cedendum non est, sed resistendum.

De correptione et gratia, 426/7.

689 *Peccata, animam humiliando, cooperantur in bonum.* — C. 9, n. 24. Deus diligentibus eum omnia cooperatur in bonum; usque adeo prorsus omnia, ut etiam, si qui eorum deviant et exorbitant, etiam hoc ipsum iis faciat proficere in bonum, quia humiliores redeunt atque doctiores. Discunt enim in ipsa via iusta cum tremore se exsultare debere, non sibi arrogando tamquam de sua virtute fiduciam permanendi, nec dicendo in abundantia sua: Non movebimur in aeternum.... Haec vox et apostoli Petri esse potuit; dixerat quippe et ipse in abundantia sua: *Animam meam pro te ponam* [Io 13, 37], sibi festinando tribuens, quod ei fuerat a Domino postea largiendum. Avertit autem ab illo faciem Dominus, et factus est conturbatus, ita ut eum mori pro illo metuens ter negaret. Sed rursus convertit ad eum faciem suam Dominus, et culpam lacrimis diluit.... Factus ergo fuerat conturbatus; sed quia didicit non de seipso fidere, etiam hoc ei profecit in bonum, faciente illo, qui diligentibus eum omnia cooperatur in bonum.

690 *Correptio cum mansuetudine facienda.* — 15, 46. Corripiantur itaque a praepositis suis subditi fratres correptionibus de caritate venientibus, pro culparum diversitate diversis, vel minoribus, vel amplioribus. Quia et ipsa, quae damnatio nominatur, quam facit episcopale iudicium, qua poena in Ecclesia nulla maior est, potest, si Deus voluerit, in correptionem saluberrimam cedere atque proficere. Neque enim scimus, quid contingat sequenti die; aut ante finem vitae huius de aliquo desperandum est; aut contradici Deo potest, ne respiciat et det paenitentiam, et accepto sacrificio spiritus

688. ML 44, 771. 689. ML 44, 930. 690. ML 44, 944.

contribulati cordisque contriti a reatu quamvis iustae damnationis absolvat, damnatumque ipse non damnet. Pastoralis tamen necessitas habet, ne per plures serpant dira contagia, separare ab ovibus sanis morbidam; ab illo, cui nihil est impossibile, ipsa forsitan separatione sanandam. Nescientes enim, quis pertineat ad praedestinatorum numerum, quis non pertineat, sic affici debemus caritatis affectu, ut omnes velimus salvos fieri.

Epistulae.

Vita monastica cum animarum zelo componenda. — Ep. 48 691
[Eudoxio abbati, ca 398], n. 2. Vos autem, fratres, exhortamur in Domino, ut propositum vestrum custodiatis et usque in finem perseveretis; ac, si qua opera vestra mater Ecclesia desideraverit, nec elatione avida suscipiatis nec blandiente desidia respuatis, sed miti corde obtemperetis Deo cum mansuetudine portantes eum, qui vos regit, *qui dirigit mites in iudicio, docebit mansuetos vias suas* [Ps 24, 9]. Nec vestrum otium necessitatibus Ecclesiae praeponatis, cui parturienti si nulli boni ministrare vellent, quomodo nasceremini, non inveniretis.... Sic ergo, dilectissimi, diligite otium, ut vos ab omni terrena delectatione refrenetis et memineritis nullum locum esse, ubi non possit laqueos tendere, qui timet, ne revolemus ad Deum et inimicum omnium bonorum, cuius captivi fuimus, iudicemus, nullamque esse nobis perfectam requiem cogitetis, *donec transeat iniquitas et in iudicium iustitia convertatur* [Ps 56, 2; 93, 15].

Beatitudo perfecta his in terris non quaerenda. — 55 692
[Ianuario, ca 400], c. 14, n. 26. Quod memento quam saepe commemorem. Neque iam nunc in ista vita nos beatos fieri debere arbitremur et ab omnibus difficultatibus liberos ac sic in angustiis rerum temporalium adversus Deum ore sacrilego murmuremus, quasi non exhibeat, quod promisit. Promisit quidem etiam huic vitae necessaria; sed alia sunt solacia miserorum, alia gaudia beatorum: *Domine,* inquit, *secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo exhortationes tuae iucundaverunt animam meam* [Ps 93, 19]. Non ergo murmuremus in difficultatibus, ne perdamus latitudinem hilaritatis, de qua dicitur: *Spe gaudentes,* quia sequitur: *In tribulatione patientes* [Rom 12, 12]. Nova ergo vita in fide nunc inchoatur et spe geritur; nam tunc erit cum *absorbebitur mors in victoriam* [1 Cor 15, 54], cum illa *novissima inimica destruetur mors* [1 Cor 15, 26], cum immutati fuerimus et aequales angelis facti.

Corruptio optimorum pessima. — 78 [Plebi Ecclesiae Hippo- 693
nensis, ca 404], 8. Quantumlibet enim vigilet disciplina domus meae, homo sum et inter homines vivo nec mihi arrogare

691. CV 34, 2 (ed. A. Goldbacher, 1898), 138; ML 33, 188.
692. CV 34, 2, 198; ML 33, 216. 693. CV 34, 2, 343; ML 33, 271.

audeo, ut domus mea melior sit quam arca Noe, ubi tamen inter octo homines reprobus unus inventus est; ... aut melior sit quam cohabitatio ipsius Domini Christi, in qua undecim boni perfidum et furem Iudam toleraverunt; aut melior sit postremo quam caelum, unde angeli ceciderunt. 9. Simpliciter fateor caritati vestrae coram Domino Deo nostro, qui testis est super animam meam, ex quo Deo servire coepi: quo modo difficile sum expertus meliores, quam qui in monasteriis profecerunt, ita non sum expertus peiores, quam qui in monasteriis ceciderunt, ita ut hinc arbitrer in Apocalypsi scriptum: *Iustus iustior fiat et sordidus sordescat adhuc* [Apc 22, 11]. Quapropter etsi contristamur de aliquibus purgamentis, consolamur tamen etiam de pluribus ornamentis. Nolite ergo propter amurcam, qua oculi vestri offenduntur, torcularia detestari, unde apothecae dominicae fructu olei luminosioris implentur.

694 *Deus est finis noster.* — 118 [Dioscoro, ca 410], 3, 13. Qui enim quaerit quomodo ad beatam vitam perveniat, nihil aliud profecto quaerit, nisi ubi sit finis boni, hoc est ubi constitutum sit, non prava opinione atque temeraria, sed certa atque inconcussa veritate, summum hominis bonum. Quod a quolibet, ubi constituatur, non invenitur nisi aut in corpore aut in animo aut in Deo aut in duobus aliquibus horum aut certe in omnibus. Quod si didiceris neque summum bonum neque aliquam partem summi boni omnino esse in corpore, duo restabunt, animus et Deus, quorum vel in uno vel in ambobus sit. Si autem adieceris et didiceris hoc idem de animo quod de corpore, quid aliud iam nisi Deus occurret, in quo summum hominis bonum constitutum sit; non quo alia bona non sint, sed summum id dicitur, quo cuncta referentur. Eo enim fruendo quisque beatus est, propter quod cetera vult habere, cum illud iam non propter aliud, sed propter seipsum diligatur; et ideo finis ibi dicitur, quia iam, quo excurrat et quo referatur, non invenitur; ibi requies appetendi, ibi fruendi securitas, ibi tranquillissimum gaudium optimae voluntatis. 14. Da igitur, qui cito videat, non corpus esse animi bonum, sed animum potius esse corporis bonum; recedetur iam ab inquirendo, utrum summum illud bonum, vel aliqua pars eius sit in corpore. Quod enim stultissime negatur, melior est animus corpore.... 15. Da item, qui cito videat animum quoque ipsum non suo bono beatum esse, cum beatus est, alioquin numquam esset miser; et recedetur a quaerendo utrum in animo sit summum illud atque, ut ita dixerim, beatificum bonum, vel aliqua pars eius. Nam cum seipso sibi quasi suo bono animus gaudet, superbus est. Cum vero perspicit se esse mutabilem, vel hoc uno saltem, quod

694. CV 34, 2, 677; ML 33, 438.

de stulto sapiens efficitur, sapientiamque esse incommutabilem cernit, simul oportet cernat esse illam supra suam naturam eiusque participatione atque illustratione se uberius et certius gaudere quam seipso. Ita cessans atque detumescens a iactatione atque inflatione propria, inhaerere Deo, atque ab illo incommutabili refici et reformari nititur, a quo esse iam capit non solum omnem speciem rerum omnium, sive quae sensu corporis, sive quae intellegentia mentis attinguntur, sed etiam ipsam capacitatem formationis ante formationem, cum vel informe aliquid dicitur, quod formari potest. Itaque tanto minus se esse stabilem sentit, quanto minus haeret Deo, qui summe est, et illum ideo summe esse, quia nulla mutabilitate proficit seu deficit; sibi autem illam commutationem expedire, qua proficit, ut perfecte illi cohaereat.

Orationes iaculatae. — 130 [Probae viduae, ca 411], 10, 20. 695
Dicuntur fratres in Aegypto crebras quidem habere orationes, sed eas tamen brevissimas et raptim quodam modo iaculatas, ne illa vigilanter erecta, quae oranti plurimum necessaria est, per productiores moras evanescat atque hebetetur intentio. Ac per hoc etiam ipsi satis ostendunt hanc intentionem, sicut non est obtundenda, si perdurare non potest, ita, si perduraverit, non cito esse rumpendam. Absit enim ab oratione multa locutio, sed non desit multa precatio, si fervens perseverat intentio. Nam multum loqui est in orando rem necessariam superfluis agere verbis; multum autem precari est ad eum, quem precamur, diuturna et pia cordis excitatione pulsare. Nam plerumque hoc negotium plus gemitibus quam sermonibus agitur, plus fletu quam affatu. Ponit autem lacrimas nostras in conspectu suo et gemitus noster non est absconditus ab eo, qui omnia per Verbum condidit et humana verba non quaerit.

Docta ignorantia. — 130, 15, 28. Est ergo in nobis quae- 696
dam, ut ita dicam, docta ignorantia, sed docta spiritu Dei, qui adiuvat infirmitatem nostram. Nam cum dixisset apostolus: *Si autem quod non videmus speramus, per patientiam exspectamus,* ibi subiecit: *Similiter et Spiritus adiuvat infirmitatem nostram; quid enim oremus, sicut oportet, nescimus; sed ipse Spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid Spiritus sapiat, quia secundum Deum interpellat pro sanctis* [Rom 8, 25—27]. Quod non sic est intellegendum, ut existimemus Sanctum Spiritum Dei, qui in Trinitate incommutabilis Deus est et cum Patre et Filio unus Deus, tamquam aliquem qui non sit quod Deus est, interpellare pro sanctis; dictum est quippe: *Interpellat pro sanctis,* quia inter-

695. CV 44 (ed. A. Goldbacher, 1904), 62; ML 33, 501.
696. CV 44, 72; ML 33, 505.

pellare sanctos facit; sicut dictum est: *Tentat vos Dominus Deus vester, ut sciat si diligitis eum* [Dt 13, 3], hoc est ut scire vos faciat. Interpellare itaque sanctos facit gemitibus inenarrabilibus, inspirans iis desiderium etiam adhuc incognitae tantae rei, quam per patientiam exspectamus. Quomodo enim narretur, quando desideratur, quod ignoratur? Nam utique si omnimodo ignoraretur, non desideraretur; et rursus si videretur, non desideraretur, nec gemitibus quaereretur.

697. *Simplicitas simul ac profunditas Scripturarum.* — 137 [Volusiano, ca 412], 5, 18. Modus autem ipse dicendi, quo sancta Scriptura contexitur, quam omnibus accessibilis, quamvis paucissimis penetrabilis! Ea quae aperta continet, quasi amicus familiaris sine fuco ad cor loquitur indoctorum atque doctorum; ea vero, quae in mysteriis occultat, nec ipsa eloquio superbo erigit, quo non audeat accedere mens tardiuscula et inerudita quasi pauper ad divitem; sed invitat omnes humili sermone, quos non solum manifesta pascat, sed etiam secreta exerceat veritate, hoc in promptis quod in reconditis habens. Sed ne aperta fastidirentur, eadem rursus operta desiderantur, desiderata quodam modo renovantur, renovata suaviter intimantur. His salubriter et prava corriguntur et parva nutriuntur et magna oblectantur ingenia. Ille huic doctrinae inimicus est animus, qui vel errando eam nescit esse saluberrimam, vel odit aegrotando medicinam.

698 *Correctio fraterna.* — 210 [Felicitati et Rustico, a. 423], 2. Dissensiones autem numquam debent amari. Sed aliquando tamen aut caritate nascuntur aut caritatem probant. Quis enim facile invenitur, qui velit reprehendi? et ubi est ille sapiens, de quo dictum est: *Corripe sapientem et amabit te?* [Prv 9, 8.] Numquid tamen ideo non debemus reprehendere et corripere fratrem, ne securus tendat in mortem? Solet enim fieri • et frequenter accidit, ut ad horam contristetur, cum reprehenditur, et resistat et contendat, et tamen postea consideret secum in silentio, ubi nemo est nisi Deus et ipse, nec timet displicere hominibus, quia corripitur, sed timet displicere Deo, quia non corrigitur et deinceps non faciat illud, quod iuste reprehensus est, et quantum odit peccatum suum, tantum diligat fratrem, quem sentit hostem peccati sui.... Si autem ille, qui corripit, reddere vult malum pro malo ei, qui corripienti indignatur, non fuit dignus, qui corriperet, sed dignus plane, qui etiam ipse corripi deberet. Haec agite, ut aut non inter vos exsistant indignationes aut exortae statim celerrima pace perimantur. Maiorem date operam concordandis vobis quam redarguendis; quia, sicut acetum corrumpit vas, si diu-

697. CV 44, 122; ML 33, 524.
698. CV 57 (ed. A. Goldbacher, 1911), 354; ML 33, 957.

tius ibi fuerit, sic ira corrumpit cor, si in alium diem duraverit. *Haec* ergo *agite — et Deus pacis erit vobiscum* [Phil 4, 9] — orantes simul et pro nobis, ut ea, quae bene monemus, alacriter impleamus.

Concordia et vita communis in monasterio feminarum 699
observandae. — 211 [ad monachas, ca 423], 5. Haec sunt, quae ut observetis, praecipimus in monasterio constitutae. Primum propter quod estis in unum congregatae, ut unanimes habitetis in domo et sit vobis cor unum et anima una in Deum, et non dicatis aliquid proprium, sed sint vobis omnia communia; et distribuatur unicuique vestrum a praeposita vestra victus et tegumentum, non aequaliter omnibus, quia non aequaliter valetis omnes, sed unicuique sicut opus fuerit. Sic enim legitis in Actibus apostolorum, quia *erant illis omnia communia, et distribuebatur singulis, prout cuique opus erat* [Act 4, 32 35]. Quae aliquid habebant in saeculo, quando ingressae sunt monasterium, libenter velint illud esse commune. Quae autem non habebant, non ea quaerant in monasterio, quae nec foris habere potuerunt; sed tamen earum infirmitati, quod opus est tribuatur, etiamsi pauperies earum, quando foris erant, nec ipsa necessaria poterat invenire; at nunc non ideo se putent esse felices, quia invenerunt victum et tegumentum, quale foris invenire non potuerunt.

Caritas et humilitas inter monachas. — 211, 6. Nec eri- 700
gant cervices, quia sociantur, ad quas foris accedere non audebant; sed sursum cor habeant et terrena bona non quaerant, ne incipiant monasteria esse divitibus utilia, non pauperibus, si divites illic humiliantur et pauperes illic inflantur. Sed rursus etiam illae, quae aliquid esse videbantur in saeculo, non habeant fastidio sorores suas, quae ad illam sanctam societatem ex paupertate venerunt; magis autem studeant non de parentum divitum dignitate, sed de pauperum sororum societate gloriari. Nec extollantur, si communi vitae de suis facultatibus aliquid contulerunt; nec de suis divitiis magis superbiant, quia eas monasterio partiuntur, quam si iis in saeculo fruerentur. Alia quippe quaecumque iniquitas in malis operibus exercetur, ut fiant; superbia vero etiam in bonis operibus insidiatur, ut pereant; et quid prodest dispergere dando pauperibus et pauperem fieri, si anima misera superbior efficiatur contemnendo, quam fuerat possidendo?...

Quomodo se gerere debeant monachae in oratorio. — 701
211, 7. Orationibus instate horis et temporibus constitutis. In oratorio nemo aliquid agat, nisi ad quod est factum, unde et nomen accepit; ut, si aliquae etiam praeter horas consti-

699. CV 57, 359; ML 33, 960. 700. CV 57, 360; ML 33, 960.
701. CV 57, 361; ML 33, 960.

tutas, si iis vacat, orare voluerint, non iis sint impedimento, quae aliquid ibi agere voluerint. Psalmis et hymnis cum oratis Deum, hoc versetur in corde, quod profertur in voce; et nolite cantare, nisi quod legitis esse cantandum; quod autem non ita scriptum est, ut cantetur, non cantetur.

702 *De ieiunio et de lectione ad mensam.* — 211, 8. Carnem vestram domate ieiuniis et abstinentia escae et potus, quantum valetudo permittit. Quando autem aliqua non potest ieiunare, non tamen extra horam prandii aliquid alimentorum sumat, nisi cum aegrotat. Cum acceditis ad mensam, donec inde surgatis, quod vobis secundum consuetudinem legitur, sine tumultu et contentionibus audite; nec solae vobis fauces sumant cibum, sed et aures percipiant Dei verbum.

703 *Vita communis inter monachas.* — 211, 9. Quae infirmae sunt ex pristina consuetudine, si aliter tractantur in victu, non debet aliis molestum esse nec iniustum videri, quas fecit alia consuetudo fortiores. Nec illas putent feliciores, quia sumunt quod non sumunt ipsae; sed sibi potius gratulentur, quia valent quod non valent illae. Et si iis, quae venerunt ex moribus delicatioribus ad monasterium, aliquid alimentorum, vestimentorum, stramentorum, operimentorum datur, quod aliis fortioribus et ideo felicioribus non datur; cogitare debent, quibus non datur, quantum de sua saeculari vita illae ad istam descenderint, quamvis usque ad aliarum, quae sunt corpore fortiores, frugalitatem pervenire nequiverint. Nec illae debent conturbari, quod eas vident amplius, non quia honorantur, sed quia tolerantur, accipere; ne contingat detestanda perversitas, ut in monasterio, ubi, quantum possunt, fiunt divites laboriosae, fiant pauperes delicatae. . . .

704 *Modestia monacharum in vestitu.* — 211, 10. Non sit notabilis habitus vester; nec affectetis vestibus placere, sed moribus. Nec sint vobis tam tenera capitum tegmina ut retiola subter appareant. Capillos ex nulla parte nudos habeatis, nec foris vel spargat neglegentia, vel componat industria. Quando proceditis, simul ambulate; cum veneritis quo itis, simul state. In incessu, in statu, in habitu, in omnibus motibus vestris nihil fiat, quod illiciat cuiusquam libidinem, sed quod vestram deceat sanctitatem. Oculi vestri, etsi iaciuntur in aliquem, figantur in neminem. . . . Nec putare debet, quae in masculo figit oculum et illius in seipsam diligit fixum, non videri ab aliis, cum hoc facit; videtur omnino et a quibus videri non arbitratur. Sed ecce lateat et a nemine hominum videatur, quid faciet de illo superno inspectore, quem latere nihil potest? An ideo putandus est non videre, quia tanto videt patientius,

702. CV 57, 361; ML 33, 960. 703. CV 57, 361; ML 33, 961.
704. CV 57, 362; ML 33, 961.

quanto sapientius? Illi ergo timeat sancta femina displicere, ne velit viro male placere; illum cogitet omnia videre, ne velit virum male videre. . . .

Quomodo providendum valetudini in monasterio. — 211, 13. 705
Cuius autem infirmitatis necessitas cogit lavandum corpus, non longius differatur; fiat sine murmure de consilio medicinae, ita ut, etiam si nolit, iubente praeposita faciat, quod faciendum est pro salute. Si autem velit, et forte non expedit, suae cupiditati non oboediatur; aliquando enim, etiamsi noceat, prodesse creditur quod delectat. Denique si latens est dolor in corpore famulae Dei, dicenti, sibi quid doleat, sine dubitatione credatur; sed tamen, utrum sanando illi dolori, quod delectat, expediat, si non est certum, medicus consulatur.

Caritas inter monachas. — 211, 14. Quaecumque vel con- 706
vicio vel maledicto vel etiam criminis obiectu alteram laeserit, meminerit satisfactione curare quantocius quod fecit, et illa quae laesa est, sine disceptatione dimittere. Si autem invicem se laeserunt, invicem sibi debita relaxare debebunt propter orationes vestras; quas utique, quanto crebriores habetis, tanto sanctiores habere debetis. . . . Quae non vult dimittere sorori, non speret accipere orationis effectum; quae autem numquam vult petere veniam, aut non ex animo petit, sine causa est in monasterio, etiamsi non inde proiciatur. Proinde vobis a verbis durioribus parcite; quae si emissa fuerint ex ore vestro, non pigeat ex ipso ore proferre medicamenta, ex quo facta sunt vulnera. . . .

Superiorissae monasterii oboedientia debita. — 211, 15. 707
Praepositae tamquam matri oboediatur honore servato, ne in illa offendatur Deus; multo magis presbytero, qui omnium vestrum curam gerit. Ut ergo cuncta ista serventur, et, si quid servatum non fuerit, non neglegenter praetereatur, sed emendandum corrigendumque curetur, ad praepositam praecipue pertinet, ita ut ad presbyterum, qui vobis intendit, referat, quod modum vel vires eius excedit. Ipsa vero non se existimet potestate dominante, sed caritate serviente felicem. Honore coram hominibus praelata sit vobis, coram Deo substrata sit pedibus vestris. Circa omnes bonorum operum seipsam praebeat exemplum. Corripiat inquietas, consoletur pusillanimes, suscipiat infirmas, patiens sit ad omnes; disciplinam libens habeat, metuens imponat. Et quamvis utrumque sit necessarium, tamen plus a vobis amari appetat quam timeri, semper cogitans Deo se pro vobis reddituram esse rationem. Unde magis oboediendo non solum vestri, verum etiam ipsius miseremini; quia inter vos, quanto in loco su-

705. CV 57, 367; ML 33, 963. 706. CV 57, 368; ML 33, 964.
707. CV 57, 369; ML 33, 964.

periore, tanto in periculo maiore versatur. 16. Donet Dominus, ut observetis haec omnia cum dilectione tamquam spiritalis pulchritudinis amatrices et bono odore Christi de bona conversatione fragrantes, non sicut ancillae sub lege, sed sicut liberae sub gratia constitutae.

708 *Crux Domini quomodo ferenda.* — 243 [Laeto, a. ?], 11. His potius intende, carissime, et tolle crucem tuam et sequere Dominum. Nam cum te praesentem animadverterem domesticis curis a divino studio retardari, ferri te potius et duci a cruce tua, quam eam te ferre ac ducere sentiebam. Crucem enim nostram Dominus, quam portari a nobis iubet, ut eum expeditissimi sequamur, quid aliud quam mortalitatem carnis huius significat? Ipsa enim nos cruciat, donec absorbeatur mors in victoriam. Crux ergo haec ipsa crucifigenda est et transfigenda clavis timoris Dei, ne solutis et liberis membris reluctantem portare non possimus. Sequi enim Dominum nisi eam portans omnino non vales; nam quo modo eum sequeris, si non es eius? *Qui autem Iesu Christi sunt,* ait apostolus, *carnem suam crucifixerunt cum passionibus et desideriis* [Gal 5, 24].

709 *In docendi munère superbia timenda.* — 266 [Florentinae, a. ?], 2. Sollicitissime cavendum est in docendo superbiae vitium, quod in discendo non ita est. Unde et sancta Scriptura nos admonet dicens: *Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum* [Iac 1, 19]; et ille in psalmo ait: *Auditui meo dabis exsultationem et laetitiam,* continuoque subiecit: *Et exsultabunt ossa humiliata* [Ps 50, 10]. Vidit enim in audiendo facillime servari humilitatem, quae difficilis est in docendo, quoniam necesse est, ut doctor habeat superiorem locum, ubi laboriosum est obtinere, ne subrepat elatio. 3. Videsne, quem ad modum periclitemur, a quibus hoc exspectatur, ut non solum doctores simus, verum etiam, cum simus homines, divina doceamus? Sed laborum periculorumque nostrorum singulare solacium est, cum ita proficitis, ut illo perveniatis, ubi nullius hominis doctoris egeatis.

RUFINUS, ca 345—410.

Historia monachorum, 403—410.

710 *Monachorum vita.* — *Prolog.* Commanent autem per eremum dispersi et separati cellulis, sed caritate conexi. Ob hoc autem dirimuntur habitaculis, ut silentii quiete et intentione mentis divina sectantes, nec vox aliqua, nec occursus ullus, aut sermo aliquis otiosus obturbet. Intentis ergo suo quisque loco animis, velut boni patris Christi exspectant adventum, aut tamquam miles paratus in castris imperatoris praesentiam, vel ut fideles servi adventantem dominum sustinent, libertatem sibi pariter et munera largiturum. Omnes ergo hi nullam cibi aut indumenti, aut ullius horum sollicitudinem gerunt. Sciunt enim, quia, sicut scriptum est, *haec omnia gentes cogitant* [Mt 6, 32]. Ipsi vero iustitiam et regnum Dei requirunt; et haec omnia secundum promissionem Salvatoris apponuntur iis. Denique plurimi eorum, si in aliquo forte necessariis ad usus corporis eguerint, non ad humana perfugia, sed ad Deum versi, et ab ipso tamquam a patre poscentes, quae poposcerint, illico consequuntur. Tanta namque in iis fides est, quae etiam montibus, ut transferantur, valeat imperare. Unde et nonnulli eorum irruptiones fluvii, in perniciem vicinarum regionum concitatas, orationibus represserunt. Et pede incedentes alvei eius profunda digressi sunt immanesque eius bestias peremerunt, et plurima atque innumera signa, quae ab apostolis et prophetis antiquitus gesta fuerant, consummaverunt, ut dubitari non debeat, ipsorum meritis adhuc stare mundum.

Iactantia. — C. 1. Grave est iactantiae vitium et periculo- 711
sum nimis, et quod de ipso etiam perfectionis fastigio deiciat animas; et ideo hoc vos primo omnium cavere volo. Est autem species mali huius duplex quaedam. Nonnullis enim accidit, in ipsis statim initiis conversionis suae, cum parum aliquid vel abstinentiae impenderint, vel pecuniae in pauperes pie erogaverint, et cum de ea ita sentire debeant, quasi quod impediret abiecerint, ita agunt et ita sentiunt, quasi eminentiores sint illis, quibus aliquid largiti sunt. Alia vero est iactantiae species, cum quis ad summam virtutem perveniens, non totum Deo, sed suis laboribus ac studiis deputat; et dum ab hominibus gloriam quaerit, perdit eam quae a Deo est....

Custodia cordis et cogitationum. — 1. Tunc praeterea cordi 712
nostro et cogitationibus praecipua adhibenda est diligentia. Observandum namque est, ne qua cupiditas, ne qua voluntas prava, ne quod desiderium vanum, et quod non est secundum Deum, radices in corde nostro defigat. Ex huiusmodi enim radicibus continuo pullulant vanae et inutiles cogitationes, et in tantum molestae sunt, ut nec orantibus nobis cessent, nec in conspectu Dei consistentibus nobis, et preces pro salute nostra offerentibus, erubescant, sed rapiant a nobis captivam mentem, et cum corpore stare videamur in oratione, sensu et cogitatione evagamur et abducimur per diversa.

Quid sit renuntiare diabolo. — 1. Si quis ergo est, qui se 713
putat renuntiasse mundo et operibus diaboli, non sufficit in ore renuntiasse, ut possessiones et praedia ceteraque saeculi negotia dereliquerit, nisi etiam propriis vitiis renuntiaverit et

708. CV 57, 578; ML 33, 1058. 709. CV 57, 648; ML 33, 1090. 710. ML 21, 389.

711. ML 21, 395 D. 712. ML 21, 396 A. 713. ML 21, 396 B.

inutiles ac vanas abiecerit voluptates. Haec enim sunt, de quibus apostolus dicit: *Desideria vana et nociva, quae mergunt hominem in interitum* [1 Tim 6, 9]. Hoc est ergo renuntiasse diabolo et operibus eius. Diabolus enim per alicuius vitii occasionem et pravae voluntatis aditum irrepit in cor nostrum, quia vitia ex parte ipsius sunt, sicut virtutes ex Deo sunt. Si ergo sunt vitia in corde nostro, cum venerit princeps eorum diabolus, quasi proprio auctori dant locum et introducunt eum velut ad possessionem suam. Et inde est quod numquam huiusmodi corda pacem habere possunt, numquam quietem; sed semper conturbantur, semper tenentur, et nunc vana laetitia, nunc inutili tristitia deprimuntur; habent enim intra se habitatorem pessimum, cui introeundi ad se locum per passiones suas et vitia fecerunt. Econtra vero mens, quae vere renuntiavit mundo, hoc est, quae abscidit et amputavit a se omne vitium et nullum introeundi ad se diabolo aditum reliquit; quae iracundiam cohibet, furorem reprimit, mendacium fugat, exsecratur invidiam et non solum non detrahere, sed nec male quidem sentire aut suspicari se de proximo suo patitur; quae fratris gaudia sua ducit et tristitiam eius suam tristitiam deputat: quae ergo haec et horum similia observat mens, Spiritui Sancto aperit in se locum, qui cum ingressus fuerit et illuminaverit eam, semper ibi iam gaudia, semper laetitia, semper caritas, patientia, longanimitas, bonitas, et omnes, qui sunt fructus Spiritus, oriuntur. Et hoc erat quod dicebat Dominus in evangelio: *Non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala fructus bonos facere* [Mt 7, 18]. Ex fructibus enim arbor cognoscitur.

714 *Sanctitas clerico vel monacho necessaria.* — 1. Sunt autem nonnulli, qui videntur saeculo renuntiasse, et curam non habent ad munditiam cordis, neque ut vitia et passiones resecent ex anima sua moresque componant; sed hoc tantum student ut videant aliquem sanctorum patrum et audiant ab iis aliqua verba, quae narrantes aliis glorientur se ab illo vel illo didicisse, et sicubi forte vel audiendo vel discendo parum aliquid scientiae conquisierint, continuo doctores fieri volunt et docere non ea quae egerint, sed ea quae audierint et viderint, et despiciunt ceteros. Affectant ipsi ad sacerdotium atque immergere se conantur ad clerum, nescientes quia minoris condemnationis est, si quis ipse virtutibus polleat, alios tamen docere non audeat, quam si quis ipse passionibus et vitiis prematur et alios de virtutibus doceat. Sic ergo, filioli mei, neque fugiendum omnimodis dicimus clericatum vel sacerdotium, neque rursus omnimodis expetendum; sed danda opera est, ut vitia quidem a nobis depellantur et virtutes animae

714. ML 21, 397 A.

conquirantur. Dei autem iudicio relinquendum est, quem velit et si velit assumere sibi ad ministerium vel sacerdotium. Non enim qui se ipsum ingesserit, sed quem Dominus assumpserit, ille probatus est [cf. 2 Cor 10, 18]. Monachi autem illud opus est praecipuum, ut orationem puram offerat Deo, nihil habens in conscientia reprehensibile, sicut et Dominus dicit in evangelio: *Cum steteritis ad orationem, remittite fratribus vestris, si quid habetis contra eos, ex cordibus vestris; nisi enim remiseritis fratribus vestris, nec vobis remittet Pater vester, qui in caelis est* [Mt 6, 14; Mc 11, 25].

Contemplatio Dei. — 1. Si ergo mundo (ut supra diximus) 715
corde astiterimus ante Deum et liberi ab omnibus his vitiis et passionibus, quae supra memoravimus, poterimus, in quantum possibile est, etiam Deum videre et orantes oculum cordis nostri in ipsum dirigere et videre invisibilem mente, non corpore: intellectu scientiae, non carnis aspectu. Nemo enim se putet posse ipsam (sicut est) divinam substantiam contueri, ita ut speciem sibi aliquam aut imaginem fingat in corde corporeae alicuius imaginis similem. Nulla forma in Deo cogitetur, nulla circumscriptio, sed sensus et mens, quae sentiri quidem possit et perstringere mentis affectum, non tamen comprehendi aut describi aut enarrari valet. Et ideo oportet cum omni reverentia et metu accedere ad Dominum, et ita in eum librare mentis intuitum, ut omne, quidquid potest splendoris, claritatis, fulgoris, maiestatis mens humana concipere, super haec omnia esse eum sentiat semper; et hoc diximus, si pura mens fuerit nec ullis pravae voluntatis sordibus occupata. Et ideo in hoc maxime oportet operam dare eos qui renuntiare saeculo et Deum sequi videntur, sicut scriptum est: *Vacate et cognoscite, quoniam ego sum Dominus* [Ps 45, 11].

Monachus veri nominis. — 4. Vidimus et alium senem man- 716
suetudine omnes homines praecellentem, Benum nomine, de quo asserebant fratres, qui cum ipso erant, quod neque iuramentum umquam neque mendacium de ore eius processerit, neque ullus hominum iratum viderit eum aliquando, aut sermonem superfluum otiosumque proferentem, sed erat vita eius in summo silentio moresque tranquilli et per omnia quasi angelici ordinis vir; humilitas quoque immensa, et in omnibus pro nihilo semetipsum ducens. Denique nobis multum rogantibus, ut aliquem sermonem ab eo aedificationis audiremus, vix impetrare potuimus, ut pauca nobis de mansuetudine loqueretur.

Hospitalitatis studium. — 7. Multa nobis beatus Apollonius 717
etiam secretius de ratione abstinentiae et conversationis integritate, multa etiam de hospitalitatis studio disserebat et

715. ML 21, 397 C. 716. ML 21, 408 A. 717. ML 21, 418 D.

praecipiebat attentius, ut adventantes fratres quasi Domini suscipiamus adventum. Nam et adorari fratres adventantes, propterea (inquit) traditio habetur, ut certum sit in adventu eorum adventum Domini Iesu haberi, qui dicit: *Hospes fui, et suscepistis me* [Mt 25, 35]. Sic enim et Abraham suscepit eos qui homines quidem videbantur [cf. Gn 18, 2], Dominus autem in iis intellegebatur. Interdum autem etiam contra voluntatem cogere fratres ad corporalem requiem, sancti Lot exemplum proponebat, qui angelos vi compulsos ad hospitium domus suae perduxit [cf. Gn 19, 2].

718 *Monachorum communio frequens.* — 7. Sed et hoc monebat, ut, si fieri posset, cotidie monachi communicarent mysteriis Christi, ne forte, qui se longe facit ab his, longe fiat a Deo; qui autem frequentius haec suscepit, frequentius ipsum videatur suscipere Salvatorem, quia et ipse Salvator ita dicit: *Qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum, in me manet, et ego in eo* [Io 6, 57]. Sed et ipsa commemoratio Dominicae passionis, cum assidue fit a monachis, plurimum utilitatis iis confert ad exemplum patientiae. Sed et commonitio datur per haec, ut studeat unusquisque ita semper paratus inveniri, ne indignus Dominicis mysteriis habeatur.

719 *Monachorum clausura.* — 17. Vidimus et apud Thebaidam etiam Isidori nominatissimum monasterium, amplissimis spatiis circumseptum muroque circumdatum, in quo habitantibus viris, larga praebebantur habitacula. Intrinsecus putei plures, horti irrigui, omnium quoque pomorum arborumque paradisi et quaecumque necessaria usibus erant, sufficienter, immo et abundanter provisa; ob hoc ut nulli monachorum habitantium intrinsecus necessitas ulla fieret exeundi foras ad aliquid requirendum. Senior quidam vir gravis et de primis electus ad ianuam sedens, hoc habebat officii, ut adventantes ea lege suscipiat, qua ingressi ultra non exeant. Si ergo semel ingredi placuerit, stat immobilis lex; sed quod est admirabilius, ingressos non iam legis necessitas, sed vitae beatitudo retinet ac perfectio. Hic ergo senior in ianua, ubi ipse commanet, adhaerentem sibi habebat hospitalem cellulam, in qua adventantes hospitio recipiat et omni humanitate refoveat. Ut ergo et nos ab eo suscepti sumus, introeundi nobis quidem copia nulla fuit, ab ipso autem didicimus, quae institutionum beatitudo gereretur intrinsecus. Duos aiebat esse solos seniores viros, quibus permissa est egrediendi ingrediendique libertas, qui opera fratrum dispensare et quae necessaria sunt inferre curarent; ceteros vero ita esse in silentio et quiete, orationibus et religiosis studiis operam dantes atque animi virtutibus pollentes, ut omnes signa faciant. Et quod vere omnium miri-

718. ML 21, 418 D. 719. ML 21, 439 C.

ficum signum sit, nullus eorum aegritudinem cuiusquam infirmitatis incurrit, sed cum unicuique vitae finis affuerit, omnimodis praenoscens, et indicans ceteris fratribus suis de suo exitu atque omnibus valedicens, ad hoc ipsum recubans, spiritum laetus emittit.

Monachorum misericordia. — 18. Sed in regione Arsenoite 720
Serapionem quemdam presbyterum vidimus, multorum monasteriorum patrem, sub cuius cura plura et diversa monasteria quasi decem millium habebantur monachorum, qui omnes ex laboribus propriis, quos praecipue messis tempore mercede manuum conquirebant, partem plurimam ad supradictum patrem conferentes, in usus pauperum destinabant. Hoc autem moris erat non solum ipsis, sed et omnibus paene Aegyptiis monachis, ut messis tempore elocent ad metendum operam suam atque ex ea mercede octogenos unusquisque modios frumenti plus minus conquireret, et horum partem plurimam pauperum usibus offerant; unde non solum regionis ipsius indigentes alantur, sed et Alexandriam naves frumento onustae dirigantur, vel in carcerem conclusis, vel reliquis peregrinis atque egentibus prorogandae. Neque enim intra Aegyptum sufficiunt pauperes, qui possint misericordiae eorum fructus et largitates absumere.

Abstinentia decet monachos. — 20. Sed laborandum est 721
monachis, ut etiam naturalem humorem per multam ieiuniorum abstinentiam et frequentes orationes doment ac superent fluxamque eius labem orationis et ieiunii continuatione restringant. Denique, aiebat [Dioscorus monachus], et hi qui in deliciis vivunt, si forte corporis sui aegritudo deposcat, ab omnibus, quae noxia esse iudicaverit medicus, abstinebunt; cur non hoc multo magis monachus faciat, cui animae et spiritus sanitas expetenda est?

Hospitalitas. — 21. Huic ergo cum appropinquaremus loco 722
[Nitriae], ubi peregrinos fratres advenire senserunt, continuo velut examen apum singuli quique ex suis cellulis proruunt atque in obviam nobis laeto cursu et festina alacritate contendunt, portantes secum quamplurimi ipsorum urceos aquae et panes, secundum quod propheta, corripiens quosdam, dicit: *Quia non existis filiis Israel in obviam, cum pane et aqua* [2 Esr 13, 2]. Tunc deinde susceptos nos adducunt primo cum psalmis ad ecclesiam, lavant pedes ac singuli quique linteis, quibus utebantur, abstergunt, quasi viae laborem levantes, re autem vera vitae humanae aerumnas mysticis traditionibus abluentes. Quid ergo nunc de humanitate eorum, quid de officiis, quid de caritate loquar, cum omnes gestirent nos ad suam quisque introducere cellulam et non ea solum, quae

720. ML 21, 440 B. 721. ML 21, 443 A. 722. ML 21, 443 C.

hospitalitati debentur, explere, sed insuper aut de humilitate, qua ipsi pollebant, docere aut de mansuetudine atque aliis huiusmodi bonis, quae apud illos, velut ad hoc ipsum de saeculo sequestratos, diversa quidem gratia, una tamen eademque doctrina discuntur. Nusquam sic vidimus florere caritatem, nusquam sic vidimus opus fervere misericordiae et studium hospitalitatis impleri. Scripturarum vero divinarum meditationes et intellectus atque scientiae divinae nusquam tanta vidimus exercitia, ut singulos paene eorum oratores credas in divina esse sapientia.

723 *Caritas et silentium.* — 22. Singuli per cellulas commanent, silentium ingens et quies magna inter eos est; die tantum sabbati et dominica in unum ad ecclesiam coeunt, et ibi semetipsos invicem tamquam caelo redditos vident. Si quis forte in conventu illo defuerit, intellegunt statim eum corporis aliqua inaequalitate detentum, et ad visitandum eum non omnes quidem simul, diversis tamen temporibus omnes abeunt, portantes unusquisque secum, si quid apud se est, quod aegro possit gratum videri. Aliam vero ob causam nullus audet proximi sui obturbare silentium, nisi forte quis possit in verbo instruere, et velut athletas in agone positos sermonis consolatione perungere. Multi ipsorum a tribus et quattuor milibus ad ecclesiam coeunt: ita longo a semetipsis spatio habitationis eorum cellulae dirimuntur; sed caritas in iis tanta est et tanto inter semetipsos et erga omnes fratres constringuntur affectu, ut in admiratione et exemplo sint omnibus. Unde et si quis forte voluerit habitare cum iis, ubi intellexerint, unusquisque cellulam offert suam.

724 *Fraterna caritas.* — 29. Fertur denique, cum sancto Macario uvam quis aliquando detulisset, ille, qui secundum caritatem, non quae sua sunt, sed quae alterius, cogitaret [cf. 1 Cor 13, 5], ad alium fratrem detulit eam, qui quasi infirmior videbatur. Tunc ille gratias egit Deo pro fratris officio, sed et ipse nihilominus plus de proximo quam de semetipso cogitans, ad alium pertulit, et ille item ad alium, et sic per omnes cellulas, quae longe a semetipsis per eremum dispersae erant, uva circumlata est, ignorantibus iis, quis eam primo misisset; ad ultimum ipsi defertur, qui eam miserat. Gratulatus est autem sanctus Macarius, quod tantam viderat in fratribus continentiam, tantamque caritatem; ad acriora semetipsum spiritalis vitae extendit exercitia.

725 *Distractiones in orationibus.* — 29. Ad fidem namque confirmatum nobis de eo est ab his, qui ex ore eius audierant, quod quodam tempore noctis daemon ad ostium cellulae eius pulsaverit, dicens: Surge, abba Macari, et eamus ad collectam,

---

723. ML 21, 444 C. 724. ML 21, 453 D. 725. ML 21, 453 D.

ubi fratres ad vigilias congregantur. Sed ille, qui gratia Dei repletus falli non poterat, intellexit diaboli esse fallaciam et ait: O mendax et veritatis inimice! Quid enim tibi consortii, quid societatis est cum collecta et congregatione sanctorum? At ille: Latet ergo te, inquit, o Macari, quod sine nobis nulla collecta agitur, nullaque congregatio monachorum? Veni denique et videbis opera nostra. Tunc ille: *Imperet,* inquit, *tibi Dominus* [Iud 9], daemon immunde. Et conversus ad orationem, petiit a Domino, ut sibi ostenderet, si hoc verum esset, quod gloriatus est daemon. Abiit ergo ad collectam, ubi a fratribus vigiliae celebrantur, et iterum in oratione Dominum deprecatur, ut sibi veritatem verbi huius ostendat. Et ecce, vidit per totam ecclesiam quasi parvulos quosdam puerulos Aethiopes tetros discurrere huc atque illuc et velut volitando deferri. Moris est autem inibi, sedentibus cunctis, ab uno dici psalmum, ceteris vel audientibus vel respondentibus. Discurrentes ergo illi Aethiopes pueruli, singulis quibusque sedentibus alludebant, et si cui duobus digitulis oculos compressissent, statim dormitabat; si cui vero in os immersissent digitum, oscitare eum faciebant. Ubi vero post psalmum ad orandum se proiecissent fratres, percurrebant nihilominus singulos et ante alium iacentem in oratione, quasi mulierum specie ferebantur, ante alium quasi aedificantes atque portantes aliquid, ac diversa quaeque agentes apparebant. Et quaecumque daemones quasi ludendo formassent, haec orantes illi in cordis sui cogitatione versabant; a nonnullis tamen, ubi aliquid horum agere coepissent, quasi vi quadam repulsi, praecipites deiciebantur, ita ut nec stare quidem prorsus aut transire iuxta eos auderent; aliis vero, etiam infirmis, fratribus supra cervices et dorsa ludebant, quia non erant in oratione sua intenti. Haec cum vidisset sanctus Macarius, ingemuit graviter et lacrimas profundens ad Dominum: *Respice,* ait, *Domine, et ne sileas neque mitigeris Deus* [Ps 82, 1]. *Exsurge, ut dispergantur inimici tui et ut fugiant a facie tua; quoniam anima nostra repletur illusionibus* [Ps 67, 2]. Post orationem tamen examinandae veritatis gratia seorsum evocatis singulis quibusque fratribus, ante quorum faciem viderat daemones diverso habitu et variis imaginibus ludentes, requirit ab iis, si in oratione, vel aedificandi cogitationes habuerint, vel iter agendi, vel alia diversa, quae unicuique imaginata per daemones viderat; et singuli eorum ita confitebantur in corde suo fuisse, ut ille arguebat; et tunc intellectum est, quod omnes vanae et superfluae cogitationes, quas vel psalmorum vel orationum tempore unusquisque conceperit, ex illusione daemonum fiant; ab his autem, qui omni custodia cor suum servant, tetri repelluntur Aethiopes. Deo enim coniuncta mens, et in ipso, tempore praecipue orationis intenta, nihil alienum, nihil superfluum recipit.

PSEUDO-MACARIUS, ca 300 — ca 390.

Epistula magna.

726 *Abnegatio.* Δεῖ τοίνυν τὸν τὰ τοῦ βίου τούτου σεμνὰ καθαρῶς ἀτιμάζοντα, καὶ ἀρνούμενον μὲν τοὺς συγγενεῖς, ἀρνούμενον δὲ πᾶσαν τὴν κάτω δόξαν, καὶ ὁρῶντα τὰ τῆς οὐρανίας τιμῆς, καὶ τοῖς κατὰ Θεὸν ἀδελφοῖς πνευματικῶς συναπτόμενον, ἀρνήσασθαι μετὰ τοῦ βίου καὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν. Ἄρνησις δὲ ψυχῆς τὸ μηδαμοῦ ζητεῖν τὸ ἑαυτοῦ θέλημα, θεραπεύειν μᾶλλον δὲ ἑαυτοῦ θέλημα, ποιεῖν τὸν ἐφεστῶτα τοῦ Θεοῦ λόγον, καὶ τούτῳ κεχρῆσθαι καθάπερ ἀγαθῷ κυβερνήτῃ, τὸ κοινὸν τῆς ἀδελφότητος πλήρωμα μεθ' ὁμονοίας ἐπὶ τὸν λιμένα τοῦ θελήματος τοῦ Θεοῦ εὐθύνοντι. Κεκτῆσθαι δὲ οὐδὲν χρὴ ἢ ὀνομάζειν ἴδιον παρὰ τὸ κοινόν, πλὴν τοῦ τὸ σῶμα καλύπτοντος ἱματίου. Εἰ γὰρ μηδὲν ἔχει τούτων, ἀλλὰ γυμνὸς εἴη τῆς καθ' ἑαυτὸν τοῦ βίου φροντίδος, τῆς κοινῆς ἔσται χρείας θεραπευτής, καὶ τὸ παρὰ τῶν προεστώτων ἐπιτασσόμενον μεθ' ἡδονῆς καὶ ἐλπίδος προθύμως ἐπιτελῶν, καθάπερ εὔνους καὶ ἁπλοῦς δοῦλος τοῦ Χριστοῦ, πρὸς τὴν κοινὴν τῶν ἀδελφῶν χρείαν ἠγορασμένος.

727 *Officium directoris.* Οὕτως οὖν δεῖ ἐπιμελεῖσθαι αὐτῶν, ὡς ἂν χρηστοὶ παιδαγωγοὶ παίδων ἁπαλῶν, οὓς ἐπιστεύθησαν παρὰ τῶν πατέρων αὐτῶν. Ἐκεῖνοι γάρ, τῶν παίδων τὰς ἕξεις σκοποῦντες, τῷ μὲν πληγάς, τῷ δὲ νουθεσίας, τῷ δὲ ἔπαινον, τῷ δὲ ἄλλο τι τοιοῦτον προσάγουσιν, οὐδὲν οὔτε πρὸς χάριν οὔτε πρὸς ἀπέχθειαν τούτων ποιοῦντες, ἀλλ' ὡς ἀνῆκε τοῦ πράγματος, καὶ ὁ τοῦ παιδὸς ἀπαιτεῖ τρόπος, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτοὺς τοῦ

726 Oportet ergo eum, qui huius vitae splendorem pure contemnat et abneget cognatos abnegetque etiam omnem terrenam gloriam, et intueatur caelestem honorem, fratribus secundum Deum suis spiritaliter coniunctus, abnegare una cum vita etiam animam suam. Abnegatio autem animae est numquam quaerere suam voluntatem, immo subigere propriam voluntatem, facere instans nobis verbum Dei eoque uti tamquam bono gubernatore, congregationem fratrum cum concordia ad portum voluntatis Dei dirigente. Possidere autem nihil debet vel nominare proprium extra id, quod commune est, praeterquam pallium quo corpus tegitur. Etenim si nihil eorum habet, sed exutus est propriae vitae cura, communis erit necessitudinis minister, et praepositorum iussum cum voluptate et spe prompte perficiet tamquam probus ac simplex servus Christi, ad communem fratrum necessitudinem redemptus.

727 Sic igitur eorum curam gerere debent, ut boni magistri puerorum tenerorum, qui sibi concrediti sunt a patribus eorum. Nam illi, puerorum indolem spectantes, alii verbera, alii correptiones, alii laudem, alii aliud huiusmodi afferunt, neque cum studio, neque cum odio quidquam eorum faciendo, sed sicut rei convenit, et pueri

726. MG 34, 421 D. 727. MG 34, 424 D.

βίου τούτου σεμνούς. Οὕτω καὶ ἡμᾶς χρὴ πᾶν μῖσος κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ καὶ πᾶσαν αὐθάδειαν ἀποθεμένους πρὸς τὴν ἑκάστῳ δύναμιν καὶ γνώμην ἁρμόζειν τὸν λόγον. Τὸ μὲν ἐπιτίμησον, τὸ δὲ νουθέτησον, ἄλλον παρακάλεσον, πρὸς τὴν ἑκάστου χρείαν, καθάπερ ἰατρὸς ἀγαθὸς προσάγων τὸ φάρμακον. Ἐκεῖνος μὲν γάρ, πρὸς τὰ πάθη σκοπῶν, τῷ μὲν πρᾷον, τῷ δὲ σφοδρότερον ἐπέθηκε φάρμακον, οὐδενὶ τῶν θεραπείας δεομένων ἀχθόμενος, ἀλλὰ ταῖς πληγαῖς καὶ τοῖς σώμασιν ἁρμόζων τὴν τέχνην. Σὺ δὲ ἀκολούθει τῇ χρείᾳ τοῦ πράγματος, ὅπως τὴν ψυχὴν τοῦ πρὸς σὲ βλέποντος μαθητοῦ καλῶς ἐκπαιδεύσας λαμπρὰν τὴν ἐκείνης ἀρετὴν προσαγάγῃς τῷ πατρί, κληρονόμον ἄξιον τῆς ἐκείνου δωρεᾶς.

Difficultas orationis. — Δεῖ οὖν αἰτεῖν καὶ εἰδέναι, ὡς κρεῖτ- 728
τον τῇ εὐχῇ προσκαρτεροῦντα, πράγματι τοσούτῳ, μετὰ πολλῆς σπουδῆς καὶ πάσης δυνάμεως ἐναθλεῖν τῷ ἀγῶνι· τὰ γὰρ μεγάλα ἆθλα μεγάλων δεῖται καὶ πόνων, ἐπειδὴ μάλιστα ἡ κακία τοῖς τοιούτοις ἐφεδρεύει πανταχόθεν, περιεργαζομένη καὶ περιτρέχουσα καὶ ζητοῦσα περιτρέψαι τὴν σπουδήν ἐκεῖθεν ὕπνος καὶ βάρησις σώματος, καὶ ψυχῆς μαλακία, ἀκηδία, ὀλιγωρία, ἀνυπομονησία, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς κακίας πάθη καὶ ἐνεργήματα, δι' ἃ ἀπόλλυται ἡ ψυχὴ κατὰ μέρος ἁρπαζομένη καὶ αὐτομολοῦσα πρὸς τὸν ἐχθρὸν ἑαυτῆς. Χρὴ οὖν ἐφεστάναι τῇ προσευχῇ, καθάπερ σοφὸν κυβερνήτην, τὸν λογισμόν. μηδαμοῦ τὴν διάνοιαν ἐνδιδόντα πρὸς τὰς τοῦ πονηροῦ πνεύματος ταραχάς, μηδὲ τοῖς ἐκείνου κύμασι συμπεριφερόμενον, ἀλλ' εὐθὺ βλέποντα πρὸς τὸν ἄνω λιμένα, καὶ ψυχὴν ἀκέραιον ἀποδιδόντα τῷ πιστεύσαντι καὶ

postulat natura, ut fiant huius vitae homines honesti. Sic nos quoque oportet omni odio in fratrem omnique arrogantia seposita ad cuiusque virtutem ac mentem accommodare verbum. Hoc vitupera, illud increpa, alium adhortare secundum cuiusvis indigentiam, quasi bonus medicus adhibens medicinam. Is enim ad passiones spectans, huic levius, illi vehementius proponit medicamentum, nemini eorum, qui curatione indigent, iratus, sed plagis corporibusque accommodans artem. Tu autem ita sequere rerum necessitatem, ut, anima discipuli ad te respicientis bene exculta, candidam eius virtutem adducas patri, dignum donationis eius heredem.

Debemus igitur petere et scire, quanto melius is, qui in orationem 728
incumbit, negotium tantum cum magna sollicitudine et omni virtute certamen sustineat; magna enim certamina magnos etiam postulant labores, quoniam maxime malitia talibus undique insidietur, curiose agens, circumiens et sollicitudinem demere tentans; inde somnus et gravitas corporis et animae mollities, acedia, incuria, inconstantia et ceterae malitiae passiones et operationes, quibus occiditur anima ex parte rapta et ad ipsius inimicum transfuga. Oportet igitur in oratione, ut sapientem gubernatorem, collocare animum, nec umquam mentem turbationibus maligni spiritus praebere, neque illius fluctibus circumferri, sed rectis oculis ad portum

728. MG 34, 433 D.

ἀπαιτοῦντι Θεῷ. Οὐ γὰρ τὸ πεσεῖν ἐπὶ γόνυ καὶ σχήματι τῶν δι' εὐχὴν κειμένων ἐκτετάσθαι σπουδαῖον τῇ Γραφῇ καὶ εὐάρεστον, τῆς διανοίας ἔξω τοῦ Θεοῦ πλανωμένης, ἀλλὰ τὸ πᾶσαν ἐκκαλοῦντα τῶν λογισμῶν ῥαθυμίαν τε καὶ ἄδικον ἔννοιαν, ὅλην μετὰ τοῦ σώματος ἀποδοῦναι τὴν ψυχὴν ταῖς εὐχαῖς. Καὶ τοὺς προεστῶτας δὲ χρὴ συναντιλαμβάνειν τῷ τοιούτῳ, καὶ διὰ πάσης σπουδῆς καὶ νουθεσίας τρέφειν τὴν περὶ τὸ προκείμενον τοῦ εὐχομένου ἐπιθυμίαν.

Homiliae.

729 *Renovatio hominis.* — Hom. 2, c. 2. Ὅταν γὰρ λέγῃ ὁ ἀπόστολος· «Ἐκδύσασθε τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον» [Eph 4, 22], τέλειον λέγει, ὀφθαλμοὺς ἔχοντα πρὸς ὀφθαλμούς, κεφαλὴν πρὸς κεφαλήν, ὦτα πρὸς ὦτα, χεῖρας πρὸς χεῖρας, πόδας πρὸς πόδας. Ὅλον γὰρ τὸν ἄνθρωπον, ψυχὴν καὶ σῶμα, ἐμίανεν ὁ πονηρὸς καὶ κατέσπασε, καὶ ἐνέδυσε τὸν ἄνθρωπον, παλαιὸν ἄνθρωπον, καὶ μιαρόν, ἀκάθαρτον, καὶ θεομάχον, καὶ μὴ ὑποτασσόμενον τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ, αὐτὴν τὴν ἁμαρτίαν, ἵνα μηκέτι βλέπῃ, ὡς θέλει ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' ἵνα πονηρῶς ὁρᾷ, καὶ πονηρῶς ἀκούῃ, καὶ πόδας ἔχῃ σπεύδοντας ἐπὶ κακοποιίαν, καὶ χεῖρας ἐργαζομένας ἀνομίαν, καὶ καρδίαν πονηρὰ διαλογιζομένην. Παρακαλέσωμεν οὖν καὶ ἡμεῖς τὸν Θεόν, ἵνα ἐκδύσῃ ἡμᾶς τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, ὅτι αὐτὸς μόνος ἆραι ἀφ' ἡμῶν τὴν ἁμαρτίαν δύναται· ὅτι ἰσχυρότεροι ἡμῶν εἰσιν οἱ αἰχμαλωτεύσαντες ἡμᾶς καὶ κατέχοντες ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτῶν. Αὐτὸς δὲ ἐπηγγείλατο τοῦ ῥύσασθαι ἡμᾶς ἐκ τῆς δουλείας ταύτης.

---

caelestem respicere et animam integram reddere Deo, qui eam ipsi concredidit et repetit. Neque enim in genua procumbere et in modum eorum, qui iacent in oratione, extendi, consentaneum est Scripturae et beneplacitum, mente procul a Deo vagante, verum omnem cogitationum neglegentiam et iniustum sensum expostulare, totamque cum corpore animam orationi tradere. Atqui etiam praepositi debent tali opitulari et cum omni sollicitudine et correptione nutrire orantis ad propositum fervorem.

729 2, 2. Cum enim apostolus dicit: *Exuite veterem hominem,* integrum dicit, habentem oculos suis oculis adiectos, caput capiti, aures auribus, manus manibus, pedes pedibus. Totum enim hominem, animam et corpus, improbus ille polluit et distraxit, subiitque hominem, veterem hominem, pollutum, impurum atque Dei hostem, non subiectum legi Dei, hoc est ipsum peccatum, ita ut amplius non videat homo pro lubitu suo, sed ut perperam videat, perperam audiat et pedes habeat ad perpetrandum facinus accelerantes ac manus iniquitatem operantes et cor cogitans mala. Obsecremus igitur et nos Deum, ut exuat nos homine veteri, quia ipse solus a nobis auferre potest peccatum; quia fortiores sunt, qui nos captivos abduxerunt et in regno suo detinent. Ipse vero promisit se liberaturum nos ex servitute hac.

---

729. MG 34, 464 C.

Occupatio fratrum. — 3. 1. Οἱ ἀδελφοὶ ὀφείλουσιν ἐν ἀγάπῃ 730
πολλῇ συνεῖναι ἀλλήλοις, εἴτε εὔχονται, εἴτε ἀναγινώσκουσι τὰς Γραφάς, εἴτε ἔργον τι ποιοῦσιν, ἵνα ἔχωσι τὸν θεμέλιον τῆς ἀγάπης πρὸς ἀλλήλους· καὶ οὕτως δύναται εὐδοκία γενέσθαι εἰς ἐκείνας τὰς προαιρέσεις, καὶ οἱ εὐχόμενοι, καὶ οἱ ἀναγινώσκοντες, καὶ οἱ ἐργαζόμενοι, πάντες δύνανται ἐν ἀκεραιότητι καὶ ἁπλότητι διάγοντες μετ' ἀλλήλων ὠφεληθῆναι. Τί γὰρ γέγραπται· «Γενηθήτω τὸ θέλημά σου ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς»; [Mt 6, 10.] Ἵνα ὃν τρόπον οἱ ἐν οὐρανοῖς ἄγγελοι σύνεισιν ἀλλήλοις, ἐν ὁμονοίᾳ πολλῇ, ἐν εἰρήνῃ καὶ ἀγάπῃ διάγοντες, καὶ οὐκ ἔστιν ἐκεῖ ἔπαρσις ἢ φθόνος, ἀλλ' ἐν ἀγάπῃ καὶ εἰλικρινείᾳ μετ' ἀλλήλων εἰσίν, οὕτως ἵνα καὶ οἱ ἀδελφοὶ ὦσι μετ' ἀλλήλων. Συμβαίνει τινὰς εἶναι τριάκοντα ὑπὸ τὸ ἕν, ὅλην τὴν ἡμέραν καὶ τὴν νύκτα οὐ δύνανται προσκαρτερεῖν· ἀλλά τινες μὲν αὐτῶν σχολάζουσι τῇ εὐχῇ ὥρας ἕξ, καὶ βούλονται ἀναγνῶναι· ἄλλοι δὲ προθύμως διακονοῦσιν, ἄλλοι δ' ἐξ αὐτῶν ἐργάζονταί τι ἔργον.

Pugnae spiritualis initium oratio. — 3, 3. Τὸ δὲ κεφαλαι- 731
ωδέστερον πάντων, δηλονότι ἡ πρὸς καιρὸν καρτέρησίς ἐστι τῆς εὐχῆς· πλὴν δὲ ἓν ζητεῖται, ἵνα ἔχῃ τις θησαυρὸν ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ τὴν ζωήν, ἥτις ἐστὶν ὁ Κύριος ἐν τῷ νῷ· εἴτε ἐργάζεται, εἴτε εὔχεται, εἴτε ἀναγινώσκει, ἵνα ἔχῃ ἐκεῖνο τὸ κτῆμα τὸ μὴ παρερχόμενον, ὅ ἐστι τὸ Ἅγιον Πνεῦμα. Εἰσὶ δέ τινες τοῦτο λέγοντες, ὅτι ὁ Κύριος μόνους φανεροὺς καρποὺς ἀπαιτεῖ παρὰ τῶν ἀνθρώπων· τὰ δὲ κρυπτὰ ὁ Θεὸς κατορθοῖ. Οὐχ οὕτως δέ

3, 1. Fratres in summa dilectione invicem conversari debent, 730
sive preces faciant, sive legant Scripturas, sive operis quid faciant, ut fundamentum caritatis mutuum habeant; et ita approbari poterunt illorum instituta seu studia, et qui precibus operam dant, et qui legunt, et qui operantur: omnes possunt in sinceritate et simplicitate degentes a se invicem adiuvari. Cur enim scriptum est: *Fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra?* Ut quomodo angeli in caelis inter se congrediuntur in unanimitate summa, in pace et dilectione degentes, nec est ullus illic fastus aut invidia, sed in dilectione et sinceritate mutua conversantur; eodem modo fratres inter se sint. Contingit quosdam ad triginta in unum convenire; totum diem ac noctem una perseverare non possunt, sed quidam eorum dant operam precibus sex horas, et volunt legere; quidam vero prompte ac benevole ministrant, ceteri ex ipsis operis quid faciunt.

3, 3. Maximum autem omnium est, videlicet opportuna precum 731
continuatio. Praeterea unum requiritur: ut quis habeat thesaurum in anima, et vitam, quae est Dominus in animo: sive laboret, sive precetur, sive legat, ut habeat illam possessionem non perituram, quae est Spiritus Sanctus. Non desunt, qui dicant Dominum manifestos solos fructus requirere ab hominibus, interiora vero Deum corrigere. Non autem res sic se habet; sed quemadmodum ad-

---

730. MG 34, 468 C. 731. MG 34, 469 B.

εἰσι τὰ πράγματα, ἀλλ' ὥσπερ εἰς τὸν ἔξω ἄνθρωπον ἀσφαλίζεται, οὕτως ὀφείλει καὶ ἐν τοῖς λογισμοῖς ποιεῖν ἀγῶνα καὶ πόλεμον· ἀπαιτεῖ σε γὰρ ὁ Κύριος, ἵνα ὀργισθῇς σεαυτῷ, καὶ μάχην ποιήσῃς μετὰ τοῦ νοός σου, μήτε συμφωνήσῃς, μήτε συνηδυνθῇς τοῖς λογισμοῖς τῆς κακίας. 4. Λοιπὸν τὸ ἐκριζῶσαι τὴν ἁμαρτίαν καὶ τὸ συνὸν κακόν, τοῦτο τῇ θείᾳ δυνάμει μόνον δυνατόν ἐστι κατορθῶσαι. Οὐκ ἔξεστι γὰρ οὔτε δυνατὸν ἀνθρώπῳ ἐξ ἰδίας δυνάμεως ἐκριζῶσαι τὴν ἁμαρτίαν· τὸ ἀντιπαλαῖσαι, τὸ ἀντιμαχεσθῆναι, δεῖραι, δαρῆναι, σόν ἐστιν· ἐκριζῶσαι δέ, Θεοῦ ἐστιν.

732 *Certamen in aequalitate virium.* — 3, 6. Εἰ δὲ λέγεις ἰσχυροτέραν εἶναι τὴν ἐναντίαν δύναμιν, καὶ βασιλεύειν τὸ ὅλον τὴν κακίαν κατὰ τοῦ ἀνθρώπου, ἄδικον ποιεῖς τὸν Θεόν, κατακρίνοντα τὴν ἀνθρωπότητα, διότι ὑπήκουσε τῷ σατανᾷ, ὁπότε ἰσχυρός ἐστι, καὶ ἀναγκαστικῇ τινι δυνάμει ὑποτάσσει· μείζω καὶ ἰσχυρότερον αὐτὸν ἐποίησας τῆς ψυχῆς. Καὶ ἐν τέλει μοι ὑπακούσεις· ὥσπερ ἐὰν ᾖ νεανίσκος καὶ ἔχῃ πάλην πρὸς παιδίον, καὶ ἐὰν ἡττηθῇ τὸ παιδίον, κατακρίνηται, διότι ἡττήθη, τοῦτο πολλῆς ἀδικίας ἐστίν· ὅθεν ἡμεῖς λέγομεν ἀντίπαλον εἶναι τὸν νοῦν καὶ ἰσόῤῥοπον. Καὶ ἡ τοιαύτη ψυχὴ ἐπιζητοῦσα, τυγχάνει βοηθείας καὶ ἀντιλήψεως, καὶ καταξιοῦται τῆς λυτρώσεως. Ἡ γὰρ πάλη καὶ ὁ ἀγὼν ἐπὶ τῇ ἰσοδυναμίᾳ κεῖται.

733 *Propria voluntate multi pereunt.* — 5, 6. Ἵνα δὲ ἀπὸ πραγμάτων φανερῶν ἀποδείξωμεν, πῶς θελήματι ἰδίῳ πολλοὶ ἀπόλλυνται, καὶ ἐν θαλάσσῃ βυθίζονται, καὶ ἐν αἰχμαλωσίᾳ ἁρπάζονται, ὑπόθου μοί τινα οἶκον ἐμπίπρασθαι πυρί, καὶ ὃς μὲν σῶσαι ἑαυτὸν βουλόμενος, αἰσθηθεὶς τοῦ ἐμπρησμοῦ, γυμνὸς ἔφυγε, καταλιπὼν πάντα, καὶ ἑαυτοῦ τὴν ψυχὴν μόνον περιποιήσασθαι βουληθεὶς διεσώθη. Ἄλλος δὲ βουλόμενος λαβεῖν τινα τοῦ οἴκου σκεύη ἢ ἄλλα τινὰ εἰσῆλθεν ἆραι, καὶ ὡς ἔλαβε, κατεκυρίευσε τὸ πῦρ τοῦ οἴκου, καὶ συνέλαβεν αὐτὸν ἔνδον καὶ κατέκαυσεν. Ὁρᾷς, ὅτι ἰδίῳ θελήματι δι' ἀγάπην, τινὰ πρὸς καιρὸν παρ' ἑαυτὸν ἀγαπήσας, ἐν τῷ πυρὶ ἀπώλετο; Ὁμοίως πάλιν ἐν τῇ θαλάσσῃ εἰς στάσιν τινὲς κλύδωνος περιπεσόντες ἐναυάγησαν· καὶ ὃς μὲν γυμνὸς ἀποδυσάμενος εἰσῆλθεν ἐν τοῖς ὕδασιν, ἑαυτὸν μόνον βουλόμενος σῶσαι, καὶ οὕτως ὑπὸ τῶν κυμάτων τυπτόμενος, καὶ ἄνωθεν αὐτῶν ἐπικολυμβῶν, διὰ τὸ ἄλυτον αὐτὸν εἶναι, ἠδυνήθη διεξελθεῖν τὴν πικρὰν θάλασσαν, καὶ οὕτως τὴν ψυχὴν αὐτοῦ περιεποιήσατο. Ἄλλος δὲ βουλόμενος σῶσαί τι τῶν ἐνδυμάτων αὐτοῦ ἐνόμισε δύνασθαι κολυμβῆσαι καὶ διεξελθεῖν σὺν ἐκείνοις, οἷς ἦρε σὺν ἑαυτῷ, καὶ αὐτὰ ἐκεῖνα ἅπερ ἔλαβε, κατεβάρησαν αὐτόν, καὶ κατεβάπτισαν ἐν τῷ βυθῷ τῆς θαλάσσης, καὶ ἀπώλετο δι' ὀλίγον κέρδος, μὴ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν περιποιησάμενος. Ὁρᾷς, ὅτι ἰδίῳ θελήματι αὐτοῦ ἐθανατώθη; Πάλιν ὑπόθου μοι ἀκοὴν ἀλλοφύλων ἔρχεσθαι. Καὶ ὃς μὲν ἅμα τῷ ἀκοῦσαι ἔφυγεν εὐθέως, μὴ ἀναβαλλόμενος αὐτός, γυμνὸς ἐξελθών. Ἄλλος δὲ δυσπιστῶν, ὅτι ἔρχονται οἱ ἐχθροί, ἢ θέλων τινα τῶν ἰδίων πραγμάτων, καὶ βουλόμενος ἆραι μεθ' ἑαυτοῦ, ἐβράδυνε φυγεῖν. Καὶ ἐπελθόντες οἱ πολέμιοι κατέλαβον αὐτόν, καὶ ᾐχμαλωτεύσαντο εἰς τὴν τῶν ἀλλοφύλων

---

versus exteriorem hominem se munit, sic et adversus cogitationes bellum inire et gerere debet. Exigit enim a te Dominus, ut tibi ipse irascaris et pugnam committas cum mente tua, neque assentiaris aut delecteris cogitationibus pravis. 4. Quod superest, peccatum illique adhaerens malum radicitus evellere, hoc divina solum virtute emendari potest. Non licet enim neque possibile est homini propriis viribus exstirpare peccatum. Reluctari quidem, repugnare, caedere, vulnerari in tuis viribus est; eradicare vero solius Dei est.

732 3, 6. Quod si dicas, potentiores esse adversas vires et malitiam omnino homini dominari, iniustum facis Deum, qui condemnet humanam naturam, eo quod satanae oboedierit, quandoquidem fortior est et vi cogente hominem sibi subicit; maiorem et fortiorem eum anima constituis. Sed tandem me audies. Quemadmodum si iuvenis sit, qui luctam ineat cum puello, et si puellus, si succubuerit, condemnetur, quod inferior evaserit, multum hoc habet iniquitatis; perinde dicimus et nos, mentem adversariam esse et aequis viribus praeditam. Et huiusmodi anima, opem et auxilium si serio quaerat, id consequitur et digna censetur redemptione. Certamen enim et pugna in aequalitate virium consistit.

733 5, 6. Ut autem rebus evidentibus ostendere possimus, quomodo propria voluntate multi pereant et in mare submergantur et in servitutem trahantur, suppone mihi quamdam domum igne incendi; qui voluerit se salvare, ubi incendium sensit, nudus effugit, omnia relinquens et suae vitae solum volens curam habere, salvatus est. Alius vero volens servare aliqua domus supellectilia aut alia quaedam, ingressus est ad tollendum ea, et cum apprehendit, invasit ignis totam domum et illum intus detinuit et combussit. Videsne, quomodo propria voluntate per dilectionem, qui aliqua ad tempus apud se dilexit, in igne perierit? Similiter iterum per mare in rupem fluctuum stationem incidentes quidam naufragaverunt; et qui nudus et vestibus exutus in aquas se coniecit se solum salvare volens, et ita fluctibus agitatus, et super eos natans, eo quod expeditus admodum sit, laetatus est transiisse amarum aequor, sicque vitae suae salutem praestitit. Alius autem, volens aliquid vestimentorum suorum salvare, putavit se posse enatare et transire cum iis, quae tulit secum; et illa quae sumpsit illum oppresserunt et immerserunt in maris abyssum, et interiit ob exiguum lucrum neque vitae suae salutem praestitit. Videsne quomodo propria voluntate sua disperierit? Iterum suppone mihi rumorem hostium venire; et hic, statim ac audiit, effugit continuo, absque vestibus et nudus evadens; alius autem credere nolens appropinquare hostes, aut volens aliquid servare e rebus suis et auferre secum, moratus est fugam. Et intrantes hostes apprehenderunt illum et captivum

---

732. MG 34, 472 B. 733. MG 34, 505 C.

πατρίδα, κἀκεῖ δουλεύειν κατηνάγκασαν. Ὁρᾷς, ὅτι τῷ ἰδίῳ θελήματι αὐτοῦ διὰ χαύνωσιν καὶ ἀνανδρίαν καὶ ἀγάπην τινὰ πραγμάτων εἰς τὴν αἰχμαλωσίαν ἀπηνέχθη; Ὁμοίως καὶ οἱ μὴ ταῖς ἐντολαῖς τοῦ Κυρίου ἐξακολουθοῦντες καὶ ἑαυτοὺς ἀρνούμενοι καὶ μόνον τὸν Κύριον ἀγαπῶντες, ἀλλὰ δεσμοῖς γηΐνοις ἑκουσίως δεσμούμενοι, ἐπελθόντος τοῦ πυρὸς τοῦ αἰωνίου, ὡς εὑρισκόμενοι αἰχμάλωτοι ἀρετῶν, συνδεδεμένοι δὲ μᾶλλον ἐν τῇ ἀγάπῃ τοῦ κόσμου καταβυθισθήσονται, καὶ ὑπὸ τῆς πικρᾶς θαλάσσης τῆς πονηρίας καταβυθίζονται, καὶ ὑπὸ τῆς αἰχμαλωσίας τῶν ἀλλοφύλων, τουτ' ἔστι τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας αἰχμαλωτιζόμενοι ἀπόλλυνται.

734 *Nil amare nisi Deum.* — 5, 6. Οἱ τοιοῦτοι ἕως τέλους διεξελθεῖν τὸν ἀγῶνα δυνήσονται, οἱ ἐκ θελήματος Θεὸν μόνον ἀγαπήσαντες πάντοτε, καὶ πάσης ἀγάπης κόσμου ἑαυτοὺς λελυκότες. Ὀλίγοι δὲ σφόδρα εὑρίσκονται οἱ τοιαύτην ἀγάπην ἀναλαβόντες, καὶ πάσας τὰς τοῦ κόσμου ἡδονὰς καὶ ἐπιθυμίας ἀποστρεφόμενοι, καὶ μακροθύμως τὰς ἐπαναστάσεις καὶ πειρασμοὺς τοῦ πονηροῦ ὑπομένοντες. Μὴ γάρ, ἐπειδὴ πολλοὶ ποταμοὺς παρερχόμενοι παρασύρονται ὑπὸ τῶν ὑδάτων, οὐκ εἰσὶν οἱ διαπερῶντες τοὺς θολεροὺς ποταμοὺς τῶν τοῦ κόσμου ἐπιθυμιῶν παντοδαπῶν, καὶ ποικίλων πειρασμῶν τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας; Καὶ ἐπειδὴ πολλὰ πλοῖα ἐν τῇ θαλάσσῃ καλυπτόμενα ὑπὸ τῶν κυμάτων βυθίζεται, οὐκ εἰσὶ διαπερῶντα, καὶ ἐπάνω τῶν κυμάτων διοδεύοντα, καὶ εἰς λιμένα εἰρήνης καταντήσαντα; Διὰ τοῦτο πίστεως πολλῆς καὶ μακροθυμίας καὶ ἀγῶνος καὶ ὑπο-

---

abduxerunt in alienigenarum patriam et illic servire coegerunt. Videsne, quomodo propria sua voluntate, ob socordiam, debilitatem et dilectionem aliquam rerum in captivitatem reductus sit? Similiter, qui non mandatis Domini oboedientes nec seipsos abnegantes, non solum Dominum diligunt, sed vinculis terrestribus libenter detinentur, quando venerit ignis aeternus, sicut invenientur captivi virtutum, vincti autem magis in mundi dilectione, immergentur; et sub amarum mare nequitiae praecipitantur et in servitute alienigenarum, id est spirituum nequitiae, captivi facti pereunt.

734 5, 6. Tales usque ad finem pugnam pertransire poterunt, qui e voluntate Deum solum omnino dilexerunt et ab omni mundi dilectione se liberaverunt. Pauci autem admodum inveniuntur, qui talem dilectionem suscipiunt et omnes mundi voluptates et cupiditates aversantur et viriliter impugnationes et tentationes maligni sustinent. Nonne enim, quoniam multi fluvios transeuntes aquis abripiuntur, sunt qui transeunt turbidos fluvios mundanarum cupiditatum tam diversarum variarumque tentationum spirituum nequitiae? Et quoniam multa navigia in mari abscondita fluctibus immerguntur, nonne sunt qui mare pertranseunt, qui in fluctibus procedunt et in portum pacis deveniunt? Quocirca multa fide et fortitudine, pugna, patientia, laboribus, fame et siti ad bonum, alacritate, perseverantia,

734. MG 34, 509 B.

μονῆς καὶ πόνων καὶ πείνης καὶ δίψης εἰς τὸ ἀγαθὸν καὶ ὀξύτητος καὶ ἀναιδείας καὶ διακρίσεως καὶ συνέσεως πάντοτε χρεία. Οἱ γὰρ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων ἄνευ καμάτων καὶ ἀγώνων καὶ ἱδρώτων ἐπιτυχεῖν βασιλείας βούλονται· ὅπερ ἀδύνατόν ἐστι.

Oratio vera. — 6, 3. Ὁ δὲ ἀληθινὸς θεμέλιος τῆς προσευχῆς 735
οὗτός ἐστι, τὸ προσέχειν τοῖς λογισμοῖς, καὶ ἐν πολλῇ ἡσυχίᾳ καὶ εἰρήνῃ ποιεῖσθαι τὴν προσευχήν, ὡς μήτε τοὺς ἔξωθεν σκανδαλίζεσθαι. Οὗτος γὰρ ἐὰν ἐπιδέξηται τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, καὶ τελείωσιν ἄχρι τέλους ἐν ἡσυχίᾳ ποιήσει, πλέον τοὺς πολλοὺς οἰκοδομήσει. «Οὐ γάρ ἐστιν ἀκαταστασίας ὁ Θεός, ἀλλ' εἰρήνης» [1 Cor 14, 33]. Οἱ γὰρ ταῖς κραυγαῖς κεχρημένοι, κελευσταῖς ἐοίκασι, μὴ δυνάμενοι πανταχοῦ εὔξασθαι, μήτε ἐν ἐκκλησίαις, μήτε ἐν κώμαις, εἰ μὴ τάχα ἐν ἐρημίαις, κατὰ τὸ θέλημα αὐτῶν. Οἱ δ' ἐν ἡσυχίᾳ προσευχόμενοι, πάντας οἰκοδομοῦσιν ἐν παντὶ τόπῳ. Χρὴ γὰρ ὅλον τὸν ἀγῶνα τοῦ ἀνθρώπου ἐκτελεῖν ἐν τοῖς λογισμοῖς, καὶ τὴν περικειμένην ὕλην τῶν πονηρῶν λογισμῶν ἀποκόπτειν, καὶ ἐπείγειν ἑαυτὸν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ μὴ ποιεῖν τὰ θελήματα τῶν λογισμῶν, ἀλλὰ πανταχόθεν ῥεμβομένους αὐτοὺς συνάγειν, διακρίνοντα τοὺς φυσικοὺς ἀπὸ τῶν πονηρῶν.

Sensus, revelatio, visio. — 7, 5. Ἐρώτησις. Εἰ δύναταί τις 736
διὰ τοῦ φωτὸς ἰδεῖν τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν, ἐπειδή τινες τὴν ἀποκάλυψιν ἀναιροῦσι καὶ λέγουσι, διὰ γνώσεως καὶ αἰσθήσεως εἶναι τὴν ὅρασιν; —Ἀπόκρισις. Ἔστιν αἴσθησις, καὶ ἔστιν ὅρασις, καὶ ἔστι φωτισμός. Καὶ οὗτος ὁ ἔχων τὸν φωτισμόν, μείζων ἐστὶ τοῦ ἔχοντος τὴν αἴσθησιν· ἐφωτίσθη γὰρ ὁ νοῦς αὐτοῦ, ὡς ὅτι

---

iudicio et reflexione admodum opus est. Plerique enim homines sine laboribus et pugnis et sudoribus regnum obtinere volunt, quod impossibile est.

6, 3. Verum autem orationis fundamentum hoc est, attendere 735
nimirum cogitationibus et in multa tranquillitate et pace preces fundere, ut ceteri nulla ratione scandalum accipiant. Hic enim, si consecutus gratiam Dei et perfectionem, usque ad finem tranquille precatus fuerit, magis multos aedificabit. *Non enim est confusionis Deus, sed pacis.* Qui enim clamoribus utuntur, hortatoribus similes sunt et non possunt ubique precari neque in ecclesiis, neque in vicis, nisi forte in solitudinibus pro lubitu suo. Qui autem tranquille precantur, omnes in omni loco aedificant. Decet enim omnem laborem hominis consumi in cogitationibus ac subiectam materiam pravarum cogitationum praecidere et compellere seipsum ad Deum, nec obtemperare voluntati cogitationum, sed eas undique errantes colligere, discernendo naturales a pravis.

7, 5. *Interrogatio.* Utrum quis per lumen conspicere suam ipsius 736
animam potest, quandoquidem quidam revelationem tollunt, dicentes per cognitionem et sensum fieri visionem? *Responsio.* Est sensus, et est visio, et est illuminatio; atque qui illuminatus est, maior est, quam qui habet sensum: illuminata est enim mens eius, quippe qui maiorem partem acceperit, quam qui sensum habet,

735. MG 34, 520 B. 736. MG 34, 525 D.

μερίδα τινὰ μείζονα ἔλαβε παρὰ τὸν τὴν αἴσθησιν ἔχοντα, ἐπειδὴ εἶδεν ἐν ἑαυτῷ τινα πληροφορίαν ὁράσεων. Πλὴν ἄλλο ἐστὶν ἀποκάλυψις, ὅτε πράγματα μεγάλα καὶ μυστήρια Θεοῦ ἀποκαλύπτεται τῇ ψυχῇ.

6. Ἐρώτ. Εἰ βλέπει τις δι' ἀποκαλύψεως καὶ φωτὸς θεϊκοῦ τὴν ψυχήν; — Ἀπόκ. Ὥσπερ οἱ ὀφθαλμοὶ οὗτοι βλέπουσι τὸν ἥλιον, οὕτω καὶ οἱ φωτισθέντες βλέπουσι τὴν εἰκόνα τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ ταύτην ὀλίγοι ὁρῶσι χριστιανοί.

737 *Elevatio mentis in oratione.* — 8, 1. Εἰσέρχεταί τις κλῖναι γόνυ, καὶ ἡ καρδία αὐτοῦ πληροῦται τῆς θείας ἐνεργείας, καὶ εὐφραίνεται ἡ ψυχὴ μετὰ τοῦ Κυρίου, ὡς νυμφίου, κατὰ τὸν λόγον Ἡσαΐου τοῦ προφήτου λέγοντος· «Ὃν τρόπον εὐφραίνεται νυμφίος ἐπὶ νύμφῃ, οὕτως εὐφρανθήσεται Κύριος ἐπί σοι» [Is 62, 5]. Καὶ συμβαίνει, ὅτι ἀσχολούμενος πᾶσαν ἡμέραν, οὗτος ἐν μιᾷ ὥρᾳ δίδωσιν ἑαυτὸν εἰς εὐχήν, καὶ ἁρπάζεται εἰς προσευχὴν ὁ ἔσω ἄνθρωπος, εἰς ἄπειρον βάθος ἐκείνου τοῦ αἰῶνος, ἐν ἡδύτητι πολλῇ, ὥστε ξενίζεσθαι τὸν νοῦν ὅλον ὄντα μετέωρον, καὶ ἡρπασμένον ἐκεῖ, ὥστε κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν λήθην ἐγγενέσθαι τοῖς λογισμοῖς τοῦ φρονήματος τοῦ ἐπιγείου, διὰ τὸ μεστωθῆναι τοὺς λογισμούς, καὶ αἰχμαλωτισθῆναι εἰς τὰ θεῖα καὶ ἐπουράνια, εἰς ἀπέραντα καὶ ἀκατάληπτα πράγματα, εἰς θαυμάσιά τινα, ἀνθρωπίνῳ στόματι φρασθῆναι ἀδύνατα, ὥστε ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ εὔχεσθαι καὶ λέγειν· Ὡς εἴθε συναπῆλθεν ἡ ψυχὴ σὺν τῇ εὐχῇ.

---

siquidem videt in se certitudinem quamdam visionum. Verumtamen aliud est revelatio, quando res magnae et arcanae divinitatis revelantur animae.

6. *Interr.* Utrum videt quis per revelationem et lumen divinum animam? *Resp.* Quemadmodum oculi nostri aspiciunt solem, sic et illuminati vident imaginem animae, sed hanc pauci vident christiani.

737 8, 1. Si ingreditur quispiam ad flectendum genu, quamprimum cor eius repletur divina virtute, et exsultat anima cum Domino, ut sponsa cum sponso, secundum quod dixit Isaias propheta, dicens: *Quomodo gaudebit sponsus super sponsam, sic gaudebit Dominus super te.* Contingit autem, ut qui totum diem negotiis districtus erat, una hora se precationi dedat, et interior homo ad orationem et infinitam profunditatem saeculi illius in multa suavitate abripiatur, adeo ut tota eius mens suspensa et illuc abrepta peregrinetur, atque ut illo tempore oblivione sepeliantur cogitationes terrenarum curarum, propterea quod repletae sint cogitationes et captivatae ad divinas, ad caelestes, ad infinitas et incomprehensibiles res, ad mirabilia quaedam, quae humano ore explicari nequeunt, ut eadem hora optet et dicat: Utinam simul egrediatur anima cum precatione!

---

737. MG 34, 528 C.

Visiones. — 8, 3. Πλὴν ἐπεφάνη τισὶ τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ 738
διὰ φωτός, καὶ προσεπάγη τῷ ἔσω ἀνθρώπῳ, ἄλλοτε πάλιν ἐν τῇ εὐχῇ, ὡς ἐν ἐκστάσει γέγονεν ὁ ἄνθρωπος, καὶ εὑρέθη εἰς θυσιαστήριον ἑστὼς ἐν ἐκκλησίᾳ, καὶ προσηνέχθησαν τῷ τοιούτῳ ἄρτοι τρεῖς ὡς δι' ἐλαίου ἐζυμωμένοι, καὶ ὅσον ἤσθιεν, ἐκεῖνο πλέον ηὔξανε καὶ ἐμηκύνετο, ἄλλοτε πάλιν ὥσπερ ἔνδυμά τι φωτεινόν, οἷον οὐκ ἔστιν ἐπὶ τῆς γῆς εἰς τὸν αἰῶνα τοῦτον, οὔτε ὑπὸ ἀνθρωπίνων χειρῶν δυνατὸν κατασκευασθῆναι.... Ἐν ἄλλῳ δὲ καιρῷ αὐτὸ τὸ φῶς ἐν τῇ καρδίᾳ φαῖνον, ἤνοιγε τὸ ἐνδύτερον καὶ βαθύτερον καὶ ἀπόκρυφον φῶς, ὥστε ὅλον τὸν ἄνθρωπον καταποθέντα εἰς ἐκείνην τὴν γλυκύτητα καὶ θεωρίαν, μηκέτι ἔχειν ἑαυτόν, ἀλλ' εἶναι ὡς μωρὸν καὶ βάρβαρον τῷ κόσμῳ τούτῳ, διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν ἀγάπην καὶ γλυκύτητα, διὰ τὰ ἀπόκρυφα μυστήρια· ὥστε τὸν ἄνθρωπον κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐλευθερωθέντα φθάσαι εἰς τὰ τέλεια μέτρα, καὶ εἶναι καθαρὸν καὶ ἐλεύθερον ἐκ τῆς ἁμαρτίας· ἀλλὰ μετὰ ταῦτα ὑπέστειλεν ἡ χάρις, καὶ ἦλθε τὸ κάλυμμα τῆς ἐναντίας δυνάμεως· φαίνεται δέ πως μερικῶς, καὶ ἔστη εἰς ἕνα βαθμὸν τὸν κατώτερον τῆς τελειότητος.

Gradus perfectionis. — 8, 4. Ὡς, ἵνα εἴπωμεν, χρὴ δώδεκα 739
βαθμοὺς παρελθεῖν τινα, καὶ φθάσαι εἰς τὴν τελειότητα. Ἐν καιρῷ τις ἔφθασε καταλαβεῖν ἐκεῖνο τὸ μέτρον, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὴν τελειότητα· πάλιν ἐνδίδωσιν ἡ χάρις, καὶ κατέρχεται παρ' ἕνα βαθμόν, καὶ ἑστήκει εἰς τοὺς ἕνδεκα. Εἷς δέ τις πλούσιος ἐν τῇ χάριτι, πάντοτε νυκτὸς καὶ ἡμέρας, εἰς τὰ τέλεια

8, 3. Porro per lumen apparuit quibusdam signum crucis, et 738
affixum est in interiori homine; alias item inter precandum homo, velut in excessu constitutus, inventus est ante altare stans in ecclesia, et oblati sunt ei tres panes, velut oleo fermentati, et quanto magis ederet, tanto magis augebantur et crescebant; aliis item apparuit velut vestimentum splendidum, quale non est in terra hoc saeculo ullum, nec manibus hominum confici potest.... Interdum verum lumen ipsum in corde fulgens aperuit interius et profundius ac latens lumen, adeo ut totus homo illa suavitate et contemplatione demersus, non amplius sit sui compos, sed sit tamquam stultus et barbarus huic mundo, propter nimiam dilectionem ac suavitatem et arcana mysteria, adeo ut homo tunc libertate donatus perveniat ad perfectum gradum purus ac liber a peccato; verum postea subduxit se gratia et accessit velamen adversariae potestatis; apparet tamen aliqua ex parte et consistit in uno gradu inferiori perfectionis.

8, 4. Velut, ut dicamus, oportet aliquem duodecim gradus tran- 739
scendere et demum ad perfectionem pertingere. Aliquando quis consecutus est hunc gradum et pervenit ad perfectionem. Iterum remissiore facta gratia, descendit unum gradum, et in reliquis undecim consistit. Dives autem aliquis in gratia semper noctes atque

---

738. MG 34, 529 A. 739. MG 34, 529 C.

μέτρα ἕστηκεν, ὢν ἐλεύθερος καὶ καθαρός, πάντοτε αἰχμάλωτος καὶ μετέωρος. Καὶ νῦν ᾧ ἐδείχθη ἐκεῖνα τὰ θαυμάσια, καὶ ὧν πεῖραν ἔλαβεν ὁ ἄνθρωπος, εἰ συνῆν αὐτῷ πάντοτε, οὐκ ἐδύνατο τὴν οἰκονομίαν τοῦ λόγου ἢ τὸ βάρος ὑποδέξασθαι, οὔτε ἠνείχετο ἀκούειν ἢ μεριμνᾷν εἰς τὸ τυχόν, περὶ ἑαυτοῦ, οὔτε περὶ τῆς αὔριον, εἰ μὴ μόνον καθῆσθαι ἐν μιᾷ γωνίᾳ μετέωρον καὶ μεμεθυσμένον. Ὥστε τὸ τέλειον μέτρον οὐκ ἐδόθη, ἵνα δυνηθῇ σχολάσαι εἰς τὴν μέριμναν τῶν ἀδελφῶν, καὶ εἰς τὴν διακονίαν τοῦ λόγου, πλὴν τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ διαλέλυται, καὶ νενίκηται ὁ θάνατος.... 5. Τίς δὲ ὁ ἐλθὼν εἰς τὸ μέτρον τὸ τέλειον ἐν καιροῖς, καὶ γευσάμενος, καὶ πεῖραν ἔχων ἐκείνου τοῦ αἰῶνος; Ἀκμὴν γὰρ οὐδένα εἶδον τέλειον ἄνθρωπον χριστιανόν, ἢ ἐλεύθερον· ἀλλ' εἰ καὶ ἀναπαύεταί τις ἐν τῇ χάριτι, καὶ εἰσέρχεται εἰς μυστήρια καὶ ἀποκαλύψεις, καὶ εἰς ἡδύτητα πολλὴν τὴν χάριτος, ὅμως καὶ ἡ ἁμαρτία σύνεστιν ἀκμὴν ἔσω· αὐτοὶ δέ, διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν χάριν καὶ τὸ ἐν αὐτοῖς φῶς, νομίζουσιν ἐλεύθεροι εἶναι καὶ τέλειοι, παρὰ ἀπειρίαν σφαλλόμενοι, ἐπειδὴ ἔχουσιν ἐνέργειαν τῆς χάριτος, ἀκμὴν δὲ οὐδένα εἶδον ἐλεύθερον. Ἐπειδὴ κἀγὼ μερικῶς ἐν καιροῖς τισιν, εἰσῆλθον εἰς ἐκεῖνο τὸ μέτρον, καὶ οἶδα καταμαθών, πῶς οὐκ ἔστι τέλειος ὁ ἄνθρωπος.

740 *Quomodo quis attingere possit animae suae possessionem.*— 9, 10. Τὴν δὲ κτῆσιν τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς, καὶ τῆς ἐπουρανίου τοῦ Πνεύματος ἀγάπης, οὐκ ἐνδέχεταί τινα εὑρεῖν, ἐὰν μὴ πάντων τῶν τοῦ αἰῶνος τούτου ἑαυτὸν ἀλλοτριώσας, πρὸς τὴν ζήτησιν τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ ἑαυτὸν ἐπιδῷ, καὶ πασῶν ὑλικῶν καὶ

dies in perfecto gradu consistit, liber ac purus, semper captivus ac suspensus. Et quidem, si mirabilia illa, quae homini monstrata sunt et quorum experientiam cepit, ei semper adessent, nec ministerium verbi aut onus aliquod suscipere posset, neque audire aut curam gerere, si quando opus esset sui ipsius, neque crastini diei, sed solum sedere in uno angulo suspensus et inebriatus. Quapropter gradus perfectus non est concessus, ut possit vacare curae fratrum et ministerio verbi; verumtamen interstitium maceriae dirutum est et mors devicta.... 5. Quis vero umquam ad perfectum gradum progressus gustavit et periculum fecit illius saeculi? Nondum enim ullum vidi perfectum hominem christianum aut liberum. Sed quamvis acquiescat quis in gratia atque ad mysteria, revelationes ac immensam suavitatem gratiae perveniat, nihilominus tamen peccatum adhuc in eo haeret. Qui tales vero sunt, propter immensam gratiam et lumen illis adhaerens se perfectos et liberos reputant, ex imperitia decepti, postquam possident vim gratiae. Verum necdum vidi ullum liberum. Siquidem et ego ex parte aliqua aliquando ad gradum illum perveni, et cognovi nullum esse hominem perfectum.

740 9, 10. Possessionem vero suae animae et Spiritus caelestis dilectionis non contingit quempiam invenire, nisi ab omnibus, quae sunt huius saeculi, seipsum abstrahat et indagationi caritatis Christi

740. MG 34, 537 B.

περισπασμῶν γηΐνων ὁ νοῦς ἐκτὸς γένηται, ἵνα περὶ τὸν ἕνα σκοπὸν ὅλος ἀσχοληθῆναι δυνηθῇ, διὰ πασῶν ἐντολῶν ταῦτα κατευθύνων ἵνα ὅλη ἡ μέριμνα, καὶ ἡ ζήτησις, καὶ ὁ περισπασμός, καὶ ἡ ἀσχολία τῆς ψυχῆς περὶ τὴν ἔρευναν τῆς νοερᾶς οὐσίας ᾖ, πῶς αὐτὴν κοσμηθῆναι δεῖ ταῖς τῶν ἀρετῶν ἐντολαῖς, καὶ τῷ ἐπουρανίῳ τοῦ Πνεύματος κόσμῳ, καὶ τῇ κοινωνίᾳ τῆς τοῦ Χριστοῦ καθαρότητος καὶ ἁγιασμοῦ, ἵνα τις πᾶσιν ἀποταξάμενος, καὶ πάντα ἑαυτοῦ περικόψας τὰ τῆς ὕλης καὶ γῆς ἐμπόδια, καὶ σαρκικῆς ἀγάπης, ἢ προσπαθείας γονέων, ἢ συγγενῶν ἐκτὸς γενόμενος, ἐν μηδενὶ ἑτέρῳ συγχωρήσῃ τῷ ἑαυτοῦ νῷ ἀσχοληθῆναι, ἢ περισπασθῆναι, οἷον ἢ ἀρχῇ, ἢ δόξῃ, ἢ τιμαῖς, ἢ φιλίαις σαρκικαῖς κόσμου, ἢ ἑτέραις τισὶ φροντίσι γηΐναις, ἀλλ' ὅλος ἐξ ὅλου περὶ τὴν ζήτησιν τῆς νοερᾶς οὐσίας τῆς ψυχῆς τὴν μέριμναν καὶ θλῖψιν ὁ νοῦς ἀναλάβῃ, καὶ τῇ προσδοκίᾳ καὶ ἀναμονῇ τῆς τοῦ Πνεύματος ἐπιφοιτήσεως ὅλος ἐξ ὅλου ὑπομένῃ.

Crux necessaria. — 12, 4. Αὐτὸς δὲ ὁ Δεσπότης προφητῶν τε 741
καὶ ἀποστόλων, ὥσπερ ἐπιλαθόμενος τῆς θεϊκῆς δόξης, πῶς διώδευσε; Τύπος ἡμῖν γιγνόμενος, διὰ ὕβρεων στέφανον ἀκάνθινον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐφόρεσεν, ἐμπτύσματα ὑπέστη, ῥαπίσματα, σταυρόν. 5. Εἰ ὁ Θεὸς οὕτως διώδευσεν ἐπὶ τῆς γῆς, ὀφείλεις καὶ σὺ μιμητὴς αὐτοῦ γενέσθαι· καὶ οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ προφῆται οὕτως διώδευσαν· καὶ ἡμεῖς, εἰ θέλομεν τῷ θεμελίῳ τοῦ Κυρίου καὶ τῶν ἀποστόλων ἐποικοδομηθῆναι, ὀφείλομεν μιμηταὶ αὐτῶν γενέσθαι. Λέγει γὰρ ὁ ἀπόστολος ἐν Πνεύματι Ἁγίῳ· «Μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ» [1 Cor 4, 16]. Εἰ δὲ

seipsum tradat, ac ab omnibus crassis et terrenis rebus mens procul absit; ut circa unum scopum totus satagere possit, per omnia praecepta haec bene dirigens, ut omnis cura, inquisitio, distractio et occupatio animae in investiganda intellectuali substantia haereat, quomodo eam ornari oporteat praeceptis virtutum ac caelesti Spiritus ornatu et participatione puritatis et sanctificationis Christi; ut quis omnibus valedicens omniaque crassa ac terrena impedimenta resecans ac carnalis dilectionis aut affectionis erga parentes ac cognatos expers factus, nulli alteri rei concedat animam vacare aut ea distrahi, velut aut regnandi cupiditati, aut gloriae, aut honoribus, aut amicitiis carnalibus mundi, aut aliis quibusdam curis terrenis, sed totus omnino in indaganda intellectuali substantia animae curam et laborem animus suscipiat et in spe atque exspectatione adventus Spiritus totus omnino patiens sit.

12, 4. Ipse Dominus prophetarum et apostolorum, oblitus quasi 741
divinae gloriae, quomodo conversatus est? Ille nobis in exemplum factus, summa cum contumelia coronam spineam in capite gestavit, sputa, colaphos et crucem sustinuit. 5. Si Deus in terris sic versatus est, tuum erit, ut eum imiteris; et si apostoli ac prophetae sic conversati sunt, nos quoque, si modo velimus fundamento Domini et apostolorum superaedificari, eos imitari debemus. Inquit enim apostolus per Spiritum Sanctum: *Imitatores estote mei, sicut*

741. MG 34, 560 B.

ἀγαπᾷς δόξας ἀνθρώπων, καὶ προσκυνεῖσθαι θέλεις, καὶ ἀνάπαυσιν ζητεῖς, ἐξετράπης τῆς ὁδοῦ. Χρὴ γάρ σε συσταυρωθῆναι τῷ σταυρωθέντι, συμπαθεῖν τῷ παθόντι, ἵνα οὕτως συνδοξασθῇς τῷ δοξασθέντι. Ἀνάγκη γὰρ τὴν νύμφην συμπαθεῖν τῷ νυμφίῳ, καὶ οὕτω γενέσθαι κοινωνὸν καὶ συγκληρονόμον Χριστοῦ. Οὐκ ἐγχωρεῖ γὰρ ἄνευ παθημάτων, καὶ τῆς τραχείας καὶ στενῆς καὶ τεθλιμμένης ὁδοῦ εἰσελθεῖν τινα εἰς τὴν πόλιν τῶν ἁγίων, καὶ ἀναπαῆναι, καὶ συμβασιλεῦσαι τῷ βασιλεῖ εἰς τοὺς ἀπεράντους αἰῶνας.

742 *Humilitas.* — 15, 27. Ὥσπερ ἐὰν ἡ βασιλεύς, καὶ πτωχῷ τινι παράθηται τὸν ἑαυτοῦ θησαυρόν, ὁ παραλαβὼν φυλάξαι, οὐκ ἔχει αὐτὸν ὡς ἴδιον, ἀλλ' ὁμολογεῖ πάντοτε τὴν πτωχείαν αὐτοῦ, μὴ τολμῶν διασκορπίσαι ἐκ τοῦ ἀλλοτρίου θησαυροῦ· τοῦτο γὰρ ἐνθυμεῖται πάντοτε, ὡς οὐ μόνον ἀλλότριός ἐστιν ὁ θησαυρός, ἀλλὰ καὶ βασιλεὺς δυνάστης παρέθετό μοι αὐτόν, καὶ ὅταν θέλῃ, λαμβάνει αὐτὸν ἀπ' ἐμοῦ· οὕτως ἑαυτοὺς ὀφείλουσιν ἡγεῖσθαι καὶ οἱ ἔχοντες τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, ταπεινοφρονεῖν καὶ ὁμολογεῖν τὴν πτωχείαν αὐτῶν.... 37. Τὸ γὰρ σημεῖον τοῦ χριστιανισμοῦ τοῦτό ἐστι, τὸ ὄντα τινὰ δόκιμον τοῦ Θεοῦ, σπουδάζειν λανθάνειν ἀνθρώπους. Καὶ εἰ ἔχει ὅλους τοὺς θησαυροὺς τοῦ βασιλέως κρύπτειν αὐτούς, καὶ πάντοτε λέγειν ὅτι· ‚Οὐκ ἔστιν ἐμός, ἄλλος μοι παρέθετο τὸν θησαυρὸν τοῦτον· ἐγὼ γὰρ πτωχός εἰμι. Καὶ ὅτε θέλει, λαμβάνει αὐτὸν ἀπ' ἐμοῦ.' Εἰ δέ τις λέγει· ‚Πλούσιός εἰμι, ἀρκεῖ, ἐκτησάμην, οὐκέτι χρήζω', ὁ τοι-

et ego Christi. Quod si gloriam hominum expetis et adorari colive desideras atque vitam voluptariam quaeris, de via declinasti. Oportet enim te simul crucifigi cum crucifixo, simul pati cum eo qui passus est, ut ita simul glorificeris cum glorificato. Necesse enim est sponsam pati cum sponso ac sic sociam ac coheredem Christi fieri. Non enim conceditur, nisi per afflictiones, per asperam, angustam arctamque viam ingredi civitatem sanctorum, et requiescere ac regnare cum rege in infinita saecula.

742 15, 27. Quemadmodum si rex apud pauperem quemdam deponat suum thesaurum, is qui accepit ad custodiendum, non reputat illum ut suum, sed ubique fatetur paupertatem suam, non audens dilapidare aliquid ex alieno thesauro; hoc semper in animo versans, non esse solum alienum thesaurum, sed etiam regem, virum summae potentiae, eum deposuisse apud se ac, quando ei visum sit, a se reposcere: eosdem debent se reputare, qui gratiam divinam consecuti sunt, demisse ac humiliter de se sentire ac confiteri inopiam suam.... 37. Signum enim christianismi hoc est, ut aliquis Deo sit probatus utque studeat latere coram hominibus; et ut, si vel universos thesauros regis possideat, eos occultet ac semper dicat: ‚Thesaurus non est meus, sed alius eum apud me deposuit, ego enim mendicus sum; et quando ei placuerit, repetet eum a me.' Si vero quis dicat: ‚Dives sum, sufficit, bona possideo, nihili amplius

742. MG 34, 593 B.

οὗτος οὐκ ἔστι χριστιανός, ἀλλὰ σκεῦός ἐστι τῆς πλάνης καὶ τοῦ διαβόλου. Ἡ γὰρ ἀπόλαυσις τοῦ Θεοῦ ἀκόρεστός ἐστι, καὶ ὅσον αὐτοῦ γεύεταί τις καὶ ἐσθίει, τοσοῦτον ἔκπεινος γίγνεται. Καὶ τὴν παῦσιν καὶ τὸν ἔρωτα πρὸς τὸν Θεὸν ἔχουσιν ἀκατάσχετον οἱ τοιοῦτοι· καὶ ὅσῳ σπουδάζουσι προκόπτειν, καὶ ἐπιπορίζειν, τοσοῦτον ἑαυτοὺς ἡγοῦνται πτωχούς, ὡς ἐνδεεῖς καὶ μηδὲν κεκτημένους· τοῦτο γὰρ λέγουσιν, ὅτι· ‚Οὐκ εἰμὶ ἄξιος, ἵνα οὗτος ὁ ἥλιος ἐπιλάμψῃ μοι.' Τοῦτό ἐστι τὸ σημεῖον τοῦ χριστιανισμοῦ, αὐτὴ ἡ ταπείνωσις.

Perfectio paulatim acquirenda. — 15, 41. Ἐρώτησις. Κατὰ 743
μέρος λεπτύνεται τὸ κακόν, καὶ ἐκριζοῦται, καὶ προκόπτει εἰς τὴν χάριν ὁ ἄνθρωπος, ἢ εὐθέως, εἰ τύχοι προκοπῆς, ἐκριζοῦται τὸ κακόν; — Ἀπόκρισις. Καθάπερ τὸ ἔμβρυον ἐν τῇ μήτρᾳ οὐκ εὐθέως πήγνυται εἰς ἄνθρωπον, ἀλλὰ κατὰ μέρος γίγνεται εἰκὼν καὶ γεννᾶται, οὐκ ἤδη δέ ἐστι τέλειος ἄνθρωπος, ἀλλ' αὐξάνει ἐν ἔτεσι πολλοῖς, καὶ γίγνεται ἀνήρ· ἔστι δὲ ὥσπερ τὰ σπέρματα τῶν κριθῶν ἢ τοῦ σίτου, οὐκ εὐθέως βαλλόμενα εἰς τὴν γῆν ῥιζοῖ, ἀλλὰ παρέρχονται χειμῶνες καὶ ἄνεμοι, καὶ τότε τῷ δέοντι καιρῷ γίγνονται στάχυες· καὶ ὁ φυτεύων ἄπιον, οὐκ εὐθέως μεταλαμβάνει τὸν καρπόν· ὡσαύτως κἀν τοῖς πνευματικοῖς, ὅπου τοσαύτη σοφία καὶ λεπτότης, κατὰ μικρὸν ὁ ἄνθρωπος αὐξάνει, καὶ «γίνεται εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας» [Eph 4, 16]· οὐχ ὥσπερ τινὲς λέγουσιν· ‚Ἔνδυσαι, ἔκδυσαι.' 42. Ὁ θέλων μαθεῖν γράμματα ἀπέρχεται καὶ μανθάνει τὰ σημεῖα, καὶ ὅταν

indigeo', eiusmodi qui est, non est christianus, sed vas imposturae et diaboli. Delectatio enim Dei insatiabilis est, et quanto magis quis gustavit et ederit, tanto magis esuriet. Et qui eiusmodi sunt, ardorem atque amorem erga Dominum habent, qui coerceri nequit; et quanto maiorem adhibuerint operam proficiendi ac crescendi, tanto se pauperiores reputant, tamquam egeni ac nihil possidentes. Hoc enim dicunt: ‚Non sum dignus, ut sol radiis suis me illuminet.' Hoc est signum christianismi, ipsa scilicet humilitas.

15, 41. *Interrogatio.* Paulatimne extenuatur et eradicatur, quod 743
malum est, atque ita proficit homo gratia; an statim, ubi progressum fecerit, exstirpatur quod malum est? *Responsio.* Quemadmodum infans imperfectus in utero non confestim in hominem concrescit, sed paulatim formam recipit et gignitur; neque continuo perfectus homo est, sed multorum demum annorum decursu incrementum sumit atque in virum evadit; estque velut semina hordei aut tritici, quae in terram coniecta non statim radices agunt, verum ubi praeterierint hiemes et venti, tum demum commodo tempore spicae enascuntur; item, qui pyrum plantat, non statim percipit fructum: eodem modo in spiritualibus quoque, ubi tanta sapientia et subtilitas est, paulatim homo progreditur, *evaditque in virum perfectum et plenitudinem aetatis;* non, ut quidam aiunt: ‚Induere et exuere.' 42. Qui litteras discere in votis habet, pergit primum ad ediscenda signa; ubi si primus fuerit, pergit ad scholam

743. MG 34, 604 B.

γένηται ἐκεῖ πρῶτος, ἀπέρχεται εἰς τὴν σχολὴν των Ῥωμαϊκῶν, καὶ ἔστιν ὅλων ἔσχατος. Πάλιν ἐκεῖ ὅταν γένηται πρῶτος, ἀπέρχεται πρὸς τὴν σχολὴν τῶν γραμμάτων, καὶ ἔστι πάλιν ἐκεῖ ὅλων ἔσχατος, ἀρχάριος. Εἶτα ὅταν γένηται σχολαστικός, ὅλων τῶν δικολόγων ἀρχάριος καὶ ἔσχατός ἐστι. Πάλιν ὅταν ἐκεῖ γένηται πρῶτος, τότε γίνεται ἡγεμών· καὶ ὅταν γένηται ἄρχων, λαμβάνει ἑαυτῷ βοηθὸν τὸν συγκάθεδρον. Εἰ οὖν τὰ φαινόμενα τοσαύτας ἔχει προκοπάς, πόσῳ μᾶλλον τὰ ἐπουράνια μυστήρια ἔχει προκοπὰς καὶ βαθμοὺς πολλοὺς αὐξάνει· καὶ τότε διὰ πολλῆς γυμνασίας καὶ πολλῶν πειρατηρίων ὁ διαφυγὼν γίνεται τέλειος.

744 *Virtus solitariorum.* — 15, 51. Ὥσπερ δὲ οἱ ἔμποροι γυμνοὶ κατέρχονται εἰς βυθὸν θαλάσσης, εἰς θάνατον τοῦ ὕδατος, ἵνα ἐκεῖ εὕρωσι μαργαρίτας εἰς στέφανον ποιοῦντας βασιλικόν, καὶ πορφύραν, οὕτως καὶ οἱ μονάζοντες, γυμνοὶ ἐξέρχονται τοῦ κόσμου, καὶ κατέρχονται εἰς βυθὸν θαλάσσης τῆς κακίας καὶ εἰς τὴν ἄβυσσον τοῦ σκότους, καὶ ἀπὸ τῶν βαθέων λαμβάνουσι καὶ ἀναφέρουσι τιμίους λίθους προχωροῦντας εἰς στέφανον τοῦ Χριστοῦ, εἰς τὴν Ἐκκλησίαν τὴν ἐπουράνιον, εἰς αἰῶνα καινόν, καὶ πόλιν φωτεινήν, καὶ δῆμον ἀγγελικόν.

745 *Unio cum satana vel unio cum Deo.* — 16, 2. Ἔστι πηγὴ ῥέουσα ὕδωρ καθαρόν, καὶ ὑπόκειται βόρβορος, ἥταν ταράξῃ τις τὸν βόρβορον, ὅλη ἡ πηγὴ θολοῦται. Οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ ὅταν ταράσσηται καὶ κιρνᾶται τῇ κακίᾳ· καὶ ἕν τι γίνεται ὁ σατανᾶς μετὰ τῆς ψυχῆς, πνεύματα ἀμφότερα, κατὰ τὴν πορνείαν, ἢ

Latinorum, estque omnium ultimus. Rursum illic ubi fuerit primus, pergit ad scholam forensem, estque in ea rursum omnium ultimus et tiro. Deinde ubi fuerit scholasticus, omnium causidicorum est novitius et ultimus. Denuo ubi illic evaserit primus, tum dux evadit; qui si principatum adeptus fuerit, adiutorem sibi sumit assessorem. Si ergo in rebus externis tot habet homo progressuum gradus, quanto magis mysteria caelestia habent profectus, et per multos gradus incrementum sumunt; et tum qui per multas exercitationes et per multa pericula transcenderit, perfectus evadit.

744 15, 51. Quemadmodum autem mercatores nudi in profundum maris ac mortem aquae descendunt, ut illic accipiant margaritas ad coronam regiam et purpuram commodas; sic quoque, qui solitariam vitam agunt, nudi exeunt mundo et in profundum maris malitiae atque in abyssum tenebrarum descendunt; e qua sumunt ac reportant pretiosos lapides, aptos ad coronam Christi, ad Ecclesiam caelestem, ad saeculum novum, ad civitatem splendidam et populum angelicum.

745 16, 2. Sit fons, qui puram aquam emittat ac subiectum habeat caenum: cum ergo aliquis caenum turbaverit, totus fons inquinatur: sic quoque anima, si fuerit perturbata, inquinatur et permiscetur malitiae; fitque satanas consensu unum cum anima, utrumque quidem spiritus, ad stuprum aut caedem committendum. Quocirca:

744. MG 34, 612 A. 745. MG 34, 613 C.

τὸν φόνον· διὰ τοῦτο «ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ ἓν σῶμά ἐστι» [1 Cor 6, 16]. Πλὴν ἐν ἄλλῃ ὥρᾳ καθ' ἑαυτήν ἐστιν ἡ ψυχὴ ἐνυπόστατος, μεταμελουμένη ἐφ' οἷς ἔπραξε, καὶ κλαίει, καὶ εὔχεται, καὶ μνημονεύει Θεοῦ. Εἰ γὰρ πάντοτε ἦν ἡ ψυχὴ βεβυθισμένη εἰς τὸ κακόν, πῶς ἠδύνατο ταῦτα πράττειν, τοῦ σατανᾶ μηδέποτε θέλοντος εἰς μετάνοιαν ἔρχεσθαι τοὺς ἀνθρώπους, ἄσπλαγχνος γὰρ ὑπάρχει; Καὶ ἡ γυνὴ κατὰ συντίθεσθαι τῷ ἀνδρί, ἓν μετ' αὐτοῦ, ἄλλῃ δὲ ὥρᾳ κεχωρισμένοι εἰσίν· ὅτι πολλάκις ὁ εἷς αὐτῶν ἀποθνήσκει, καὶ ὁ ἕτερος ζῇ. Τοιοῦτόν τί ἐστι καὶ ἐπὶ τῇ κοινωνίᾳ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος, ἓν πνεῦμα γίνονται. «Ὁ κολλώμενος γὰρ τῷ Κυρίῳ ἓν πνεῦμά ἐστι» [1 Cor 6, 17]. Τοῦτο δὲ γίνεται, ὅταν καταποθῇ ὁ ἄνθρωπος ἐν αὐτῇ τῇ χάριτι.

Tentationes perfectorum. — 16, 3. Εἰσὶ δέ τινες ἔχοντες 746
γεῦσιν Θεοῦ, ἔτι ἐνεργούμενοι ὑπὸ τοῦ ἀντικειμένου, καὶ ξενίζονται, ἄπειροι ὄντες, ὅτι μετὰ τὴν ἐπίσκεψιν τοῦ Θεοῦ ἐνεργοῦσι λογισμοὶ εἰς τὰ μυστήρια τοῦ χριστιανισμοῦ· οἱ ἐν αὐτοῖς δὲ γηράσαντες οὐ ξενίζονται. Καὶ ὥσπερ οἱ ἔμπειροι γεωργοὶ ἐκ τῆς πολλῆς συνηθείας, ὅταν γένηται εὐφορία, οὐ τελείως ἀμέριμνοί εἰσιν, ἀλλ' ἐκδέχονται καὶ λιμὸν καὶ στενοχωρίαν· οὔτε δὲ πάλιν, ὅταν καταλάβῃ αὐτοὺς λιμὸς ἢ στενοχωρία, ἐπὶ πολὺ ἀπελπίζουσι, γνωρίζοντες τὴν μεταβολήν· οὕτως καὶ εἰς τὸ πνευματικόν. Ὅταν πειρασμοῖς ποικίλοις περιπέσῃ ἡ ψυχή, οὐ ξενίζεται, οὔτε ἀπελπίζει, ἐπειδὴ οἶδεν, ὅτι κατὰ συγχώρησιν ἀφίεται δοκιμα-

Qui adhaeret meretrici, unum corpus est. Verum alia hora seorsim anima subsistit, atque paenitentia eorum quae commisit ducta, luget et precatur atque Dei recordatur. Si enim anima semper demersa esset in malitiam, quo pacto posset haec facere, cum satanas numquam velit ut ad paenitentiam revertantur homines immisericors siquidem est? Itidem mulier, quando cum viro foedus conubii init, est unum cum illo, alia vero hora disiuncti sunt, cum saepius unus ex iis vita defungatur, alter vero superstes maneat. Non aliter se res habet in societate Spiritus Sancti: in unum spiritum evadunt. *Qui enim Domino adhaeret, unus spiritus est.* Quod fit, cum homo absorbetur a gratia.

16, 3. Sunt nonnulli, qui licet gustum divinitatis perceperint, 746
adhuc tamen ab adversario agitantur et vexantur, adeo ut obstupescant velut adhuc ignari, quod post visitationem divinam cogitationes vim suam exserant ad mysteria christianae religionis. Qui vero in iis consenuere, nulla admiratione ducuntur. Ac perinde ut agricolae periti ex longa consuetudine, si feracior ac uberior fuerit anni tempestas, non plane absque cura vivunt, sed exspectant famem et angustiam; nec e diverso, si fames aut angustia eos opprimat, spem omnem deponunt, cum vicissitudinem optime cognitam habeant: eodem modo se res habet in spiritualibus. Ubi enim variis tentationibus oppressa fuerit anima, non obstupescit neque spem abicit, quia novit se ex permissione expositam esse

746. MG 34, 613 D.

σθῆναι, καὶ παιδευθῆναι ὑπὸ τῆς κακίας. Οὔτε δὲ πάλιν, ὅτε ἐν πλούτῳ πολλῷ ἐστι καὶ ἀναπαύσει ἀμεριμνεῖ, ἀλλ' ἐκδέχεται τὴν μεταβολήν.

747 *Malum et gratia simul in anima.* — 16, 6. Ἡμῖν δέ ἐστι κακὸν διὰ τὸ οἰκεῖον ἐν τῇ καρδίᾳ καὶ ἐνεργεῖν, ὑποβάλλον λογισμοὺς πονηροὺς καὶ ῥυπαρούς, καὶ μὴ συγχωροῦν καθαρῶς προσεύχεσθαι, ἀλλ' αἰχμαλωτίζον τὸν νοῦν εἰς τὸν αἰῶνα τοῦτον. Ἐνδέδυται οὖν τὰς ψυχάς, ἥψατο δὲ καὶ αὐτῶν τῶν ὀστέων μελῶν. Ὥσπερ οὖν ἐστιν εἰς τὸν ἀέρα ὁ σατανᾶς, καὶ ὁ Θεὸς παρὼν ἐκεῖ οὐδὲν ἀδικεῖται, οὕτως καὶ ἐν τῇ ψυχῇ ἐστιν ἡ ἁμαρτία, ὁμοίως δὲ καὶ χάρις Θεοῦ σύνεστι μηδὲν ἀδικουμένη.

748 *Crux et perfectio.* — 17, 1. Οἱ τέλειοι χριστιανοὶ οἱ καταξιωθέντες ἐλθεῖν εἰς μέτρα τελειότητος, καὶ γενέσθαι ἐγγύτατοι βασιλέως, οὗτοι τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ πάντοτε ἀφιερωμένοι εἰσίν. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν προφητῶν τὸ χρίσμα ἦν ὅλον τιμιώτερον, ἐπειδὴ εἰς βασιλεῖς καὶ προφήτας ἐχρίοντο, οὕτω νῦν οἱ πνευματικοὶ τὸ ἐπουράνιον χρίσμα χριόμενοι, γίνονται χριστιανοὶ κατὰ χάριν, ὥστε εἶναι αὐτοὺς βασιλεῖς καὶ προφήτας ἐπουρανίων μυστηρίων. Οὗτοί εἰσι καὶ υἱοί, καὶ κύριοι, καὶ θεοί, δεδεμένοι, ᾐχμαλωτισμένοι, βεβυθισμένοι, ἐσταυρωμένοι, ἀφιερωμένοι.

749 *Puritas animi per gradus acquiritur.* — 17, 4. Ὥσπερ γὰρ ὁ φαινόμενος ὀφθαλμὸς καθαρὸς ὤν, καθαρῶς ὁρᾷ πάντοτε τὸν ἥλιον, οὕτως καὶ ὁ νοῦς τελείως καθαρισθείς, πάντοτε ὁρᾷ τὴν δόξαν τοῦ φωτὸς τοῦ Χριστοῦ, καὶ σύνεστι τῷ Κυρίῳ νυκτὸς καὶ ἡμέρας, ὃν τρόπον τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου συναφθὲν τῇ θεότητι,

---

probationibus ac castigari a malitia; nec vicissim, quando rerum omnium copia et requie affluit, cura vacat, sed exspectat vicissitudinem.

747 16, 6. In nobis vero haeret malum, eo quod habitet in corde et vires suas ibidem exserat, suggerens cogitationes pravas et obscenas, nec permittens preces effundere puras, sed captivam ducens mentem in hoc saeculum. Induit igitur animas, atque attigit quoque ossea membra. Quemadmodum igitur satanas est in aëre, et Deus, qui praesto ibi est, nihil laeditur omnino, sic peccatum est in anima, similiter quoque gratia divina, nec tamen laeditur.

748 17, 1. Christiani perfecti, qui digni habentur attingere gradum perfectionis ac fieri regi proximi, hi cruci Christi perpetuo consecrati sunt. Quemadmodum enim prophetarum temporibus unctio erat res omnino pretiosa, cum in reges et prophetas ungerentur: sic quoque nunc spirituales, caelesti unctione peruncti, evadunt christiani per gratiam, ut ipsi sint reges et prophetae caelestium mysteriorum. Quinimmo hi sunt filii et domini et dii, vincti ac captivi, abiectissimi, crucifixi ac consecrati.

749 17, 4. Quemadmodum enim oculus exterior, si purus sit, solem pure semper aspicit, sic quoque mens exacte puritati restituta, semper intuetur gloriam luminis Christi, estque cum Domino noctu diuque, perinde ac corpus Domini divinitati coniunctum perpetuo

---

747. MG 34, 617 A. 748. MG 34, 624 C. 749. MG 34, 625 D.

πάντοτε σύνεστι τῷ Ἁγίῳ Πνεύματι. Ἀλλὰ ταῦτα τὰ μέτρα οὐκ εὐθέως καταλαμβάνουσιν οἱ ἄνθρωποι, εἰ μὴ διὰ καμάτου, καὶ θλίψεως, καὶ ἀγῶνος πολλοῦ. Εἰσὶ γάρ τινες, ὅτι σύνεστιν αὐτοῖς ἡ χάρις ἐνεργοῦσα καὶ ἀναπαύουσα, σύνεστι δὲ καὶ ἡ κακία ἔνδον, καὶ τὰ δύο πολιτεύματα εἰς μίαν ἐνεργεῖ καρδίαν τοῦ φωτὸς καὶ τοῦ σκότους. 5. Ἀλλὰ πάντως, ἐρεῖς μοι, τίς κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; Ποῦ γὰρ τὸ θεῖον φῶς ἐπισκοτίζεται καὶ θολοῦται, καὶ τὸ ἀμίαντον καὶ καθαρὸν ποῦ μιαίνεται; Γέγραπται γάρ· «Καὶ τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβε» [Io 1, 5]. Μονοτρόπως οὖν οὐ χρὴ τὰ πράγματα νοεῖσθαι, οὔτε μονομερῶς. Εἰς τοσοῦτον γάρ τινες ἀναπαύονται ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι, ὅτι ἀνδρειότεροι γίνονται τῆς συνούσης αὐτοῖς κακίας, καὶ ἔχοντες εὐχήν, καὶ ἀνάπαυσιν πολλὴν πρὸς τὸν Θεόν, ἄλλῃ ὥρᾳ ἐνεργοῦνται ὑπὸ λογισμῶν πονηρῶν, καὶ κλέπτονται ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας, ἔτι ὄντες ἐν τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ. Οἱ δὲ ἐλαφροὶ καὶ ἰδιῶται, μερικῶς ἐνεργούσης ἐν αὐτοῖς τῆς χάριτος, νομίζουσι μηκέτι εἶναι τὴν ἁμαρτίαν· οἱ δὲ ἔχοντες διάκρισιν, καὶ ὄντες φρόνιμοι, οὐ τολμῶσιν ἀρνήσασθαι, ὅτι ἔχοντες τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἐνεργούμεθα ὑπὸ αἰσχρῶν καὶ ῥυπαρῶν λογισμῶν. 6. Πολλάκις γὰρ εὕρομεν ἐν τοῖς ἀδελφοῖς, ὅτι τοσαύτην εὗρον χαρὰν καὶ χάριν, ὥστε ἐν πέντε καὶ ἓξ ἔτεσι λέγειν αὐτούς, ὅτι ἐξηράνθη ἡ ἐπιθυμία, καὶ μετὰ ταῦτα ὡς ἐνόμισαν ἠλευθερῶσθαι ἀπ' αὐτῆς, ἐγκρυβεῖσα ἡ κακία ἐπεκινήθη αὐτοῖς, καὶ κατεκαύθησαν τῇ ἐπιθυμίᾳ, ὥστε ξενίζεσθαι αὐτοὺς

---

est cum Spiritu Sancto. Verum hosce gradus non statim assequuntur homines, nisi cum labore, afflictione, atque pugna multa. Non desunt enim, in quibus, licet gratia vim suam in ipsis exserat atque requiescat, intus tamen aliqua latet malitia, atque duae adsunt conversandi rationes, lucis scilicet et tenebrarum, in uno corde vim suam exercentes. 5. Atqui omnino, dices mihi, quae societas luci cum tenebris? Ubinam lux divina tenebris offunditur atque inquinatur et ubi, quod impollutum ac purum est, polluitur atque turbatur? Scriptum enim est: *Et lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehenderunt.* Non ergo simpliciter nec uno modo haec sunt intellegenda. Quidam enim in tantum conquiescunt in gratia Dei, quod fortiores evadant, quam est coniuncta illis malitia atque summa erga Deum devotione et oblectatione teneantur; alia tamen hora pravis cogitationibus agitantur ac subripiuntur a peccato, adhuc tamen exsistentes in gratia Dei. Simpliciores vero atque idiotae, ubi vires suas aliqua ex parte in illis exseruerit gratia, se prorsus a peccato liberos existimant. At qui acumine iudicii ac prudentia pollent, verentur negare, quod, licet gratia divina donati simus, turpibus atque obscenis cogitationibus non exerceamur. 6. Saepenumero enim quosdam in fratribus reperimus, tantum ipsos gaudium et gratiam esse consecutos, ut ad quinque aut sex annorum spatium concupiscentiam exaruisse assererent atque in posterum ab ea se liberatos putarent. Verum vitium latens insurrexit in illos atque concupiscentiae igne adeo combusti sunt,

καὶ λέγειν, ὅτι μετὰ τοσοῦτον χρόνον πόθεν ἡμῖν ἐπανέστη τοσαύτη κακία; Οὐδεὶς οὖν τῶν ἐχεφρόνων τολμᾷ εἰπεῖν ὅτι συνούσης μοι τῆς χάριτος τὸ ὅλον ἠλευθέρωμαι τῆς ἁμαρτίας, ἀλλὰ τὰ δύο πρόσωπα ἐν τῷ νῷ ἐνεργεῖται. Οἱ γὰρ ἄπειροι τῶν πραγμάτων, μικρόν τι ἐνεργησάσης εἰς αὐτοὺς τῆς χάριτος, νομίζουσιν, ὅτι ἤδη ἐνίκησαν, καί εἰσι χριστιανοὶ τέλειοι. Ἐγὼ δὲ οὕτως φημὶ τὰ πράγματα εἶναι, ὥσπερ ὅταν ᾖ ἐν οὐρανῷ ἥλιος ἐν καθαρῷ ἀέρι καταλάμπων, καὶ ἔλθωσι περὶ αὐτὸν νεφέλαι, καὶ καλύπτωσιν αὐτόν, καὶ παχύνωσιν τὸν ἀέρα, οὐδὲν ἠδίκηται αὐτὸς ἐνδότερος ὢν ἐκ τοῦ φωτὸς αὐτοῦ, καὶ τῆς ἰδίας ὑποστάσεως· οὕτως εἰσὶν οἱ μὴ τελείως καθαρισθέντες· ὄντες δὲ ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι, καὶ κατεχόμενοι ἐν βάθει ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας, ἔχουσι τὰ φυσικὰ κινήματα καὶ τοὺς λογισμοὺς αὐτοὺς ἐῤῥωμένους πρὸς τὸν Θεόν, καὶ μὴ ὄντες τοῦ ἀγαθοῦ ὁλοτελῶς. 7. Οὕτως πάλιν οἱ κατεχόμενοι ἐν βάθει ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ μέρους, τῆς χάριτος λέγω, ἔτι εἰσὶ δοῦλοι καὶ ὑποχείριοι τοῖς πονηροῖς λογισμοῖς, καὶ τῷ μέρει τῆς κακίας. Πολλῆς οὖν χρεία διακρίσεως, ἵνα διὰ πείρας τις γνῷ ταῦτα τοῦτον ἔχειν τὸν τρόπον. Λέγω δέ σοι, ὅτι καὶ οἱ ἀπόστολοι ἔχοντες τὸν Παράκλητον, ὁλοτελῶς οὐκ ἦσαν ἀμέριμνοι. Συνῆν γὰρ τῇ χαρᾷ καὶ τῇ ἀγαλλιάσει φόβος καὶ τρόμος ἐξ αὐτῆς τῆς χάριτος, οὐ τοῦ μέρους τῆς κακίας, ἀλλὰ αὐτὴ ἡ χάρις ἠσφαλίζετο αὐτούς, ἵνα μὴ κἂν εἰς μικρόν τι ἐκτραπῶσιν.

750 *Christianismum qui gustat esurit.* — 17, 13. Ὁ γὰρ χριστιανισμὸς βρῶσίς ἐστι καὶ πόσις· καὶ ὅσον τις ἐσθίει ἀπ' αὐτοῦ,

ut attoniti ac perculsi dicerent: Undenam tanto post tempore nobis prodiit tantum vitium? Nemo ergo sanae mentis dicere audeat: Quia mecum est gratia, a peccatis prorsus liberatus sum; sed duae personae vim suam in mente exercent. Imperiti enim qui sunt rerum, ubi modicum quid in illis operata fuerit gratia, se iam vicisse atque perfectos christianos esse statuunt. Ego vero sic se rem habere puto, perinde ac si sit in caelo sol, qui in puro aëre lucet, et nubes advenientes eum operiant atque aërem crassiorem reddant, nullo pacto (quippe cum interius lateat) nec in lumine, nec in substantia laeditur; sic se habent, qui plene nondum sunt purificati; qui licet gratia Dei praediti sint, in imis tamen peccato detenti, habent simul motus naturales et cogitationes erga Deum firmas, quippe a parte boni nondum plene stantes. 7. Sic e converso, qui secundum ima, sub bona portione, gratia, inquam, tenentur, adhuc sunt servi atque obnoxii pravis cogitationibus ac parti vitiosae. Summo igitur iudicio opus est, ut per experientiam quis cognoscat haec se ita habere. Dico autem tibi, etiam apostolos, quibus erat Paracletus, non fuisse ex omni parte securos; gaudio enim et exsultationi aderat timor et tremor, ab ipsa gratia, non ex parte vitiosa profectus; verum ipsa gratia tuebatur illos, ne vel minimum quid diverterent.

750 17, 13. Christianorum enim cultus est esus atque potus; et quanto plus quis ex eo comederit, tanto vehementius suavitate illa allicitur

750. MG 34, 632 C.

ἐκ τῆς ἡδύτητος ἐπιπλεῖον ἐρεθίζεται ὁ νοῦς ἀκατάσχετος καὶ ἀκόρεστος ὑπάρχων, καὶ ἀπλήστως ἐπιζητῶν καὶ ἐσθίων. Ἢ ὥσπερ ἐὰν ᾖ τις διψῶν, καὶ ἐπιδοθῇ αὐτῷ πόμα γλυκύ, εἶτα ἀρξάμενος τῆς γεύσεως σφοδροτέρως ἐγγίζει τῷ ποτῷ, μειζόνως ἐκκαιόμενος, καὶ σχεδὸν ἄπαυστός ἐστιν ἡ γεῦσις τοῦ Πνεύματος, ὡς τοιούτῳ τινὶ δικαίως ἀπεικάζεσθαι.

Multiformis gratia. — 18, 7. Ἔστιν ὅτε γίνονται ὡς ἐν βασι- 751
λικῷ δείπνῳ εὐφραινόμενοι, καὶ ἀγαλλιῶντες ἀγαλλιάσει καὶ εὐφροσύνῃ ἀνεκλαλήτῳ· ἄλλῃ ὥρᾳ εἰσὶν ὥσπερ νύμφη συναναπαυομένη ἐν κοινωνίᾳ τῷ νυμφίῳ αὐτῆς ἀναπαύσει θεϊκῇ. Ἄλλοτε γίνονται ὥσπερ ἄγγελοι ἀσώματοι, ἐν τοσαύτῃ κουφότητι ὄντες μετὰ τοῦ σώματος· ἄλλοτέ εἰσιν ὥσπερ ἐν μέθῃ ποτοῦ, εὐφραινόμενοι καὶ μεθύοντες τῷ Πνεύματι, μέθην θείων μυστηρίων πνευματικῶν. 8. Ἄλλοτέ εἰσιν ὡς ἐν κλαυθμῷ καὶ ὀδυρμῷ ὑπὲρ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, καὶ δεόμενον ὑπὲρ ὅλου τοῦ Ἀδάμ, πένθος καὶ κλαυθμὸν ἀναλαμβάνουσιν ὑπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Πνεύματος εἰς τὴν ἀνθρωπότητα ἐκκαιόμενοι. Ἄλλοτε ἐν τοσαύτῃ ἀγαλλιάσει καὶ ἀγάπῃ ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ἐκπυροῦνται, ὡς, εἰ δυνατόν, πάντα ἄνθρωπον ἐν τοῖς ἰδίοις σπλάγχνοις ἐμβαλεῖν, μὴ διακρίνοντες κακὸν ἀπὸ ἀγαθοῦ· ἄλλοτε τοσοῦτον ταπεινοῦνται ὑποκάτω παντὸς ἀνθρώπου ἐν ταπεινοφροσύνῃ τοῦ Πνεύματος, ὡς ἑαυτοὺς πάντων ἐσχατωτέρους καὶ ἐλάττους νομίζειν. Ἄλλοτε ἐν χαρᾷ ἀνεκλαλήτῳ ὑπὸ τοῦ Πνεύματος διατηροῦνται. Ἄλλοτέ εἰσιν ὥσπερ τις δυνατός, λαβὼν πανοπλίαν βασιλικήν, καὶ κατελθὼν ἐν πολέμῳ ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς ἰσχυρῶς

animus, adeo ut retineri aut expleri nequeat atque insatiabiliter inquirat et comedat. Aut veluti, cum quis siti laborat, praebeaturque ei potus suavis, ipseque ubi degustare coeperit, propius ad poculum accedit, ardentius scilicet accensus: sic gustus Spiritus ferme sedari nequit, ut huiusmodi rei non immerito comparetur.

18, 7. Sunt interdum, qui a gratia ducuntur, ut qui in cena regia 751
laetantur et exsultant exsultatione ac laetitia ineffabili; alia vero hora similes sunt sponsae, quae fruitur in coniugio cum sponso suo voluptate divina. Aliquando fiunt veluti angeli incorporei, in tanta levitate ac subtilitate una cum corpore constituti. Interdum sunt, ut qui potu inebriati et Spiritu delectantur, inebriantur, ebrietate scilicet divinorum ac spiritualium mysteriorum. 8. Interdum sunt velut in luctu et lamentatione propter genus humanum, ac precibus pro toto genere humano effusis, ad lacrimas et ad luctum prolabuntur, dilectione spirituali erga humanum genus accensi. Interdum vero ad tantam exsultationem ac dilectionem a Spiritu inflammantur, ut, si fieri possit, omnes homines in sua viscera conicerent, nulla nec bonorum nec malorum habita ratione. Interdum vero demittuntur infra omnes homines in humilitate Spiritus, ut seipsos omnium abiectissimae ac infimae condicionis reputent. Interdum in gaudio ineffabili a Spiritu conservantur. Interdum sunt velut fortis quispiam, qui, universam armaturam regis induens et

751. MG 34, 640 B.

καταγωνίσεται τούτους νικήσας. Ὁμοίως γὰρ καὶ πνευματικὸς λαμβάνει ὅπλα ἐπουράνια τοῦ Πνεύματος, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς κατέρχεται καὶ πολεμεῖ, καὶ ὑποτάσσει αὐτοὺς ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. 9. Ἄλλοτε ἐν πολλῇ τινι ἡσυχίᾳ, καὶ γαλήνῃ, ἡ ψυχὴ ἀναπαύεται, εἰς μόνην ἡδονὴν πνευματικὴν καὶ ἀνάπαυσιν ἄρρητον οὖσα καὶ εὐθηνίαν. Ἄλλοτε ἐν συνέσει τινὶ καὶ σοφίᾳ ἀρρήτῳ, καὶ γνώσει Πνεύματος ἀνεξερευνήτου ὑπὸ τῆς χάριτος σοφίζεται, ἅπερ διὰ γλώσσης καὶ στόματος λαλῆσαι ἀδύνατον. Ἄλλοτε ὥσπερ εἷς τῶν ἀνθρώπων γίγνεται. Οὕτω ποικίλως ἐν αὐτοῖς ἡ χάρις ἀναστρέφεται, καὶ πολυτρόπως ὁδηγεῖ τὴν ψυχὴν ἀναπαύουσα κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, καὶ γυμνάζει αὐτὴν διαφόρως, ἵνα τελείαν καὶ ἄμωμον καὶ καθαρὰν τῷ ἐπουρανίῳ Πατρὶ ἀποκαταστήσῃ. 10. Ταῦτα δὲ τὰ προειρημένα τοῦ Πνεύματος ἐνεργήματα, μεγάλων μέτρων εἰσὶ τῶν ἐγγὺς τῆς τελειότητος ὄντων. Αἱ γὰρ προειρημέναι τῆς χάριτος ποικίλαι ἀναπαύσεις διαφόρως μὲν λαλοῦνται, ἀδιαλείπτως δὲ εἰς αὐτοὺς ἐνεργοῦνται, ἐνέργειαν ἐνεργείας διαδεχομένης. Ὅταν γὰρ ἡ ψυχὴ πρὸς τὴν τελειότητα τοῦ πνεύματος καταντήσῃ, τελείως πάντων τῶν παθῶν ἀποκαθαρισθεῖσα, καὶ τῷ Παρακλήτῳ Πνεύματι διὰ τῆς ἀρρήτου κοινωνίας ἑνωθεῖσα καὶ ἀνακραθεῖσα, καὶ καταξιωθῇ πνεῦμα γενέσθαι συγκεκραμένη τῷ Πνεύματι, τότε ὅλη φῶς, ὅλη ὀφθαλμός, ὅλη πνεῦμα, ὅλον χαρά, ὅλον ἀνάπαυσις, ὅλον ἀγαλλίασις, ὅλον ἀγάπη, ὅλον σπλάγχνα, ὅλον ἀγαθότης καὶ χρηστότης γίνεται. Ὥσπερ γὰρ ἐν ἀβύσσῳ θαλάσσης λίθος πανταχόθεν ὕδατι περιέχεται· οὕτως οὗτοι, παντὶ τρόπῳ Πνεύματι Ἁγίῳ ἀνακεκραμένοι, ἀφομοιοῦνται τῷ Χριστῷ, τὰς ἀρετὰς τῆς

in proelium descendens, adversus hostes fortiter dimicat, eosque vincit. Eodem modo spiritualis homo, assumptis caelestibus armis Spiritus, hostes invadit, proelioque commisso subicit illos pedibus suis. 9. Interdum in summo silentio, tranquillitate et pace requiescit anima, in sola spirituali voluptate et ineffabili requie atque in optimo statu exsistens. Interdum in intellegentia quadam ac sapientia ineffabili et notitia Spiritus inscrutabili a gratia instituitur circa ea, quae nec lingua nec ore efferri queunt. Interdum ut quivis hominum fit. Ita varie gratia versatur in iis, ac multis modis ducit animam, recreans iuxta voluntatem divinam, exercetque eam diversimode, ut illam integram, irreprehensibilem atque puram apud caelestem Patrem constituat. 10. Ceterum praedictae hae Spiritus operationes ad summum gradum pertinent eorum, qui proxime a perfectione absunt. Illae enim, quarum mentionem fecimus, variae moderationes gratiae, varie quidem exprimuntur, assidue tamen in homines agunt, actione actionem excipiente. Ubi enim anima ad perfectionem spiritus pervenerit, perfecte ab omnibus affectibus expurgata et Spiritui Paracleto arcana societate unita et permista ac temperata cum Spiritu digna habetur fieri spiritus; tum tota lux, tota oculus, tota spiritus, tota gaudium, tota delectatio, tota exsultatio, tota dilectio, tota viscera, tota bonitas et clementia fit. Sicut enim lapis in profundo maris undique aqua circumdatur: sic hi, omni modo Spiritui Sancto permisti, similes fiunt Christi,

δυνάμεως τοῦ Πνεύματος ἀτρέπτως ἐν ἑαυτοῖς ἔχοντες, ἔσωθεν ὄντες ἄμωμοι καὶ ἄσπιλοι καὶ καθαροί.

Tentationes viribus nostris accommodatae. — 26, 3. Ἐρώτησις. 752
Εἰ ὁ σατανᾶς μέτρῳ ἐπαφίεται, ἢ ὡς θέλει πολεμεῖ; — Ἀπόκρισις. Αὐτοῦ ἡ ὁρμὴ οὐ μόνον εἰς τοὺς χριστιανούς, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς εἰδωλολάτρας καὶ εἰς ὅλον τὸν κόσμον. Εἰ οὖν παρεχωρεῖτο ὡς θέλει πολεμεῖν, πάντας ἂν ἠφάνισε. Διὰ τί; Ὅτι τὸ ἔργον αὐτοῦ καὶ τὸ θέλημα τοῦτό ἐστιν. Ὥσπερ δὲ ὁ κεραμεὺς βάλλει τὰ σκεύη, καὶ μέτρῳ ὑποκαίει τὴν κάμινον, οὐ πλέον, ἵνα μὴ ὀπτηθέντα ὑπὲρ τὸ δέον ψοφήσῃ· οὐκ ἔλαττον, ἵνα μὴ ἔνωμα ὄντα ἀπόληται· καὶ εἰ ὁ ἀργυροκόπος καὶ χρυσοχόος μέτρῳ βάλλει τὸ πῦρ· ἐὰν γὰρ πλεονάσῃ τὸ πῦρ, λύεται ὁ χρυσὸς καὶ ὁ ἄργυρος, καὶ ἐξυδαροῦται καὶ ἀπόλλυται. Καὶ εἰ ὁ ἀνθρώπινος νοῦς οἶδεν ἐπιμετρεῖν τὰ βάρη τῷ κτήνει, καὶ τῷ καμήλῳ, ἢ ἄλλῳ τινὶ τῶν ζώων, ὡς δύναται κατὰ ἀναλογίαν τὰ βάρη βαστάσαι, πόσῳ μᾶλλον ὁ Θεός, ὃς οἶδε τὰ σκεύη τῶν ἀνθρώπων, οὕτως ἐπαφίησι καὶ τὴν ἐναντίαν δύναμιν διαφόρως.

Non omnia satanas cognoscit. — 26, 9. Εἰ ἄνθρωπος ἀν- 753
θρώπῳ σύνεστι καὶ οἶδε τὰ αὐτοῦ, καὶ σὺ εἴκοσι ἐτῶν ὑπάρχων οἶδας τὰ τοῦ πλησίον, ἄρα αὐτὸς ὁ σατανᾶς ἀπὸ γενετῆς συνὼν σοι οὐκ οἶδε τοὺς λογισμούς σου; Ἑξακισχιλίων γὰρ ἤδη ἐστὶν ἐτῶν. Καὶ οὐ λέγομεν αὐτὸν πρὸ τοῦ πειράσαι τὸν ἄνθρωπον, εἰδέναι τί μέλλει ποιεῖν. Πειράζει γὰρ ὁ πειράζων, οὐκ οἶδε δέ, εἰ ὑπακούει αὐτῷ, ἢ μὴ ὑπακούει, ἕως ἂν τὸ θέλημα δοῦλον

virtutes potentiae Spiritus constanter in seipsis obtinentes, intus exsistentes omnis maculae ac reprehensionis expertes atque puri.

26, 3. *Interrogatio.* Utrum satanas ad certum modum immittatur, 752
an pro lubitu belligeret? *Responsio.* Impetus eius non solum adversus christianos, sed etiam adversus idololatras atque universum mundum fertur. Si ergo concederetur ei pro lubitu bellum gerere, omnes equidem deleret. Qui hoc? Nempe quod opus ac desiderium eius in hoc versetur. Quemadmodum autem figulus vasa missurus in fornacem, eam moderate succendit, non intensius, ne cocta plus quam decet, elidantur; nec remissius, ne si cruda exsistant, dispereant ac dissolvantur; itidem si argentarius et aurifaber ad certum modum ignem mittit; si enim abundet ignis, solvitur aurum et argentum, liquefit ac perit. Itidem si humana mens novit certo quodam modo imponere onera iumento, camelo aut alii cuidam animali, quatenus servata proportione onera ferre potest, quanto magis Deus, qui novit vasa hominum, immittit adversariam potestatem variis modis!

26, 9. Si homo, qui cum homine conversatur, novit quae sunt 753
eius, et tu natus annos viginti novisti ea quae sunt proximi, numquid ergo satanas ipse, qui a nativitate tibi conversatur, ignorat cogitationes tuas? Sexies enim mille annorum aetatem habet. Nec dicimus eum, priusquam tentet hominem, nosse quid facturus sit. Tentat enim tentator, non tamen cognitum habet an obtempe-

752. MG 34, 676 C. 753. MG 34, 680 C.

δῷ ἡ ψυχή. Οὔτε πάλιν λέγομεν, ὅτι ὅλους τοὺς λογισμοὺς τῆς καρδίας καὶ τὰς ἐνθυμήσεις οἶδεν ὁ διάβολος. Ὥσπερ γὰρ ἐὰν ᾖ δένδρον, καὶ ἔχῃ κλάδους πολλοὺς καὶ πολλὰ μέλη· λοιπόν εἰσί τινες κλάδοι λογισμῶν καὶ νοημάτων, καὶ κατέχει αὐτοὺς ὁ σατανᾶς. Καί εἰσιν ἄλλοι λογισμοὶ καὶ νοήματα, μὴ κατεχόμενοι ὑπὸ τοῦ σατανᾶ.

754 *Christianismi spiritus.* — 26, 11. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ σημεῖον τοῦ χριστιανισμοῦ, ὅσα ἂν κάμῃ, καὶ ὅσας ἂν ποιήσῃ δικαιοσύνας, ὡς μηδὲν ποιήσας διακεῖσθαι, καὶ νηστεύων λέγειν· Οὐκ ἐνήστευσα· εὐχόμενος· Οὐκ ηὐξάμην· παραμένων τῇ εὐχῇ· Οὐ παρέμεινα· καὶ ἀκμὴν ἀρχὴν ἔχω τοῦ ἀσκεῖν καὶ κάμνειν· κἂν δίκαιος ᾖ παρὰ Θεῷ, ὀφείλει λέγειν· Ἐγὼ οὐκ εἰμὶ δίκαιος, οὔτε κάμνω, ἀλλὰ καθ' ἡμέραν ἄρχομαι. Ὀφείλει δὲ ἔχειν καθ' ἡμέραν τὴν ἐλπίδα καὶ τὴν χαράν, καὶ τὴν προσδοκίαν τῆς μελλούσης βασιλείας καὶ ἀπολυτρώσεως, καὶ λέγων· Ἐὰν σήμερον οὐκ ἐλυτρώθην, αὔριον λυτροῦμαι· ὡς γὰρ ὁ φυτεύων ἄμπελον πρὶν ἢ ἐξάρξασθαι τοῦ καμάτου, ἔχει τὴν χαρὰν ἐν ἑαυτῷ, καὶ τὴν ἐλπίδα· καὶ προδιαγράφει ἐν τῷ νῷ οἰνεῶνας, καὶ ψηφίζει προσόδους, μήπω γενομένου οἴνου. Καὶ οὕτως ἀναδέχεται τὸν κάματον.

755 *Tentationes sub specie boni.* — 26, 12. Ἐπὶ τὸ πλεῖστον δὲ ὁ σατανᾶς, ὡς ἐπὶ προφάσει ἀγαθῶν λογισμῶν, ὅτι ‚ἐκ τούτου δύνασαι εὐαρεστῆσαι τῷ Θεῷ', ὑποβάλλει τῇ ψυχῇ, καὶ ὑποκλέπτει αὐτὴν εἰς λεπτὰ καὶ εὐλογοφανῆ νοήματα, καὶ οὐκ οἶδεν

raturus sit, necne, donec voluntatem servam ei tradat anima. Neque item dicimus, cunctas cogitationes cordis et desideria nosse diabolum. Perinde enim, ac si sit arbor, quae multos ramos habeat ac multa membra, ita quoque sunt quidam rami cogitationum et consiliorum, quos comprehendit satanas; sunt vero aliae cogitationes et consilia, quae a satana non comprehenduntur.

754 26, 11. Hoc autem est indicium christiani cultus, quantos quis labores sustinuerit et quantas iustitias peregerit, ac si nihil effecisset, ita se gerere; et ubi quis ieiunaverit, dicere: Non ieiunavi; ubi precatus fuerit: Non sum precatus; ubi in oratione perseveraverit: Non perseveravi, nunc adhuc incipio me exercere ac elaborare. Et licet iustus sit apud Deum, debet dicere: Non sum iustus neque laboro, sed incipio cotidie. Ceterum per singulos dies habere debet spem, gaudium ac fiduciam de futuro regno ac redemptionis, dicens: Si hodie non liberatus sum, cras liberabor. Quemadmodum enim, qui plantat vineam, priusquam suscipiat laborem, spem fovet apud se ac gaudium, adumbrat in mente sua vindemias atque supputat reditus, nondum nato vino; et hac ratione laborem aggreditur.

755 26, 12. Saepenumero satanas, velut sub praetextu bonarum cogitationum, scilicet: ‚ex eo potes placere Deo', suggerit animae, ac furtim deducit eam ad levia atque in speciem probabilia con-

754. MG 34, 681 B. 755. MG 34, 681 D.

ὑποκλεπτομένη διακρῖναι, καὶ οὕτως ἐμπίπτει εἰς παγίδα καὶ ἀπώλειαν τοῦ διαβόλου.

Tentatio per omnem vitam. — 26, 14. Ὁ σατανᾶς οὐδέποτε 756
ἡσυχάζει πολεμῶν· ἕως ἂν ζῇ τις τὸν αἰῶνα τοῦτον, καὶ φορεῖ σάρκα, πολεμεῖται.... 15. Ὥσπερ γὰρ ὁ Κύριος ἐνεδύσατο τὸ σῶμα, καταλιπὼν πᾶσαν ἀρχὴν καὶ ἐξουσίαν, οὕτω καὶ οἱ χριστιανοὶ ἐνδύονται τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, καὶ ἐν ἀναπαύσει εἰσίν. Εἰ δὲ καὶ ἔρχεται πόλεμος ἔξωθεν, κρούει ὁ σατανᾶς, ἀλλ' αὐτοὶ ἔσωθεν ἠσφαλισμένοι εἰσὶ τῇ τοῦ Κυρίου δυνάμει, καὶ οὐ φροντίζουσι τοῦ σατανᾶ· καθὼς ἐκεῖνος εἰς τὴν ἔρημον ἐπείρασε τὸν Κύριον ἡμέρας τεσσαράκοντα, τί αὐτὸν ἔβλαψεν, ὅτι ἔξωθεν προσῆλθε τῷ σώματι αὐτοῦ; Ἔσωθεν γὰρ Θεὸς ἦν. Οὕτω καὶ οἱ χριστιανοί, εἰ καὶ ἔξωθεν πειράζονται, ἀλλ' ἔσωθεν πεπληρωμένοι εἰσὶ τῆς θεότητος, καὶ οὐδὲν ἀδικοῦνται. Εἰς ταῦτα δὲ τὰ μέτρα εἴ τις ἔφθασεν, εἰς τὴν τελείαν ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος κατήντησεν. Ὁ δὲ μὴ τοιοῦτος ἀκμὴν ἔσωθεν ἔχει πόλεμον· ὥρᾳ ἀναπαύεται εἰς τὴν εὐχήν, καὶ ἄλλῃ ὥρᾳ ἐν θλίψει καὶ πολέμῳ στήκει. Οὕτω γὰρ θέλει ὁ Κύριος, ἐπειδὴ ἀκμὴν νήπιός ἐστι, γυμνάζει αὐτὸν εἰς τοὺς πολέμους καὶ τὰ δύο πρόσωπα ἔσωθεν βρύει, καὶ τὸ φῶς καὶ τὸ σκότος, καὶ ἡ ἀνάπαυσις καὶ ἡ θλίψις· εὔχονται ἐν ἀναπαύσει, καὶ ἄλλῃ ὥρᾳ ἐν θορύβῳ εἰσίν.... 16. Πολλοὶ γὰρ τῶν ἀδελφῶν ἦλθον εἰς τὰ τοιαῦτα μέτρα, καὶ ἔσχον χαρίσματα ἰαμάτων, καὶ ἀποκάλυψιν, καὶ προφητείαν· καὶ ἐπειδὴ οὐκ ἔφθασαν εἰς τὴν τε-

silia; et illa clam deducta nescit discernere atque sic incidit in laqueum et exitium diaboli.

26, 14. Satanas numquam cessat a bello gerendo; quamdiu vivit 756
aliquis in hoc saeculo ac quamdiu carnem gestat, bello lacessitur.... 15. Quemadmodum enim Dominus induit corpus, relinquens omnem principatum ac potestatem, eodem quoque modo christiani induuntur Spiritu Sancto et requie fruuntur. Quod si quoque bellum exterius ingruat, ferit satanas, verum ipsi interius virtute Domini muniti sunt, nec de satana sunt solliciti. Sicut ille in deserto tentavit Dominum quadraginta dies, quid illi nocuit, quod exterius aggressus est corpus illius? Intus enim Deus erat. Sic quoque christiani, licet exterius tententur, interius nihilominus divinitate referti sunt, nec ullo damno iniuriave afficiuntur. Hos gradus autem si quis consecutus est, ille ad perfectam dilectionem Christi et plenitudinem divinitatis pervenit. At qui non est eiusmodi, adhuc interius bellum sustinet; hora quadam delectatur oratione, alia vero hora in afflictione ac periculo consistit; ita enim vult Dominus; cum enim adhuc sit infans, exercet illum ad proelium, ac duae personae interius scaturiunt, lumen et tenebrae, quies et afflictio; precantur in quiete, alia vero hora in perturbatione consistunt.... 16. Multi enim fratres ad hos gradus pervenerunt, ac habuerunt dona sanationum, revelationem ac prophetiam; quon-

756. MG 34, 684 B.

λείαν ἀγάπην, ὅπου «ὁ σύνδεσμος τῆς τελειότητος» [Col 3, 14], ἐπῆλθεν αὐτοῖς πόλεμος, καὶ ἀμελήσαντες ἔπεσον. Εἰ δέ τις φθάσει εἰς τὴν τελείαν ἀγάπην, οὗτος λοιπὸν δέδεται, καὶ ἔστιν ᾐχμαλωτισμένος εἰς τὴν χάριν. Εἰ δέ τις παρὰ μικρὸν ἐγγίσει τῷ μέτρῳ τῆς ἀγάπης, μὴ φθάσει δὲ εἰς αὐτὴν τὴν ἀγάπην δεθῆναι, ἀκμὴν ὁ τοιοῦτος ὑπὸ φόβον ἐστί, καὶ πόλεμον καὶ πτῶσιν, καὶ εἰ μὴ ἀσφαλίσεται, ῥίπτει αὐτὸν ὁ σατανᾶς.

757 *Aliud disserere de re, aliud rem habere.* — 27, 12. Ἄλλο ἐστὶ τὸ περὶ ἄρτου διηγήσασθαι καὶ τραπέζης, καὶ ἄλλο ἐστὶ φαγεῖν καὶ λαβεῖν τὸν νόστον τοῦ ἄρτου, καὶ ἐνδυναμωθῆναι ὅλα τὰ μέλη. Ἄλλο ἐστὶν εἰπεῖν περὶ ποτοῦ ἡδυτάτου λόγοις, καὶ ἄλλο ἐστὶν ἀπελθεῖν καὶ δράξασθαι ἐξ αὐτῆς τῆς πηγῆς, καὶ ἐμπλησθῆναι αὐτῆς τῆς γεύσεως τοῦ ἡδυτάτου ποτοῦ. Ἄλλο ἐστὶ διηγήσασθαι περὶ πολέμου, καὶ γενναίων ἀθλητῶν, καὶ πολεμιστῶν, καὶ ἄλλο ἐστὶ τὸ ἀπελθεῖν τινα εἰς παράταξιν πολέμου, καὶ συμβαλεῖν τοῖς ἐχθροῖς, καὶ εἰσελθεῖν καὶ ἐξελθεῖν, καὶ λαβεῖν, καὶ δοῦναι, καὶ ἀπενέγκασθαι τὰ νικητήρια. Οὕτω κἀν τοῖς πνευματικοῖς. Ἄλλο ἐστὶ τὸ γνώσει τινὶ καὶ νοΐ διηγῆσαι λόγους, καὶ ἄλλο ἐστὶ τὸ ἐν ὑποστάσει καὶ ἔργῳ, καὶ ἐν πληροφορίᾳ, καὶ ἐν τῷ ἔνδον ἀνθρώπῳ, καὶ τῷ νῷ ἔχειν τὸν θησαυρόν, καὶ τὴν χάριν, καὶ τὴν γεῦσιν, καὶ τὴν ἐνέργειαν τοῦ Ἁγίου Πνεύματος.

758 *Cur subducatur gratia.* — 27, 12. Πολλοῖς γὰρ ἐκζητήσασι τὸν Θεὸν ἠνοίγει θύρα, καὶ εἶδον θησαυρόν, καὶ εἰσῆλθον εἰς αὐτόν. Καὶ ὡς ἦσαν ἐν χαρᾷ λέγοντες· ‚Εὕρομεν θησαυρόν‘, ἀπέκλεισεν αὐτοῖς τὰς θύρας, ἤρξαντο βοᾶν καὶ πενθεῖν, καὶ

---

iam autem ad perfectam caritatem non pervenerunt, in qua *vinculum est perfectionis,* prosiliit in eos bellum; quod cum neglegerent, occubuerunt. Si vero quis pervenerit ad perfectam caritatem, hic postea devinctus ac captivatus est a gratia. Sin quis paululum ad gradum gratiae appropinquaverit, necdum eo pervenerit, ut a caritate devinciatur, talis adhuc est sub iugo timoris, belli ac casus; et nisi muniatur, proicit eum satanas.

757 27, 12. Aliud est de pane et mensa disserere, et aliud edere ac sumere suavitatem panis, ut corroborentur inde omnia membra. Aliud est disputare verbis de potu suavissimo, et aliud abire et ex ipso fonte capere ipsoque gustu suavissimi potus repleri. Aliud est disserere de bello strenuis athletis et bellatoribus, et aliud abire quempiam in aciem militarem, cum hostibus manus conserere, ingredi, egredi, accipere, dare et victoriam reportare. Sic quoque se res habet in spiritualibus. Aliud est notitia quadam et intellectu explicare sermones, et aliud in hypostasi et opere ac certitudine fidei et in interiori homine et animo possidere thesaurum, gratiam, gustum et efficaciam Spiritus Sancti.

758 27, 12. Multis enim, qui Deum quaesierant, aperta est ianua, ac viderunt thesaurum ac ingressi sunt in eum. Et cum gaudio perfunderentur dicentes: ‚Invenimus thesaurum‘, occlusit illis fores:

---

757. MG 34, 701 B. 758. MG 34, 701 D.

ἐπιζητεῖν· ‚Θησαυρὸν εὕρομεν καὶ ἀπωλέσαμεν.‘ Οἰκονομικῶς γὰρ ὑποστέλλει ἡ χάρις, ἵνα μειζόνως ἐπιζητήσωμεν· ὁ γὰρ θησαυρὸς δείκνυται πρὸς τρόπον τῆς ζητήσεως.

Semper intueri Christum. — 30, 4. Ὥσπερ γὰρ ὁ εἰκονογράφος 759
προσέχει τῷ προσώπῳ τοῦ βασιλέως, καὶ γράφει· καὶ ἐπὰν ἐξ ἐναντίας ᾖ τὸ πρόσωπον τοῦ βασιλέως προσέχον αὐτῷ γράφοντι, εὐκόλως καὶ καλῶς ἐκεῖνος ζωγραφεῖ τὴν εἰκόνα· ἐπὰν δὲ ἀποστρέψῃ τὸ πρόσωπον, οὐ δύναται γράψαι, διὰ τὸ μὴ ἀτενίζειν αὐτῷ τῷ γράφοντι· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ καλὸς ζωγράφος Χριστός, τοῖς πιστεύουσιν αὐτῷ καὶ ἀτενίζουσιν διὰ παντὸς πρὸς αὐτόν, εὐθέως ζωγραφεῖ κατὰ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ ἐπουράνιον ἄνθρωπον, ἐκ τοῦ αὐτοῦ Πνεύματος, ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ τοῦ φωτὸς τοῦ ἀνεκλαλήτου γράφει εἰκόνα οὐράνιον, καὶ δίδωσιν αὐτῇ τὸν καλὸν καὶ ἀγαθὸν αὐτῆς νυμφίον. Εἴ τις οὖν οὐκ ἀτενίζει διὰ παντὸς πρὸς αὐτὸν τῶν πάντων ὑπεριδών, οὐ μὴ γράψῃ ὁ Κύριος αὐτοῦ τὴν εἰκόνα ἐκ τοῦ ἑαυτοῦ φωτός. Χρὴ τοίνυν ἀτενίζειν ἡμᾶς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας, καὶ ἀγαπῶντας αὐτόν, πάντα ῥίψαντας, καὶ αὐτῷ προσέχοντας, ἵνα γράψας τὴν ἑαυτοῦ εἰκόνα τὴν ἐπουράνιον, ἀποστείλῃ ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν· καὶ οὕτως φορέσαντες τὸν Χριστὸν ζωὴν αἰώνιον λάβωμεν, καὶ ἀπεντεῦθεν πληροφορηθέντες ἀναπαῶμεν. 5. Ὥσπερ τὸ νόμισμα τοῦ χρυσίου, ἐὰν μὴ λάβῃ καὶ ἐντυπωθῇ τὴν βασιλικὴν εἰκόνα, οὔτε εἰς ἐμπορίαν ἀπέρχεται, οὔτε εἰς βασιλέως θησαυροὺς ἀποτίθεται, ἀλλὰ ἀπόβλητον τυγχάνει· οὕτως καὶ ἡ ψυχή, ἐὰν μὴ ἔχῃ

---

coeperunt clamare, lugere et inquirere: ‚Thesaurum invenimus et perdidimus.‘ Dispensatione enim singulari subducit se gratia, ut diligentius inquiramus. Thesaurus enim monstratur pro modo indagationis.

30, 4. Quemadmodum enim statuarius attendit ad faciem regis, 759
tum pingit; ac, si ex adversa parte sit facies regis, intendens in ipsum pictorem, facile atque eleganter ille imaginem ad vivum depingit; sin vero faciem avertat, pingere nequit, eo quod intentis oculis non intuebatur pingentem; eodem quoque modo insignis ille pictor Christus, credentibus ei et fixis eum oculis semper intuentibus, confestim depingit ad imaginem suam hominem caelestem, ex ipso Spiritu, ex substantia ipsius luminis arcani pingit imaginem caelestem et largitur ei praeclarum et bonum illius sponsum. Si quis ergo immotis oculis eum non semper intueatur spretis omnibus, nequaquam pinget Dominus imaginem eius e suo ipsius lumine. Oportet ergo fixis oculis intueri nos eum, credere, et diligere illum, omnia proicere eique attendere, ut pingat sui ipsius imaginem caelestem et immittat animis nostris; atque sic nos gestantes Christum, vitam aeternam consequamur et hinc certiori fiducia fulti requiescamus. 5 Perinde ac moneta aurea, nisi impressam habuerit regiam imaginem, non in commercio versari potest, nec in regis thesauros reconditur, sed reicitur; sic quoque

---

759. MG 34, 724 A.

εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου Πνεύματος ἐν φωτὶ ἀῤῥήτῳ, Χριστὸν ἐντετυπωμένον ἐν αὐτῇ, οὐ χρησιμεύει εἰς τοὺς ἄνω θησαυρούς, καὶ ὑπὸ τῶν ἐμπόρων τῆς βασιλείας τῶν καλῶν ἀποστόλων ἀπόβλητος γίνεται.

760 *Concatenatio virtutum.* — 40, 1. Τοῦτο γινώσκετε, ἀγαπητοί, ὅτι ἀλλήλων ἐκδέδενται πᾶσαι αἱ ἀρεταί. Ὥσπερεὶ γάρ τις πνευματικὴ ἅλυσις, μία τῆς μιᾶς ἤρτηνται· ἡ εὐχὴ ἀπὸ τῆς ἀγάπης, ἡ ἀγάπη ἀπὸ τῆς χαρᾶς, ἡ χαρὰ ἀπὸ τῆς πραότητος, ἡ πραότης ἀπὸ τῆς ταπεινώσεως, ἡ ταπείνωσις ἀπὸ τῆς διακονίας, ἡ διακονία ἀπὸ τῆς ἐλπίδος, ἡ ἐλπὶς ἀπὸ τῆς πίστεως, ἡ πίστις ἀπὸ τῆς ὑπακοῆς, ἡ ὑπακοὴ ἀπὸ τῆς ἁπλότητος. Ὥσπερ καὶ τὸ ἐναντίον μέρος ἓν ἀφ' ἑνὸς τὰ κακὰ ἐκδέδενται· τὸ μῖσος ἀπὸ τοῦ θυμοῦ, ὁ θυμὸς ἀπὸ τῆς ὑπερηφανίας, ἡ ὑπερηφανία ἀπὸ τῆς κενοδοξίας, ἡ κενοδοξία ἀπὸ τῆς ἀπιστίας, ἡ ἀπιστία ἀπὸ τῆς σκληροκαρδίας, ἡ σκληροκαρδία ἀπὸ τῆς ἀμελείας, ἡ ἀμέλεια ἀπὸ τῆς χαυνώσεως, ἡ χαύνωσις ἀπὸ τῆς ἀκηδίας, ἡ ἀκηδία ἀπὸ τῆς ἀνυπομονησίας, ἡ ἀνυπομονησία ἀπὸ τῆς φιληδονίας· καὶ τὰ λοιπὰ μέλη τῆς κακίας ἀλλήλων εἰσὶν ἐκκρεμάμενα· οὕτως κἂν τῷ ἀγαθῷ μέρει ἀλλήλων εἰσὶν ἐκκρεμάμεναι αἱ ἀρεταὶ καὶ ἀπηρτημέναι. 2. Κεφάλαιον δὲ πάσης σπουδῆς ἀγαθῆς, καὶ κορυφαῖον τῶν κατορθωμάτων ἐστὶ τὸ προσκαρτερεῖν τῇ εὐχῇ, ἀφ' ἧς καὶ τὰς λοιπὰς ἀρετὰς διὰ τῆς παρὰ Θεοῦ αἰτήσεως ὁσημέραι προσκτᾶσθαι δυνάμεθα. Ἐντεῦθεν γὰρ ἐγγίνεται τοῖς καταξιουμένοις ἡ κοινωνία τῆς τοῦ Θεοῦ ἁγιότητος, καὶ τῆς πνευματικῆς ἐνεργείας, καὶ ἡ συνάφεια τῆς τοῦ νοῦ διαθέσεως, ὡς πρὸς τὸν Κύριον, ἐν ἀγάπῃ ἀῤῥήτῳ. Ὁ γὰρ ἑαυτὸν ὁσημέραι τῇ προσευχῇ

---

anima, nisi habuerit imaginem caelestis Spiritus in lumine arcano, Christum in se insculptum, non est commoda ad supernos thesauros et a mercatoribus regni, praeclaris apostolis, respuitur.

760 40, 1. Hoc scitote, dilecti, quod inter se devinctae sint omnes virtutes. Velut enim quaedam spiritualis catena una ab altera dependet: precatio a dilectione, dilectio a gaudio, gaudium a mansuetudine, mansuetudo ab humilitate, humilitas ab obsequio, obsequium a spe, spes a fide, fides ab auditu, auditus a simplicitate. Quemadmodum etiam ex adversa parte vitia, unum ab altero, dependent: odium ab ira, ira a superbia, superbia a vana gloria, vana gloria ab infidelitate, infidelitas a duritie cordis, durities cordis a neglegentia, neglegentia a pigritia, pigritia ab acedia, acedia ab impatientia, impatientia a voluptate, et reliqua membra vitiorum ab invicem dependentia; sic quoque in bona parte ab invicem dependent et suspensae sunt virtutes. 2. Caput autem totius boni instituti et vertex honestarum actionum est perdurare in precatione, cuius ope ceteras quoque virtutes per postulationem a Deo cotidie consequi possumus. Hinc enim provenit iis qui digni habentur, communicatio divinae sanctimoniae et spiritualis efficaciae et conexio affectionis animi erga Dominum, velut per arcanam dilec-

---

760. MG 34, 764 A.

προσκαρτερεῖν ἀναγκάζων, εἰς ἔρωτα θεῖον καὶ πόθον ἔμπυρον ὑπὸ τῆς πνευματικῆς ἀγάπης ἐκκαίεται πρὸς Θεόν, καὶ τὴν χάριν τῆς τοῦ Πνεύματος ἁγιαστικῆς τελειότητος ὑποδέχεται.

Participatio gratiae Christi. — 43, 1. Ὥσπερ ἀπὸ τοῦ πυρὸς 761 ἅπτονται λύχνοι πολλοὶ καὶ λαμπάδες καιόμεναι, πᾶσαι δὲ αἱ λαμπάδες καὶ οἱ λύχνοι ἀπὸ μιᾶς φύσεως ἀνάπτονται καὶ φαίνουσιν· οὕτως καὶ οἱ χριστιανοὶ ἀπὸ μιᾶς φύσεως ἀνάπτονται καὶ φαίνουσι, τοῦ πυρὸς τοῦ θείου, τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἔχουσι τὰς λαμπάδας καιομένας εἰς τὰς καρδίας αὐτῶν, καὶ φαίνουσι κατενώπιον αὐτοῦ ἐν γῇ ὄντες, καθὼς καὶ αὐτός. Λέγει γάρ· «Διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως» [Ps 45, 8]. Διὰ τοῦτο Χριστὸς ἐπεκλήθη, ἵνα τῷ αὐτῷ ἐλαίῳ, ᾧ αὐτὸς ἐχρίσθη, καὶ ἡμεῖς χρισθέντες γενώμεθα Χριστοί, τῆς αὐτῆς, ὡς εἰπεῖν, οὐσίας καὶ ἑνὸς σώματος. Λέγει πάλιν· «Ὅ τε ἁγιάζων, καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι ἐξ ἑνὸς πάντες» [Hebr 2, 11].

De custodia cordis.

Humilitas. — 10. Ὁ θεμέλιος τοῦ χριστιανισμοῦ οὗτός ἐστιν, 762 ἵνα ἂν ποιήσῃ ὁ ἄνθρωπος δικαιοσύνας, μὴ ἐπαναπαύῃ ἐν αὐταῖς, καὶ ἔχῃ ἑαυτὸν μέγαν, ἀλλ' ᾖ πτωχὸς τῷ πνεύματι· καὶ ἐὰν γένηται μέτοχος χάριτος, μὴ νομίσῃ ἑαυτὸν κατειληφέναι τι, καὶ οἰηθῇ εἶναί τις, καὶ ἄρξηται διδάσκειν· ἀλλ' ἵνα ὢν καλῆς ξενιτείας καὶ πολιτείας, νηστεύων πολύ, ξενιτεύων, εὐχόμενος, μετέχων χάριτος, μὴ ἡγήσηται τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τιμίαν· ἀλλὰ τότε

---

tionem. Qui enim seipsum cotidie ad perseverandum in oratione compellit, ille in amorem divinum et desiderium ardens a spirituali dilectione accenditur erga Deum et gratiam perfectionis sanctificantis Spiritus suscipit.

43, 1. Quemadmodum ab igne accenduntur lucernae multae et 761 lampades ardentes, cunctae vero lampades et lucernae ab una natura accenduntur et splendent; sic quoque christiani ab una natura accenduntur et lucent, ignis nimirum divini, Filii Dei; et habent lampades ardentes in cordibus suis, lucentque in conspectu eius, vel adhuc in terra degentes, sicut et ipse. Inquit enim: *Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo laetitiae.* Idcirco appellatus est Christus, ut eo ipso oleo, quo ipse est unctus, nos quoque uncti fiamus Christi, eiusdem, ut ita dicam, substantiae et unius corporis. Inquit rursum: *Qui sanctificat, et qui sanctificantur ex uno omnes.*

10. Fundamentum christianismi hoc est, ne homo post quanta- 762 libet bona opera in ipsis acquiescat aut se magnum putet, sed perseveret esse pauper spiritu; ac cum gratiae particeps factus fuerit, ne existimet se quidpiam adeptum, putetque se esse aliquem incipiatque magistrum agere, neve se aliquem supra vulgus; quin etiam, cum secesserit in solitudinem et bene ambulaverit, multum ieiunans, exsilium mundi fortiter tolerans, pie orans, gratiae donorum compos, nihilo tamen magis animam suam pretiosam habeat.

---

761. MG 34, 772 B. 762. MG 34, 829 B.

μάλιστα, ὅταν ἀρχὴ χάριτος γένηται, ἵνα ἔχῃ τὸν πόνον, τὴν δίψαν, ἵνα μὴ κεκορεσμένος ἔχῃ ἑαυτὸν δίκαιον ἢ πλούσιον ἐν χάριτι· ἀλλ' ᾖ πενθῶν καὶ δακρύων. Καὶ ὃν τρόπον ἐὰν ᾖ μήτηρ, καὶ ἔχῃ υἱὸν μονογενῆ καὶ παιδεύσῃ αὐτόν, καὶ ὅταν γένηται ἀνήρ, συμβῇ αὐτῷ ἀποθανεῖν· καὶ λοιπὸν ὅσοι ἂν ὦσι παραμυθούμενοι τὴν μητέρα, μᾶλλον ἐπεγείρουσιν αὐτῇ τὸ πένθος, καὶ ἀπαραμύθητός ἐστιν· οὕτω χρὴ κλαίειν τὸν χριστιανὸν τὴν πτῶσιν αὐτοῦ, καὶ ἀδιαλείπτως δακρύειν· πρὸ πάντων δὲ ἔχειν συντετριμμένην τὴν καρδίαν.... 12. Καλὸν οὖν ἐστιν ἡ ἀκτημοσύνη καὶ ἡ ψαλμῳδία, καὶ ἡ νηστεία καὶ ἡ ἀγρυπνία, καὶ τὸ λαβεῖν χάριν Θεοῦ· ὁ δὲ ἀκμὴν οὔπω ἤρξατο ὡς δεῖ σκάπτειν καὶ τιθέναι θεμέλιον.... Τὸν δὲ χριστιανὸν δεῖ πέντε οὐγκίας τῆς ἁμαρτίας ἔχοντα, λέγειν, ὅτι· Εἴκοσιν ἔχω, καὶ πεπληρωμένος εἰμὶ τοῦ κακοῦ. Καὶ ἔχοντα πρὸς λόγον οὐγκίας εἴκοσι τοῦ ἀγαθοῦ, λέγειν, ὅτι· Ἡμιούγκιον ἔχω. Εἰ δὲ τοῦτο κατὰ κενοδοξίαν αἰσχύνεται εἰπεῖν, τὸ δίκαιον γοῦν εἰπάτω. Ὁμολογησάτω μὲν καὶ τὴν ἐνέργειαν τῆς χάριτος· ὁμολογησάτω δὲ καὶ τὴν ἁμαρτίαν ἐν μέρει.

763 *Quomodo debeat incipere spiritualis homo.* — 13. Ὁ βουλόμενος προσελθεῖν τῷ Κυρίῳ, καὶ ζωῆς αἰωνίου καταξιωθῆναι, καὶ κατοικτήριον Θεοῦ γενέσθαι, καὶ Πνεύματος Ἁγίου καταξιωθῆναι, ἵνα τοὺς καρποὺς αὐτοῦ κατὰ τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου δυνηθῇ ἀμώμως καὶ καθαρῶς ποιεῖν, οὕτως ὀφείλει ἐνάρξασθαι. Πρῶτον πιστεῦσαι τῷ Κυρίῳ βεβαίως, καὶ ἐπιδοῦναι ἐξ ὅλου

Immo tum maxime, quando primum sentit appulsum gratiae, sollicite laboret, sitimque monstret ulterioris profectus, valde cavens ne, quasi iam satiatus, se abunde iustum aut locupletem habeat; econtrario potius lugeat et lacrimetur. Quomodo si mater educaverit a puero cura magna unicum filium, ubi, cum ad virilem pervenit aetatem, mori eum contingat, qui consolari eam aggrediuntur, incentiva luctus magis accumulant; sic flere indesinenter christianum oportet lapsum suum, et ante omnia habere cor contritum.... 12. Pulchrae igitur et bonae res sunt, inopia voluntaria, psalmodia, ieiunium, vigiliae, et gratia potiri; sed parum prosunt ei, qui nondum, ut oportuerat, coepit fodere, ubi fundamentum ponat.... Christianum vero convenit quinque uncias peccati habentem, dicere, humiliando se: Viginti uncias habeo et plenus sum iniquitate; habentem autem, exempli causa, uncias viginti bonitatis, dicere: Vix boni semunciam habeo. Si autem hoc dicere, ob vanae gloriae studium, erubescit, saltem quod iustum est proferat, fateaturque tum quid in se operetur gratia, tum quid ex parte altera peccatum moliatur.

763 13. Qui vult accedere ad Dominum et vita aeterna dignus haberi et habitaculum Dei fieri et Spiritu Sancto dignus haberi, ut fructus eius iuxta mandata Domini queat irreprehensibiliter et pure facere, sic debet incipere. Primum credere Domino firmiter et dare ex

---

763. MG 34, 836 B.

ἑαυτὸν τοῖς λόγοις τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ, καὶ ἀποτάξασθαι τῷ κόσμῳ κατὰ πάντα, ἵνα ἐν οὐδενὶ ὅλως τῶν φαινομένων ὁ νοῦς ἀσχολῆται. Καὶ εἰς τὴν εὐχὴν πάντοτε προσκαρτερεῖν αὐτόν, καὶ μὴ ἀπογινώσκειν προσδεχόμενος τοῦ Κυρίου τὴν ἐπίσκεψιν καὶ τὴν βοήθειαν πάντοτε, τὸν σκοπὸν τοῦ νοὸς αὐτοῦ εἰς τοῦτο ἔχων διὰ παντός. Εἶτα βιάζεσθαι χρὴ ἀεὶ εἰς πᾶν ἀγαθόν, καὶ εἰς πάσας τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου, κἂν μὴ θελούσης τῆς καρδίας διὰ τὴν συνοῦσαν αὐτῇ ἁμαρτίαν· οἷον βιάζεσθαι ἑαυτὸν εἰς τὸ ταπεινοφρονεῖν ἐνώπιον πάντων ἀνθρώπων, καὶ ἑαυτὸν πάντων ἐλάττω καὶ χείρονα ἡγεῖσθαι, μὴ ζητῶν τιμὴν ἢ ἔπαινον ἢ δόξαν παρά τινος, καθὼς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ γέγραπται, ἀλλὰ μόνον τὸν Κύριον ἀεὶ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχειν, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, αὐτῷ μόνῳ βουλόμενος ἀρέσαι. Εἰς τὴν πραότητα ὁμοίως ἑαυτὸν βιαζέτω, καὶ μὴ θελούσης τῆς καρδίας.... Ὁμοίως εἰς τὸ εἶναι ἐλεήμονα, χρηστόν, εὔσπλαγχνον, ἀγαθόν, ὅση δύναμις, ἑαυτὸν ἐθίζειν μετὰ βίας.... Ἀεὶ δὲ τὴν τοῦ Κυρίου ταπείνωσιν καὶ πολιτείαν καὶ ἀναστροφὴν ἐχέτω πρὸ ὀφθαλμῶν, ὥσπερ ὑπογραμμὸν ἐν πάσῃ μνήμῃ ἀληθαργήτῳ· καὶ ὅση δύναμις βιαζέσθω ταῖς εὐχαῖς προσκαρτερεῖ, διὰ παντὸς δεόμενος καὶ πιστεύων· ἵνα ἐλθὼν ὁ Κύριος ἐνοικήσῃ ἐν αὐτῷ καὶ καταρτίσῃ καὶ δυναμώσῃ αὐτὸν ἐν ταῖς ἐντολαῖς πάσαις αὐτοῦ, καὶ ἵνα ἡ ψυχὴ αὐτοῦ γένηται οἰκητήριον Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ οὕτως ἃ νῦν μετὰ βίας καὶ μὴ θελούσης τῆς καρδίας ποιεῖ, ἐθίζειν ἑαυτὸν διὰ παντὸς εἰς τὸ ἀγαθὸν καὶ τοῦ Κυρίου ἀεὶ μνημονεύειν, καὶ προσδοκᾶν αὐτὸν διὰ παντὸς ἐν πολλῇ ἀγαθότητι καὶ ἀγάπῃ.

---

toto seipsum verbis mandatorum eius, et renuntiare mundo per omnia, ita ut in nullo prorsus apparentium mens occupetur; et obfirmare semper se omni conatu ad perseverantiam in oratione; et non desperare, exspectans cum fiducia Domini inspectionem et auxilium ubique, scopum suae mentis in eo habens defixum semper. Deinde urgere se cum conatu et contentione indesinenter ad omne bonum et in exsecutionem omnium Dei mandatorum, quantumvis invito corde propter inhaerens peccatum, puta per vim adigendo seipsum ad humiliter sentiendum coram omnibus hominibus et seipsum cunctis minorem et peiorem existimandum, non quaerendo honorem aut laudem aut gloriam ab ullo, sicut in evangelio scriptum est, sed solum Dominum prae oculis habendo semper ipsiusque mandata, eique soli studendo placere. In mansuetudinem quoque se per vim inclinet, reluctante etiam corde.... Similiter esse misericordem, benignum, compatientem, bonum, quantum potest, se vi assuefaciat.... Semper autem Domini humilitatem, rationem vivendi et conversationem habeat prae oculis, uti exemplar in memoria omni sine oblivione. Contendat etiam quantum habet virium in assidue orando, nusquam non petens et credens, ut veniat Dominus et inhabitet in ipso, instruatque ac corroboret ipsum in cunctis eius mandatis, et ut eius anima sit habitaculum Iesu Christi. Et sic, quae nunc per vim et corde invito facit, assuefacient ipsum in omne tempus ad bonum et ad semper vivam Dei memoriam habendam et exspectandum eum semper in multa

Τότε θεωρῶν ὁ Κύριος τὴν τοιαύτην αὐτοῦ προαίρεσιν καὶ τὴν ἀγαθὴν σπουδήν, πῶς βιάζει ἑαυτὸν πάντοτε εἰς τὴν μνήμην αὐτοῦ, καὶ εἰς τὸ ἀγαθὸν ἀεί, καὶ εἰς τὴν ταπεινοφροσύνην καὶ πραότητα καὶ ἀγάπην· καὶ μὴ θέλουσαν τὴν καρδίαν ἄγχε, καὶ ἄγει, ὅση δύναμις, ἑαυτὸν μετὰ βίας, ποιεῖ μετ' αὐτοῦ τὸ ἔλεος αὐτοῦ· καὶ λυτροῦται αὐτὸν ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ, καὶ τῆς ἐνοικούσης ἁμαρτίας, Πνεύματος Ἁγίου ἐμπιπλῶν αὐτόν, καὶ οὕτως λοιπὸν ἄνευ βίας καὶ καμάτου πάσας ποιεῖ πάντοτε τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου ἐξ ἀληθείας· μᾶλλον δὲ ὁ Κύριος ποιεῖ ἐν αὐτῷ τὰς ἰδίας αὐτοῦ ἐντολάς, καὶ τοὺς καρποὺς τοῦ Πνεύματος, ὅτε καρποφορεῖ καθαρῶς. Χρὴ δὲ πρότερον προσελθόντα τινὰ τῷ Κυρίῳ ... βιάζεσθαί τε ἑαυτὸν εἰς τὴν εὐχήν, μήπω ἔχοντα εὐχὴν Πνεύματος. Καὶ οὕτως ὁ Θεὸς θεωρῶν τὸν οὕτως ἀγωνιζόμενον, καὶ βίᾳ ἑαυτὸν ἄγοντα εἰς τὸ ἀγαθόν, καὶ μὴ θελούσης τῆς καρδίας, δίδωσιν εὐχὴν ἀληθινὴν Χριστοῦ, δίδωσι σπλάγχνα οἰκτιρμῶν, χρηστότητα ἀληθινήν, καὶ ἁπαξαπλῶς τηρεῖ αὐτῷ τὸν καρπὸν τοῦ Πνεῦματος.

De oratione.

764 *Perfectio possibilis.* — 11. Πρὸς τοὺς λέγοντας ἀδύνατον εἶναι τῆς τελειότητος ἐφικέσθαι, καὶ τῆς εἰσάπαξ ἀπαλλαγῆς τῶν παθῶν, εἰ καὶ τῆς μετουσίας καὶ πληρώσεως τοῦ ἀγαθοῦ τυχεῖν Πνεύματος, ἀναγκαῖον τὴν ἀπὸ τῶν θειῶν Γραφῶν μαρτυρίαν ἐπενεγκεῖν, καὶ δεῖξαι κακῶς εἰδότας αὐτούς, ψευδῶς τε ἅμα καὶ ἐπισφαλῶς λέγοντας· «Γίνεσθε» γάρ, φησὶν ὁ Κύριος,

bonitate et caritate. Tunc considerans Dominus tale ipsius propositum et bonum studium, quo vim infert sibi iugiter ad eius recordandum et ad prosequendum semper bonum, itemque ad humilitatem, mansuetudinem, caritatem; et quamlibet reluctans cor subigit in haec promovetque quantum potest summa vi seipsum; facit cum ipso misericordiam suam et liberat ipsum ab inimicis suis et ab inhabitante in ipso peccato, replens illum Spiritu Sancto, cuius ope de cetero citra vim et laborem cuncta in veritate mandata Domini exsequitur; aut potius Dominus in illo cuncta implet propria mandata et fructus Spiritus, quando fructificat pure. Oportet autem prius accedentem quemvis ad Dominum ... vim etiam sibi facere ad orandum, quando nondum accepit donum orandi per Spiritum. Videns enim Deus sic contendentem seseque compellentem ad bonum, invito etiam corde, dat illi orationem Christi veram, dat viscera misericordiae, benignitatem veram: uno verbo, seponit et confert illi totum fructum Spiritus.

764 11. Dicentibus fieri non posse, ut homo ad perfectionem pertingat et ad plenam liberationem ab affectibus itemque participationem et impletionem boni Spiritus, necesse est opponere testimonia divinarum Scripturarum ostendereque et errore mentis laborare ipsos et falso ac periculose loqui. Ait enim Dominus:

764. MG 34, 861 A.

«καὶ ὑμεῖς τέλειοι, ὡς ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τέλειός ἐστι» [Mt 5, 48], καὶ παντελῆ καθαρότητα διὰ τούτων σημαίνων· καί· «Θέλω ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ καὶ οὗτοι ὦσι μετ' ἐμοῦ, ἵνα θεωρῶσι τὴν δόξαν τὴν ἐμήν» [Io 17, 24]. Ταῦτα τοῦ εἰρηκότος εἰσίν· «Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσεται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι» [Mt 24, 35]· καὶ τὸ τοῦ ἀποστόλου· «Ἵνα παραστήσωμεν πάντα ἄνθρωπον τέλειον ἐν Χριστῷ» [Col 1, 28]. Καὶ τό· «Μέχρι δὲ καταντήσωμεν οἱ πάντες εἰς τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως, καὶ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ» [Eph 4, 13], εἰς ταὐτὸν φέρει. Οὕτω δὲ πρὸς τὴν τελειότητα ἀφορῶντας συμβαίνει δύο τὰ κάλλιστα γίνεσθαι, σύντονόν τε καὶ ἀδιάπαυστον τὸν ἀγῶνα ἔχοντας εἰς τὸ πέρας διώκειν, διὰ τὴν ἐλπίδα τοῦδε τοῦ μέτρου, φημί, καὶ τῆς ἀναβάσεως· τύφῳ τε μὴ ἁλίσκεσθαι, ἀλλὰ μετριοφρονεῖν, καὶ μικροὺς ἑαυτοὺς ἡγεῖσθαι διὰ τὴν μήπω τοῦ τελείου κατάληψιν. 12. Οἱ ταῦτα λέγοντες, φησίν, ἐκ τριῶν τρόπων τὴν μεγίστην ψυχῇ περιάπτουσι βλάβην· πρῶτον μέν, ὅτι ταῖς θεοπνεύστοις φαίνονται διαπιστοῦντες Γραφαῖς· εἶθ' ὅτι τὸν μείζονά τε καὶ τέλειον μὴ προστησάμενοι τοῦ χριστιανισμοῦ σκοπόν, μηδὲ πρὸς ἐκεῖνον φθάσαι κατατεινόμενοι, πόνον καὶ σπουδήν, πεῖνάν τε καὶ δίψαν τῆς δικαιοσύνης ἔχειν οὐ δύνανται· ἀλλὰ τοῖς ἐξωτέροις σχήμασί τε καὶ ἤθεσι, καὶ ὀλίγοις τισὶ κατορθώμασιν ἐμπληροφορούμενοι, τῆς μακαρίας ἐλπίδος, καὶ τελειότητος, καὶ τῆς παντελοῦς τῶν παντελῶν παθῶν καθάρσεως ἀπολείπονται. Τὸ τρίτον, ὡς οἰόμενοι τῆς ἀκρότητος ἐφικέσθαι

Estote et vos perfecti, sicut Pater vester caelestis perfectus est, plenam absolutamque puritatem per haec indicans; et: *Volo, ut ubi sum ego, et hi sint mecum, ut videant claritatem meam.* Haec affirmat is, qui alias dixerit: *Caelum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt.* Eodem spectat et illud apostoli: *Ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo.* Illud quoque: *Donec occurramus omnes in unitatem fidei, et agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi,* idem suadet. Porro qui perfectionem prae oculis habent, illis duo quaedam praestantissima evenire contingit: summus ac irremissus contentionis ardor in ipsum apicem, spe huius mensurae, cursum in ascendendo persequendi; et ut superbia ne capiantur, sed modice de se sentiant et exiguos se existiment, quoniam perfectionem nondum consecuti sunt. 12. Qui ea proferunt, tribus modis maximum animae damnum important: primum quidem, quod divinitus inspiratis negare videntur Scripturis fidem; deinde quod maiorem et perfectum non praestituunt christianismo scopum, neque ad illum pervenire contendentes, laborem et studium, famem et sitim iustitiae habere possunt; sed externis et superficialibus habitibus et moribus, paucisque quibusdam tralatitiae virtutis officiis abunde contenti, a spe beata et perfectionis absolutaeque pravorum omnis generis affectuum purgationis excidunt. Postremo, quod exhibitione paucarum vulgarium virtutum, ut diximus, inflantur in opinionem

τῇ κατορθώσει τῶν ὀλίγων, ὡς ἔφημεν, ἀρετῶν, καὶ μὴ πρὸς τὸ τέλειον ἐπειγόμενοι, οὐ μόνον ταπείνωσιν καὶ πτωχείαν καὶ συντριβὴν καρδίας ἥκιστα ἔχειν δύνανται, ἀλλὰ δικαιοῦντες ἑαυτοὺς ὡς ἤδη κατειληφότας, οὐ προκοπὴν οὐκ ἐπίδοσιν ὁσημέραι δέχονται.

De patientia et discretione.

765 *Signa bonorum et malorum.* — 1. Τοῖς πειθαρχεῖν τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ βουλομένοις, καὶ ἀγαθὸν καρπὸν ἐργαζομένοις, σημεῖα παρακολουθεῖ ταῦτα· στεναγμός, κλαυθμός, κατήφεια, ἡσυχία, κεφαλῆς κίνησις, προσευχή, σιωπή, ἐπιμονή, ὀδυνηρὸν πένθος, πόνος καρδίας ὑπὲρ εὐσεβείας γενόμενος. Τὰ δὲ ἔργα· ἀγρυπνία, νηστεία, ἐγκράτεια, πραότης, μακροθυμία, ἀδιάλειπτος προσευχή, μελέτη τῶν θείων Γραφῶν, πίστις, ταπείνωσις, φιλαδελφία, ὑποταγή, πόνος, κακοπάθεια, ἀγάπη, ἀγαθωσύνη, κοσμιότης, καὶ τὸ ὅλον φῶς, ὅ ἐστιν ὁ Κύριος. Τῶν δέ γε μὴ ποιούντων καρπὸν ζωῆς σημεῖά ἐστι ταῦτα· ἀκηδία, μεθορισμός, περίβλεψις, ἀπροσεξία, γογγυσμός, κέπφωσις. Τὰ δὲ ἔργα· ἀδδηφαγία, ὀργή, θυμός, καταλαλία, φυσίωσις, ἀκαιρολογία, ἀπιστία, ἀκαταστασία, λήθη, ταραχή, αἰσχροκέρδεια, φιλαργυρία, ζῆλος, ἐρίθεια, ὑπεροψία, φλυαρία, ἄκαιρος γέλως, ἐθελοδοξία, καὶ τὸ πᾶν σκότος, ὅπερ ἐστὶν ὁ σατανᾶς.

766 *Quomodo fiat discretio spirituum.* — 13. Πολλῆς τῷ φιλαρέτῳ φροντιστέον τῆς διακρίσεως, ὥστε τῆς τοῦ καλοῦ καὶ

sui, quasi iam apicem teneant, in quem summum eniti vis humana queat; ideoque ulterius aspirare desinunt; nec solum humilem aestimationem sui et paupertatem et contritionem cordis minime habere possunt, sed etiam iustificantes seipsos, ut qui iam comprehenderint, crescere cotidie promoverique in melius cessant.

765 1. Eos, qui volunt oboedire Dei verbo, et bonum fructum faciunt, haec sequuntur signa: suspirium, planctus, maestitia, quies, capitis motio, oratio, silentium, constantia in loco, dolorosus luctus, labor cordis pro pietate susceptus. Haec vero opera: vigiliae, ieiunium, continentia, mansuetudo, longanimitas, oratio non intermissa, meditatio divinarum Scripturarum, fides, humilitas, caritas fraterna, subiectio, labor, asperorum perpessio, caritas, bonitas, honestas et omne lumen, quod est Dominus. Eorum autem, qui non faciunt fructum vitae, signa haec sunt: incuria, transgressio ultra terminos, effusio aspectus in omnes partes, neglegentia, murmuratio, levis circumactio. Opera vero: voracitas, ira, vehementia, obtrectatio, tumor, importuna loquacitas, incredulitas, instabilitas, oblivio, turbatio, lucri sordidi captatio, pecuniae cupiditas, aemulatio, contentio, despicientia, nugacitas, intempestivus risus, pertinacia sensus proprii, et omnes tenebrae, quae sunt satanas.

766 13. Homini, virtutis studioso, multa cura satagendum est, ut discretione polleat, ut quo differentiam boni et mali exploratam

765. MG 34, 865 C. 766. MG 34, 876 B.

κακοῦ διαφορᾶς ἀπογνώμονα εἶναι, καὶ τὰς ποικίλας τοῦ πονηροῦ τέχνας δι' εὐλόγων φαντασιῶν εἰωθότος τοὺς πολλοὺς παρακρούεσθαι, βασανίζειν καὶ συνιέναι. Πλὴν τὸ ἀσφαλές, πρὸς πάντα λυσιτελές. Μὴ τοίνυν ἐλαφρότητι διανοίας ταχὺ σεαυτὸν ἐμπάρεχε ταῖς τῶν νοερῶν ἐπιστασίαις εἰς ἀπάτην σου, κἂν αὐτοὶ οἱ οὐράνιοι ἄγγελοι ὦσιν· ἀλλὰ μένε βαρύς, βασάνῳ ταῦτα διδοὺς ἐπιμελεστάτῃ· τὸ μὲν καλὸν οἰκειούμενος, τὸ δὲ πονηρὸν διωθούμενος. Οὐ γὰρ ἄδηλα τὰ τῆς χάριτος ἐνεργήματα, ἅπερ ἡ ἁμαρτία, κἂν τὸ τοῦ ἀγαθοῦ πρόσωπον ὑποκρίνηται, παρασχεῖν οὐ δεδύνηται. Εἰ γὰρ καὶ κατὰ τὸν ἀπόστολον, «οἶδεν ὁ σατανᾶς εἰς ἄγγελον φωτὸς μετασχηματίζεσθαι» [2 Cor 11, 14], χάριν τοῦ ἀπατῆσαι, ἀλλ' οὖν κἂν ὁράσεις λαμπρὰς περιβάλληται, ἀγαθὴν ἐνέργειαν, ἧπερ εἴρηται, παρασχεῖν οὐ δυνήσεται· δι' οὗ καὶ τὸ παράσημον ἀκριβὲς γίνεται. Οὐ γὰρ ἀγάπην τὴν εἰς Θεὸν ἢ πλησίον, οὐ πραότητα, οὐ ταπείνωσιν, οὐ χαράν, οὐκ εἰρήνην, οὐ τοῦ κόσμου μῖσος, οὐκ ἀνάπαυσιν πνευματικήν, οὐκ ἐπιθυμίαν τῶν οὐρανίων ἐνεργημάτων δύναται, οὐ πάθη καὶ ἡδονὰς καταπαῦσαι, ἅπερ φανερῶς εἰσι τῆς χάριτος ἐνεργήματα. «Ὁ γὰρ καρπός», φησί, «τοῦ Πνεύματός ἐστιν ἀγάπη, χαρά, εἰρήνη» [Gal 5, 22] καὶ τὰ ἑξῆς· τάχα δὲ τύφον μᾶλλον ἐκεῖνος ἐμποιῆσαι καὶ ὑψηλοφροσύνην ἐπιτηδειότατός τε καὶ δυνατώτατος. Ἐκ γοῦν τῆς ἐνεργείας εἴσῃ τὸ ἐλλαμφθὲν ἐν τῇ ψυχῇ σου νοερὸν φῶς, πότερον τοῦ Θεοῦ, ἢ τοῦ σατανᾶ πέφυκεν ὄν· πλὴν ἀλλὰ καὶ αὐτῇ τῇ ψυχῇ, εἴπερ ἔρρωται τὰ τῆς διακρίσεως, εὐθὺς ἀπὸ τῆς νοερᾶς αἰσθήσεως, δῆλα τὰ τῆς διαφορᾶς γίνεται. Ὥσπερ

habeat, et varias diaboli versutias, soliti per speciosas imaginationes plurimos pervertere, discutiat atque intellegat. Siquidem in omni negotio utilissimum est securitati consulere. Ne igitur levitate mentis cito teipsum praebe credulum spiritualium potestatum impulsibus, ad te decipiendum forte comparatis, etiamsi qui loquuntur caelestes sint angeli; sed sta in gradu tardus, examini istius generis subiciens exactissimo; quod bonum est, amplectens, quod malum, reiciens. Non enim ignoti sunt effectus gratiae, quos peccatum, utcumque boni personam assimulet, non potest repraesentare. Nam etsi, secundum apostolum, *novit satanas transfigurare se in angelum lucis,* ut fallat, tamen licet visiones offerat splendidas, bonam operationem, ut dictum est, exhibere non poterit; ex quo certum eius exsistet indicium. Non enim caritatem in Deum aut proximum, non mansuetudinem, non humilitatem, non gaudium, non pacem, non refrenationem cogitationum, non mundi odium, non quietem spiritualem, non desiderium caelestium operationum potest dare, non pravos affectus et voluptates compescere, quae manifesta sunt opera gratiae. Nam: *Fructus,* inquit, *Spiritus sunt caritas, gaudium, pax,* etc., quorum vice fastum ille potius et arrogantiam ingenerare multo aptissimus maximeque potens fuerit. Ex operatione igitur dignosces, quale sit, quod tuae forte animae illuxerit intellectuale lumen, utrum a Deo, an a satana sit ortum. Quin et ipsi animae, si gustum ad discretionem non obtusum habet, ab ipso statim primum appulsu sensuque manifesta se prodet differentia. Ut enim acetum et vinum

γὰρ ὄξος οἴνῳ, κατὰ μὲν τὴν ὅρασιν ἕν, ἐκ δὲ τῆς κατὰ τὴν γεῦσιν αἰσθήσεως ὁ λάρυγξ ἑκατέρου κρίνει τὸ ἴδιον· οὕτω δὴ καὶ ψυχὴ ἐξ αὐτῆς γε τῆς νοερᾶς αἰσθήσεως, καὶ τῆς ἐνεργείας δυνατὴ κρίνειν τά τε τοῦ Πνεύματος χαρίσματα, καὶ τὰ τοῦ ἀλλοτρίου φαντάσματα.

De libertate mentis,

767 *Quomodo omnis afflictio perferenda.* — 17. Εἴπερ βουλοίμεθα θλῖψιν ἅπασαν καὶ τοὺς πειρασμοὺς ὑπομένειν ῥᾳδίως, ὁ διὰ Χριστὸν θάνατος ἐπιθυμητὸς ἡμῖν ἔστω, καὶ πρὸ ὀμμάτων διὰ παντός. Τοιοῦτον γὰρ ἡμῖν καὶ ἐπίταγμα, τὸν σταυρὸν αἴροντας αὐτῷ ἀκολουθεῖν· ὅπερ ἐστίν, εὐτρεπεῖς εἶναι καὶ ἑτοίμους πρὸς τὸ ἀποθανεῖν. Ἂν οὕτω διατεθειμένοι ὦμεν, πᾶσαν, ὡς εἴρηται, θλῖψιν ἀφανῆ τε καὶ δήλην κατὰ πολὺ τὸ ῥᾷον ὑπομενοῦμεν. Ὁ γὰρ καὶ ἀποθανεῖν ὑπὲρ Χριστοῦ δι' ἐπιθυμίας ἔχων, σχολῇ γ' ἂν πρὸς τὰ ἐπίπονα καὶ λυπηρὰ δυσχεράναι. Παρὰ τοῦτο γὰρ καὶ βαρείας εἶναι τὰς θλίψεις ἡγούμεθα, παρὰ τὸ μὴ τὸν ὑπὲρ Χριστὸν θάνατον καταθύμιον ἔχειν, μηδὲ πάντοτε Χριστῷ τὴν διάνοιαν ἀναρτᾷν. Ὁ δὲ ἐκεῖνον κληρονομῆσαι ἐπιθυμῶν, καὶ τὰ αὐτοῦ πάθη ζηλοῦν ὁμοίως ἐπιθυμείτω. Ὥστε οἱ τὸν Κύριον ἀγαπᾷν λέγοντες ἐν τούτῳ φανεροὶ γίνονται, ἐν τῷ πᾶσαν θλῖψιν ἐπερχομένην οὐ γενναίως μόνον, ἀλλὰ καὶ προθύμως διὰ τὴν εἰς αὐτὸν φέρειν ἐλπίδα.

---

quoad aspectum unum idemque sunt, si vero lingua explorentur, palatum protinus de utroque pronuntiat, quid vere sit; ita et anima ex ipso spiritualis experientiae sensu ac propria quadam facultate potest diiudicare, quae boni Spiritus charismata, quae alieni sint phantasmata.

767 17. Si voluerimus omnem afflictionem et tentationes sustinere facile, mors propter Christum optetur a nobis, et is scopus voti nostri obversetur perpetuo mentis nostrae oculis. Id quippe est nobis praeceptum, ut tollamus crucem nostram et sequamur ipsum; quod significat, paratos nos esse debere ad moriendum. Si sic affecti praeparatique animo fuerimus, omnem, ut dictum est, afflictionem internam et apparentem facilitate perferemus magna. Mori enim utique pro Christo cupiens, quae tandem aegre ferre adversa vel molesta poterit? Ob hoc ipsum enim graves esse putamus afflictiones, quia nobis non placet pro Christo mori, nec spes ac rationes nostras ex eo ducere suspensas. Qui vero Christum possidere et tam opimam hereditatem desiderat cernere, eius quoque imitari passiones similiter concupiscat. Quare qui se dicunt amare Dominum, in eo demonstrabunt, an vere id affirment, si omnem ipsis supervenientem afflictionem non generose modo, sed libenter etiam et amanter, ob spem in ipso positam, perferant.

---

767. MG 34, 949 B.

Perfectum christianismi mysterium. — 21. Ὁ θεῖος ἀπό- 768
στολος Παῦλος ἀκριβέστερόν τε καὶ τηλαυγέστερον τὸ εὐτελὲς τοῦ χριστιανισμοῦ μυστήριον ἑκάστῃ πιστευούσῃ ψυχῇ δεδήλωκε, δι' εὐεργείας θείας εἰς πεῖραν ἰέναι ὅπερ ἐστίν, ἡ ἐπουρανίου φωτὸς ἐν ἀποκαλύψει καὶ δυνάμει τοῦ Πνεύματος ἔλλαμψις· ἵνα μή τις τὸν διὰ γνώσεως νοημάτων φωτισμὸν τοῦ Πνεύματος μόνον εἶναι νομίσας, κινδυνεύσῃ δι' ἄγνοιάν τε καὶ ῥᾳθυμίαν τοῦ τελείου τῆς χάριτος ἀποτυχεῖν μυστηρίου.... 22. Ἡ τοιαύτη, φησί, τοῦ Πνεύματος ἔλλαμψις, οὐχ οἷον νοημάτων μόνον ἀποκάλυψίς ἐστι καὶ φωτισμὸς χάριτος, ὥσπερ εἴρηται, ἀλλ' ὑποστατικοῦ φωτὸς ἐν ταῖς ψυχαῖς βεβαία καὶ διηνεκὴς ἔλλαμψις.... 23. Καὶ τῷ μακαρίῳ δὲ Παύλῳ φησὶ τὸ ἐλλάμψαν ἐν τῇ ὁδῷ φῶς [cf. Act 9, 3], δι' οὗ καὶ εἰς τρίτον οὐρανὸν ἧρται, καὶ μυστηρίων ἀλαλήτων ἀκουστὴς γίνεται, οὐ νοημάτων τις καὶ γνώσεως φωτισμὸς ἦν, ἀλλὰ δυνάμεως τοῦ ἀγαθοῦ Πνεύματος καθ' ὑπόστασιν ἐν τῇ ψυχῇ ἔλλαμψις, οὗ τὴν ὑπερβολὴν τῆς λαμπρότητος οἱ τῆς σαρκὸς ὀφθαλμοὶ μὴ διενεγκόντες ἀπετυφλώθησαν, δι' οὗ πᾶσά τε γνῶσις ἀποκαλύπτεται, καὶ πρὸς ἀλήθειαν Θεὸς τῇ ἀξίᾳ καὶ φιλουμένῃ ψυχῇ γνωρίζεται.

PALLADIUS, 363/4 — ca 425.

Historia Lausiaca, 419/20.

Quare corpus mortificandum. — C. 2, n. 2. Διὰ πάσης μὲν 769
γὰρ τῆς ἡμέρας ἐν τῷ καύματι ἐν τῇ ἐρήμῳ τῇ παρὰ θάλασσαν

---

21. Divinus apostolus Paulus exactius et clarius demonstrare 768
volens, quid vere sit perfectum christianismi mysterium in unaquaque anima credente, venire talem animam in huius experimentum docet per divinam operationem; quae scilicet operatio est supercaelestis luminis in revelatione et virtute Spiritus irradiatio; ne forte quis, in hoc errans, putet nihil aliud esse illuminationem Spiritus nisi cognitiones vi humani productas intellectus; et propter istam ignorantiam et desidiam periclitetur a perfecto gratiae excidere mysterio.... 22 Ea, de qua dictum est, Spiritus irradiatio, non solum intellectualium sensuum revelatio est et illuminatio gratiae, sed substantialis et subsistentis lucis in animabus emissio.... 23. Illa item, quae beato Paulo circumfulsisse lux dicitur in via, per quam et in tertium caelum elevatus est et mysteriorum ineffabilium auditor factus, non intellectualium sensuum et cognitionis illuminatio erat, sed virtutis boni Spiritus in substantia in anima facta irradiatio, cuius excessum splendoris non ferentes carnis oculi, excaecati sunt; per quam et omnis scientia revelatur, et ad veritatem Deus dignae et amatae animae innotescit.

2 (2), 2. Tota enim die, in ipso aestu meridiei, in solitudine, quae 769
est propter mare, [Dorotheus] colligebat lapides, et ex iis semper

---

768. MG 34, 956 A.

769. TS 6, 2 (ed. C. Butler, 1904), 16; MG 34, 1013 B. — A textu, quem restituit C. Butler, multum discrepat ille qui legitur apud Migne. Editionem

[Δωρόθεος] συνῆγε λίθους, καὶ τούτους ἀεὶ οἰκοδομῶν καὶ κέλλας ποιῶν παρεχώρει τοῖς μὴ δυναμένοις οἰκοδομῆσαι, κατ' ἔτος τελίσκων κέλλαν μίαν. Ἐμοῦ δέ ποτε εἰρηκότος αὐτῷ· «Τί ποιεῖς, πάτερ, ἐν γήρᾳ τοσούτῳ ἀποκτείνων σοῦ τὸ σωμάτιον ἐν τοῖς καύμασι τούτοις;» ἀπεκρίνατο λέγων· «Ἀποκτείνει με, ἀποκτείνω αὐτό.»

770 *Varia genera vitae monasticae.* — 14, 1. Ἄλλος Παήσιος καὶ Ἡσαίας οὕτω καλούμενοι, ἀδελφοὶ ὑπῆρχον πατρὸς ἐμπόρου Σπανοδρόμου· οἵτινες τοῦ πατρὸς τελευτήσαντος ἐμερίσαντο τὰ ὑπάρχοντα ἐν ἀκινήτοις ἃ ἔσχον, ἐν μὲν νομισματίοις πεντακισχιλίοις, ἐν ἱματίοις δὲ καὶ οἰκέταις τὰ εὑρεθέντα. Οὗτοι μετ' ἀλλήλων ἐσκέψαντο καὶ συμβουλεύονται πρὸς ἑαυτοὺς λέγοντες· «Ἐπὶ ποίαν ἔλθωμεν μέθοδον τοῦ βίου, ἄδελφε; Ἐὰν ἔλθωμεν ἐπὶ τὴν ἐμπορίαν ἣν μετῆλθεν ὁ πατὴρ ἡμῶν, καὶ ἡμεῖς ἑτέροις ἔχομεν καταλεῖψαι τοὺς πόνους· 2. ἴσως δὲ καὶ κινδύνοις περιπεσούμεθα λῃστρικοῖς ἢ θαλαττικοῖς. Δεῦρο τοίνυν, ἐπὶ τὸν μονήρη βίον ἔλθωμεν, ἵνα καὶ τὰ τοῦ πατρὸς ἡμῶν κερδήσωμεν, καὶ τὰς ψυχὰς μὴ ἀπολέσωμεν.» Ἤρεσεν οὖν αὐτοῖς ὁ σκοπὸς τοῦ μονήρους βίου. Εὑρέθησαν δὲ ἄλλος κατ' ἄλλο διαφωνοῦντες. Μερισάμενοι γὰρ τὰ χρήματα, τοῦ μὲν σκοποῦ εἴχοντο ἕκαστος τοῦ ἀρέσαι Θεῷ, ἐνελλαγμένῃ δὲ πολιτείᾳ. 3. Ὁ μὲν γὰρ πάντα διασκορπίσας ἀσκητηρίοις καὶ ἐκκλησίαις καὶ φυλακαῖς, τεχνύδριον μαθὼν ὅθεν τὸν ἄρτον πορίσηται, τῇ ἀσκήσει καὶ τῇ εὐχῇ

aedificans et cellas faciens, eas cedebat iis, qui non poterant aedificare, singulis annis cellam unam faciens. Cum autem ego aliquando huic dixissem: «Quid agis, pater, in tanta senectute corpusculum tuum occidens illis caloribus?» respondit dicens: «Occidit me, occido illud.»

770 14 (15), 1. Alii Paesius et Isaias nomine fuerunt fratres, patre mercatore Hispanico; qui quidem, patre mortuo, diviserunt bona quae habebant in immobilibus; in nummis quidem quinque milia, in vestibus autem et servis quae inventa fuerant. Ii inter se deliberarunt et sibi consulentes dicebant: «Quodnam vitae iter ingrediemur, o frater? Si exerceamus mercaturam, quam pater noster exercuit, nos relinquemus aliis nostros labores; 2. et forte incidemus in pericula vel latronum vel maris. Age ergo, frater, vitam aggrediamur monasticam, ut et patris nostri lucremur facultates et nostras animas non perdamus.» Placuit ergo utrisque scopus vitae solitariae, sed inventi sunt alius in alio discrepantes. Cum itaque pecunias divisissent, hunc quidem sibi scopum proposuerunt, ut Deo placerent, sed diverso vitae instituto. 3. Unus enim omnia dispergens dedit monasteriis et ecclesiis et custodiis, et cum artem didicisset, ex qua sibi panem pararet, ascesi et orationi operam

Butler sequimur; indicamus tamen initio singulorum locorum in versione latina numerum capitis in editione Migniana (uncis inclusum), et illam versionem emendavimus iuxta textum Butlerianum. Rursus edidit cum gall. trad. Lucot in «Collection Hemmer et Lejay» (Paris 1912), textum graecum Butlerianum exhibens.

770. TS 6, 2, 37; MG 34, 1037 D.

προσέσχεν. Ὁ δ' ἄλλος μηδὲν διασκορπίσας, ἀλλὰ ποιήσας ἑαυτῷ μοναστήριον καὶ προσλαβόμενος ἀδελφοὺς ὀλίγους, πάντα ξένον ἐδεξιοῦτο, πάντα ἄρρωστον, πάντα γέροντα, πάντα πένητα, κατὰ κυριακὴν καὶ σάββατον τρεῖς ἢ τέσσαρας τραπέζας ἱστῶν· οὕτως αὐτοῦ κατηνάλωσε τὰ χρήματα. 4. Ἀμφοτέρων δὲ τελευτησάντων, διάφοροι μακαρισμοὶ τούτων ἐγίνοντο, ὡς ἀμφοτέρων τελειωθέντων· καὶ τοῖς μὲν ἤρεσκεν οὗτος, τοῖς δὲ ἐκεῖνος. Φιλονεικίας οὖν ἐμπεσούσης τῇ ἀδελφότητι ἐπὶ τοῖς ἐπαίνοις, ἀπέρχονται πρὸς τὸν μακάριον Παμβὼ καὶ ἀνατίθενται αὐτῷ τὴν ἐπίκρισιν, ἀξιοῦντες μαθεῖν τὴν μείζονα πολιτείαν. Ὁ δὲ λέγει αὐτοῖς· «Ἀμφότεροί εἰσι τέλειοι· ὁ μὲν γὰρ Ἀβραμιαῖον ἐπεδείξατο ἔργον, ὁ δὲ τοῦ Ἠλία.» 5. Τῶν μὲν οὖν λεγόντων· «Τῶν ποδῶν σου, πῶς δυνατὸν εἶναι αὐτοὺς ἴσους;» ... 6. λέγει αὐτοῖς ὁ μακάριος Παμβώ· «Πάλιν ὑμῖν ἐρῶ· ἀμφότεροι ἴσοι εἰσίν· ἕκαστον δὲ ὑμῶν πληροφορῶ ὅτι οὗτος, εἰ μὴ ἤσκει τοσοῦτον, ἄξιος οὐκ ἐγένετο τῆς ἐκείνου ἀγαθότητος συγκριθῆναι· ἐκεῖνος πάλιν ἀναπαύων τοὺς ξένους καὶ συνανεπαύετο, καὶ εἰ καὶ ἐδόκει τὸ ἐκ κόπου ἔχειν φορτίον, ἀλλὰ καὶ τὴν παρ' αὐτὰ εἶχεν ἀνάπαυσιν. Ἐκδέξασθε δὲ ἵνα καὶ παρὰ Θεοῦ δέξωμαι τὴν ἀποκάλυψιν, καὶ μετὰ ταῦτα ἐλθόντες μαθήσεσθε.» Ἐλθόντες οὖν μετὰ ἡμέρας πάλιν παρεκάλεσαν αὐτόν, καὶ λέγει αὐτοῖς ὡς ἐπὶ Θεοῦ· «Ἀμφοτέρους ἅμα εἶδον ἑστῶτας ἐν τῷ παραδείσῳ.»

Ascesis monachorum orientalium. — 18, 1. Τῷ δὲ ἄλλῳ συν- 771
τετύχηκα Μακαρίῳ τῷ Ἀλεξανδρεῖ, πρεσβυτέρῳ ὄντι τῶν λεγο-

dabat. Alter autem nihil dispergens, sed faciens sibi monasterium et assumens paucos fratres, quemlibet excipiebat hospitem, quemlibet aegrotum, quemvis senem, quemvis pauperem; dominica et sabbato tres aut quattuor mensas statuens: sic consumpsit bona sua. 4. Ambobus autem mortuis, diversae beatitudines utrisque dabantur a fratribus, utpote quod essent inventi ambo virtute perfecti; et aliis placebat unus, aliis alter. Cum ergo inter fratres incidisset contentio de his laudibus, vadunt ad beatum Pambo et ad eum referunt, ut de hac re respondeat, volentes scire utranam sit melior vitae ratio. Is autem iis dicit: «Utrique sunt perfecti: alter quidem functus est munere Abrahae, alter vero Eliae.» 5. Et cum alii quidem ei dicerent: «Quomodo fieri potest, ut hi sint aequales, dic, quaesumus, nobis pedes tuos attingentibus?» ... 6. dicit iis beatus Pambo: «Iterum vobis dicam: ambo aequales sunt; unumquemque vestrum certiorem facio quod hic, si ascesi non adeo se dedisset, non fuisset dignus qui alterius bonitati compararetur; et rursus ille alter, qui reficiebat hospites et reficiebatur, etsi videbatur onus portare ex labore, attamen ex ipso quoque habuit recreationem. Exspectate autem, ut a Deo quoque de his habeam revelationem, et postea scietis, cum veneritis.» Venientes ergo post aliquot dies, rursus rogabant eum, et dicit iis quasi ante Deum: «Vidi utrosque simul stantes in paradiso.»

18 (19), 1. Alium autem inveni, Macarium Alexandrinum, qui 771
presbyter erat earum quae dicuntur Cellarum.... Ascesis igitur

771. TS 6, 2, 47; MG 34, 1053 A.

μένων Κελλίων.... Ἡ τοίνυν ἄσκησις αὐτοῦ ἦν αὕτη· εἴ τι ἀκήκοε πώποτε, πάντως τοῦτο κατώρθωσεν. Ἀκούσας γὰρ παρά τινων ὅτι οἱ Ταβεννησιῶται διὰ πάσης τῆς τεσσαρακοστῆς ἐσθίουσιν ἄπυρον, ἔκρινεν ἑπταετίαν τὸ διὰ πυρὸς διαβαῖνον μὴ φαγεῖν, καὶ πλὴν λαχάνων ὠμῶν εἴ ποτε παρευρέθη καὶ ὀσπρίων βρεκτῶν οὐδενὸς ἐγεύσατο.... 3. Ἄλλη αὐτοῦ ἄσκησις· ἔκρινεν ὕπνου περιγενέσθαι, καὶ διηγήσατο ὅτι οὐκ εἰσῆλθεν ὑπὸ στέγην ἐπὶ εἴκοσι ἡμέρας, ἵνα νικήσῃ ὕπνον, τοῖς μὲν καύμασι φλεγόμενος, τῇ δὲ νυκτὶ στυφόμενος τῇ ψυχρότητι. Καὶ ὡς ἔλεγεν ὅτι· «Εἰ μὴ τάχιον εἰσῆλθον ὑπὸ στέγην καὶ ἐχρησάμην τῷ ὕπνῳ, οὕτω μου ἐξηράνθη ὁ ἐγκέφαλος, ὡς εἰς ἔκστασίν με ἐλάσαι λοιπόν. Καὶ τὸ μὲν ὅσον ἐπ' ἐμοὶ ἐνίκησα· τὸ δὲ ὅσον ἐπὶ τῇ φύσει τὴν χρείαν ἐχούσῃ τοῦ ὕπνου παρεχώρησα.» 4. Τούτου καθεζομένου πρωὶ ἐν τῷ κελλίῳ κώνωψ στὰς ἐπὶ τοῦ ποδὸς ἐκέντησεν αὐτόν· καὶ ἀλγήσας κατέαξεν αὐτὸν τῇ χειρὶ μετὰ κόρον τοῦ αἵματος. Καταγνοὺς οὖν ἑαυτοῦ ὡς ἐκδικήσαντος ἑαυτόν, κατεδίκασεν ἑαυτὸν εἰς τὸ ἕλος τῆς Σκήτεως, ὅ ἐστιν ἐν τῇ πανερήμῳ, καθίσαι γυμνὸν ἐπὶ μῆνας ἕξ, ἔνθα οἱ κώνωπες καὶ συάγρων δέρματα τιτρώσκουσιν, ὡς σφῆκες ὄντες. Οὕτως οὖν κατετρώθη ὅλος καὶ σπονδύλους ἐξέβαλεν ὡς νομίσαι τινὰς ὅτι ἠλεφαντίασεν. Ἐλθὼν οὖν μετὰ μῆνας ἕξ εἰς τὸ κελλίον αὐτοῦ, ἀπὸ τῆς φωνῆς ἐγνώσθη ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Μακάριος.

772 *Vitia quomodo edomanda.* — 19, 5. Τούτῳ τῷ Μωσεῖ ἐπέθεντο δαίμονες εἰς τὴν ἀρχαίαν συνήθειαν τῆς ἀκολασίας τῆς

---

eius haec erat: si quod opus aliquem fecisse audiit umquam, omnino id ardenter effecit. Cum enim ab aliquibus audiisset Tabennesiotas per totam quadragesimam nulla re vesci, quae igni esset admota, statuit septem annis nihil comedere, quod per ignem transisset, et praeter cruda olera, si forte adfuissent, et legumina humectata nihil gustavit.... 3. Alia eius ascesis: statuit somnum superare et narrabat se non esse ingressum sub tectum viginti diebus, ut somnum vinceret, cum interdiu quidem arderet, noctu vero algore rigeret. Et ita loquebatur: «Nisi citius tectum ingressus essem et somno usus essem, ita mihi erat arefactum cerebrum, ut deinceps agerer in ecstasin. Et quod ad me quidem attinet, vici somnum; quod autem ad naturam opus habentem, ei cessi.» 4. Eo sedente mane in cella sua, culex sedens in pede eius pupugit eum; et dolore perculsus, manu obtrivit culicem sanguine satiatum. Accusans ergo seipsum quod sese vindicasset, se condemnavit sedere nudum sex menses in palude Scetes, quae est in vasta solitudine, in qua culices, qui sunt ut vespae, perforare possunt etiam pelles aprorum. Ita ergo totus vulneratus est et papulis ita coopertus est ut pati elephantiasi videretur. Veniens autem post sex menses in cellam suam, solum voce agnoverunt eum esse Macarium.

772 19 (22), 5. Illum Moysen adorti sunt daemones eum ad veterem consuetudinem fornicatoriae intemperantiae impellentes; qui usque

---

772. TS 6, 2, 60; MG 34, 1064 C.

πορνικῆς κατελαύνοντες· ὃς ἐπὶ τοσοῦτον ἐπειράσθη, ὡς αὐτὸς διηγεῖτο, ὡς μικροῦ δεῖν τῆς προθέσεως ἐξοκεῖλαι. Παραγενόμενος οὖν πρὸς τὸν μέγαν Ἰσίδωρον τὸν ἐν τῇ Σκήτει, ἀνήνεγκε τὰ τοῦ πολέμου. Καὶ λέγει αὐτῷ· «Μὴ λυπηθῇς· ἀρχαὶ γάρ εἰσι, καὶ διὰ τοῦτο σφοδρότερόν σοι ἐπέθεντο ζητοῦντες τὴν συνήθειαν. 6. Ὥσπερ γὰρ κύων ἐν μακέλλῳ τῇ συνηθείᾳ οὐκ ἀφίσταται, ἂν δὲ κλεισθῇ τὸ μάκελλον καὶ μηδεὶς αὐτῷ μηδὲν δῷ, οὐκέτι ἐγγίζει· οὕτω καὶ σὺ ἐὰν ἐπιμείνῃς, ἀκηδιάσας ὁ δαίμων ἔχει σου ἀποστῆναι.» Ἀναχωρήσας οὖν ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης σφοδρότερον ἠσκεῖτο, καὶ μάλιστα ἀπὸ βρωμάτων, οὐδενὸς μεταλαμβάνων πλὴν ἄρτου ξηροῦ ἐν δώδεκα οὐγκίαις, ἐργαζόμενος ἔργον πλεῖστον, καὶ πεντήκοντα προσευχὰς ἐκτελῶν. Κατατήξας οὖν αὐτοῦ τὸ σωμάτιον, ἔμεινε πυρούμενος ἔτι καὶ ἐνυπνιαζόμενος. 7. Πάλιν παρέβαλεν ἄλλῳ τινὶ τῶν ἁγίων καὶ λέγει αὐτῷ· «Τί ποιήσω ὅτι σκοτίζουσί μου τὸν λογισμὸν τὰ ἐνύπνια τῆς ψυχῆς κατὰ συνήθειαν ἡδονῆς;» Λέγει αὐτῷ· «Ἐπειδὴ τὸν νοῦν σου οὐκ ἀπέστησας τῶν περὶ ταῦτα φαντασιῶν, τούτου χάριν ὑφίστασαι τοῦτο· δὸς ἑαυτὸν εἰς ἀγρυπνίαν καὶ προσεύχου νηφόντως καὶ ἐλευθεροῦσαι ἀπὸ τούτων ταχέως.» Ὃς ἀκούσας καὶ ταύτης τῆς ὑποθέσεως ἀπελθὼν ἐν τῇ κέλλῃ ἔδωκε λόγον μὴ κοιμηθῆναι διὰ πάσης νυκτός, μὴ κλῖναι γόνυ. 8. Μείνας οὖν ἐν τῷ κελλίῳ ἐπὶ ἔτη ἕξ, τὰς νύκτας πάσας εἰς τὸ μέσον τοῦ κελλίου ἵστατο προσευχόμενος, ὀφθαλμὸν μὴ καμμύων.

Ascesis Pauli monachi — 20, 1. Ἔργον δὲ αὐτῷ καὶ ἄσκησις 773
γέγονε τὸ ἀδιαλείπτως προσεύχεσθαι. Τετυπωμένας οὖν εἶχεν

---

adeo fuit tentatus, sicut ipse narravit, ut parum abfuerit quin eum ab instituto dimoverent. Cum autem accessisset ad magnum Isidorum, qui sedebat in Scete, rettulit ad eum de bello. Et ei respondit: «Ne conturberis; sunt principia, et ideo te vehementius invaserunt, requirentes consuetudinem. 6. Sicut enim canis in macello non recedit a consuetudine, sed si fuerit clausum macellum et nemo quidquam ei dederit, non amplius accedit; sic et tu si permânseris, aegre ferens daemon a te recedet.» Secedens ergo ex hac hora, strictius se exercebat, maxime autem de alimentis, nihil sumens praeter panis sicci uncias duodecim, plurimum operans et quinquaginta orationes peragens. Porro autem quamvis suum macerasset corpusculum, permansit tamen inflammatus, et praecipue in somnis. 7. Rursus convenit ad alium sanctum monachum et dicit ei: «Quid faciam, quia somnia animi ex consuetudine voluptatis rationem meam obtenebrant?» Dicit ei: «Quoniam mentem tuam non cohibuisti a visis eiusmodi, ea de causa haec sustines. Dede te paulatim vigiliae et ora sobrius, et ab his cito liberaberis.» Qui cum audisset hoc monitum, in cellam reversus, fidem dedit se non dormire totam noctem neque genuflectere. 8. Cum ergo remansisset in cella sex annos, totas noctes stans in medio cellae orabat, oculum non claudens.
20 (23), 1. Eius opus et ascesis fuit orare perpetuo. Habebat 773
igitur preces trecentas praestitutas, colligens totidem calculos eos-

---

773. TS 6, 2, 62; MG 34, 1070 B.

εὐχὰς τριακοσίας, τοσαῦτα οὖν ψηφία συνάγων καὶ ἐν τῷ κόλπῳ κατέχων, καὶ ῥίπτων καθ' ἑκάστην εὐχὴν ἔξω τοῦ κόλπου μίαν ψῆφον. 2. Οὗτος παραβαλὼν συντυχίας ἕνεκεν τῷ ἁγίῳ Μακαρίῳ τῷ λεγομένῳ πολιτικῷ, λέγει αὐτῷ· «Ἀββᾶ Μακάριε, θλίβομαι.» Ἠνάγκασεν οὖν αὐτὸν εἰπεῖν διὰ ποίαν αἰτίαν. Ὁ δὲ λέγει αὐτῷ· «Ἐν κώμῃ τινὶ παρθένος κατοικεῖ τις τριακοστὸν ἔτος ἔχουσα ἀσκουμένη· περὶ ἧς μοι διηγήσαντο ὅτι παρεκτὸς σαββάτου ἢ κυριακῆς οὐδέποτε γεύεται· ἀλλὰ τὸν χρόνον ὅλον ἕλκουσα τὰς ἑβδομάδας διὰ πέντε ἐσθίουσα ἡμερῶν ποιεῖ εὐχὰς ἑπτακοσίας. Καὶ ἀπευδόκησα ἐμαυτοῦ τοῦτο μαθὼν ὅτι ὑπὲρ τὰς τριακοσίας οὐκ ἠδυνήθην ποιῆσαι.» 3. Ἀποκρίνεται αὐτῷ ὁ ἅγιος Μακάριος· «Ἐγὼ ἑξηκοστὸν ἔτος ἔχω τεταγμένας ἑκατὸν εὐχὰς ποιῶν καὶ τὰ πρὸς τροφὴν ἐργαζόμενος καὶ τοῖς ἀδελφοῖς τὴν ὀφειλὴν τῆς συντυχίας ἀποδιδούς, καὶ οὐ κρίνει με ὁ λογισμὸς ὡς ἀμελήσαντα. Εἰ δὲ σὺ τριακοσίας ποιῶν ὑπὸ τοῦ συνειδότος κρίνῃ, δῆλος εἶ καθαρῶς αὐτὰς μὴ εὐχόμενος, ἢ δυνάμενος πλείονας εὔχεσθαι καὶ μὴ εὐχόμενος.

774 *Regula S. Pacomii caelitus data.* — 32, 1. Καθεζομένῳ οὖν αὐτῷ [Παχωμίῳ] ἐν τῷ σπηλαίῳ ὤφθη ἄγγελος καὶ λέγει αὐτῷ· «Τὰ κατὰ σαυτὸν κατώρθωσας· περιττῶς οὖν καθέζῃ ἐν τῷ σπηλαίῳ· δεῦρο καὶ ἐξελθὼν συνάγαγε πάντας τοὺς νέους μοναχοὺς καὶ οἴκησον μετ' αὐτῶν, καὶ κατὰ τὸν τύπον ὃν δίδωμί σοι οὕτως αὐτοῖς νομοθέτησον.» Καὶ ἐπέδωκεν αὐτῷ δέλτον χαλκῆν ἐν ᾗ ἐγέγραπτο ταῦτα· 2. «Συγχωρήσεις ἑκάστῳ κατὰ δύναμιν φαγεῖν καὶ πιεῖν· καὶ πρὸς τὰς δυνάμεις τῶν ἐσθιόντων ἀνάλογα

que in sinu tenens singulosque proiciens e sinu ad singulas preces. 2. Is cum accessisset conversationis causa ad sanctum Macarium, qui dicitur Politicus, dicit ei: «Abba Macari, affligor.» Coegit ergo eum dicere, qua de causa. Et dicit ei: (24) «In quodam vico habitat quaedam virgo, trigesimum annum agens, quae ascesi exercetur; de qua multi mihi narrarunt quod praeter sabbatum et dominicam numquam vescitur, sed toto tempore trahens hebdomadas, et post quinque dies comedens, facit septingentas orationes. Hoc cum didicissem, meipsum reprobavi quod non potuerim facere plus quam trecentas.» 3. Respondet ei sanctus Macarius: «Sexagesimus annus agitur, ex quo centum constitutas facio orationes, et laborans pro victu meo et fratribus debitum reddens congressionis, nec mea me iudicat ratio quod fuerim neglegens. Si tu autem, cum trecentas facias orationes, iudicaris a conscientia, aperte ostendis te non pure orare vel posse plures orationes facere quam facias.

774 32 (38), 1. Eo ergo [Pacomio] sedente in spelunca, apparuit ei angelus et dicit ei: «Ea, quae ad te pertinent, recte gessisti; supervacanee ergo sedes in spelunca; age ergo, egredere et congrega omnes iuniores monachos, et habita cum iis, et secundum formam, quam do tibi, legem iis constitue.» Et dedit ei tabulam aëneam, in qua haec scripta fuerant: 2. «Concedes unicuique, ut pro viribus comedat et bibat; et secundum vires comedentium iis opera man-

774. TS 6, 2, 88; MG 34, 1101 C.

καὶ τὰ ἔργα αὐτοῖς ἐγχείρισον· καὶ μήτε νηστεῦσαι κωλύσῃς μήτε φαγεῖν. Οὕτω μέντοι τὰ ἰσχυρὰ τοῖς ἰσχυροτέροις καὶ ἐσθίουσι, καὶ τὰ ἄτονα τοῖς ἀτονωτέροις καὶ ἀσκητικωτέροις ἐγχείριζε ἔργα. Ποίησον δὲ κέλλας διαφόρους ἐν τῇ αὐλῇ, καὶ τρεῖς κατὰ κέλλαν μενέτωσαν. Ἡ δὲ τροφὴ πάντων ὑπὸ ἕνα οἶκον ἐξεταζέσθω. 3. Καθευδέτωσαν δὲ μὴ ἀνακείμενοι, ἀλλὰ θρόνους οἰκοδομητοὺς ὑπτιωτέρους πεποιηκότες καὶ θέντες αὐτῶν ἐκεῖ τὰ στρώματα καθευδέτωσαν καθήμενοι. Φορείτωσαν δὲ ἐν ταῖς νυξὶ λεβιτῶνας λινοῦς ἐζωσμένοι. Ἕκαστος αὐτῶν ἐχέτω μηλωτὴν αἰγείαν εἰργασμένην, ἧς ἄνευ μὴ ἐσθιέτωσαν. Ἀπιόντες δὲ εἰς τὴν κοινωνίαν κατὰ σάββατον καὶ κυριακήν, τὰς ζώνας λυέτωσαν, τὴν μηλωτὴν ἀποτιθέσθωσαν, καὶ μετὰ κουκουλίου μόνου εἰσιέτωσαν.» Κουκούλια δὲ αὐτοῖς ἐτύπωσεν ἄμαλλα ὡς παιδίοις, ἐν οἷς καὶ καυτῆρα τύπον σταυροῦ διὰ πορφυρίου ἐκέλευσεν ἐντίθεσθαι.... 5. Ἐγέγραπτο δὲ ἐν τῇ δέλτῳ ὅτι· «Ξένος ἄλλου μοναστηρίου ἄλλον ἔχοντος τύπον μὴ συμφάγῃ τούτοις, μὴ συμπίῃ, μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν μονὴν ἐκτὸς εἰ μὴ ἐν ὁδῷ εὑρεθῇ.» Τὸν μέντοι εἰσελθόντα συμμεῖναι αὐτοῖς ἐπὶ τριετίαν εἴσω τῶν ἀδύτων οὐ δέχονται· ἀλλ' ἐργατικώτερα ἔργα ποιήσας, οὕτως εἰσβαίνει μετὰ τριετίαν. 6. «Ἐσθίοντες δὲ τὰς κεφαλὰς καλυπτέτωσαν τοῖς κουκουλίοις, ἵνα μὴ ἀδελφὸς ἀδελφὸν μασώμενον ἴδῃ. Οὐκ ἔστι λαλῆσαι ἐσθίοντα, οὐδὲ ἐκτὸς τοῦ πίνακος ἢ τῆς τραπέζης ἀλλαχοῦ προσέχειν τῷ ὀφθαλμῷ.» Ἐτύπωσε δὲ διὰ πάσης τῆς ἡμέρας ποιεῖν αὐτοὺς εὐχὰς δώδεκα, καὶ ἐν τῷ λυχνικῷ δώδεκα, καὶ ἐν ταῖς παννυχίσι δώδεκα, καὶ ἐννάτην ὥραν τρεῖς·

dabis convenientia; et neque ieiunare prohibe nec comedere. Sic quidem fortia fortioribus manda opera et iis qui manducant, et levia imbecillioribus et iis, qui se magis ascesi exercent. Fac autem diversas cellas in eadem aula, et tres in cella maneant. Omnibus autem cibus in una domo paretur. 3. Dormiant autem non recumbentes, sed exstructis sibi sedibus paulo supinioribus et illic suis impositis stragulis dormiant sedentes. Noctu autem gestent lebitones lineos, succincti. Habeat unusquisque ex his pellem caprinam laboratam, sine qua ne comedant. Euntes autem ad communionem sabbato et dominica, zonas solvant, pellem caprinam deponant et cum sola cuculla ingrediantur.» Fecit autem iis cucullas sine villis tamquam pueris, in quibus etiam iussit imponi figuram crucis purpureae.... 5. Scriptum autem erat in tabula: «Si venerit hospes alterius monasterii, quod habet aliam formam, cum iis nec comedat nec bibat, nec ingrediatur in monasterium, nisi fuerit inventus in via.» Porro eum, qui ingressus est, ut cum iis remaneat, non admittunt intra chorum per tres annos; sed cum fecerit opera difficiliora, sic post triennium ingreditur. 6. «Comedentes autem velent capita cucullis, ne frater fratrem videat mandentem. Comedenti non licet loqui, nec extra quadram et mensam usquam alio oculos convertere.» Constituit autem, ut per totum diem facerent duodecim orationes, et duodecim cum ad vespertinum lumen venirent, et in nocturnis vigiliis duodecim, et hora nona tres.

ὅτε δὲ μέλλει τὸ πλῆθος ἐσθίειν, ἑκάστῃ εὐχῇ ψαλμὸν προᾴδεσθαι τυπώσας. 7. Προσαντιλέγοντος δὲ τοῦ Παχωμίου τῷ ἀγγέλῳ ὅτι ὀλίγαι εἰσὶν αἱ εὐχαί, λέγει αὐτῷ ὁ ἄγγελος· «Ταῦτα διετύπωσα ὡς φθάνειν καὶ τοὺς μικροὺς ἐπιτελεῖν τὸν κανόνα καὶ μὴ λυπεῖσθαι. Οἱ δὲ τέλειοι νομοθεσίας χρείαν οὐκ ἔχουσι· καθ' ἑαυτοὺς γὰρ ἐν ταῖς κέλλαις ὅλον ἑαυτῶν τὸ ζῆν τῇ τοῦ Θεοῦ θεωρίᾳ παρεχώρησαν. Τούτοις δὲ ἐνομοθέτησα ὅσοι οὐκ ἔχουσι νοῦν ἐπιγνώμονα, ἵνα κἂν ὡς οἰκέται τὴν σύνταξιν πληροῦντες τῆς πολιτείας διατεθῶσιν ἐν παρρησίᾳ.»

CASSIANUS, ca 360 — ca 435.

De institutis coenobiorum, ca 420.

775 *Abnegatio perfectionis basis.* — L. 4, c. 8. Cuius haec erit sollicitudo et eruditio principalis, per quam iunior introductus scandere consequenter etiam culmina perfectionis summa praevaleat, ut doceat eum primitus suas vincere voluntates; quem studiose in his ac diligenter exercens, haec illi semper imperare de industria procurabit, quae senserit animo eius esse contraria. Multis siquidem experimentis edocti tradunt, monachum, et maxime iuniores, ne voluptatem quidem concupiscentiae suae refrenare posse, nisi prius mortificare per oboedientiam suas didicerint voluntates. Ideoque pronuntiant nullatenus praevalere, vel iram, vel tristitiam, vel spiritum fornicationis extinguere, sed nec humilitatem cordis veram, nec cum fratribus unitatem perpetuam, nec firmam diuturnamque posse retinere concordiam, sed ne in coenobio quidem diutius permanere eum, qui prius voluntates suas non didicerit superare.

776 *Aperienda anima Patri spirituali.* — 4, 9. Instituuntur nullas penitus cogitationes prurientes in corde perniciosa confusione celare, sed confestim ut exortae fuerint, eas suo patefacere seniori; nec super earum iudicio quidquam suae discretioni committere, sed illud credere malum esse, vel bonum, quod discusserit ac pronuntiaverit senioris examen. Itaque fit, ut in nullo circumvenire iuvenem callidus inimicus velut inexpertum ignarumque praevaleat, nec ulla fraude decipere, quem pervidet non sua, sed senioris discretione muniri, et suggestiones suas vel ignita iacula, quaecumque in cor eius iniecerit, ut seniorem celet, non posse suaderi. Alias quippe subtilissimus diabolus illudere vel deicere iuniorem non poterit, nisi cum eum seu per arrogantiam, sive per verecundiam, ad cogitationum suarum velamen illexerit. Generale namque et evidens indicium diabolicae cogitationis esse pronuntiant, si eam seniori confundamur aperire.

Oboedientia. — 4, 24. Hic itaque beatus Ioannes ab adulescentia sua usque ad perfectam ac virilem aetatem seniori suo deserviens, donec ille in huius vitae conversatione duravit, tanta humilitate inhaesit eius obsequiis, ut ipsi quoque seni stuporem summum oboedientia eius incuteret.... Sumpsit namque de lignario suo virgultum senex, quod olim excisum usibus foci fuerat praeparatum; dumque coctionis retardat occasio, non modo aridum, sed prope putre iacebat temporis vetustate. Cumque hoc coram ipso fixisset in terram, praecepit advecta aqua cotidie bis rigari, ut scilicet diurnis humoribus radicatum atque in antiquam arborem reviviscens, diffusis ramis amoenitatem oculis atque umbraculum in aestu ferventi subter residentibus exhiberet. Quod praeceptum veneratione solita sine ulla impossibilitatis consideratione suscipiens adulescens, ita cotidianis diebus explevit, ut aquam per duo ferme milia indesinenter apportans nullatenus lignum rigare cessaret, atque per totum anni spatium non infirmitas corporis, non festivitatis sollemnitas, non occupatio necessitatis ullius, quae illum etiam honeste excusaret ab executione mandati, non denique hiemis asperitas intercedens ab observantia praecepti huius potuerit impedire. Cumque eius hanc sedulitatem tacitus senex latenter diebus singulis exploraret videretque eum simplici cordis affectu mandatum suum velut divinitus emissum sine ulla permutatione vultus vel rationis discussione servare, sinceram humilitatis eius oboedientiam comprobans, pariter etiam miserans tam longum laborem, quem per totum anni spatium studio devotionis impenderat, ad aridum virgultum accedens: «O, inquit, Ioannes, misitne radices haec arbor, annon?» Cumque ille se nescire dixisset, senex, velut inquirens rei veritatem et tamquam tentans utrum iam suis radicibus niteretur, evulsit coram ipso levi commotione virgultum, sicque proiciens illud praecepit ut deinceps rigare desineret. 777

Oboedientia. — 4, 26. Aliis rursum aedificari cupientibus oboedientiae eius [Ioannis] exemplo, vocans senior: «Curre, inquit, Ioannes, saxum illud huc advolve quantocius.» Qui con- 778

Quando vero omnes in eo sunt, ut manducent, constituit ut unicuique orationi praemitteretur psalmus. 7. Cum autem Pacomius angelo obiceret, quod paucae sunt preces, ei dicit angelus: «Has constitui, ut parvi quoque possint procedere ad perficiendam regulam, nec iis sit molestum. Qui autem sunt perfecti, non opus habent legislationis; nam cum per se sunt in cellis, totam suam vitam attribuunt Dei contemplationi. His autem legem tuli, qui mentem minime habent intellegentem, ut etiamsi essent sicut domestici summam observantiae adimplentes, secure et libere degant.»

---

775. CV 17 (ed. M. Petschenig, 1888), 52; ML 49, 160 B.
776. CV 17, 53; ML 49, 161 B.

777. CV 17, 63; ML 49, 183 C. 778. CV 17, 65: ML 49, 185 B.

festim saxum immane, quod multae hominum turbae movere non possent, applicita nunc cervice, nunc toto corpore, tanto nisu atque conatu provolvere contendebat, ut sudore omnium membrorum suorum non solum totum infunderet vestimentum, sed etiam saxum ipsum suis cervicibus humectaret, in hoc quoque parum metiens impossibilitatem praecepti vel facti pro reverentia senis, et obsequii simplicitate sincera, qua credebat senem tota fide nihil posse incassum ac sine ratione praecipere.

779 *Praeparatio ad scientiam Scripturae.* — 5, 34. Ait [Theodorus abbas] monachum Scripturarum notitiam pertingere cupientem nequaquam debere labores suos erga commentatorum libros impendere, sed potius omnem mentis industriam et intentionem cordis erga emendationem vitiorum carnalium detinere; quibus expulsis confestim cordis oculi, sublato velamine passionum, sacramenta Scripturarum naturaliter contemplarentur, siquidem nobis non, ut essent incognita vel obscura, Spiritus Sancti gratia promulgata sint, sed nostro vitio velamine peccatorum cordis oculos obnubente reddantur obscura; quibus rursum naturali redditis sanitati, ipsa Scripturarum sanctarum lectio ad contemplationem verae scientiae abunde etiam sola sufficiat, nec eos commentatorum institutionibus indigere; sicut oculi isti carnales ad vivendum nullius egent doctrina, si modo fuerint a suffusione vel caligine caecitatis immunes.

780 *Puritas cordis servanda.* — 6, 9. Itaque omni custodia cordis nostri sunt latebrae primitus expiandae. Quod enim illi in corporis puritate cupiunt assequi, nos debemus etiam in arcanis conscientiae possidere; in qua Dominus arbiter atque agonotheta residens, pugnam cursus et certaminis nostri iugiter spectat, ut ea, quae in propatulo horremus admittere, ne intrinsecus quidem coalescere incauta cogitatione patiamur; et in quibus humana cognitione confundimur, ne occulta quidem coniventia polluamur. Quae licet possit hominum praeterire notitiam, sanctorum tamen angelorum ipsiusque omnipotentis Dei scientiam, quam nulla subterfugiunt secreta, latere non poterit.

781 *Deus cogitationum inspector.* — 6, 21. Quem statum [perfectae puritatis] ita tenere perpetuo poterimus, ac numquam naturalem modum nec tempus excedere superius comprehensum, si Deum non solum secretorum actuum nostrorum, verum etiam cogitationum cunctarum diurnum pariter nocturnumque inspectorem esse et conscium cogitemus, ac pro omnibus quae in nostro corde versantur, sicut pro factis et operibus nostris, rationem nos ei reddituros esse credamus.

---

779. CV 17, 107; ML 49, 250 B. 780. CV 17, 120; ML 49, 278 A.
781. CV 17, 126; ML 49, 290 B.

Sine Dei adiutorio nihil obtinetur. — 12, 11. Principium 782
quoque discutientes vocationis ac salutis humanae, qua non ex nobis, nec ex operibus nostris secundum apostolum, sed Dei sumus dono gratiaque salvati [cf. Eph 2, 8 sq], liquido poterimus advertere, quemadmodum perfectionis summa, *non volentis neque currentis, sed miserentis* est *Dei* [Rom 9, 13]; qui nequaquam laborum vel cursus nostri merito compensante, vitiorum nos facit esse victores, nec aequiperante nostrae voluntatis industria, tam arduum integritatis culmen subiugata qua utimur carne conscendere. Nulla siquidem corporis huius afflictio nullaque cordis contritio ad capessendam veram illam interioris hominis castitatem possit esse condigna, ut tantam puritatis virtutem angelis solis ingenitam caelique vernaculam, nudo humano labore, id est, sine adiutorio Dei valeat obtinere; quia totius boni effectus ab illius profluit gratia, qui tantam perennitatem beatitudinis et immensitatem gloriae, exiguae voluntati brevique ac parvo cursui nostro, multiplicata largitate, donavit.

Collationes, 419—428.

Vitae monachi finis. — Coll. 1, c. 2. Omnes, inquit [abbas 783
Moyses], artes ac disciplinae scopon quemdam, id est, destinationem, et telos, hoc est, finem proprium habent; ad quem respiciens uniuscuiusque artis industrius appetitor, cunctos labores et pericula atque dispendia aequanimiter libenterque sustentat. Nam et agricola nunc torridos solis radios, nunc pruinas et glaciem non declinans terram infatigabiliter scindit.... Habet ergo et nostra professio scopon proprium ac finem suum, pro quo labores cunctos non solum infatigabiliter, verum etiam gratanter impendimus, ob quem nos ieiuniorum inedia non fatigat, vigiliarum lassitudo delectat, lectio ac meditatio Scripturarum continuata non satiat, labor etiam incessabilis, nuditasque et omnium rerum privatio, horror quoque huius vastissimae soliditudinis non deterret.... Propter quod respondete, inquit, mihi, quae sit destinatio vestra, vel finis, qui ad haec omnia libentissime sustinenda vos provocat. 3. Et cum persisteret nostram elicere super hac interrogatione sententiam, respondimus, regni caelorum causa haec cuncta tolerari. 4. Ad quod ille: Bene, inquit; argute de fine dixistis. Qui vero debeat esse scopos noster, id est, destinatio cui iugiter inhaerentes finem valeamus attingere, prae omnibus nosse debetis. Et cum ignorationem confessi simpliciter fuissemus, adiecit: ... Finis quidem nostrae professionis, ut diximus, regnum Dei, seu regnum caelorum est; destinatio vero nostra, id est, scopos, puritas cordis, sine qua ad illum finem

---

782. CV 17, 213; ML 49, 440 A.
783. CV 13 (ed. M. Petschenig, 1886), 8; ML 49, 483 B.

impossibile est quempiam pervenire. In hac ergo destinatione defigentes nostrae directionis obtutus, velut ad certam lineam cursum rectissimum dirigemus. Ac si paululum quid ab hac cogitatio nostra deflexerit, ad contemplationem eius ilico recurrentes, rursus eam velut ad quamdam normam rectissime corrigemus; quae semper omnes conatus nostros ad unum hoc revocans signum, arguet statim, si a proposita directione mens nostra vel paululum deviaverit.

784 *Finis est sanctificatio seu puritas animarum.* — 1, 5. Ita igitur et nostri propositi finis quidem, secundum apostolum, vita aeterna est, ita eodem pronuntiante: *Habentes quidem fructum vestrum in sanctificatione, finem vero vitam aeternam* [Rom 6, 22]. Scopos vero est puritas cordis, quam sanctificationem non immerito nuncupavit, sine qua praedictus finis non poterit apprehendi; ac si dixisset aliis verbis: Habentes quidem scopon vestrum in cordis puritate, finem vero vitam aeternam. De qua destinatione docens nos idem beatus apostolus ipsum nomen, id est, scopon, significanter expressit ita dicens: *Quae posteriora sunt obliviscens, ad ea vero quae in ante sunt extendens me, ad destinatum persequor, ad bravium supernae vocationis Domini* [Phil 3, 13 sq]. Quod evidentius in graeco ponitur: κατὰ σκοπὸν διώκω, id est, secundum destinationem persequor; tamquam si dixisset: Hac destinatione, qua illa quae posteriora sunt obliviscor, id est, anterioris hominis vitia, ad finem bravii caelestis pervenire contendo. Quidquid ergo nos ad hunc scopon, id est puritatem cordis, potest dirigere, tota virtute sectandum est; quidquid autem ab hac retrahit, ut perniciosum ac noxium devitandum. Pro hac enim universa agimus atque toleramus.

785 *Perfectio monachi identica impassibilitati.* — 1, 6. *Et si distribuero,* inquit, *in cibos pauperum omnes facultates meas, et tradidero corpus meum ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest* [1 Cor 13, 3]. Unde liquido comprobatur perfectionem non statim nuditate nec privatione omnium facultatum seu dignitatum abiectione contingi, nisi fuerit caritas illa, cuius apostolus membra describit, quae in sola cordis puritate consistit. Nam quid est aliud non aemulari, non inflari, non irritari, non agere perperam, non quaerere quae sua sunt, non super iniquitate gaudere, non cogitare malum, et reliqua, nisi cor perfectum atque mundissimum Deo semper offerre et intactum a cunctis perturbationibus custodire?

786 *Media ad perfectionem.* — 1, 7. Ea igitur, quae sequentia sunt, id est, ieiunia, vigiliae, anachoresis, meditatio Scripturarum, propter principalem scopon, id est, puritatem cordis,

784. CV 13, 11; ML 49, 486 C. 785. CV 13, 12; ML 49, 488 B.
786. CV 13, 13; ML 49, 489 B.

quod est caritas, nos convenit exercere, et non propter illa principalem hanc proturbare virtutem; qua in nobis integra illaesaque durante, nihil oberit, si aliquid eorum, quae sequentia sunt, pro necessitate fuerit praetermissum.... Igitur ieiunia, vigiliae, meditatio Scripturarum, nuditas ac privatio omnium facultatum, non perfectio, sed perfectionis instrumenta sunt, quia non in ipsis consistit disciplinae illius finis, sed per illa pervenitur ad finem. Incassum igitur haec exercitia molietur, quisque his velut summo bono contentus, intentionem sui cordis hucusque defixerit et non ad capiendum finem, propter quem haec appetenda sunt, omne studium virtutis extenderit, habens quidem disciplinae illius instrumenta, finem vero, in quo omnis fructus consistit, ignorans. Quidquid igitur potest istam mentis nostrae puritatem tranquillitatemque turbare, quamvis utile ac necessarium videatur, ut noxium devitandum est.

Caritas principalior virtus. — 1, 8. Hic ergo nobis princi- 787
palis debet esse conatus, haec immobilis destinatio cordis iugiter affectanda, ut divinis rebus ac Deo mens semper inhaereat. Quidquid ab hac diversum est, quamvis magnum, secundum tamen, aut etiam infimum, seu certe noxium iudicandum est. Huius mentis vel actus figura etiam in evangelio per Martham et Mariam pulcherrime designatur.

Principale bonum contemplatio. — 1, 8. *Maria bonam par-* 788
tem elegit, quae non auferetur ab ea [Lc 10, 42]. Videtis ergo principale bonum in theoria sola, id est, in contemplatione divina, Dominum posuisse. Unde ceteras virtutes, licet necessarias et utiles bonasque pronuntiemus, secundo tamen gradu censendas esse decernimus, quia universae huius unius patrantur obtentu.

Pietas vel caritas identica perfectioni. — 1, 10. *Corporalis* 789
exercitatio ad modicum utilis est; pietas autem, quae sine dubio caritas intellegitur, *ad omnia utilis est, promissionem habens vitae quae nunc est, et futurae* [1 Tim 4, 8]. Quae ergo dicitur ad modicum esse utilis, manifeste pronuntiatur nec per omne tempus exerceri, nec summam perfectionis per se solam laboranti posse conferre. Modicum quippe ad utrumque referri potest, id est, vel ad brevitatem temporis, quod scilicet homini tam in praesenti quam in futuro exercitatio corporalis coaeterna esse non possit, vel certe ad parvitatem utilitatis, quae de carnali exercitatione conquiritur, eo quod afflictio corporalis initia quaedam profectus, non ipsam perfectionem pariat caritatis, quae promissionem habet vitae praesentis et futurae.

Adhaerere Deo. — 1, 13. Moyses: Inhaerere quidem Deo 790
iugiter et contemplationi eius, quemadmodum dicitis, insepara-

787. CV 13, 14; ML 49, 490 B. 788. CV 13, 15; ML 49, 491 B.
789. CV 13, 16; ML 49, 494 B. 790. CV 13, 18; ML 49, 497 B.

biliter copulari, impossibile est homini ista carnis fragilitate circumdato. Verum oportet nos scire, ubi nostrae mentis intentionem debeamus habere defixam et ad quam destinationem semper animae nostrae revocemus intuitum; quam cum potuerit obtinere mens, gaudeat, et a qua distractam se doleat atque suspiret totiesque se a summo bono sentiat recidisse, quoties se ab illo intuitu deprehenderit separatam, fornicationem iudicans vel momentaneum a Christi contemplatione discessum. A quo cum deviaverit paululum noster obtutus, rursus ad eum cordis oculos retorquentes, velut rectissima linea mentis aciem revocemus.... *Regnum Dei non veniet cum observatione, neque dicent: Ecce hic aut ecce illic est. Amen enim dico vobis, quia regnum Dei intra vos est* [Lc 17, 20 sq]. Intra nos vero nihil aliud esse potest quam scientia aut ignoratio veritatis, et vel vitiorum amicitia vel virtutum; per quam aut diabolo aut Christo regnum paramus in corde. Cuius etiam regni qualitatem describit apostolus ita dicens: *Non enim regnum Dei est esca et potus, sed iustitia, et pax, et gaudium in Spiritu Sancto* [Rom 14, 17].

791 *Regnum Dei quomodo possideatur.* — 1, 14. Nam quemadmodum diaboli regnum per convenientiam suscipitur vitiorum, ita regnum Dei per exercitationem virtutum, puritate cordis ac spiritali scientia possidetur.

792 *Contemplatio Dei.* — 1, 15. Deus non sola incomprehensibilis illius substantiae suae admiratione cognoscitur, quod tamen adhuc in spe promissionis absconditum est; sed etiam creaturarum suarum magnitudine, vel aequitatis suae consideratione, vel cotidianae dispensationis auxilio, pervidetur; quando scilicet, quae cum sanctis suis per singulas generationes egerit, mente purissima perlustramus, cum potentiam ipsius qua universa gubernat, moderatur ac regit, cum immensitatem scientiae eius et oculum, quem secreta cordium latere non possunt, tremente corde miramur; cum arenam maris undarumque numerum dimensum ei et cognitum cogitamus; cum pluviarum guttas, cum saeculorum dies et horas, cum praeterita futurave universa obstupescentes scientiae eius assistere contemplamur; cum ineffabilem clementiam eius, qua innumera flagitia, quae singulis quibusque momentis sub ipsius committuntur aspectu, indefessa longanimitate sustentat; cum vocationem, qua nos nullis praecedentibus meritis gratia suae miserationis ascivit; cum denique, quot occasiones salutis tribuit adoptandis, cum quodam admirationis intuemur excessu; quod ita nos nasci praecepit, ut ab ipsis cunabulis gratia nobis legisque suae notitia traderetur, quod ipse adversarium vincens in nobis pro solo bonae voluntatis assensu,

791. CV 13, 21; ML 49, 499 B. 792. CV 13, 25; ML 49, 505 A.

aeterna beatitudine ac perpetuis nos praemiis munerat, cum postremo dispensationem incarnationis suae pro nostra salute suscepit ac mirabilia mysteriorum suorum in cunctis gentibus dilatavit.

Discretio. — 2, 4. *Vivus enim Dei sermo,* etc. [Hebr 4, 12]. 793
Quibus manifestissime declaratur nullam sine discretionis gratia perfecte posse vel perfici vel stare virtutem. Et ita tam beati Antonii quam universorum sententia definitum est discretionem esse quae fixo gradu intrepidum monachum perducat ad Deum praedictasque virtutes iugiter conservet illaesas, cum qua ad consummationis excelsa fastigia minore possit fatigatione conscendi, et sine qua multi etiam propensius laborantes, perfectionis nequiverint culmen attingere. Omnium namque virtutum generatrix, custos moderatrixque discretio est.

Tres vocationum modi. — 3, 4. Tum beatus Paphnutius: 794
Tres, inquit, vocationum sunt ordines.... 4. Ut igitur tres hi vocationum modi speciali distinctione pandantur, primus ex Deo est, secundus per hominem, tertius ex necessitate. Et ex Deo quidem est, quoties inspiratio quaedam immissa in cor nostrum nonnumquam etiam dormientes nos ad desiderium aeternae vitae ac salutis exsuscitat Deumque sequi et eius inhaerere praeceptis compunctione saluberrima cohortatur.... Secundus vocationis modus est quem fieri per hominem diximus, cum vel exemplis quorumdam sanctorum vel monitis instigati, ad desiderium salutis accendimur.... Tertius vero vocationis modus est, qui ex necessitate descendit, cum divitiis mundi huius vel voluptatibus obligati, ingruentibus repente tentationibus, quae vel mortis pericula comminantur, vel amissione bonorum ac proscriptione percutiunt, vel carorum morte compungunt, ad Deum, quem sequi in rerum prosperitate contempsimus, saltem inviti properare compellimur.

Triplex abrenuntiatio. — 3, 6. Nunc de abrenuntiationibus 795
disserendum est, quas tres esse et Patrum traditio et Scripturarum sanctarum demonstrat auctoritas, quasque unumquemque nostrum omni studio oportet implere. Prima est qua corporaliter universas divitias mundi facultatesque contemnimus; secunda qua mores ac vitia affectusque pristinos animi carnisque respuimus; tertia qua mentem nostram de praesentibus universis ac visibilibus evocantes, futura tantummodo contemplamur, et ea quae sunt invisibilia concupiscimus.

Voluntas bona a Deo. — 3, 19. Manifestissime perdocemur, 796
et initium voluntatis bonae nobis Domino inspirante concedi, cum aut per se, aut per exhortationem cuiuslibet hominis, aut per necessitatem nos ad salutis attrahit viam, et perfec-

793. CV 13, 43; ML 49, 528 C. 794. CV 13, 69; ML 49, 560 B.
795. CV 13, 73; ML 49, 564 C. 796 CV 13, 91; ML 49, 581 A.

tionem virtutum ab eodem similiter condonari; nostrum vero hoc esse, ut exhortationem auxiliumque Dei vel remissius vel enixius exsequamur et pro hoc nos vel remunerationem vel supplicia dignissime promereri, quod eius dispensationi ac providentiae, erga nos benignissima dignatione collatae, vel neglegimus vel studuimus nostrae oboedientiae devotione congruere.

797 *Desolationum causae.* — 4, 3. Tripartita nobis a maioribus ratio super hac qua dicitis sterilitate mentis est tradita. Aut enim de neglegentia nostra, aut de impugnatione diaboli, aut de dispensatione Domini ac probatione descendit. Et de neglegentia quidem, cum vitio nostro tepore praecedente incircumspecte nosmetipsos et remissius exhibentes et per ignavam desidiam noxiis cogitationibus pasti, terram cordis nostri spinas et tribulos facimus germinare, quibus in ea pullulantibus consequenter efficimur steriles atque ab omni spiritali fructu et contemplatione ieiuni. De impugnatione vero diaboli, cum etiam bonis nonnumquam studiis dediti, callida subtilitate mentem nostram adversario penetrante, vel ignorantes ab optimis intentionibus abstrahimur vel inviti. 4. Dispensationis autem ac probationis duplex causa est: prima, ut paulisper a Domino derelicti et mentis nostrae infirmitatem humiliter intuentes, super praecedente puritate cordis, quae nobis est illius visitatione donata, nullatenus extollamur, probantesque nos ab eodem derelictos, gemitibus nostris et industria illum laetitiae ac puritatis statum recuperare non posse intellegamus, et praeteritam cordis alacritatem non nostro studio, sed illius nobis dignatione collatam, et praesentem de ipsius rursum gratia et illuminatione esse poscendam. Secunda vero probationis est causa, ut perseverantia nostra vel mentis constantia et desiderium comprobetur, et qua intentione cordis vel orationum instantia deserentem nos visitationem Sancti Spiritus requiramus, manifestetur in nobis; ac pariter agnoscentes quanto labore amissum istud spiritale gaudium et puritatis laetitia conquiratur, sollicitius inventam custodire ac tenere attentius studeamus. Quodammodo enim neglegentius custodiri solet quidquid creditur facile posse reparari.

798 *Utile nobis a Deo interdum derelinqui.* — 4, 6. In tantum vero illum, quem diximus, abscessum, et, ut ita loquar, desertionem Dei, beatus David utilem esse cognovit, ut nequaquam orare maluerit ne a Deo in nullo penitus relinqueretur (hoc enim sciebat incongruum esse vel sibi vel humanae naturae ad quamlibet pervenienti perfectionem), sed temperari eam potius deprecatus sit, dicens: *Non me derelinquas usquequaque* [Ps 118, 8], ac si diceret aliis verbis: Scio quod derelinquere

797. CV 13, 98; ML 49, 586 B. 798. CV 13, 100; ML 49, 589 B.

soleas utiliter tuos sanctos, ut eos probes. Aliter enim ab adversario tentari non possunt, nisi a te paulisper fuerint derelicti. Et ideo non rogo ut numquam me derelinquas, quia non expedit mihi, ut non vel meam infirmitatem sentiens dicam: *Bonum mihi quia humiliasti me* [Ps 118, 71], vel exercitium non habeam proeliandi. Quod sine dubio habere non potero, si mihi semper et indisrupte cohaeserit divina protectio. Suffultum namque me tua defensione tentare diabolus non audebit, illud obiciens et exprobrans, vel mihi, vel tibi, quod adversus athletas tuos solet calumniosa voce proferre. *Numquid gratis Iob colit Deum? Nonne tu vallasti eum ac domum eius, universamque substantiam eius per circuitum?* [Ib 1, 9 sq sec. LXX.] Sed magis peto ne me usquequaque deseras, quod graece dicitur ἕως σφόδρα, id est *usque ad nimietatem.*

Ad virtutem possidendam necessario dolores sustinendi. — 799
4, 12. Inter has igitur utrasque concupiscentias, animae voluntas in meditullio quodam vituperabiliore consistens, nec vitiorum flagitiis oblectatur, nec virtutum doloribus acquiescit, sic quaerens a passionibus temperare carnalibus, ut nequaquam velit dolores necessarios sustinere, sine quibus desideria spiritus nequeunt possideri: absque castigatione carnis castimoniam corporis desiderans obtinere, sine vigiliarum labore cordis acquirere puritatem, cum requie carnis spiritalibus exuberare virtutibus, absque ullius exasperatione convicii patientiae gratiam possidere, humilitatem Christi sine honoris mundani exercere iactura, religionis simplicitatem cum saeculari ambitione sectari, Christo cum hominum laude ac favore servire, districtionem veritatis sine cuiuspiam vel tenui offensione proferre. Postremo sic mavult futura consequi bona, ut praesentia non amittat. Quae voluntas numquam nos ad perfectionem veram faceret pervenire, sed in tepore quodam teterrimo collocaret.... Ita fit ut, utraque concupiscentia tali colluctatione alterne sibimet repugnante, animae voluntas, quae nec totam se carnalibus desideriis dedere, nec virtutum vult laboribus desudare, quodam modo iusto moderamine temperetur, dum haec inter utraque contentio, illam perniciosiorem excludens animae voluntatem, ut quamdam aequitatis libram in statera nostri corporis collocat, quae spiritus carnisque confinia iusto discernit examine, nec a dextris mentem spiritus ardore succensam, nec a laeva carnem vitiorum aculeis praeponderare permittens. Dumque haec pugna cotidianis diebus utiliter exagitatur in nobis, ad illud quartum quod nolumus salubriter venire compellimur, ut puritatem cordis non otio nec securitate, sed iugi sudore et contritione spiritus acquiramus, castitatemque carnis districtis ieiuniis, fame,

799. CV 13, 106; ML 49, 597 B.

siti ac vigilantia retentemus; directionem etiam cordis lectione, vigiliis, oratione continua et solitudinis squalore capiamus; patientiam tribulationum exercitiis retentemus, cum blasphemiis et opprobriorum saturitate nostro serviamus Auctori; veritatem cum invidia mundi huius et inimicitiis, si necesse fuerit, exsequamur.

800 *Varii varie tentantur.* — 5, 13. Haec igitur octo vitia cum omne hominum genus pulsent, non tamen uno modo impetunt cunctos. In alio namque spiritus fornicationis locum obtinet principalem, in alio superequitat furor, in alio cenodoxia vindicat tyrannidem, in alio arcem superbia tenet. Et cum constet omnes ab omnibus impugnari, diverso tamen modo et ordine singuli laboramus.

801 *Examen particulare.* — 5, 27. Sciendum tamen non eumdem esse in omnibus nobis ordinem proeliorum, quia, sicut diximus, non uno modo impugnamur omnes, et oportet unumquemque nostrum secundum qualitatem belli, quo principaliter infestatur, concertationum luctamen arripere, ita ut alium necesse sit adversus vitium, quod tertium ponitur, primum exercere conflictum; alium contra quartum seu quintum, et ita prout ipsa vitia in nobis obtinent principatum; utque impugnationis exigit modus, nos quoque oportet ordinem instituere proeliorum, secundum quem proventus quoque victoriae triumphique succedens faciet nos ad puritatem cordis et perfectionis plenitudinem pervenire.

802 *Bona, mala et indifferentia.* — 6, 3. Tria sunt omnia quae in hoc mundo sunt, id est bonum, malum, medium. Debemus itaque nosse quid proprie bonum, quid malum, quidve sit medium, ut nostra fides, vera scientia communita in cunctis tentationibus, inconcussa perduret. Nihil igitur in rebus dumtaxat humanis principale bonum esse credendum est, nisi virtus animi sola, quae fide sincera nos ad divina perducens, illi immutabili bono facit iugiter inhaerere. Et e contrario nihil malum esse dicendum est, nisi peccatum solum, quod a bono Deo nos separans, malo facit diabolo copulari. Media sunt quae in utramque partem pro affectu et arbitrio utentis derivari possunt, ut puta divitiae, potestas, honor, robur corporis, sanitas, pulchritudo, vita ipsa vel mors, paupertas, infirmitas carnis, iniuriae et cetera his similia, quae, pro qualitate et affectu utentis, vel ad bonam possunt partem proficere vel ad malam.

803 *Iustus recte utitur rebus.* — 6, 10. Duabus namque partibus et, ut ita dixerim, manibus interiorem hominem nostrum subsistere pervidemus, nec quisquam sanctorum carere hac sinistra quam dicimus potest; sed in hoc virtus perfecta discernitur, si utramque in dexteram bene utendo convertat. Et ut manifestius hoc quod dicimus possit intellegi, habet vir sanctus dexteram, successus videlicet spiritales, in qua tunc consistit quando fervens spiritu desideriis et concupiscentiis omnibus dominatur, quando ab omni diabolica impugnatione securus absque ullo labore ac difficultate vitia carnis vel respuit vel abscidit, cum sublimatus a terra, universa praesentia atque terrena velut inanem fumum umbramque vacuam contemplatur et ut mox transitura contemnit, cum futura per excessum mentis non solum ardentissime concupiscit, verum etiam clarius intuetur, cum efficacius spiritalibus pascitur theoriis, cum lucidius reserata sibi conspicit caelestia sacramenta, cum orationes purius atque alacrius emittit ad Deum, cum ita spiritus ardore succensus ad ea quae invisibilia sunt et aeterna tota animi alacritate transmigrat, ut nequaquam se iam credat in carne consistere. Habet similiter et sinistram, cum tentationum turbinibus implicatur, cum ad desideria carnis incentivorum aestibus inflammatur, cum ad iracundiae furorem perturbationum igne succenditur, cum superbiae seu cenodoxiae elatione pulsatur, cum tristitia mortem operante deprimitur, cum machinis acediae et impugnatione concutitur, cumque omni spiritali fervore subtracto, quodam tepore atque irrationabili maerore torpescit, ut non solum cogitationibus rectis ac ferventibus deseratur, sed etiam psalmus, oratio, lectio, remotio cellae simul horreant, et intolerabili quodam tetroque fastidio universa sordeant instrumenta virtutum, quibus cum pulsatur monachus, sinistris partibus se cognoscat urgeri. Quisquis igitur in illis quae dextrae partis esse praediximus, minime fuerit subintrante gloria vanitatis elatus, et in istis quae sinistrae partis sunt, viriliter dimicans, nulla desperatione conciderit ac potius de contrariis arma quaedam patientiae ad exercitium virtutis assumpserit, utraque manu utetur pro dextra, et in utroque actu triumphator effectus, tam de sinistro statu quam de dextro palmam victoriae consequetur.

Variae tentationes. — 6, 11. Ergo licet dixerimus bipartitam 804
esse tentationem, id est, in rebus vel prosperis vel adversis, sciendum tamen omnes homines triplici ratione tentari: plerumque ob probationem, nonnumquam ob emundationem, interdum ob merita delictorum.

Omnis creatura mutabilis. — 6, 14. Necesse est enim aut 805
aliquid adici illis [virtutibus] semper aut minui, nullaque in omni creatura talis poterit esse perfectio, quae mutabilitatis non subiaceat passioni, secundum illud quod in libro beati Iob legitur:

800. CV 13, 136; ML 49, 629 B. 801. CV 13, 150; ML 49, 642 B.
802. CV 13, 155; ML 49, 649 C. 803. CV 13, 163; ML 49, 657 B.

804. CV 13, 167; ML 49, 660 B. 805. CV 13, 173; ML 49, 665 A.

Quid est homo, ut immaculatus sit, et iustus appareat natus de muliere? Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis, et caeli non sunt mundi in conspectu eius [Ib 15, 14 sq]. Solum namque Deum immutabilem confitemur, quem tantummodo sancti illius prophetae ita compellat oratio: *Tu autem idem ipse es* [Ps 101, 28].

806 *Ruinae causae.* — 6, 17. Lapsus vero quispiam nequaquam subitanea ruina corruisse credendus est, sed aut pravae institutionis deceptus exordio, aut per longam mentis incuriam paulatim virtute animi decedente, et per hoc sensim vitiis increscentibus casu miserabili concidisse. *Ante contritionem* enim *praecedit ruina, et ante ruinam mala cogitatio* [Prv 16, 18 sec. LXX]. Quemadmodum domus numquam subitaneo ad ruinam procumbit impulsu, nisi aut antiquo vitio fundamenti, aut longa inhabitantium desidia, stillicidiis primum parvissimis penetrantibus corrupta sensim fuerint munimenta tectorum, quibus per vetustam neglegentiam in maiorem modum patefactis atque collapsis, rivatim post haec influet pluviarum imbriumque tempestas.

807 *Homo sui dominus.* — 7, 5. Huius ergo perfectae mentis figura per illum evangelicum centurionem pulcherrime designatur, cuius virtus atque constantia, qua non quibuslibet ingruentibus cogitationibus abducebatur, sed pro suo iudicio vel admittebat bonas, vel contrarias absque ulla difficultate pellebat, hac tropica significatione descripta est: *Nam et ego homo sum sub potestate, habens sub me milites, et dico huic: Vade, et vadit, et alii: Veni, et venit, et servo meo: Fac hoc, et facit* [Mt 8, 9]. Si igitur nos quoque viriliter adversus perturbationes et vitia dimicantes potuerimus ea ditioni nostrae discretionique subicere ac militantes in carne nostra exstinguere passiones, vel instabilem cogitationum nostrarum cohortem rationis imperio subiugare ac dominicae crucis salutari vexillo dirissimas adversariarum potestatum turmas a terminis nostri pectoris propulsare, pro tantorum meritis triumphorum ad spiritalis huius centurionis ordinem provehemur. ... Et ita nos quoque dignitatis huius apice sublimati, habebimus hanc imperandi potestatem atque virtutem, qua non quibus nolumus cogitationibus abducamur, sed his quibus spiritaliter delectamur immorari vel inhaerere possimus, malis quidem suggestionibus imperantes: Abite, et abibunt; bonis vero dicemus: Venite, et venient. Servo quoque nostro, id est corpori, ea quae castitatis vel continentiae sunt similiter iniungemus, et sine ulla contradictione deserviet, non iam suscitans nobis adversos concupiscentiae stimulos, sed omnem exhibens spiritui famulatum.

---

806. CV 13, 175; ML 49, 667 B. 807. CV 13, 184; ML 49, 673 B.

Custodia cogitationum. — 7, 6. Debere ac posse nos Domino cohaerere, et experientia propria deprehendemus, si mortificatas voluntates ac desideria mundi huius habeamus abscissa; et illorum auctoritate docebimur, qui Domino colloquentes fiducialiter dicunt: *Adhaesit anima mea post te* [Ps 62, 9], et: *Adhaesi testimoniis tuis, Domine* [Ps 118, 31], et: *Mihi autem adhaerere Deo bonum est* [Ps 72, 28], et: *Qui adhaeret Domino, unus spiritus est* [1 Cor 6, 17]. Non ergo debemus his evagationibus animae fatigati ab hoc studio relaxari: *Qui* enim *colit terram suam, saturabitur panibus; qui autem sectatur otium, replebitur paupertate* [Prv 28, 19]. Nec ab intentione huius observantiae perniciosa desperatione frangamur, quia *in omni sollicito inest amplius. Nam qui suavis et sine dolore est, in egestate erit* [Prv 14, 23], et iterum: *Vir in doloribus laborat sibi, et vim facit perditioni suae* [Prv 16, 26]; necnon etiam: *Regnum caelorum vim patitur, et violenti diripiunt illud* [Mt 11, 12]. Nulla namque virtus sine labore perficitur, nec ulli possibile est ad istam quam cupit stabilitatem mentis sine ingenti contritione cordis conscendere: *Homo enim ad laborem nascitur* [Ib 5, 7]. Qui ut *in virum perfectum* possit *occurrere in mensuram aetatis plenitudinis Christi* [Eph 4, 13], maiore eum necesse est intentione semper esse pervigilem iugique sollicitudine desudare. 808

Actio diaboli in animam. — 7, 9. Germanus: Quod istud, quaeso, est animae cum istis spiritibus nequam tam indiscretum permixtumque consortium, quo sic eidem, non dicam iungi, sed uniri possint, ut et alloqui eam insensibiliter et inseri atque inspirare illi quaecumque voluerint, et ad ea quae placuerint eam valeant instigare eiusque cogitationes ac motus videant atque perlustrent; tantaque inter ipsos ac mentem unitas fiat, ut sine Dei gratia, quid ex illorum incitamento, quid ex nostra voluntate procedat, discerni paene non possit? 10. Serenus: Non mirum est posse spiritum spiritui insensibiliter coniugari et occultam suadendi vim ad ea quae libita fuerint exercere. Est enim inter eos sicut inter homines quaedam substantiae similitudo atque cognatio, siquidem definitio, quae de natura animae assumitur, etiam illorum substantiae similiter coaptetur. Altrinsecus vero eos sibi inseri vel uniri, ita ut capax alter alterius esse possit, omnimodis impossibile est. Hoc namque solummodo deitati, quae sola incorporea simplexque natura est, rectissime tribuitur. ... 12. Quod dicitis in energumenis fieri, cum spiritibus immundis arrepti loquuntur, vel agunt ea quae nolunt, vel quod ea quae ignorant proferre coguntur. Non enim uno modo istam eos infusionem spirituum sustinere certissimum est. Quidam enim sic afflantur, 809

---

808. CV 13, 188; ML 49, 676 A. 809. CV 13, 190; ML 49, 678 B.

ut nequaquam ea quae gerunt vel loquuntur intellegant, quidam vero norunt et postea recordantur.

810 *Actio daemonum.* — 8, 12. Tanta vero spirituum densitate constipatur aër iste, qui inter caelum terramque diffunditur, in quo non quieti otiosique pervolitant, ut satis utiliter humanis aspectibus eos Providentia divina subtraxerit. Aut enim terrore concursus eorum, vel horrore vultuum, in quos se pro voluntate sua, cum libitum fuerit, transformant atque convertunt, intolerabili formidine homines consternarentur atque deficerent, nequaquam valentes haec carnalibus oculis intueri, aut certe nequiores cotidie redderentur exemplis eorum iugibus et imitatione vitiati; et per hoc inter homines et immundas atque aërias potestates fieret noxia quaedam familiaritas ac perniciosa coniunctio, quia haec flagitia, quae nunc inter homines admittuntur, vel parietum septis, vel locorum intervallo et quadam verecundiae confusione celantur. Quae si aperta iugiter visione conspicerent, ad maiorem furoris incitarentur insaniam, nullo scilicet interveniente temporis puncto quo ab istis sceleribus eas cernerent desinentes, quippe quas nulla lassitudo carnalis, seu occupatio familiaris rei ac sollicitudo cotidiani victus, quemadmodum nos a coeptis intentionibus etiam invitissimos nonnumquam cessare compellunt.

811 *Duo angeli astant hominibus.* — 8, 17. Nam quod unicuique nostrum duo cohaereant angeli, id est, bonus et malus, Scriptura testatur. Et de bonis quidem Salvator: *Ne contemnatis,* inquiens, *unum ex pusillis istis; dico enim vobis, quod angeli eorum in caelis semper vident faciem Patris mei qui in caelis est* [Mt 18, 10]. Illud quoque: *Immittet angelus Domini in circuitu timentium eum, et eripiet eos* [Ps 33, 8]. Nec non etiam quod in Actibus Apostolorum de Petro dicitur, quia *angelus eius est* [Act 12, 15]. De utrisque vero Liber Pastoris plenissime docet. Si autem consideremus et illum qui beatum Iob expetiit, apertissime instruimur illum fuisse qui semper insidiatus ei, numquam eum ad peccatum potuerit incitare, et idcirco potestatem a Domino poposcisse, velut qui non virtute illius, sed Domini defensione, qui illum semper protexerit, vinceretur. De Iuda quoque dicitur: *Et diabolus stet a dextris eius* [Ps 108, 6].

812 *De orationis qualitate.* — 9, 2. Omnis monachi finis cordisque perfectio ad iugem atque indisruptam orationis perseverantiam tendit et quantum humanae fragilitati conceditur, ad immobilem tranquillitatem mentis ac perpetuam nititur puritatem, ob quam omnem tam laborem corporis quam contritionem spiritus indefesse quaerimus et iugiter exercemus. Et est inter alterutrum reciproca quaedam inseparabilisque coniunctio. Nam sicut ad orationis perfectionem omnium tendit structura virtutum, ita nisi huius culmine haec omnia fuerint colligata atque compacta, nullo modo firma poterunt vel stabilia perdurare. Quemadmodum enim sine illis acquiri vel consummari non potest haec de qua loquimur perpetua orationis iugisque tranquillitas, ita ne illae quidem virtutes, quae hanc praestruunt, absque huius possunt assiduitate compleri. Et ideo nec recte tractare de orationis effectu, nec ad eius principalem finem, qui universarum virtutum molitione perficitur, subitanea disputatione poterimus intrare, nisi prius universa, quae illius obtentu vel abscindenda sunt vel paranda, per ordinem dinumerata fuerint atque discussa, et secundum evangelicae parabolae disciplinam ea quae ad spiritalis ac sublimissimae illius exstructionem pertinent turris, supputata fuerint ac diligenter ante congesta.

810. CV 13, 227; ML 49, 740 A. 811. CV 13, 233; ML 49, 750 A, 812. CV 13, 250; ML 49, 771 A.

Distractionum causae. — 9, 3. Quidquid enim ante orationis 813
horam anima nostra conceperit, necesse est ut orantibus nobis per ingestionem recordationis occurrat. Quamobrem quales orantes volumus inveniri, tales nos ante orationis tempus praeparare debemus.... Et idcirco quidquid orantibus nobis nolumus ut irrepat, ante orationem de adytis nostri pectoris extrudere festinemus.

A mente purgata melior oratio. — 9, 4. Etenim qualitas 814
animae non inepte subtilissimae plumae seu pennae levissimae comparatur. Quae si humoris cuiuspiam extrinsecus accedentis corruptione vitiata non fuerit vel infusa, mobilitate substantiae suae, tenuissimi spiritus adiumento, velut naturaliter ad sublimia caelestiaque sustollitur. Sin vero humoris cuiusquam aspergine vel infusione fuerit praegravata, non modo in nullos aërios volatus naturali mobilitate raptabitur, sed etiam ad ima terrae concepti humoris pondere deprimetur. Ita mens quoque nostra, si accedentibus vitiis curisque mundanis aggravata non fuerit, noxiaeve libidinis humore corrupta, velut naturali puritatis suae beneficio sublevata, levissimo spiritalis meditationis afflatu sublimabitur ad superna, et humilia deserens atque terrena, ad illa caelestia et invisibilia transferetur.... Et idcirco si volumus orationes nostras non solum caelos, sed etiam ea quae super caelos sunt penetrare, curemus mentem ab omnibus terrenis vitiis expurgatam cunctisque mundatam faecibus passionum ad subtilitatem perducere naturalem, ut ita ad Deum oratio eius nullo vitiorum pondere praegravata conscendat.

Relatio inter orationem et perfectionem. — 9, 7. *Sine inter-* 815
missione orate [1 Thess 5, 17]. Et ideo primum de qualitate eius

813. CV 13, 252; ML 49, 773 C. 814. CV 13, 253; ML 49, 774 B. 815. CV 13, 258; ML 49, 779 B.

desideramus institui, id est qualis debeat emitti semper oratio, deinde qualiter hanc eamdem, quaecumque est, possidere vel exercere sine intermissione possimus. Non enim parva cordis intentione eam perfici posse et experientia cotidiana et prosecutio tuae sanctitatis ostendit, qua finem monachi ac totius perfectionis culmen in orationis consummatione consistere definisti.

816 *Orationis variae species.* — 9, 9. *Deprecor itaque primo omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones* [1 Tim 2, 1]. Quae non inaniter ab apostolo ita fuisse divisa minime dubitandum est. Et primitus indagandum quid obsecratione, quid oratione, quid postulatione, quid gratiarum actione signetur. Deinde perquirendum utrum hae quattuor species ab orante sint pariter assumendae, id est ut omnes simul in unaquaque supplicatione iungantur; an vicissim singillatimque sint offerendae, ut puta nunc quidem obsecrationes, nunc vero orationes, nunc autem postulationes seu gratiarum actiones oporteat promi; an certe alius quidem obsecrationes, alius vero orationes, alius vero postulationes, alius gratiarum actiones Deo debeat exhibere, secundum mensuram scilicet aetatis suae, in quam unaquaeque mens per intentionis proficit industriam.... 11. Obsecratio imploratio est seu petitio pro peccatis, qua vel pro praesentibus vel praeteritis admissis suis unusquisque compunctus veniam deprecatur. 12. Orationes sunt quibus aliquid offerimus seu vovemus Deo, quod graece dicitur εὐχή, id est votum.... Oramus, cum renuntiantes huic mundo spondemus nos mortificatos cunctis actibus et conversationi mundanae, tota cordis intentione Domino servituros. Oramus cum pollicemur, saeculari honore contempto ac terrenis opibus spretis, in omni contritione cordis ac paupertate spiritus nos Domino cohaesuros.... 13. Tertio loco ponuntur postulationes, quas pro aliis quoque, dum sumus in fervore spiritus constituti, solemus emittere; vel pro caris scilicet nostris, vel pro totius mundi pace poscentes et, ut ipsius apostoli verbis eloquar, cum *pro omnibus hominibus, pro regibus et omnibus qui in sublimitate sunt* [1 Tim 2, 1 sq] supplicamus. 14. Quarto deinde loco gratiarum actiones ponuntur, quas mens, vel cum praeterita Dei recolit beneficia, vel cum praesentia contemplatur, seu cum in futurum quae et quanta praeparaverit Deus his qui diligunt eum prospicit, per ineffabiles excessus Domino refert.

817 *Variae species orationis in Christo Domino.* — 9, 17. Has quattuor supplicationum species ita etiam Dominus exemplo suo nobis initiare dignatus est, ut in hoc quoque impleret illud quod de ipso dicitur: *Quae coepit Iesus facere et docere* [Act 1, 1]. Nam obsecrationis genus assumit cum dicit: *Pater, si possibile est, transeat a me calix iste* [Mt 26, 39], vel illud quod ex persona eius cantatur in psalmo: *Deus, Deus meus, respice me, quare me dereliquisti?* [Ps 21, 2] aliaque his similia. Oratio est cum dicit: *Ego clarificavi te super terram, opus consummavi quod dedisti mihi ut facerem* [Io 17, 4], sive illud: *Et pro eis sanctifico meipsum, ut sint et ipsi sanctificati in veritate* [Io 17, 19]. Postulatio est cum dicit: *Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi ego sum, et ipsi sint mecum, ut videant gloriam meam, quam dedisti mihi* [Io 17, 24], vel certe cum dicit: *Pater, ignosce eis, non enim sciunt quid faciunt* [Lc 23, 34]. Gratiarum actio est cum dicit: *Confiteor tibi, Domine caeli et terrae, quia abscondisti haec a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis: ita, Pater, quia sic fuit placitum ante te* [Mt 11, 25 sq], vel certe cum dicit: *Pater, gratias ago tibi quoniam audisti me; ego autem sciebam quia semper me audis* [Io 11, 41 sq].

Oratio dominica. — 9, 25. Haec igitur oratio, licet omnem 818
videatur perfectionis plenitudinem continere, utpote quae ipsius Domini auctoritate vel initiata sit vel statuta, provehit tamen domesticos suos ad illum praecelsiorem quem superius commemoravimus statum, eosque ad illam igneam ac perpaucis cognitam vel expertam, immo (ut proprius dixerim) ineffabilem orationem gradu eminentiore perducit, quae omnem transcendens humanum sensum, nullo, non dicam sono vocis, nec linguae motu, nec ulla verborum pronuntiatione distinguitur, sed quam mens infusione caelestis illius luminis illustrata, non humanis atque angustis designat eloquiis, sed conglobatis sensibus velut de fonte quodam copiosissimo effundit ubertim atque ineffabiliter eructat ad Deum, tanta promens in illo brevissimo temporis puncto, quanta nec eloqui facile, nec percurrere mens in semetipsam reversa praevaleat.

Varii modi fervoris. — 9, 26. Quis vero possit diversitates 819
et causas ipsas atque origines compunctionum quantalibet experientia praeditus sufficienter exponere, quibus inflammata mens atque succensa ad orationes puras ac ferventissimas incitatur? Quarum pauca, quantum potuerimus ad praesens per illuminationem Domini reminisci, exempli gratia proponemus. Nonnumquam etenim psalmi cuiuscumque versiculus occasionem orationis ignitae decantantibus nobis praebuit; interdum canora fraternae vocis modulatio ad intentam supplicationem stupentium animos excitavit. Novimus quoque distinctionem gravitatemque psallentis etiam astantibus plurimum contulisse fervoris; necnon exhortatio viri perfecti et collatio spiritalis frequenter ad uberrimas preces iacentium erexit affectum. Scimus etiam fratris, seu cari cuiuslibet interitu non

816. CV 13, 260; ML 49, 780 C. 817. CV 13, 264; ML 49, 787 B.

818. CV 13, 272; ML 49, 801 A. 819. CV 13, 273; ML 49, 802 A.

minus nos ad plenam compunctionem fuisse raptatos. Recordatio quoque teporis ac neglegentiae nostrae nonnumquam nobis salutarem spiritus invexit ardorem. Atque in hunc modum nulli dubium est occasiones innumeras non deesse, quibus per Dei gratiam tepor ac somnolentia nostrarum mentium valeat excitari.

820 *Consolationes.* — 9, 27. Frequenter enim per ineffabile gaudium et alacritatem spiritus saluberrimae compunctionis fructus emergit, ita ut etiam in clamores quosdam intolerabilis gaudii immensitate prorumpat et cellam vicini iucunditas cordis, et exsultationis penetret magnitudo. Nonnumquam vero tanto silentio mens intra secretum profundae taciturnitatis absconditur, ut omnem penitus sonum vocis stupor subitae illuminationis includat, omnesque sensus attonitus spiritus vel contineat intrinsecus vel emittat ac desideria sua gemitibus inenarrabilibus effundat ad Deum. Interdum vero tanta compunctionis abundantia ac dolore suppletur, ut alias eam digerere nisi lacrimarum evaporatione non possit.

821 *Donum lacrimarum.* — 9, 29. Isaac: Non omnis lacrimarum profusio uno affectu vel una virtute depromitur. Aliter enim ille emanat fletus qui peccatorum spina cor nostrum compungente profertur... Aliter qui de contemplatione aeternorum bonorum et desiderio futurae illius claritatis exoritur, pro qua etiam uberiores lacrimarum fontes de intolerantia gaudii et alacritatis immensitate prorumpunt.... Aliter profluunt lacrimae, quae absque ulla quidem letalium criminum conscientia, sed tamen de metu gehennae et terribilis illius iudicii recordatione procedunt.... 36. Ab his ergo lacrimis multum distant illae quae obdurato corde de siccis oculis exprimuntur. Quas licet non penitus infructuosas esse credamus ..., ab his tamen qui in affectum iam transiere virtutum, nequaquam debet hoc modo extorqueri profusio lacrimarum, nec exterioris hominis magno opere affectandi sunt fletus, qui etiamsi fuerint utcumque producti, numquam pertingere illam spontanearum lacrimarum poterunt ubertatem.

822 *De exauditionis indicio.* — 9, 32. Cum orantes nos nulla interpellaverit haesitatio et fiduciam petitionis nostrae quadam desperatione deiecerit, sed obtinuisse nos ipsa orationis effusione quod poscimus senserimus, non ambigamus preces nostras ad Deum efficaciter penetrasse. Tantum enim quis exaudiri atque obtinere merebitur, quantum vel inspici se a Deo vel Deum crediderit posse praestare. Irretractabilis namque est Domini nostri illa sententia: *Quaecumque orantes petitis, credite quia accipietis, et veniet vobis* [Mc 11, 24].

820. CV 13, 273; ML 49, 803 B. 821. CV 13, 274; ML 49, 804 B.
822. CV 13, 277; ML 49, 808 A.

Diversae exauditionis causae. — 9, 34. Isaac: Diversas 823
exauditionum causas esse secundum animarum diversum ac varium statum evangelica sive prophetica testantur eloquia. Habes enim in duorum consensione fructum exauditionis dominica voce signatum, secundum illud: *Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis a Patre meo, qui in caelis est* [Mt 18, 19]. Habes aliam in fidei plenitudine, quae grano sinapis comparatur. *Si* enim *habueritis,* inquit, *fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic: Transi hinc, et transibit, et nihil impossibile erit vobis* [Mt 17, 19]. Habes in assiduitate orationum, quam propter indefessam petitionum perseverantiam importunitatem sermo dominicus nominavit: *Amen* enim *dico vobis, quia si non propter amicitiam, vel propter importunitatem eius surget et dabit ei quantum opus habuerit* [Lc 11, 8]. Habes in eleemosynarum fructu: *Include,* inquit, *eleemosynam in corde pauperis, et ipsa exorabit pro te in tempore tribulationis* [Eccli 29, 15]. Habes in emendatione vitae et operibus misericordiae, secundum illud: *Dissolve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes* [Is 58, 6]. Et post pauca, quibus infructuosi ieiunii sterilitas castigatur: *Tunc,* inquit, *invocabis, et Dominus exaudiet te; clamabis, et dicet: Ecce adsum* [ib. 9]. Nonnumquam sane exaudiri etiam tribulationum nimietas facit, secundum illud: *Ad Dominum, cum tribularer, clamavi, et exaudivit me* [Ps 119, 1]. Et iterum: *Ne affixeritis advenam; quia si clamaverit ad me, exaudiam eum, quia misericors sum* [Ex 22, 21 27]. Videtis ergo quot modis obtineatur exauditionis gratia, ut nullus ad impetranda ea quae salutaria sunt et aeterna, conscientiae suae desperatione frangatur.

Oratio mentalis. — 9, 35. Ante omnia sane illud evangeli- 824
cum praeceptum diligentius observandum est, ut intrantes in cubiculum nostrum clauso ostio nostro oremus Patrem nostrum [cf. Mt 6, 6]. Quod a nobis ita implebitur. Intra nostrum cubiculum supplicamus, cum ab omnium cogitationum sive sollicitudinum strepitu cor nostrum penitus amoventes, secreto quodam modo ac familiariter preces nostras Domino reseramus. Clauso oramus ostio, cum strictis labiis omnique silentio supplicamus, non vocum, sed cordium scrutatori. In abscondito oramus, quando corde tantum, et intenta mente petitiones nostras soli pandimus Deo, ita ut ne ipsae quidem adversae valeant potestates genus nostrae petitionis agnoscere.

Oratio iaculatoria. — 9, 36. Ob quod frequenter quidem 825
sed breviter est orandum, ne immorantibus nobis, inserere aliquid nostro cordi insidiator possit inimicus. Istud namque est sacrificium verum, quia *sacrificium Deo spiritus contritus*

823. CV 13, 277; ML 49, 809 A. 824. CV 13, 282; ML 49, 816 A.
825. CV 13, 283; ML 49, 817 B.

[Ps 50, 19]. Haec salutaris oblatio, ista sunt pura libamina, istud *sacrificium iustitiae* [ib. 21], istud *sacrificium laudis* [Ps 49, 23], hae sunt verae ac pingues hostiae, ista sunt *holocaustomata medullata* [Ps 65, 15], quae contritis et humiliatis cordibus offeruntur; quaeque hac qua diximus disciplina et intentione spiritus exhibentes, efficaci poterimus virtute cantare: *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum* [Ps 140, 2].

826 *Mens iuxta mensuram puritatis suae Christum novit.* — 10, 6. Secundum mensuram namque puritatis suae, sicut superiore collatione praefatus sum, unaquaeque mens in oratione sua vel erigitur vel formatur; tantum scilicet a terrenarum ac materialium rerum contemplatione discedens, quantum eam status suae provexerit puritatis, feceritque Iesum vel humilem adhuc et carneum, vel glorificatum et in maiestatis suae gloria venientem, internis obtutibus animae pervideri. Non enim poterunt intueri Iesum venientem in regno suo, qui adhuc sub illa quodammodo iudaica infirmitate detenti, non queunt dicere cum apostolo: *Et si cognovimus secundum carnem Christum; sed nunc iam non novimus* [2 Cor 5, 16]. Sed illi soli purissimis oculis divinitatem ipsius speculantur, qui de humilibus ac terrenis operibus et cogitationibus ascendentes cum illo secedunt in excelso solitudinis monte, qui liber ab omnium terrenarum cogitationum ac perturbationum tumultu, et a cunctorum vitiorum permixtione secretus, fide purissima ac virtutum eminentia sublimatus, gloriam vultus eius et claritatis revelat imaginem his qui merentur eum mundis animae obtutibus intueri. Ceterum videtur Iesus etiam ab his qui in civitatibus et castellis ac viculis commorantur, id est, qui in actuali conversatione sunt atque operibus constituti; sed non in illa claritate qua illis apparuit, qui cum ipso possunt in praedicto virtutum monte conscendere, id est Petro, Iacobo et Ioanni [cf. Mt 17, 1]. Ita enim in solitudine et Moysi apparuit [cf. Ex 3, 2] et Eliae locutus est [cf. 3 Reg 19, 9 sqq]. Quod volens noster Dominus confirmare ac perfectae nobis relinquere puritatis exempla, et quidem cum ipse fons inviolabilis sanctitatis, ad obtinendam eam secessionis adiutorio ac solitudinis beneficio extrinsecus non egeret (non enim poterat aliis turbarum sordibus puritatis plenitudo maculari nec contaminari humano consortio qui universa polluta emundat atque sanctificat), secessit tamen *in monte solus orare* [Mt 14, 23], per hoc scilicet nos instruens suae secessionis exemplo, ut si interpellare nos quoque voluerimus Deum puro et integro cordis affectu, ab omni inquietudine et confusione turbarum similiter secedamus, ut in hoc corpore commorantes ad similitudinem quamdam

826. CV 13, 291; ML 49, 826 B.

illius beatitudinis, quae in futuro repromittitur sanctis, vel ex parte aliqua nos aptare possimus, sitque nobis *omnia in omnibus Deus* [1 Cor 15, 28].

Unio ad Deum. — 10, 7. Tunc enim perfecte consummabi- 827
tur in nobis illa nostri Salvatoris oratio, qua pro suis discipulis oravit ad Patrem dicens: *Ut dilectio qua dilexisti me, in eis sit, et ipsi in nobis* [Io 17, 26]; et iterum: *Ut omnes unum sint, sicut tu, Pater, in me et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint* [ib. 21], quando illa Dei perfecta dilectio, qua *prior nos ille dilexit* [1 Io 4, 10], in nostri quoque transierit cordis affectum, hac dominica oratione completa, quam credimus nullo modo posse cassari. Quod ita fiet, cum omnis amor, omne desiderium, omne studium, omnis conatus, omnis cogitatio nostra, omne quod vivimus, quod loquimur, quod spiramus, Deus erit, illaque unitas, quae nunc est Patris cum Filio, et Filii cum Patre, in nostrum fuerit sensum mentemque transfusa, id est, ut quemadmodum nos ille sincera et pura atque indissolubili diligit caritate, nos quoque ei perpetua et inseparabili dilectione iungamur, ita scilicet eidem copulati, ut quidquid spiramus, quidquid intellegimus, quidquid loquimur, Deus sit.

Culmen totius perfectionis occupari de Deo praesente. — 828
10, 8. Quapropter huic quoque sublimissimae disciplinae, per quam instruimur Deo iugiter inhaerere, non dubito quaedam institutionis inesse fundamina, quibus primum firmissime collocatis, post haec superposita extollantur perfectionis excelsa fastigia. Cuius haec esse principia tenuiter suspicamur, ut primum noverimus qua meditatione teneatur vel cogitetur Deus, deinde hanc eamdem, quaecumque est, materiam quemadmodum valeamus immobiliter custodire, quod etiam non ambigimus culmen totius perfectionis exsistere.

Oratio perpetua. — 10, 10. Huius quoque spiritalis theoriae 829
tradenda vobis est formula, ad quam semper tenacissime vestrum intuitum defigentes, vel eamdem salubriter volvere indisrupta iugitate discatis, vel sublimiores intuitus scandere illius usu ac meditatione possitis. Haec igitur vobis huius quam quaeritis disciplinae atque orationis formula proponetur, quam unusquisque monachus ad iugem Dei memoriam tendens incessabili cordis volutatione meditari, expulsa omnium cogitationum varietate, consuescat, quia nec alias eam ullo modo poterit retentare, nisi ab omnibus fuerit corporalibus curis ac sollicitudinibus absolutus. Quae sicut nobis a paucis, qui antiquissimorum patrum residui erant, tradita est, ita a nobis quoque non nisi rarissimis ac vere sitientibus intimatur. Erit itaque ad perpetuam Dei memoriam possidendam haec in-

827. CV 13, 293; ML 49, 827 C. 828. CV 13, 295; ML 49, 829 B.
829. CV 13, 297; ML 49, 832 A.

separabiliter proposita vobis formula pietatis: *Deus, in adiutorium meum intende; Domine, ad adiuvandum me festina* [Ps 69, 2]. Hic namque versiculus non immerito de toto Scripturarum excerptus est instrumento. Recipit enim omnes affectus, quicumque inferri humanae possunt naturae, et ad omnem statum atque universos incursus proprie satis et competenter aptatur. Habet siquidem adversus universa discrimina invocationem Dei, habet humilitatem piae confessionis, habet sollicitudinis ac timoris perpetui vigilantiam, habet considerationem fragilitatis suae, exauditionis fiduciam, confidentiam praesentis semper astantisque praesidii.... Evagationibus animae innumeris ac diversis et instabilitate cordis exaestuo, nec cogitationum dispersiones valeo coercere, ipsamque orationem meam fundere absque interpellatione atque phantasmate inanium figurarum sermonumque et actuum retractatione non possum, tantaque me sentio sterilitatis huius ariditate constrictum, ut nullas omnino spiritalium sensuum generationes parturire me sentiam; ut de hoc animi squalore merear liberari, unde me gemitibus multis atque suspiriis expedire non possum, necessarie proclamabo: *Deus, in adiutorium meum intende; Domine, ad adiuvandum me festina.* Directionem rursus animae, stabilitatem cogitationum, alacritatem cordis, cum ineffabili gaudio et mentis excessu, visitatione Sancti Spiritus me sentio consecutum, exuberantia quoque spiritalium sensuum redundare, revelationem sacratissimorum intellectuum et antea mihi penitus occultorum, repentina Domini illustratione percepi; ut in his merear diutius immorari, sollicite mihi est frequenterque clamandum: *Deus, in adiutorium meum intende; Domine, ad adiuvandum me festina.* Nocturnis daemonum terroribus circumvallatus exagitor et immundorum spirituum phantasmatibus inquietor; spes ipsa mihi salutis ac vitae trepidationis horrore subtrahitur; ad salutarem versiculi huius portum confugiens totis viribus exclamabo: *Deus, in adiutorium meum intende; Domine, ad adiuvandum me festina....* Hunc versiculum meditanti tibi somnus irrepat, donec incessabili eius exercitatione formatus, etiam per soporem eum decantare consuescas. Hic tibi expergefacto primus occurrat, iste evigilantis cogitationes anticipet universas, iste te de tuo surgentem cubili curvationi genuum tradat, atque illinc deinceps ad omne opus actusque deducat, hic te omni tempore prosequatur; hunc meditaberis secundum praecepta legislatoris, *sedens in domo et ambulans in itinere* [Dt 6, 7], dormiens atque consurgens; hunc scribes in limine et ianuis oris tui; hunc in parietibus domus tuae ac penetralibus tui pectoris collocabis, ita ut haec ad orationem procumbenti sit tibi acclinis decantatio; et exinde consurgenti atque ad omnes usus vitae necessarios incedenti fiat erecta et iugis oratio.

Oratio perfecta. — 10, 11. Non solum nullius imaginis 830
occupatur intuitu, sed etiam nulla vocis, nulla verborum prosecutione distinguitur, ignita vero mentis intentione per ineffabilem cordis excessum inexplebili spiritus alacritate profertur, quamque mens extra omnes sensus ac visibiles effecta materies, gemitibus inenarrabilibus atque suspiriis profundit ad Deum.

Stabilitas mentis inter orandum. — 10, 14. Tria sunt quae 831
vagam mentem stabilem faciunt: vigiliae, meditatio et oratio, quarum assiduitas et iugis intentio conferunt animae stabilem firmitatem. Quae tamen alias nullo modo poterit apprehendi, nisi per operis, non philargyriae, sed sacris coenobii usibus dedicati, infatigabilem iugitatem omnes omnino sollicitudines et curae vitae praesentis prius fuerint abdicatae, ut ita illud apostolicum mandatum: *Sine intermissione orate* [1 Thess 5, 17], possimus implere. Perparum namque orat, quisquis illo tantum tempore quo genua flectuntur, orare consuevit. Numquam vero orat, quisquis etiam flexis genibus evagatione cordis qualicumque distrahitur. Et idcirco quales orantes volumus inveniri, tales nos esse oportet ante tempus orandi. Necesse est enim mentem in tempore supplicationis suae de statu praecedente formari.

Tres modi vincendi vitia. — 11, 6. Tunc beatus Chaeremon: 832
Tria sunt, inquit, quae faciunt homines a vitiis temperare, id est, aut metus gehennae, sive praesentium legum, aut spes atque desiderium regni caelorum, aut affectus boni ipsius amorque virtutum.... Fides namque est, quae futuri iudicii ac suppliciorum metu vitiorum facit contagia declinari; spes, quae mentem nostram de praesentibus avocans, universas corporis voluptates caelestium praemiorum exspectatione contemnit; caritas, quae nos ad amorem Christi et spiritalium virtutum fructum mentis ardore succendens, quidquid illis contrarium est, toto facit odio detestari.

Gradus perfectionis. — 11, 7. Si quis igitur ad perfectionem 833
tendit, de illo primo timoris gradu, quem proprie diximus esse servilem, de quo dicitur: *Cum omnia feceritis, dicite, quia servi inutiles sumus* [Lc 17, 10], ad altiorem spei tramitem gradu proficiente conscendet, qui iam non servo, sed mercenario comparatur, quia mercedem retributionis exspectat, et quasi de peccatorum absolutione et poenali timore securus, ac bonorum sibi operum conscius, licet placiti praemium videatur expetere, tamen ad affectum illum filii, qui de paternae indulgentiae liberalitate confidens, omnia quae patris sunt sua esse non ambigit, pervenire non potuit.

830. CV 13, 305; ML 49, 839 A. 831. CV 13, 307; ML 49, 842 A.
832. CV 13, 317; ML 49, 852 A. 833. CV 13, 318; ML 49, 853 A.

834 *Maior caritas.* — 11, 7 (al. 8). *Estote,* inquit, *et vos perfecti, sicut et Pater vester caelestis perfectus est* [Mt 5, 48]. In illis enim nonnumquam solet interrumpi bonitatis affectus, cum aliquo vel tepore, vel laetitia, vel oblectatione vigor animi relaxatus, aut metum ad praesens gehennae, aut desiderium subtrahit futurorum. Et est quidem in illis gradus cuiusdam profectus imbuens nos, ut dum vel poenarum metu, vel praemiorum spe incipimus vitia declinare, ad caritatis gradum transire possimus.

835 *Gradus ad perfectionem.* — 11, 7 (al. 8). Non ergo aliter ad illam veram perfectionem conscendere poterimus, nisi quemadmodum nullius alterius nisi nostrae salutis gratia prior nos ille dilexit, ita eum nos quoque nullius alterius rei nisi sui tantum amoris dilexerimus obtentu. Quamobrem studendum nobis est, ut de hoc timore ad spem, de spe ad caritatem Dei vel ipsarum virtutum amorem, perfecto mentis conscendamus ardore, ut transmigrantes in affectum boni ipsius immobiliter, quantum humanae possibile est naturae, quod bonum est retentemus.

836 *Castitas a solo Deo.* — 12, 4. Certos tamen esse nos convenit, quod, licet omnem continentiae districtionem, famem scilicet ac sitim, vigilias quoque et operis iugitatem atque incessabile subeamus studium lectionis, perpetuam tamen castimoniae puritatem horum laborum merito contingere nequeamus, nisi in his iugiter desudantes experientiae magisterio doceamur incorruptionem eius divinae gratiae largitate concedi. Ob hoc sane solummodo se unusquisque infatigabiliter in his exercitiis perdurare debere cognoscat, ut per illorum afflictionem misericordiam Domini consecutus de impugnatione carnis ac dominatione praepotentium vitiorum divino mereatur munere liberari, non quo adepturum se per illa confidat istam quam cupit inviolatam corporis castitatem.

837 *Tentationum utilitas.* — 12, 5. Si carnales concupiscentias de cordibus nostris desideramus extrudere, spiritales in earum locis plantemus protinus voluptates, ut his animus noster semper innexus, et habeat quibus iugiter immoretur et illecebras praesentium ac temporalium respuat gaudiorum. Cumque in hunc statum mens nostra cotidianis exercitiis erudita profecerit, tunc versiculi illius affectum experientia docente percipiet, quem omnes quidem solita psallendi modulatione concinimus, virtutem vero eius non nisi pauci expertique percipiunt: *Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commovear* [Ps 15, 8].

838 *Castitatis gradus.* — 12, 7. Multi sunt enim castimoniae gradus, quibus ad illam inviolabilem conscenditur puritatem.

834. CV 13, 320; ML 49, 854 B. 835. CV 13, 320; ML 49, 855 A.
836. CV 13, 338; ML 49, 874 A. 837. CV 13, 340; ML 49, 876 A.
838. CV 13, 345; ML 49, 880 A.

Quos licet nec perspicere, nec enuntiare, ut dignum est, virtus nostra sufficiat, tamen quia series narrationis exposcit, secundum mediocritatem experientiae nostrae utcumque proferre tentabimus, reservantes perfectiora perfectis, nec praeiudicantes his qui ferventiore studio puriorem castimoniam possidentes, quanto maioris industriae sunt, tanto etiam perspicaciae vigore praecellunt. Proinde sex gradibus licet multa a se invicem sublimitate distantibus fastigia castitatis praecelsa distinguam, ita ut quaedam media, quae tamen multa sunt, praetermittam, quorum subtilitas ita humanos subterfugit sensus, ut eam nec mens inspicere, nec proloqui lingua praevaleat, quibus sensim castitatis ipsius perfectio cotidianis profectibus adolescit, secundum similitudinem namque corporum terrenorum, quae singulis diebus insensibiliter sui capiunt incrementa, et ita dum nesciunt, ad perfectum habitum provehuntur, animae quoque robur ac maturitas castitatis acquiritur. Primus itaque pudicitiae gradus est, ne vigilans impugnatione carnali monachus elidatur. Secundus, ne mens illius voluptariis cogitationibus immoretur. Tertius, ne femineo vel tenuiter ad concupiscentiam moveatur aspectu. Quartus, ne vigilans vel simplicem carnis perferat motum. Quintus, ne cum memoriam generationis humanae, vel tractatus ratio vel necessitas lectionis ingesserit, subtilissimus mentem voluptariae actionis perstringat assensus, sed velut opus quoddam simplex ac ministerium humano generi necessario contributum, tranquillo ac puro cordis contempletur intuitu, nihilque amplius de eius recordatione concipiat, quam si operationem laterum, vel cuiuslibet alterius officinae mente pertractet. Sextus castimoniae gradus est, ne illecebrosis phantasmatibus feminarum vel dormiens illudatur. Licet enim hanc ludificationem peccato esse obnoxiam non credamus, concupiscentiae tamen adhuc medullitus latitantis indicium est.

Actualis perfectio duplici ratione subsistit. — 14, 3. Haec 839
autem actualis perfectio duplici ratione subsistit. Nam primus eius est modus, ut omnium natura vitiorum et curationis ratio cognoscatur. Secundus, ut ita discernatur ordo virtutum earumque perfectione mens nostra formetur, ut illis iam non velut coacta et quasi violento imperio subiecta famuletur, sed tamquam naturali bono delectetur atque pascatur et arduam illam atque angustam viam cum oblectatione conscendat. Quo enim modo, vel virtutum rationem, qui secundus in actuali disciplina gradus est, vel rerum spiritalium et caelestium sacramenta, quae in theoriae gradu sublimiore consistunt, valebit attingere, qui naturam vitiorum suorum nec potuit intellegere, nec enisus est exstirpare? Consequenter enim pro-

839. CV 13, 399; ML 49, 955 B.

nuntiabitur progredi ad excelsiora non posse, qui non evicerit planiora; multoque minus ea quae sunt extrinsecus apprehendet, quisque intellegere ea quae sibi sunt inserta non quiverit. Sciendum tamen duplici nobis laboris intentione sudandum: [tam] in expellendis vitiis quam in virtutibus acquirendis. Et hoc non nostra capimus coniectura, sed illius sententia perdocemur, qui solus opificii sui vires rationemque cognoscit: *Ecce,* inquit, *constitui te hodie super gentes et super regna, ut evellas et destruas et disperdas et dissipes et aedifices et plantes* [Ir 1, 10]. In expulsione enim noxiarum rerum quattuor esse necessaria designavit, id est evellere, destruere, disperdere, dissipare; in perficiendis vero virtutibus et his quae ad iustitiam pertinent acquirendis, aedificare tantummodo atque plantare. Unde liquido patet difficilius convelli atque eradicari inolitas corporis atque animae passiones, quam spiritales exstrui plantarique virtutes.

840 *Variae professiones monachorum.* — 14, 4. Haec igitur πρακτική, quae duobus, ut dictum est, subsistit modis, erga multas professiones studiaque dividitur. Quidam enim summam intentionis suae erga eremi secreta et cordis constituunt puritatem, ut in praeteritis Heliam et Heliseum, nostrisque temporibus beatum Antonium aliosque eiusdem propositi sectatores, familiarissime Deo per silentium solitudinis cohaesisse cognoscimus. Quidam erga institutionem fratrum et pervigilem coenobiorum curam, omnem studii sui sollicitudinem dediderunt, ut nuper abbatem Ioannem, qui in vicinia civitatis, cui nomen est Thmuis, grandi coenobio praefuit, ac nonnullos eiusdem meriti viros apostolicis etiam signis meminimus claruisse. Quosdam xenodochii et susceptionis pium delectat obsequium, per quod etiam in praeteritis Abraham patriarcham et Loth Domino placuisse scimus, et nuper beatum Macarium, singularis mansuetudinis ac patientiae virum, qui xenodochio ita apud Alexandriam praefuit, ut nulli eorum qui solitudinis secreta sectati sunt, inferior sit credendus. Quidam eligentes aegrotantium curam, alii intercessionem quae pro miseris atque oppressis impenditur exsequentes, aut doctrinae instantes, aut eleemosynam pauperibus largientes, inter magnos ac summos viros, pro affectu suo ac pietate viguerunt.

841 *Perseverandum in vocatione.* — 14, 5. Quapropter hoc unicuique utile atque conveniens est, ut secundum propositum quod elegit sive gratiam quam accepit, summo studio ac diligentia ad operis arrepti perfectionem pervenire festinet, et aliorum quidem laudans admiransque virtutes, nequaquam a sua quam semel elegit professione discedat, sciens, secundum apostolum, unum quidem esse corpus Ecclesiae, multa autem

840. CV 13, 400; ML 49, 956 B. 841. CV 13, 401; ML 49, 959 A.

membra, et habere eam *donationes secundum gratiam quae nobis data est differentes: sive prophetiam secundum rationem fidei, sive ministerium in ministerio, sive qui docet, in doctrina, sive qui exhortatur, in exhortando, qui tribuit, in simplicitate, qui praeest, in sollicitudine, qui miseretur, in hilaritate* [Rom 12, 6 sqq]. Nec enim ulla membra aliorum sibi membrorum possunt ministeria vindicare, quia nec oculi manuum, nec nares aurium utuntur officio; et idcirco non omnes apostoli, non omnes prophetae, non omnes doctores, non omnes gratiam habent curationum, non omnes linguis loquuntur, non omnes interpretantur. 6. Solent enim hi qui necdum sunt in illa quam arripuerunt professione fundati, cum audierint quosdam in diversis studiis ac virtutibus praedicari, ita eorum laude succendi, ut imitari eorum protinus gestiant disciplinam, in quo irritos necessario impendit conatus humana fragilitas. Impossibile namque est unum eumdemque hominem simul universis quas superius comprehendi, fulgere virtutibus. Quas si quis voluerit pariter affectare, in id incidere eum necesse est, ut dum omnes sequitur, nullam integre consequatur, magisque ex hac immutatione ac varietate dispendium capiat quam profectum. Multis enim viis ad Deum tenditur, et ideo unusquisque illam quam semel arripuit, irrevocabili cursus sui intentione conficiat, ut sit in qualibet professione perfectus.

Coenobii commoda. — 19, 6. In hac igitur conversatione 842
diurni operis nulla provisio, venditionis vel coëmptionis nulla distentio, non annui panis inevitabilis cura, non sollicitudo corporalium rerum, qua non tantum propriis, sed etiam multorum advenientium usibus necessaria praeparantur, postremo nulla arrogantia laudis humanae, quae immundior his omnibus in conspectu Dei, etiam magnos eremi labores nonnumquam evacuare consuevit.

Coenobitae et eremitae privilegia. — 19, 6. Ut illa prae- 843
teream quibus attonita anima ac spiritalibus theoriis semper intenta specialius ingravatur: concursus scilicet fratrum, susceptionis quoque ac deductionis officia, mutuas visitationes, diversarumque confabulationum atque occupationum interminabilem curam; quarum etiam illo tempore quo haec videntur impedimenta cessare, tamen animum consuetudinariae inquietudinis assiduitate suspensum, exspectatio ipsa distendit. Atque ita fit ut anachoreseos illa libertas huiuscemodi nexibus impedita, ad illam cordis ineffabilem alacritatem numquam omnino conscendat ac fructum eremiticae professionis amittat. Qui si mihi in congregatione nunc atque in turbis sito fuerit denegatus, saltem quies animae cordisque tranquillitas omnibus occupationibus absoluta non deerit. Quae nisi illis quoque

842. CV 13, 539; ML 49, 1135 A. 843. CV 13, 540; ML 49, 1136 B.

qui in solitudine commorantur, praesto fuerit, labores quidem anachoreseos sustinebunt; fructu vero ipsius fraudabuntur, qui non nisi quieta mentis stabilitate conquiritur. Postremo etiam si mihi in coenobio constituto ab illa puritate cordis fuerit aliquid imminutum, ero solius evangelici praecepti compensatione contentus, quod certum est omnibus illis eremi fructibus non posse postponi, ut scilicet de crastino nihil cogitem, et usque ad finem subiectus abbati, illum aliquatenus videar aemulari de quo dicitur: *Humiliavit semetipsum factus oboediens usque ad mortem* [Phil 2, 8], merearque illius verbis humiliter dicere, *quia non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me, Patris* [Io 6, 38].

844 *Finis coenobitae.* — 19, 8. Finis quidem coenobitae est omnes suas mortificare et crucifigere voluntates ac secundum evangelicae perfectionis salutare mandatum nihil de crastino cogitare.... 9. Is enim vere et non ex parte perfectus est, qui et in eremo squalorem solitudinis et in coenobio infirmitatem fratrum aequali magnanimitate sustentat.

845 *Ieiunium bonum non principale.* — 21, 13. Si enim in illa definitione virtutum etiam ieiunium censeamus, ut inter principalia bona ciborum abstinentia collocetur, erit profecto eorum mala et criminosa perceptio.... 14. Itaque hoc medium esse etiam ex hoc manifestissime declaratur, quia sicut iustificat custoditum, ita non condemnat irruptum, nisi forte praecepti transgressio magis quam escarum perceptio puniatur.... Videtis ergo ieiunium nequaquam principale bonum a Domino iudicari, eo quod non per semetipsum, sed per alia opera bonum ac Deo beneplacitum fiat; et rursum ex accedentibus causis non solum vanum, verum etiam odibile censeatur, dicente Domino: *Cum ieiunaverint, non exaudiam preces eorum* [Ir 14, 12]. 17. Talem igitur definitionem super ieiunii qualitate iugiter retinentes, ita illud totis animi viribus appetamus, ut tamen tunc demum id nobis congruum noverimus, si in eo temporum ratio, si qualitas, si mensura servetur; nec ita ut in ipso spei nostrae terminum defigamus, sed ut per ipsum ad puritatem cordis et apostolicam caritatem pervenire possimus. Igitur ex hoc ipso ieiunium, cui non solum specialia praefixa sunt tempora quibus vel exerceri debeat vel remitti, sed etiam qualitas modusque propositus est, non principale bonum, sed medium quiddam esse manifestum est. Ceterum haec quae praecepti auctoritate vel mandantur ut bona, vel interdicuntur ut noxia, numquam ita exceptioni temporum subiacent, ut interdum aut quae vetita sunt fieri debeant, aut quae imperata sunt, praetermitti. Nec enim ullus iustitiae, patientiae, sobrietati, pudicitiae, caritati statutus est modus,

844. CV 13, 542; ML 49, 1138 B. 845. CV 13, 587; ML 49, 1187 B.

nec rursum iniustitiae, impatientiae, furori, impudicitiae, invidiae atque superbiae libertas aliquando permissa est.

Contemplatio optima pars. — 23, 3. *Maria bonam partem* 846
elegit, quae non auferetur ab ea [Lc 10, 42]. Una ergo et sola est theoria, id est, contemplatio Dei, cuius merito omnia iustificationum merita, universa virtutum studia postponuntur.

Nemo summo bono iugiter intentus esse potest. — 23, 5. 847
Nam quis *eripiens inopem de manu fortiorum eius, et egenum et pauperem a diripientibus eum* [Ps 34, 10], quis *conterens molas iniquorum, et de medio dentium eorum rapinas extorquens* [Ib 29, 17], in ipso intercessionis opere divinae gloriam maiestatis quieta mente suspiciat? Quis alimoniam pauperibus subministrans aut advenientium turbas benevola humanitate suscipiens, in eo temporis puncto quo pro necessitatibus fratrum sollicita mente distenditur, immensitatem supernae beatitudinis speculetur, et cum praesentis vitae angoribus curisque concutitur, futuri saeculi statum elevato e terrenis contagiis corde prospiciat? Unde beatus David solum hoc bonum homini esse definiens, Deo iugiter inhaerere desiderat, dicens: *Mihi autem adhaerere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem meam* [Ps 72, 28]. Quod etiam Ecclesiastes a nemine sanctorum sine querela perfici posse pronuntians: *Quia non est,* inquit, *iustus homo in terra, qui faciat bonum et non peccabit* [Eccle 7, 21]. Quis enim umquam, quamvis praecipuus omnium iustorum atque sanctorum, huius corporis vinculis colligatus, summum hoc bonum ita possidere potuisse credendus est, ut numquam a divina contemplatione discedens, ne parvo quidem tempore ab eo qui solus bonus est, terrenis cogitationibus putetur abstractus? Qui umquam nullam cibi, nullam indumenti aliarumve carnalium rerum gesserit curam, numquam de fratrum susceptione, de loci commutatione, de cellulae exstructione sollicitus, aut opem aliquam humani concupierit adiumenti, aut inopiae sterilitate vexatus illam sententiam dominicae increpationis incurrerit: *Ne solliciti sitis animae vestrae quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini* [Mt 6, 25]? Denique illum ipsum apostolum Paulum, qui omnium sanctorum laborem passionum numerositate transcenderat, nequaquam hoc implere potuisse confidenter astruimus, ipso in Actibus Apostolorum discipulis attestante: *Ipsi scitis, quoniam ad ea quae mihi opus erant, et his qui mecum sunt, ministraverunt manus istae* [Act 20, 34], vel cum Thessalonicensibus scribens, *in labore et fatigatione nocte et die operatum* [2 Thess 3, 8] se fuisse testatur. Quibus, licet magna eidem meritorum stipendia pararentur, tamen mens eius, quamvis sancta atque sublimis, non poterat non ab illa caelesti theoria intentione terreni operis aliquando divelli.

846. CV 13, 642; ML 49, 1246 B. 847. CV 13, 645; ML 49, 1250 A.

848 *Recedere a Deo pernicies.* — 23, 9. Recte igitur sanctos, qui memoriam Dei stabiliter retinentes, quasi per extentas in sublime lineas suspenso feruntur incessu, schoenobatis, quos vulgo funambulos vocant, dixerim comparandos, qui summam suae salutis ac vitae in angustissimo funiculi illius tramite collocantes, atrocissimam se mortem protinus incursuros esse non ambigunt, si vel exigua pes eorum titubatione deviaverit, aut modum illius salutaris directionis excesserit. Qui dum arte mirifica aërios gressus per inania moliuntur, si illam angustiorem vestigio semitam non cauta atque sollicita moderatione servaverint, terra quae omnibus velut naturalis est basis et solidissimum cunctis ac tutissimum fundamentum, fit illis praesens ac manifesta pernicies, non quia illius natura mutetur, sed quia illi ad eam praecipiti carnis pondere delabuntur. Ita etiam indefessa illa Dei bonitas immutabilisque substantia ipsa quidem neminem laedit, sed nos declinando a summis atque ad ima tendendo, nobis ipsi consciscimus mortem, immo ipsa declinatio mors efficitur declinanti.

849 *Renuntiatio cotidie persistere debet.* — 24, 2. Parum est enim renuntiasse monachum semel, id est in promordio conversionis suae contempsisse praesentia, nisi eis cotidie renuntiare perstiterit. Usque in finem namque huius vitae illud nobis dicendum est cum propheta: *Et diem hominis non desideravi, tu scis* [Ir 17, 16]. Unde et Dominus in evangelio: *Si quis,* inquit, *vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam cotidie, et sequatur me* [Lc 9, 23].

850 *Finis monachi.* — 24, 6. Quamobrem ita monachi omnis intentio in unum semper est defigenda cunctarumque cogitationum eius ortus atque circuitus in idipsum, id est, ad memoriam Dei strenue revocandi; velut si quis absidis cameram volens in sublime concludere, subtilissimi illius centri lineam iugiter circumducat ac secundum certissimam normam omnem rotunditatis parilitatem et structurae colligat disciplinam.

S. NILUS, † ca 430.

Epistulae.

851 *Actiones monachi.* — L. 2, ep. 135. Μὴ μόνον ἡ τῶν Γραφῶν παρέστω ἀνάγνωσις, ἀλλὰ καὶ εὐχὴ καὶ ψαλμὸς καὶ ἐγκράτεια, ἀγρυπνία τε καὶ χαμευνία καὶ ἡσυχία καὶ τὸ ἔργον τῶν χειρῶν.

---

851 2, 135. Non tantum Scripturarum lectio in promptu sit, sed et oratio et psalmus et continentia, vigilia quoque et humi cubatio et quies et manuum operatio.

---

848. CV 13, 653; ML 49, 1259 A. 849. CV 13, 677; ML 49, 1287 A.
850. CV 13, 680; ML 49, 1294 B. 851. MG 79, 256 D.

Pater spiritualis. — 2, 333. Ὅταν λυπηρόν τι ἢ τραχὺ πρός σε εἴπῃ ὁ πνευματικὸς πατήρ, δέξαι, καὶ κατάδεξαι φιλοσόφως καὶ μακροθύμως· οὐ γὰρ μετὰ πάθους, ἄνευ δὲ πάθους τοῦτο δρᾷ. Εἰ δέ, καθὼς εἴρηκας, καὶ μικροψυχήσειεν, καὶ ὑβρίσει σε, οὐκ ἐκ ψυχῆς τοῦτο, ἀλλ' ἐκ μικροψυχίας, ὥσπερ μήτηρ ἐκ μελαγχολίας τῷ τέκνῳ ἐπαρωμένη· ὅτι γὰρ οὐ κατὰ γνώμην ἐπαρᾶται τῷ γόνῳ, δῆλον ἐκ τοῦ μετ' ὀλίγον εὐθὺς μεταμέλεσθαι τὴν μητέρα, καὶ πενθεῖν ἀῤῥωστῆσαν τὸ τέκνον. 852

Monachus altare Domino. — 3, 32. Θυσιαστήριον Κυρίου λέγεται ὑπάρχειν ὁ μοναχός, θυσιαστήριον, ἐν ᾧ καὶ ἐξ οὗ εὐχαὶ καθαραὶ προσφέρονται τῷ πανυψίστῳ Θεῷ, θυσιαστήριον πνευματικῶς ἱδρυμένον, καὶ τεθεμελιωμένον «εἰς τὸν τόπον, καθώς φησιν ὁ Δαυΐδ, οὗ ἔστησαν οἱ πόδες Κυρίου» [Ps 131, 7]· οὐ μὴν ἐσαλεύθησαν· «Ἑστῶτες γάρ, φησίν, ἦσαν οἱ πόδες ἡμῶν ἐν ταῖς αὐλαῖς σου Ἱερουσαλήμ» [Ps 121, 2]. 853

Consolatio ante desolationem. — 3, 40. Ἔστιν ὅτε μέλλοντος τοῦ ἀνθρώπου πειρασμῷ ψυχικῷ καὶ θλίψει περιπίπτειν, προλαβοῦσα ἡ χάρις τοῦ Ἁγίου Πνεύματος παρηγορεῖ τὴν ψυχὴν ὑπερβαλλόντως, καὶ παρακαλεῖ τὴν ψυχὴν ἐν εὐφροσύνῃ καρδίας, καὶ ἀναπαύει ἐπιῤῥοῇ δακρύων μελισταγῶν. Εἶτα παραδίδωσι τῷ ἐχθρῷ πειράσαι, καὶ θλίψαι, καὶ διαταράξαι, καὶ τότε εὑρίσκει ἑαυτὴν ἡ ψυχὴ ἐν πικρίᾳ καὶ φόβῳ καὶ θυμῷ καὶ κακῶν ἐπιθυμίαις καὶ ἀπρεπέσι κινήσεσι καὶ ἀπορίᾳ καρδίας καὶ συλλήβδην φράσαι, ἀναριθμήτοις κακοῖς. Ὅταν τοίνυν ὁ ἄνθρωπος ἐν τῷ παντὶ γένηται, ἐπικρατήσαντος τοῦ πολεμίου καὶ ἀθυμήσῃ καὶ 854

2, 333. Cum in te triste quidquam aut asperum pater spiritualis effuderit, promptus, uti philosophum ac magnanimum decet, excipe; neque enim ille prave affectus, sed sine ulla turbatione id agit. Si item, quod ipse ais, animum desponderit probroque te affecerit, non ex animo, sed ex animi demissione id obit, veluti mater, oborta ira filio diras imprecatur; eam porro non ex sententia filio imprecari, notum inde fuerit, quod non diu post ilico geniti curam gerit miserisque afficitur modis, si filius morbo fuerit afflictatus. 852

3, 32. Altare Domini esse monachus dicitur, altare, in quo et ex quo preces purae perquam altissimo Deo offeruntur, altare spiritali quodam modo confixum, fundatumque *in loco,* ut David ait, *ubi steterunt pedes Domini,* numquam dimoti: *Stantes enim,* ait, *erant pedes nostri in atriis tuis, Ierusalem.* 853

3, 40. Cum nonnumquam homo animi tentationi atque afflictioni subiciendus est, praerepens Sancti Spiritus gratia animum maximopere solatur, eamque in laetitia cordis exhilarat, defluxuque ad instar mellis fluentium lacrimarum sedat; postmodum inimico exhibet tentandum, affligendum et conturbandum; et per idem tempus semetipsam anima in amaritudine et timore et iracundia et malorum appetitu et indecoris motibus et haesitatione cordis et, ut summatim dicam, malis innumerabilibus invenit. Cum itaque homo 854

---

852. MG 79, 364 B. 853. MG 79, 388 A. 854. MG 79, 405 C.

ἀπογνῷ ἑαυτοῦ, τότε πάλιν ἡ χάρις ἐφίπταται τοῦ Θεοῦ, φυγαδεύουσα μὲν τὸν δαίμονα, θάλπουσα δὲ πλουσίως τὸν κεκοπιακότα καὶ ἀνακτωμένη τε καὶ ἀνακαινίζουσα, διαναπαύουσά τε, ὃν τρόπον εὔσπλαγχνος μήτηρ τὸ κλαυθμυριζόμενον νήπιον, ποθεινῶς καὶ φιλοστόργως ἐναγκαλιζομένη, καὶ τὸν ἑαυτῆς μαστὸν παρέχουσα, καὶ παράκλησιν ἱκανὴν τῷ βρέφει προσαγομένη, καὶ πολλὴν πληροφορίαν. Ταῦτα δὲ οὕτως γίνεται, ὅπως τῇ τε προειληφυίᾳ παρακλήσει τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος καὶ τῇ μετὰ τὸν πειρασμὸν γλυκείᾳ ἐπισκέψει καὶ τῇ μακαριωτάτῃ παραθυμίᾳ καὶ τῷ πηγασμῷ τῆς ἀενάου καὶ αἰωνίου ἐλπίδος στενοχωρηθεῖσα ἡ πονηρία τοῦ σατανᾶ καὶ λοιπὸν καταργηθεῖσα, φροῦδος ἀποδειχθείη τῇ προνοίᾳ τοῦ κρείττονος.

855 *Ieiunium supra modum suadet diabolus.* — 3, 46. Οὐ μόνον γαστριμαργεῖν ὑποτίθενται οἱ παμμήχανοι δαίμονες, ἀλλὰ καὶ ἀσιτίας σκληράς, καὶ νηστείας ὑπὲρ τὸ μέτρον τελεῖν παρακαλοῦσι, δύο ταῦτα μνώμενοι, ἢ τύφῳ ἐκβακχευθῆναι τὸν δελεαζόμενον, νομίζοντα πλέον τι τῶν συνασκουμένων ἀδελφῶν πολιτεύεσθαι, καὶ τοῖς γυψὶν ἴσα πέτεσθαι διὰ τῆς ἐγκρατείας, ἢ τὸ σῶμα καταλυθῆναι, καὶ μηκέτι μήτε ἑαυτῷ μήτε ἄλλῳ χρησιμεῦσαι, καὶ τῆς νόσου πολλάκις πολλὴν ἐπίτασιν δεξαμένης τῷ χρόνῳ, εἰς ἀπιστίαν λοιπὸν καὶ ἀνελπιστίαν καὶ βλασφημίαν ἐκκυλισθῆναι τὸν ἄνθρωπον.

856 *Non temere intrandum in solitudinem.* — 3, 72. Χρὴ μᾶλλον ἀδελφοῖς συνδιατρίβειν ἐν τῷ ἀσκητηρίῳ τὸν βουλόμενον ἀθλεῖν

in universum advenerit, praevalente hoste, et animum deiecerit et de seipso desperarit, tum rursus Dei gratia advolat, daemonem fugans fovensque largiter defessum et refocillans et renovans recreansque, quemadmodum plorantem infantem mater misericors sedulo amanterque amplectens et mammam porrigens et non mediocrem consolationem afferens diraque omnia semovens. Haec porro hac ratione fiunt, ut, quae iam praeoccupaverat, divinae gratiae vocatione, et post afflictionem non insuavi inspectione et beatissimo solatio et perennis sempiternaeque spei scaturigine, malitia satanae coarctata debellataque postmodum, inanis per Dei providentiam deprehendatur.

855 3, 46. Non tantum ventri indulgere daemones suggerunt, rebus in omnibus callidissimi, sed et inedias asperas et ieiunia supra modum efficere adhortantur, duo haec comminiscentes: aut superbia inescatum inflari, animo concipientem maius quidpiam ipsum quam reliquos fratres, qui una cum eo exercentur absolvere et aeque ac vultures per continentiam avolare; aut dissoluto corpore, neque sibi ipsi neque aliis utilem fore, morboque saepissime tempore gravius invalescente, in incredulitatem et desperationem et blasphemiam hominem praecipitem agi.

856 3, 72. Qui certamen subit et ad philosophiam spiritualem exercetur, illi potius una cum fratribus immorandum est in asceterio,

855. MG 79, 413 D. 856. MG 79, 421 C.

καὶ γυμνάζεσθαι πρὸς φιλοσοφίαν πνευματικήν, καὶ μὴ ἁπλῶς, καὶ ὡς ἔτυχε, τὴν μόνωσιν ἐπιλέγεσθαι, ῥιψοκινδύνως καὶ προπετῶς κατὰ αὐταρέσκειαν καὶ αὐθάδειαν, μήποτε ἀπροσδοκήτως ὑπὸ τῶν λοχώντων πνευμάτων ἀναιρεθῇ τὴν ψυχήν· ῥομφαία γὰρ τῶν ἐχθρῶν περιέστη κυκλόθεν.

Pseudo-monachi. — 3, 119. Ὁ πρώην περιπόθητος καὶ ἄγαν 857
περίβλεπτος τῶν μοναζόντων βίος, νῦν βδελυρὸς γέγονε, καθὼς ὁρᾷς. Διὸ βαροῦνται μὲν πᾶσαι πόλεις καὶ κῶμαι ὑπὸ τῶν ψευδομονάχων, περιτρεχόντων μάτην καὶ ὡς ἔτυχεν, ἐν πολλῇ χυδαιότητι καὶ ἀδιαφορίᾳ· ἐνοχλοῦνται δὲ πάντες οἰκοδεσπόται, καὶ ἀηδῶς ἔχουσιν ἀληθῶς καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν ὄψιν, βλέποντες αὐτοὺς τῶν προσαιτῶν ἀναιδέστερον ταῖς ἑαυτῶν παραμένοντας θύραις. Ὅθεν καὶ ἡ τῶν ὀρθῶς καὶ κατ' ἀρετὴν βιοτευόντων κρίσις καὶ πολιτεία, διὰ τούτους ἀπάτη καὶ χλεύη ἀρτίως νομίζεται. Καὶ τίς νῦν Ἱερεμίας νέος παραφανείη, θρηνεῖν προσφόρως καὶ κατ' ἀξίαν δυνάμενος τὰ ἡμέτερα; Αἰσχύνομαι γὰρ περαιτέρω τι γράφειν.

Prudens monachus. — 3, 242. Τὸν ἐν φρονήματι μοναχὸν 858
δόκιμον εἶναι χρὴ ζυγοστάτην, μηδενὶ μέρει τῶν πλαστίγγων καταῤῥέπειν παραχωροῦντα, μήτε τῇ ἀσιτίᾳ εἰς ἀτονίαν, μήτε πολυσιτίαν εἰς ἀσωτίαν· οὐ τοσοῦτον ἐσθίων ὅσον λιμῶν, καὶ τοιαῦτα περιβαλλόμενος ὅσον ἐσκεπάσθαι κοσμίως, ὄχημα κάλλιστον τῇ ψυχῇ παρασκευάζει τὸ σῶμα, καὶ τῷ κυβερνήτῃ εὐμεταχειρίστους τοὺς οἴακας, καὶ τῷ στρατιώτῃ εὐάρμοστα τὰ

nec perperam, et ut se tulerit occasio, solitudo eligenda temere et audacter, ut tibi complacitum est et praesumis; ne praeter exspectationem per insidiantes spiritus animam perdat; framea enim hostium undique circumvallat.

3, 119. Quae antea ab omnibus expetebatur, nullique non erat 857
maxime conspicua monachorum vita, nunc, ut vides, abominationi est. Propterea civitates omnes et oppida praegravantur a pseudomonachis pererrantibus, frustraque hac illac concursantibus, et, ut casus tulerit, in multa confusione et neglectu; infestantur vero omnes patresfamilias, aegerrimeque, ut verum fatear, ferunt et ad aspectum ipsum, cum videant eos mendicantibus impudentius suis portis immorantes. Quapropter eorum qui recte et secundum virtutem vivunt, discretio et institutum ob hoc fraus et cavillatio hisce temporibus ducitur. Et quis nunc novus Ieremias accesserit, qui commode, et ut par est, deplorare nostra posset? Sed plura scribere verecundia me impedit.

3, 242. Prudens monachus probatus esse debet zygostata, non 858
permittens, ut alteram in partem lances deflectant, neque concedens, ut ieiunium in debilitatem ac deliquium, neque ingluvies in luxum abeat; non tantum comedens quantum helluo, et in tantum sese circumvestiens, quantum decore obtegatur, pulcherrimum vehiculum animae corpus subornat, et gubernatori parat tractu faciles temo-

857. MG 79, 437 C. 858. MG 79, 496 C.

ὅπλα, καὶ τῷ ἁρμονιακῷ μουσικὴν τὴν λύραν. Ὁ γὰρ τρυφῇ πιαίνων, καὶ ἱματίοις καλλωπίζων, σκιρτᾷν αὐτῷ παρασκευάζει, καὶ εἰς ἀτόπους ἐπιθυμίας ἐξάπτει, καὶ τὴν εὐεξίαν αὐτοῦ λυμαίνεται, καὶ τῇ πολλῇ βλακείᾳ διαλύει αὐτό, καὶ τῇ ψυχῇ τὸ πολέμιον κατασκευάζει. Οὐκοῦν πέπαυσο κἀκεῖνο καὶ τοῦτο ποιῶν. Βίος ἄνευ λόγου μᾶλλον ὠφελεῖν πέφυκε, ἢ λόγος ἄνευ βίου. Ὁ μὲν γὰρ καὶ σιγῶν ὠφελεῖ, ὁ δὲ καὶ βοῶν ἐνοχλεῖ. Εἰ δὲ καὶ λόγος καὶ βίος συνδράμοιεν, φιλοσοφίας πάσης ἀποτελέσουσιν ἄγαλμα.

859 *Meditatio.* — 3, 295. Μὴ κατοκνῶμεν, μηδὲ κατολιγωρῶμεν προσεύχεσθαι καὶ ψάλλειν καὶ μελετᾷν διδασκαλίαν τοῦ ἁγίου καὶ προσκυνητοῦ Πνεύματος. Ἐν γὰρ δὴ τοῖς ῥήμασι τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς ἐγκέκρυπται ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, ἀποκαλύπτεται δὲ τοῖς προσκαρτεροῦσιν εὐχῇ καὶ ἡσυχίᾳ καὶ ψαλμοῖς καὶ τοῖς ἀναγνώσμασιν, ἐξ ὧν εἴωθεν ὁ νοῦς καταλάμπεσθαι.

860 *Primum seipsum nosse.* — 3, 314. Γνῶθι σαυτὸν πρὸ πάντων, οὐδὲν γὰρ δυσχερέστερον τοῦ ἑαυτὸν γνῶναι, οὐδὲν ἐπιπονώτερον, οὐδὲν ἐργωδέστερον. Ὅταν δὲ σαυτὸν γνῷς, τότε δυνήσῃ καὶ Θεὸν ἐπιγνῶναι καὶ τῷ λογισμῷ ἐπελθεῖν τὰ κτίσματα, ὡς προσήκει.

861 *In vitam asceticam ut in balneum ingrediendum.* — 4, 59. Ὥσπερ οἱ εἰσπορευόμενοι εἰς τὸ λουτρὸν γυμνοῦνται παντὸς περιβλήματος, οὕτω δεῖ καὶ τοὺς τῇ ἀσκητικῇ προσερχομένους ζωῇ πάσης ὕλης βιωτικῆς γυμνωθέντας ἐντὸς γενέσθαι τοῦ κατὰ φιλοσοφίαν θείου πολιτεύματος.

nes, et militi arma concinna, et musico lyram dextere modulantem. Qui enim luxu sese impingit, et vestibus exornat, facit ut illud subsultet, et in absurda desideria excitat, et bonam illius constitutionem laedit et nimia mollitie exsolvit, apparatque animae hostem. Itaque et hoc et illud efficiendi finem ponito. Vita absque sermone utilior est quam sermo absque vita. Hic etenim tacens emolumento, ille vel perstrepens fastidio est. Si vero et vita et sermo in unum concurrant, universae philosophiae imaginem absolvent.

859 3, 295. Ne neglegamus, neve contemnamus orare et psallere et doctrinam sancti et adorandi Spiritus meditari. In verbis etenim divinitus inspiratae Scripturae regnum occultatur caelorum, quod detegitur iis, qui in oratione et quiete et psalmis et lectionibus perseverant, quibus mens illustrari consuevit.

860 3, 314. Ante omnia nosce teipsum. Eo siquidem nihil difficilius, nihil laboriosius, nihil operosius est. Cum porro teipsum cognoveris, tum et Deum cognoscere poteris et animo revolvere creaturas, ut decet.

861 4, 59. Quemadmodum qui in lavacrum ingrediuntur, omni se corporis tegumento exspoliant, sic necesse est eos, qui sese asceticae vitae addicunt, omnibus curis saecularibus exspoliatos, in divinum, qui secundum philosophiam est, vitae institutum introire.

859. MG 79, 529 C. 860. MG 79, 536 C. 861. MG 79, 576 D.

De monastica exercitatione.

Cura animarum ars addiscenda. — C. 22. Ἡ πᾶσα μὲν τέχνη χρόνου δεῖται καὶ διδασκαλίας πολλῆς πρὸς κατόρθωσιν, μόνη δὲ ἡ τέχνη τῶν τεχνῶν ἀμαθητεύτως ἐπιτηδεύεται· καὶ γεωργίας μὲν οὐκ ἂν καταθαρσήσει ἄπειρος, οὐδὲ ἀμύητος ἰατρικῆς ἐπιχειρήσειεν ἔργοις· ἐλεγχθήσεται γὰρ ὁ μὲν πρὸς τὸ μηδὲν ὀνῆσαι τοὺς κάμνοντας, ἔτι καὶ βαρυτέραν αὐτοῖς κατασκευάσας τὴν νόσον, ὁ δὲ χέρσον, καὶ ῥυπαρὰν τὴν ἀρίστην γῆν καταστήσας. Μόνης δὲ τῆς θεοσεβείας ὡς πάντων εὐκολωτέρας κατατολμῶσιν ἀπαιδοτρίβητοι, καὶ τὸ δυσκατόρθωτον πρᾶγμα εὐχερὲς εἶναι νενόμισται τοῖς πολλοῖς, καὶ ὃ μηδέπω Παῦλος κατειληφέναι λέγει, τοῦτο ἀκριβῶς ἐγνωκέναι διαβεβαιοῦνται οἱ μηδ' αὐτὸ τοῦτο εἰδότες ὅτι ἀγνοοῦσι· διὰ τοῦτο εὐκαταφρόνητος ὁ βίος ἐγένετο καὶ οἱ μετερχόμενοι αὐτὸν παρὰ πάντων χλευάζονται. Τίς γὰρ μὴ γελάσεται τὸν χθὲς ἐν καπηλείῳ ὑδροφοροῦντα, σήμερον ὁρῶν ὡς διδάσκαλον ἀρετῆς παρὰ μαθητῶν δορυφορούμενον, ἢ τὸν πρώην τῶν πολιτικῶν ἀναχωρήσαντα κακοπραγιῶν, ὀψὲ μετὰ πλήθους μαθητῶν διὰ πάσης σοβοῦντα τῆς ἀγορᾶς. Εἰ δὲ ἦσαν πεπεισμένοι σαφῶς ὅτι πολύς ἐστιν ὁ πόνος ἐνάγειν τινὰς εἰς θεοσέβειαν, καὶ τὸν ἀκολουθοῦντα τῷ πράγματι κίνδυνον ᾔδεισαν, ἀκριβῶς πάντως ἂν ὡς ὑπερβαῖνον αὐτοὺς παρῃτήσαντο τὸ πρᾶγμα· ἕως δ' ὅτε τοῦτο ἀγνοοῦσι, καὶ δόξαν ἡγοῦνται τὸ προϊστάναι τινῶν, εὐχερῶς κυβιστῶσι κατὰ τοῦ τοιούτου βαράθρου, καὶ τὸ ἐνάλλεσθαι 862

22. Omnis quidem ars eget tempore et plurima disciplina ad directionem, soli vero arti artium sine ullo tyrocinio studetur; et agriculturam quidem non audebit inexpertus exercere, neque medicinae opera non instructus medicinae traditionibus; reprehendetur enim ille, quia aegrotantibus opem nullam afferet, immo et ipsis graviorem morbum apponet, iste vero terram optimam in asperam et squalidam rediget. Solum Dei cultum, uti prae omnibus faciliorem, audebunt penitus indocti attrectare, et res, quae difficillime dirigitur, nullius negotii esse a multis censebitur; quodque Paulus dicit se neutiquam comprehendisse, hoc diligenter se nosse affirmabunt, qui nec hoc ipsum sciunt, se id nescire; ideo abiit in contemptum vita monastica, quique suscipiunt ipsam, ab omnibus irridentur. Quis enim non ridebit eum, qui heri ferebat aquam in caupona, hodie conspicatus ipsum uti doctorem virtutis a discipulis, quasi ab hastatis satellitibus stipatum, aut mane recedentem ab urbanis nequitiis, sero cum discipulorum multitudine per totum forum superbe incedentem? Si vero persuasi essent luculenter, quod magnus labor est ad pietatem aliquos inducere, quodque rem illam consequitur periculum, optime nossent, omnino negotium illud velut ipsos exsuperans recusarent; quandoquidem vero illud nesciunt et gloriosum putant aliquibus praesse, devolvuntur facile praecipites in tantum barathrum et in ardentem hunc caminum 862

862. MG 79, 748 D.

καιομένη τῇ καμίνῳ, κοῦφον νομίζουσι, γέλωτα μὲν ἐπικινοῦντες τοῖς ἐπισταμένοις τὸν χθὲς αὐτῶν βίον, Θεῷ δὲ ἀγανάκτησιν ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ προπετείᾳ.

863 *Anima perfecta sine cura.* — 67. Τελείας ψυχῆς ἐστι τὸ ἀμέριμνον, ἀσεβοῦς δὲ τὸ ταῖς φροντίσι κατατρίβεσθαι. Περὶ μὲν γὰρ τελείας ψυχῆς εἴρηται, ὅτι κρίνον ἐστὶν ἐν μέσῳ ἀκανθῶν. Τοῦτο δὲ τὴν μετὰ τῶν πολυφροντίδων ἀμερίμνως διάγουσαν δηλοῖ. Τὸ γὰρ κρίνον καὶ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τὴν ἀμέριμνον σημαίνει ψυχήν· οὐ κοπιᾷ γάρ, φησίν, οὐδὲ νήθει, καὶ μείζω τοῦ Σολομῶντος περιβέβληται δόξαν [cf. Mt 6, 28].

Peristeria, seu Tractatus de virtutibus et vitiis.

864 *Quod fit ex amore facile est.* — Sect. 3, c. 2. Ἐπειδὴ πᾶν τῷ πόθῳ γινόμενον κοῦφον καὶ εὐμαρές, κἂν ᾖ λίαν ἐπίμοχθον, τῆς πρὸς αὐτὸ διαθέσεως τοῦ ἐργαζομένου κλεπτούσης τὸν πόνον, καὶ ἐξομαλιζούσης τὸ τραχὺ πρὸς ἐνέργειαν εὔκολον. Νικᾷ γὰρ ἀεὶ τοῦ καμάτου τὸ ἐπαχθὲς ἡ προθυμία, κρείττων τῆς ἐν τῷ ἔργῳ δυσχερείας γινομένη, καὶ τὴν αἴσθησιν ἀμαυροῦσα τοῦ πόνου τῇ παρομαρτούσῃ ἡδονῇ, ὡς τέρψιν εἶναι μᾶλλον, ἢ πόνον, τὸν πόνον καὶ θυμηδίαν τὴν νομιζομένην δυσχέρειαν.

De monachorum praestantia.

865 *Processus tentationis et peccati.* — C. 3. Οὕτως αἰσθήσεως ἄτακτος ὁρμὴ ποιεῖν εἴωθε λογισμὸν ἐμπαθῆ, ἐπιθυμίαν αἰσχράν, αὕτη τέρψιν· καὶ πάλιν συναίνεσιν, ἧς ὀπαδὸς ἡ κατ' ἐνέργειαν

insilire leve opinantur, risum moventes his, qui hesternam eorum vitam noverunt, Deo vero indignationem propter hanc temeritatem.

863 67. Perfectae animae est esse sine cura, impiae vero sollicitudinibus conteri; de perfecta quippe anima dicitur, quod est lilium in medio spinarum. Hoc autem eam multas inter curas sine sollicitudine degentem demonstrat. Lilium enim et in evangelio significat animam sollicitudine carentem. Nec enim, ait, laborat, neque net, et maiore gloria quam Salomon circumdatur.

864 3, 2. Quandoquidem omne, quod fit cum amore, leve ac facile evadit, etiamsi valde sit laboriosum, propensione operantis erga illud occultante laborem et explanante asperitatem ad facilem operationem. Vincit enim semper laboris molestias alacritas, superiorque difficultate, quae in operando est, efficitur, sensumque laboris oblitterans prae comitante voluptate, adeo ut labor oblectamentum sit potius quam labor, et ea quae putabatur molestia, sit iucunditas.

865 3. Ita sensus impulsio inordinata consuevit generare cogitationem passioni obnoxiam, concupiscentiam turpem, ipsa delectationem et rursus consensum, cuius sequax est actuale peccatum, quod, quando

863. MG 79, 800 D. 864. MG 79, 824 D. 865. MG 79, 1064 C.

ἁμαρτία ἐστίν, ἣν προοιμιαζομένην ἐκ πρώτης δεῖ παύειν αἰτίας, τὴν ὄψιν ἀποστρεφομένους, τὴν κινοῦσαν εἱρμῷ τὰ εἰρημένα, πρὶν αὐτὴν παραγενέσθαι, καὶ ποιῆσαι δυσχερῆ τὴν ἀνάδυσιν, τὸ γὰρ μὴ τυπωθὲν διὰ τῆς ὁράσεως, ἴσως οὐ δίδωσιν ἔργον, καὶ μελέτην τῇ διανοίᾳ κακήν.

Tractatus ad Eulogium.

Caritas foras mittit timorem. — C. 23. Τῶν δὲ τὰς δειλίας εἰσβαλλόντων δαιμόνων [ὁ μοναχός] καταθαρσείτω, — οὐ γὰρ ἐλάβετε πνεῦμα δειλίας πάλιν εἰς φόβον [cf. Rom 8, 15]· — πνεύματι δειλίας ἑαυτὸν μὴ καταπτησσέτω, μήτε τοὺς νυκτερινοὺς κτύπους τῶν δαιμόνων τρεμέτω, ὁπόταν οὔτε κατὰ χοίρων ἔχωσιν ἐξουσίαν. Ἐν ταῖς ὀψιναῖς οὖν ἐξελθὼν τῆς κέλλης, μὴ θροείσθω, καὶ φεύγων ἀνόπιν εἰσπηδάτω, ὡς τῶν δαιμόνων δῆθεν κατατρεχόντων, ἀλλὰ κλίνας τὰ γόνατα ἐν ᾧ τόπῳ δειλίᾳ εὐξάσθω, οὐ γάρ σοι ἐπιπεσοῦνται κἂν οὕτω σε θροήσωσιν· ἐπειδὰν δὲ ἀναστῇς θάρρυνε τὴν καρδίαν, παρακάλει τῇ ψαλμῳδίᾳ· «Οὐ φοβηθήσῃ, λέγων, ἀπὸ φόβου νυκτερινοῦ, ἀπὸ βέλους πετομένου ἡμέρας, ἀπὸ πράγματος ἐν σκότει διαπορευομένου, ἀπὸ συμπτώματος, καὶ δαιμονίου μεσημβρινοῦ» [Ps 90, 5 sq]. Οὕτω γὰρ ἅπαξ καὶ πολλοστὸν ποιήσας, τὸν δαίμονα τῆς δειλίας θᾶττον ἀφ' ἑαυτοῦ ἀπελάσεις. Ἀδυνατοῦντες γὰρ ἔργῳ βλάπτειν, ταῖς φαντασίαις τὴν ψυχὴν δειλοκοποῦσιν, ἵνα οἱ ἄνθρωποι τοὺς ἀσθενεῖς καὶ ἀδυνάτους, ἰσχυροὺς καὶ δυνατοὺς εἶναι νομίσωσι. 866

desumit initium, oportet ex illo principio reprimere, avertendo sensum visus serie quadam commoventem, quae dicta sunt, priusquam illud accedat ac difficulter inde retrocedere possit; quod enim non imprimitur per visionem, forsitan minime infert difficultatem intellectui, nec malam ei porrigit meditationem.

23. Audacter se gerat [monachus] adversus insilientium daemonum pavores, — nec enim denuo spiritum timiditatis ad timorem accepistis; — ideo ne timiditatis spiritu seipsum percellat, neque tremat daemonum fragores strepitusque nocturnos, quandoquidem nec contra porcos potestatem habent; vespertinis igitur horis, cella egrediens, ne perturbetur neque fugiens retro insiliat, perinde ac si daemones insectarentur, sed flectens genua eo in loco, in quo pavescit, precem effundat; nec enim in te incident, quamvis ita te perturbarint; postquam vero surrexeris, cor audax facito, psalmorumque cantu ora, dicens: *Non timebis a timore nocturno, a sagitta volante in die, a negotio in tenebris perambulante, ab incursu et daemonio meridiano.* Sic enim semel et multifariam si feceris, celerius daemonem pavoris procul a teipso expelles; cum enim opere minime nocere possint, imaginationibus animam perterrefacientes affligunt, ut homines opinentur quod validi sunt ac potentes ii qui vere infirmi sunt ac impotentes. 866

866. MG 79, 1124 D.

De octo spiritibus malitiae.

867 *Oratio ieiunio iuvatur.* — C. 1. Νηστεύοντος προσευχή, νεοσσὸς ἀετοῦ ἀνιπτάμενος, ἡ δὲ τοῦ κραιπαλοῦντος βαρυνομένη τῷ κόρῳ, καθέλκεται.

868 *Paupertas monachis necessaria.* — 7. Φιλαργυρία πάντων ἐστὶ ῥίζα τῶν κακῶν, καὶ τρέφει ὡς κλάδους πονηροὺς τὰ λοιπὰ πάθη, καὶ οὐκ ἀφήσει ξηρανθῆναι τὰ ἐξ αὐτῆς ἀνθήσαντα. Ὁ βουλόμενος κόπτειν πάθη, τὴν ῥίζαν ἐκκοπτέτω· μενούσης γὰρ φιλαργυρίας ἐπιτέμνων τοὺς κλάδους οὐδὲν ὠφελεῖ, κἂν γὰρ ἐκκοπῶσιν, εὐθὺς ἐπανθήσουσι. Πολυκτήμων μοναχός, πεφορτισμένον πλοῖον, καὶ ἐν ζάλῃ κυμάτων εὐχερῶς καταδυόμενον· ὥσπερ γὰρ ὑπέραντλος ναῦς ὑφ' ἑκάστου κύματος βασανίζεται, οὕτω πολυκτήμων ταῖς φροντίσι ὑποβρύχιος γίνεται. Ἀκτήμων μοναχός, ὁδοιπόρος εὐσταλής, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ εὑρίσκων κατάλυμα. Ἀκτήμων μοναχὸς ἀετὸς ὑψιπέτης, τότε καθιπτάμενος ἐπὶ τροφήν, ὅταν ἡ χρεία βιάσῃ.

De oratione.

869 *Oratio.* — C. 3. Ἡ προσευχὴ ὁμιλία ἐστὶ νοῦ πρὸς Θεόν· ποίας οὖν δεῖται καταστάσεως ὁ νοῦς, ἵνα ἡσυχάσῃ ἀμεταστρόφως ἐκσταθῆναι πρὸς τὸν οἰκεῖον Δεσπότην, καὶ συνομιλεῖν αὐτῷ μηδενὸς μεσιτεύοντος;

870 *Oratio.* — 35. Προσευχή ἐστιν ἀνάβασις νοῦ πρὸς Θεόν.

---

867 1. Ieiunantis oratio pullus est aquilae sursum volans; at quae fit ab illo, qui crapulatus est, graviter depressa prae satietate deorsum trahitur.

868 7. Avaritia malorum omnium radix est, nutritque tamquam malignos ramos reliquas passiones, neque exsiccari sinet, quae floruerunt ex ipsa. Qui vult passiones exscindere, radicem exscindat; nam permanente avaritia si ramos amputet, nihil iuvat; quamvis enim abscindantur, statim reflorescent. Monachus, qui multa possidet, navigium est multis gravatum oneribus et in undarum tempestate facile submergitur; sicut enim navis, cuius exundat sentina, a quolibet perluitur fluctu, sic qui multa possidet, sollicitudinibus submergitur. Monachus absque possessione viator est expeditus inque omni loco diversorium invenit. Monachus, qui nihil possidet, est aquila ad sublimia pervolans, qui tunc sese volatu ad alimentum demittit, quando necessitas coegerit.

869 3. Oratio est colloquium intellectus cum Deo; quali igitur statu indiget intellectus, ut quiete agendo, sese immutabiliter mutet ac transeat ad proprium Dominum, nulloque intermedio cum ipso colloquatur?

870 35. Oratio est ascensus mentis ad Deum.

---

867. MG 79, 1145 B. 868. MG 79, 1152 B. 869. MG 79, 1168 C.
870. MG 79, 1173 C.

Condicio orationis. — 70. Οὐ δυνήσῃ προσεύξασθαι καθαρῶς, 871
πράγμασι συμπλεκόμενος ὑλικοῖς, καὶ φροντίσι συνεχέσι δονούμενος· προσευχὴ γάρ ἐστιν ἀπόθεσις νοημάτων.

Oratio perfecta. — 153. Ὅταν παριστάμενος εἰς προσευχὴν 872
ὑπὲρ πᾶσαν ἄλλην χαρὰν γένῃ, τότε ἀληθῶς εὕρηκας προσευχήν.

De diversis malignis cogitationibus.

Tentationum series. — 1. Τῶν ἀντικειμένων δαιμόνων τῇ 873
πρακτικῇ, πρῶτοι κατὰ τὸν πόλεμον συνίστανται οἱ τὰς τῆς γαστριμαργίας ἡδονάς, ἤτουν ὀρέξεις πεπιστευμένοι, καὶ οἱ τὴν φιλαργυρίαν ἡμῖν ὑποβάλλοντες, καὶ οἱ πρὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων δόξαν ἡμᾶς ἐκκαλούμενοι. Οἱ δ' ἄλλοι πάντες κατόπιν τούτων βαδίζοντες, τοὺς ὑπὸ τούτων τιτρωσκομένους διαδέχονται. Οὐκ ἔστι γὰρ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας τοῦ πνεύματος τῆς πορνείας, μὴ ὑπὸ τῆς γαστριμαργίας καταπεσόντα· καὶ οὐκ ἔστι ταράξαι θυμόν, μὴ ὑπὲρ βρωμάτων ἢ χρημάτων, ἢ δόξης ἀλόγων ἐπιθυμιῶν μαχόμενον· καὶ οὐκ ἔστι τὸν τῆς λύπης δαίμονα διαφυγεῖν, τούτων πάντων στερηθέντα, ἢ μὴ δυνηθέντα τυχεῖν· οὐδὲ ἀποφεύξεται τὴν ὑπερηφανίαν τις, τὸ πρῶτον γέννημα τοῦ διαβόλου, μὴ τὴν τῶν κακῶν πάντων ῥίζαν ἐξορίσας φιλαργυρίαν, εἴπερ καὶ πενία ἄνδρα ταπεινοῖ, κατὰ τὸν σοφὸν Σολομῶντα· καὶ συλλήβδην εἰπεῖν, οὐκ ἔστιν ἄνθρωπον περιπεσεῖν δαίμονι, μὴ πρότερον ὑπ' ἐκείνων τῶν πρωτοστατῶν κατατρωθέντα.

Abnegatio. — 3. Ἀδύνατον δέ τινα τῶν παθῶν τούτων περι- 874
γενέσθαι, μὴ παντελῶς βρωμάτων καὶ χρημάτων καὶ δόξης

---

70. Pure orare non poteris, si materialibus negotiis fueris implicitus 871
assiduisque curis agitatus; oratio quippe est depositio cogitationum.

153. Quando orationi assistens supra omne aliud gaudium ascende- 872
ris, tunc orationem vere invenisti.

1. Daemonibus activae vitae oppositis primi ad bellum insurgunt, 873
qui gulae voluptatibus sive cupiditatibus praesunt, quique nobis avaritiam suggerunt, et qui nos ad humanam gloriam provocant. At ceteri omnes retrocedentes post istos, quos illi vulneraverunt, excipiunt. Nec enim fieri potest, ut is incidat in manus spiritus fornicationis, qui non ceciderit a spiritu gulae devictus; nec possibile est, ut iram commoveat, qui non contendit et rixatur pro eduliis, aut pecuniis, aut gloriae irrationalibus cupiditatibus; nec etiam fieri potest, ut daemonem effugiat tristitiae, qui omnibus hisce fuerit privatus, aut illa assequi nequiverit; nec quis evadet superbiam, quae primum fuit germen diaboli, nisi malorum omnium radicem exterminaverit: avaritiam; siquidem et paupertas virum humiliat, secundum sapientem Salomonem; utque summatim dicam, nullatenus homo potest in diaboli prolabi potestatem, nisi prius ab illis primipilaribus fuerit sauciatus.

3. Fieri autem non potest, ut quis huiuscemodi passionibus su- 874
perior evadat, nisi omnino escas et pecunias et gloriam despiciat,

---

871. MG 79, 1181 C. 872. MG 79, 1200 C. 873. MG 79, 1200 D.
874. MG 79, 1204 A.

ὑπεριδόντα, ἔτι δὲ καὶ τοῦ ἰδίου σώματος διὰ τοὺς ῥαπίζειν αὐτὸ πολλάκις ἐπιχειροῦντας· πᾶσα οὖν ἀνάγκη μιμεῖσθαι τοὺς κινδυνεύοντας ἐν θαλάττῃ, καὶ τῶν σκευῶν ἐκβολὴν ποιουμένους διὰ τὴν βίαν τῶν ἀνέμων καὶ τῶν ἐπανισταμένων κυμάτων. Ἀλλ' ἐνταῦθα προσεκτέον ἀκριβῶς, μήπως ἐκβολὴν ποιούμενοι τῶν σκευῶν, πρὸς τὸ θεαθεῖναι τοῖς ἀνθρώποις ποιήσωμεν· ἐπεὶ ἀπέχομεν τὸν μισθὸν ἡμῶν, καὶ ἄλλο τοῦ προτέρου χαλεπώτερον διαδέξεται ἡμᾶς ναυάγιον, τοῦ τῆς κενοδοξίας ἡμῖν ἀντιπνεύσαντος δαίμονος.

Sententiae.

875 *Lacrima orationis.* — 58. Λουτὴρ ἀγαθὸς τῇ ψυχῇ τὸ τῆς προσευχῆς δάκρυον, ἀλλὰ μετὰ τὴν προσευχὴν μέμνησο τίνος χάριν ἐδάκρυσας.

Capita paraenetica.

876 *Cotidiana communio.* — 120. Πάσης ἀπέχου φθορᾶς, καὶ τοῦ μυστικοῦ δείπνου πᾶσαν ἡμέραν μέτεχε. Οὕτω γὰρ Χριστοῦ τὸ σῶμα τὸ ἡμέτερον γίνεται.

S. MARCUS EREMITA, † post 430.

De lege spirituali.

877 *Deus initium et auctor omnis virtutis.* — N. 40. Πάσης ἀρετῆς κατάρχει Θεός, καὶ τοῦ μεθημερινοῦ φωτὸς ὁ ἥλιος.

878 *Afflictio.* — 65. Πᾶσα θλῖψις κατὰ Θεόν, ἔργον ἐστὶν εὐσεβείας ἐνυπόστατον· ἡ γὰρ ἀληθινὴ ἀγάπη δι' ἐναντίων δοκιμάζεται.

---

adhuc etiam et proprium corpus, propter eos, qui conantur ipsum velut colaphis percutere; necesse igitur plane, imitari periclitantes in mari, qui, propter violentiam ventorum undarumque insurgentium, vasorum etiam utuntur eiectione. Verum hic diligenter attendendum, ne forte, dum vasorum utimur eiectione, id faciamus ut ab hominibus videamur, quandoquidem nostram reportamus mercedem, aliudque nos consequetur naufragium, primo longe molestius, cum nempe daemon econtra nobis vanam gloriam insufflarit.

875 58. Lacrima orationis lavacrum bonum est animae, sed post orationem memento cuius gratia lacrimatus es.

876 120. Ab omni corruptione abstine, et mysticae cenae omni die particeps fias; sic enim Christi corpus nostrum fieri incipit.

877 40. Omnis virtutis initium et auctor Deus est, quemadmodum sol cotidiani luminis.

878 65. Omnis afflictio secundum Deum, opus pietatis est certissimum; siquidem vera caritas in adversis probatur.

---

875. MG 79, 1245 B. 876. MG 79, 1260 D. 877. MG 65, 912 A.
878. MG 65, 913 B.

Afflictio. — 66. Μὴ λέγε κεκτῆσθαι ἀρετὴν ἐκτὸς θλίψεως· ἀδόκιμος γάρ ἐστι διὰ τὴν ἄνεσιν. 879

Cura cogitationum. — 91. Μὴ καταφρονήσῃς ποτὲ ἐν λογισμῶν ἀμελείᾳ· ἀλάθητος γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς ἐπὶ πάσης ἐννοίας. 880

Renuntiatio inutilis sine mortificatione continua. — 99. Οὐδὲν ὠφελήθη ὁ ἀποταξάμενος καὶ ἡδυπαθῶν· ὃ γὰρ ἐποίει διὰ τῶν χρημάτων, τοῦτο καὶ μηδὲν ἔχων ἐργάζεται. 881

A minimis incipiendum. — 172. Ἕκαστον τῶν γενομένων, ἀπὸ μικροῦ ἄρχεται· καὶ κατὰ μέρος τρεφόμενον, λαμβάνει τὴν αὔξησιν. 882

Pax est affectuum liberatio. — 193. Εἰρήνη ἐστὶ τῶν παθῶν ἀπαλλαγή· αὐτὴ δέ, ὡς λέγει ὁ ἅγιος ἀπόστολος [cf. 1 Cor 12, 11], ἐκτὸς ἐνεργείας τοῦ Ἁγίου Πνεύματος οὐκ εὑρίσκεται. 883

Relatio inter orationem et perfectionem. — 199. Συνείδησις ἀγαθὴ διὰ προσευχῆς εὑρίσκεται καὶ προσευχὴ καθαρὰ διὰ συνειδήσεως· θάτερον γὰρ θατέρου κατὰ φύσιν προσδέεται. 884

De his qui putant se operibus iustificari.

Tentationes improvisae. — N. 8. Οἱ ἀπροσδοκήτως ἡμῖν συμβαίνοντες πειρασμοί, οἰκονομικῶς ἡμᾶς φιλοπόνους διδάσκουσι καὶ μὴ βουλομένους εἰς μετάνοιαν ἕλκουσιν. 885

Per neglegentiam in actione cognitio obscurior. — 13. Πολλάκις ἐκ τῆς περὶ τὴν πρᾶξιν ἀμελείας, καὶ ἡ γνῶσις σκοτίζεται. Ὧν γὰρ αἱ ἐργασίαι καθόλου παρελογίσθησαν, τούτων 886

---

66. Ne dicas te virtutis possessorem esse citra afflictionem; neque enim probari potest propter requiem et tranquillitatis otium. 879

91. Curam cogitationum tuarum numquam neglegas; quoniam Deum nulla conceptio latere potest. 880

99. Nihil utilitatis consecutus est, qui bonis suis renuntiavit et indulget deliciis; quod enim faciebat opes possidens, illud etiam nihil habens operatur. 881

172. Unumquodque eorum quod fit, a parvis incipitur initiis; atque ita, dum particulatim nutritur, lentis incrementis augmentum consequitur. 882

193. Pax est affectuum liberatio. Haec autem, ut beatus inquit apostolus, citra Spiritus Sancti cooperationem non invenitur. 883

199. Conscientia bona per orationem invenitur, et pura oratio per conscientiam; alterum enim secundum naturam egens est alterius. 884

8. Tentationes ex improviso nobis contingentes, dispensatione quadam laboris studiosos nos erudiunt atque etiam invitos ad paenitentiam pertrahunt. 885

13. Non raro per neglegentiam, quae circa alicuius rei operationem committitur, etiam cognitio obscuratur. Etenim quarum rerum operationes prorsus neglectae sunt, harum etiam memoria 886

---

879. MG 65, 913 B. 880. MG 65, 916 D. 881. MG 65, 917 B.
882. MG 65, 925 C. 883. MG 65, 928 D. 884. MG 65, 929 B.
885. MG 65, 932 A. 886. MG 65, 932 C.

καὶ αἱ μνῆμαι κατὰ μέρος οἰχήσονται· ἡ Γραφὴ διὰ τοῦτο κατὰ γνῶσιν εἰδέναι τὸν Θεὸν ὑποτίθεται, ἵν' ὀρθῶς αὐτῷ ποτε διὰ τῶν ἔργων δουλεύσωμεν.

887 *Gratia necessaria ad sanctificationem augendam.* — 23. Πᾶν ἔργον ἀγαθόν, ὃ διὰ τῆς ἡμετέρας ἐργαζόμεθα φύσεως, ἀπέχεσθαι μὲν ποιεῖ τοῦ ἐναντίου κακοῦ. Προσθήκην δὲ ἁγιασμοῦ ἐκτὸς χάριτος ποιῆσαι οὐ δύναται.

888 *Oratio mater virtutum.* — 33. Ἡ προσευχὴ ἀρετὴ λέγεται, κἂν μήτηρ αὐτῶν τυγχάνῃ· ἀπογεννᾷ γὰρ αὐτάς, διὰ τῆς εἰς Χριστὸν συναφείας.

889 *Unio virtutum inter se.* — 38. Οὐδεμία τῶν ἀρετῶν μόνη καθ' ἑαυτὴν ἀνοίγει τὴν φυσικὴν ἡμῖν θύραν, ἐὰν μὴ πᾶσαι ἀκολούθως ἀλλήλων ἐξήρτηνται.

890 *Actio gratiae.* — 56. Ἡ μὲν χάρις τοῖς ἐν Χριστῷ βαπτισθεῖσι μυστικῶς δεδώρηται· ἐνεργεῖ δὲ κατὰ ἀναλογίαν τῆς ἐργασίας τῶν ἐντολῶν, καὶ κρυφίως βοηθεῖν ἡμῖν ἡ χάρις οὐ παύεται, ἐφ' ἡμῖν δέ ἐστι ποιεῖν ἢ μὴ ποιεῖν τὸ ἀγαθὸν κατὰ δύναμιν. Πρῶτον μὲν θεοπρεπῶς διεγείρει τὴν συνείδησιν. Ὅθεν καὶ κακοποιοὶ μετανοήσαντες τῷ Θεῷ εὐηρέστησαν. Πάλιν ἐν διδασκαλίᾳ τοῦ πλησίον ἐγκρύπτεται. Ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἐν τῇ ἀναγνώσει τῇ διανοίᾳ παρέπεται, καὶ διὰ τῆς φυσικῆς ἀκολουθίας ἐκδιδάσκει τὸν νοῦν τὴν ἑαυτῆς ἀλήθειαν. Εἰ οὖν τῆς μερικῆς ταύτης ἀκολουθίας μὴ κρύψωμεν τὸ τάλαντον, εἰς τὴν χαρὰν τοῦ Κυρίου ἐναργῶς εἰσελευσόμεθα.

---

sensim et particulatim abolescet. Scriptura ideo suggerit, ut Deum cognoscamus atque sciamus, quo recte illi per opera serviamus.

887 23. Omne opus bonum, quod per nostram naturam operamur, tantum quidem efficit, ut a contrario malo aut vitio abstineamus. Ceterum extra gratiam sanctificationis accessionem nobis facere non potest.

888 33. Precatio quoque virtus dicitur, tametsi mater illarum sit; siquidem virtutes progenerat, propinquitate qua Christo affinis est.

889 38. Nulla virtutum sola per se naturalem nostram ianuam aperit, nisi omnes consequenter ex ipsa dependeant.

890 56. Gratia quidem iis, qui in Christo baptizati sunt, arcana quadam et mystica ratione data est; operatur autem secundum proportionem executionis praeceptorum. Quin etiam occulte gratia nobis auxiliari non desinit; in nobis autem situm est pro virili bonum facere aut non facere. Primum quidem divinitus excitat conscientiam. Unde etiam malefici, vita per resipiscentiam in melius mutata, Deo accepti sunt. Rursum in doctrina proximi occultatur. Est etiam, quando in sacrarum Litterarum lectione cogitationem subsequitur et per naturalem ordinem mentem docet suam ipsius veritatem. Proinde si particularis huius ordinis talentum non defossum absconderimus, in gaudium Domini manifeste intrabimus.

887. MG 65, 933 B. 888. MG 65, 936 B. 889. MG 65, 936 C.
890. MG 65, 937 D.

Memoria Dei. — 122. Μνήμη Θεοῦ ἐστι πόνος καρδίας ὑπὲρ 891
εὐσεβείας γινόμενος. Πᾶς δὲ ἐπιλανθανόμενος τοῦ Θεοῦ ἡδυπαθὴς καὶ ἀνάλγητος γίνεται.

Ad Nicolaum, praecepta animae salutaria.

Memoria beneficiorum Dei. — N. 2. Τὴν μὲν οὖν ἀρχὴν τῆς 892
κατὰ Θεόν σου ὠφελείας, ὦ τέκνον, ἐντεῦθεν ποιεῖσθαι ὀφείλεις. Ἀνεπιλήστως καὶ ἀειμνημονεύτως ἐν ἀδιαλείπτῳ μελέτῃ ἀναλογίσασθαι χρὴ πάσας τὰς τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ εἰς σὲ γεγενημένας οἰκονομίας καὶ εὐεργεσίας εἰς σωτηρίαν τῆς ψυχῆς σου, καὶ μὴ λήθῃ κακίας καλυπτομένης ῥᾳθυμίας αἰτίᾳ, ἀμνημονίᾳ τῶν πολλῶν καὶ μεγάλων αὐτοῦ εὐεργεσιῶν, καὶ διὰ τοῦτο ἀνωφελῶς καὶ ἀχαρίστως παρέρχεσθαι τὸν ὑπόλοιπον χρόνον. Αἱ γὰρ τοιαῦται ἀδιάλειπτοι μνῆμαι, ὥσπερ τι κέντρον νύττουσαι τὴν καρδίαν, κινοῦσιν αὐτὴν πάντοτε εἰς ἐξομολόγησιν, εἰς ταπείνωσιν, εἰς εὐχαριστίαν μετὰ συντετριμμένης ψυχῆς εἰς πᾶσαν σπουδὴν ἀγαθήν, καὶ ἀνταπόδοσιν τρόπων καὶ ἠθῶν χρηστῶν, καὶ πάσης τῆς κατὰ Θεὸν ἀρετῆς, ἀεὶ μελετῶσαι εὐσυνειδήτῳ γνώμῃ τὸ προφητικὸν λόγιον, τό· «Τί ἀνταποδώσομεν τῷ Κυρίῳ περὶ πάντων ὧν ἀνταπέδωκεν ἡμῖν;» [Ps 115, 12.] Ὅταν γὰρ ἀναλογίσηται ψυχὴ τὰς ἀπὸ γεννήσεως εὐεργεσίας τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ, ἢ ἐκ πόσων κινδύνων πολλάκις ἐρύσθη, ἢ πόσοις κακοῖς περιπεσοῦσα, καὶ ἐν πλημμελείαις πολλάκις ὑποπεσοῦσα, ὀλισθήσασα οὐ παρεδόθη κατὰ τὸ δίκαιον κρῖμα τοῖς ἀπατήσασι πνεύμασιν εἰς ἀπώλειαν καὶ εἰς θάνατον· ἀλλὰ μακροθύμως ὁ φιλάνθρωπος Δεσπότης παρορῶν τὰ πλημμελή-

---

122. Memoria Dei labor cordis est pro pietate susceptus. Omnis 891
autem qui Dei obliviscitur voluptuarius et omni misericordia carens redditur.

2. Initium igitur, o fili, praemonendi secundum Deum tuum hinc 892
facere debes. Perpetua et nulla oblivione delenda memoria, cum assidua meditatione perpendi debent universae Dei humanissimi administrationes, in te collata beneficia, salutis animae tuae gratia, et ne per socordiam et oblivionem multorum et ingentium beneficiorum eius excidat e memoria tua tegi vitia, ideoque reliquum tempus inutiliter et ingrate transigas. Nam continua huiusmodi memoria cor pungens, instar aculei, perpetuo excitat illud ad confessionem, abiectionem et gratiarum actionem cum anima contrita, ad omne bonum studium, et ut mansueta vitae ratio benignique mores rependantur Deo cum omni eo digna virtute, semper animo bene conscie meditando illud propheticum elogium: *Quid retribuemus Domino pro omnibus quae retribuit nobis?* Cum enim secum anima beneficia reputaverit ab humanissimo Deo collata a tempore nativitatis, aut e quantis periculis saepius erepta sit, aut in quanta mala ruens et crebro delictis succumbens delapsa, spiritibus, qui seduxerant eam, tradita non fuerit in interitum et mortem, ut iusto iudicio poterat; sed humanissimus Dominus longanimiter dissimu-

891. MG 65, 948 C. 892. MG 65, 1029 D.

ματα διεφύλαξεν, ἐκδεχόμενος τὴν ἐπιστροφὴν αὐτῆς· καὶ τοῖς ἐχθροῖς καὶ πονηροῖς πνεύμασιν ἑκουσίως διὰ τῶν παθῶν δουλεύσασαν αὐτὸς διέτρεφε, σκέπων καὶ παντοίως προνοῶν, καὶ τέλος ἀγαθῷ πνεύματι εἰς σωτηρίαν ὡδήγησε· καὶ φίλτρον ἀσκητικοῦ βίου τῇ καρδίᾳ ἐνέθηκε, καὶ μετὰ χαρᾶς τὸν κόσμον καὶ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ἀπάτην τῶν σαρκικῶν ἡδονῶν καταλιπεῖν ἐνεδυνάμωσε, καὶ ἀγγελικῷ σχήματι τῆς ἀγγελικῆς τάξεως κατεκόσμησε, καὶ εὐχερῶς προσληφθῆναι παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων ἐν συστήματι ἀδελφότητος παρεσκεύασε. Τίς δὲ εὐσυνείδητον ἔχων γνώμην, καὶ ταῦτα ἀναλογιζόμενος, οὐχὶ πάντοτε ἐν συντετριμμένῃ καρδίᾳ διατελέσει, ἔχων τοσαῦτα ἐνέχυρα προλαβουσῶν εὐεργεσιῶν, μηδὲν ἀγαθὸν πρότερον αὐτὸς ποιήσας; Οὐχὶ πάντοτε βεβαίαν ἐλπίδα ἀναλάβῃ, τοῦτο λογιζόμενος, ὅτι· Εἰ μηδὲν ἀγαθόν μου ποιήσαντος, ἀλλὰ πολλὰ ἐνώπιον αὐτοῦ ἁμαρτήσαντος, ἐν ἀκαθαρσίᾳ σαρκὸς καὶ ἄλλαις πολλαῖς κακίαις συλληφθέντος, οὐ κατὰ τὰς ἁμαρτίας ἐποίησεν, οὐδὲ κατὰ τὰς ἀνομίας ἀνταπέδωκεν [cf. Ps 102, 10], ἀλλὰ τοσαύτας δωρεὰς καὶ χάριτας εἰς σωτηρίαν ᾠκονόμησεν; Ἐὰν οὖν ὁλοτελῶς δῶμεν αὐτῷ τοῦ λοιποῦ δουλεύειν αὐτῷ ἐν πάσῃ ἁγνῇ ἀναστροφῇ, καὶ ἀρετῶν κατορθώσει πασῶν, ἀγαθῶν καὶ πνευματικῶν χαρισμάτων καταξιώσει, εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν κατευοδῶν καὶ δυναμῶν. Διόπερ ὁ πάντοτε τὸν τοιοῦτον λογισμὸν διασώζων, καὶ μὴ ἐπιλανθανόμενος τῶν τοιούτων εὐεργεσιῶν, δυσωπεῖ αὐτόν, καὶ εὐθύνει, καὶ ἐπείγει πρὸς πᾶσαν ἄσκησιν ἀρετῆς ἀγαθήν, καὶ πρὸς πᾶσαν ἐργασίαν δικαιοσύνης πάντοτε προθύμως, καὶ πάντοτε ἑτοίμως εἰς τὸ ποιεῖν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ.

---

lans delicta, conservaverit eam, illius conversione suscepta; et eam quae hostibus et spiritibus malignis ultro per affectiones inservierat, ipse fovens et per omnia providens alebat, quam spiritu bono tandem duxerit in salutem; et amatorio poculo exercitatoriae vitae cordi indito, ei, ut mundum et universam carnalium affectionum eius seductionem laeta desereret, vires addidit, exornavit etiam angelico habitu ordinis angelici, effecitque ut a sanctis Patribus in coetum fraternitatis facile assumeretur. Quis porro bene conscio praeditus animo, dum illa reputat, non semper contrito corde permaneat, habens tanta pignora praeoccupantium beneficiorum, cum nihil boni prius ipse fecerit? Nonne firmam fiduciam perpetuo resumet, hoc perpendens: siquidem, cum nihil egissem boni, sed coram eo multum peccassem, deprehensus in carnis impuritate aliisque permultis vitiis, non secundum peccata fecit, neque secundum iniquitates retribuit, sed tanta munera gratiasque ad salutem suppeditavit? Quamobrem si nos in posterum devoverimus integre servitio illius, in omni pura conversatione et consummatione virtutum, bonis omnibus ac spiritalibus charismatibus nos dignabitur, deducens ad omne bonum opus et corroborans. Idcirco qui perennem huiusmodi cogitationem conservat, non oblitus talium beneficiorum, se placat et dirigit impellitque ad omne bonum exercitium virtutis et omnem operationem iustitiae, prompto et parato semper animo ad peragendam Dei voluntatem.

S. ISIDORUS PELUSIOTA, † 435.

Epistulae.

Monachus instabilis. — L. 1, ep. 41 [Philippo monacho]. Τὸν 893
λαγωόν, τὸ κατάφοβον ζῷον καὶ φύσει δειλὸν ἐκεῖνό φασιν ὑπομένειν, τὸ κοίτην ἐκ κοίτης ἀμείβειν, πρὸς πᾶσαν κίνησιν καὶ βοὴν ταρασσόμενον. Ἀλλ' οὐχὶ μοναχόν, [τὸν] ἐπὶ Κύριον πεποιθέναι ὀφείλοντα, καὶ ὡς ὄρος Σιὼν βεβηκέναι. Τί τοίνυν καταλιπὼν τὸ ἐρείδεσθαι ἀσφαλῶς ἐπὶ Κύριον, καὶ σταυρὸν ἔχειν, τὴν ἀκόλουθον ἄσκησιν, τόπον μεταβάλλεις ἐκ τόπου, μᾶλλον, ὡς ἔοικε, τράπεζαν ἁβροτέραν, ἀλλ' οὐ παίδευσιν στεῤῥοτέραν ζητῶν; Καὶ συμβήσεταί σοι, ὡς οἶμαι, πάσας τὰς πόλεις τοῦ Ἰσραήλ, καὶ πάσας τὰς ἐσχατιὰς τῆς γῆς μετὰ τοιαύτης γαστρὸς καὶ γνώμης περιιόντα, Εὔριπον εἶναί τινα, παντὶ ἀνέμῳ κνίσσης περιφερόμενον, καὶ μέχρι παντὸς ἀστατοῦντα.

Monachum decet laboriosa amplecti. — 1, 110 [Cratoni 894
monacho]. Ὁ ἀσκῆσαι βουλόμενος, καὶ σωτηρίας ἐφιέμενος, πάντα τὰ αὐτῆς ἐπίπονα, ὁποῖα καὶ ὅσα δ' ἂν ᾖ, προθύμως ἀσπάζεται. Ὁ δὲ παρ' ἀξίαν πράττειν ἐν τῇ ἀσκήσει, ἢ ταῖς αὐτῆς διακονίαις οἰόμενος, τὸν ἔξω τῦφον ἐνδέδυται, ὃν ἀποθέσθαι ἀμήχανον, εἰ μὴ μνήμην ἔχοι τοῦ σώματος, ὅθεν ὑπέστη, καὶ ὅπου πάλιν ἀναλύει.

Mortificatione eget monachus. — 1, 130 [Ioanni monacho]. 895
Οὐκ οἶδε κόρος ἀγρυπνεῖν· οὐκ οἶδε τῦφος ἠρεμεῖν· ἐγρηγόρ-

1, 41. Leporem, meticulosum animal et natura timidum, hoc 893
perpeti aiunt, ut ex cubili in cubile subinde migret, propterea quod ad omnem motum et clamorem perturbetur. At non item monachum, qui fiduciam in Deo positam habere ac Sion tamquam montem conscendisse debet. Quid igitur, pro eo quod Domino tuto inniti ac crucem religiosae vitae comitem habere debebas, loca subinde commutas, pinguiorem potius, ut videtur, mensam, quam firmiorem ac solidiorem eruditionem quaerens? Ac tibi, ni fallor, istud continget, ut omnibus Israelis urbibus, atque omnibus terrae recessibus cum huiusmodi ventre atque animi instituto, peragratis, Euripus quidam sis, omni nidoris ciborum vento circumactus, ac perpetua instabilitate laborans.

1, 110. Qui religiosam vitam profiteri studet ac salutis cupiditate 894
flagrat, omnia, quae in ea dura et laboriosa sunt, quaecumque tandem illa sint, prompto animo amplectitur. Qui autem in religiosa exercitatione ipsiusque ministeriis non pro merito suo ac dignitate secum agi existimat, externo fastu indutus est; quem deponere non potest, nisi illud meminerit, unde corpus ipsi ortum sit, et quo tandem revertatur.

1, 130. Nescit saturitas vigilare; nescit fastus quiescere; vigi- 895
lantiam et mansuetudinem monastica vita requirit. Si igitur hanc

---

893. MG 78, 208 C. 894. MG 78, 256 D. 895. MG 78, 269 A.

σεως δεῖται καὶ πραότητος ἄσκησις. Εἰ οὖν ταύτης ἀντιποιῇ, ἐκεῖνα κατάργησον· εἰ δὲ γαστρὸς οὐ κρατεῖς, τί καὶ τὸν τόπον καταργεῖς, καὶ τοὺς ἀθλοῦντας ἐκνευροῖς;

896 *Sacerdotes sanctiores sint monachis.* — 2, 284 [Palladio episcopo]. Φεῦγε, ὦ βέλτιστε, ὡς ἐγχωρεῖ τὰς τῶν γυναικῶν ἐντεύξεις. Τοὺς γὰρ ἱερωμένους ἁγιωτέρους εἶναι χρὴ καὶ καθαρωτέρους τῶν τὰ ὄρη κατειληφότων. Ἐπειδὴ οἱ μὲν καὶ ἑαυτῶν καὶ λαῶν, οἱ δὲ ἑαυτῶν μόνον φροντίζουσι. Καὶ οἱ μὲν ἐν τῇ κορυφῇ ἵδρυνται τῆς τοιαύτης τιμῆς, καὶ πάντες αὐτῶν ἐρευνῶσι τὸν βίον καὶ βασανίζουσιν· οἱ δ' ἐν σπηλαίῳ κάθηνται, τὰ ἑαυτῶν ἢ θεραπεύοντες τραύματα ἢ περιστέλλοντες ἐλαττώματα· εἰσὶ δ' οἳ καὶ στεφάνους ἑαυτοῖς πλέκουσιν. Εἰ δ' ἀναγκασθείης ἐντυχεῖν, κάτω τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχε, καὶ δίδασκε κἀκείνας πῶς βλέπειν χρὴ (οὐ γὰρ διδάσκειν δεῖ μόνον πῶς χρὴ βλέπειν, ἀλλὰ καὶ βλέπειν ὡς χρή).

897 *Sacerdotium, medium inter Deum et hominem.* — 3, 20 [Hermogeni episcopo]. Τῆς θείας καὶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἡ ἱερωσύνη ὥσπερ μέση καθέστηκεν, ἵνα τὴν μὲν θεραπεύῃ, τῇ δὲ μεταβολὴν ἐργάζηται κρείττονα. Εἴ τις τοιγαροῦν ταύτης μεῖζον φρονεῖ, οὐδὲ φρόνησιν ἔχειν μοι δοκεῖ.

898 *Unusquisque sui corporis sacerdos.* — 3, 75 [Theodosio episcopo]. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης ἱερᾶσθαι οὐκ ἐξῆν, εἰ μὴ τοῖς ἱερεῦσι μόνοις· ἐν δὲ τῷ καιρῷ τοῦ Πάσχα, πάντες τρόπον τινὰ ἱερωσύνῃ ἐτιμῶντο (ἕκαστος γὰρ τὸ πρό-

---

profiteris, fac illa deleas; sin autem ventrem imperio minime tenes, quid et locum occupas et decertantium animos frangis?

896 2, 284. Mulierum congressus, vir optime, quantum fieri potest, fuge. Nam eos qui sacerdotum munere funguntur, sanctiores ac puriores illis esse oportet qui ad montes se contulerunt. Siquidem illi, et sui et plebis, hi autem sui dumtaxat curam gerunt. Atque illi in huiusmodi dignitatis fastigio collocati sunt, omnesque vitam eorum perscrutantur et explorant; hi autem in spelunca sedent, aut sua vulnera curantes, aut vitia obtegentes, aut etiam coronas sibi ipsis texentes. Quod si etiam, ut cum ipsis congrediaris, necessitas aliqua te obstringat, oculos humi deiectos habe, atque ipsas quoque, quonam pacto spectandum sit, doce (non enim dumtaxat docendum est quonam modo cernere oporteat, sed etiam ut oportet cernere).

897 3, 20. Inter divinam et humanam naturam sacerdotium velut medium interiectum est, ut illam colat atque observet, hanc autem in melius commutet. Quocirca si quis eo sublimius sentit, ne mentis quidem et prudentiae particeps esse mihi videtur.

898 3, 75. Ut enim in Veteri Testamento sacerdotii munere fungi exceptis sacerdotibus nemini licebat, Paschae tamen tempore omnes sacerdotii honore afficiebantur (unusquisque enim pecudem immolabat), sic etiam in Novo ac successionis experte, seiunctim quidem,

---

896. MG 78, 713 B. 897. MG 78, 745 C. 898. MG 78, 781 D.

βατον ἔθυεν), οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς Καινῆς καὶ ἀδιαδόχου, ἔχουσι μὲν κατ' ἐξαίρετον τὴν ἱερουργίαν τῆς ἀναιμάκτου θυσίας, οἷς ἔξεστι ταύτην προσενεγκεῖν· ἕκαστος δὲ οἰκείου σώματος ἱερεὺς κεχειροτόνηται, οὐχ ἵνα ἀχειροτόνητος ἐπιπηδοίη τῇ τῶν ὑπηκόων ἀρχῇ, ἀλλ' ἵνα τῆς κακίας ἄρξας τὸ σῶμα τέμενος ἢ ἱερὸν τῆς ἁγνείας κατασκευάσῃ.

Scientia diaboli. — 3, 156 [Archontio presbytero]. Οὐ τὰ κατὰ 899
διάνοιαν οἶδεν, ὦ πραότατε, ὁ διάβολος (τῆς γὰρ θείας μόνης ἐστὶ τοῦτο ἐξαίρετον δυνάμεως, τῆς καὶ πλασάσης κατὰ μόνας τὰς καρδίας ἡμῶν)· ἀλλ' ἀπὸ [τῶν] τοῦ σώματος κινημάτων τὰ τῆς ψυχῆς θηρεύει βουλεύματα. Οἷον εἶδέ τινα περιέργως ὁρῶντα καὶ ἑστιῶντα τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῖς ἀλλοτρίοις κάλλεσι; Λαβὼν ἐκείνου τὴν ὁρμήν, εὐθὺς ἢ εἰς μοιχείαν, ἢ εἰς πορνείαν τὸν τοιοῦτον ἐρεθίζει. Εἶδεν ὀργίλον καὶ θυμώδη; Εὐθὺς τὸ ξίφος ἀκονᾷ, καὶ εἰς φόνον παρορμᾷ. Εἶδεν αἰσχροκερδῆ; Εἰς λῃστείας προτρέπει καὶ ἀδικίας. Εἶδε γαστρὸς ἥττονα; Εὐθὺς καὶ τὰ μετὰ γαστέρων αὐτῷ πάθη ὑπογράφει, καὶ ὕλας παρέχει πρὸς τὸ εἰς ἔργον χωρῆσαι τὸν οἰκεῖον σκοπόν. Διὰ τί γὰρ μὴ πάντας εἰς τὰ αὐτὰ πάθη ὠθεῖ; Ἐπειδὴ ὁ μὲν τοῦτο, ὁ δὲ ἐκεῖνο μᾶλλον προῄρηται· καὶ τῷ μὲν τοῦτο, τῷ δὲ ἐκεῖνο ἀρέσκει. Ἀπὸ τῶν κινημάτων οὖν τοῦ σώματος, καὶ τὰ τῶν ψυχῶν σαθρὰ τεκμαίρεται· καὶ οὕτω πλέκει τοὺς δόλους.

Pietas in anima et in corpore. — 3, 163 [Martyrio presbytero]. 900
Εὐσεβείας, ὦ ἐλλογιμώτατε, διττὸς ὁ τρόπος. Ὁ μὲν ἁγιώτατος

---

ac velut praerogativae nomine, incruentae victimae sacrificium ii habent, quibus illud offerre concessum est; at interim unusquisque sui corporis sacerdos creatus est, non ut citra ordinationem et institutionem subditorum imperium arripiat, sed ut vitiis imperans, corpus suum castitatis delubrum aut templum efficiat.

3, 156. Ea, quae cogitatione volvuntur, vir lenissime, minime 899
diabolo cognita sunt (hoc enim divinae dumtaxat potentiae, quae corda nostra sigillatim finxit, peculiare est); verum ex corporis motibus animi consilia venatur. Verbi gratia: vidit quemdam curiose intuentem atque aliena pulchritudine oculos pascentem? Ipsius cupiditatem et impetum nactus, statim aut ad adulterium aut ad stuprum eum exstimulat. Vidit iracundum et ad excandescentiam proclivem? Statim gladium acuit atque ad caedem incitat. Vidit turpibus lucris addictum? Ad latrocinia et iniurias hortatur. Vidit ventri deditum? Statim eas etiam, quae infra ventrem sunt, affectiones ipsi depingit, atque ut quod sibi animo proponit, exsequatur, materiam ipsi porrigit. Quid enim est quamobrem omnes in easdem affectiones haudquaquam impellit? Nimirum quia hic aliud, ille aliud vult, atque hoc huic, illud illi magis arridet. Quocirca ex corporis motibus animi quoque imbecillitates conicit: atque ita fraudes suas nectit.

3, 163. Pietatis, vir elegantissime, duplex est modus. Unus sanc- 900
tissimus maximeque divinus in anima. Pulcherrima enim haec

---

899. MG 78, 852 A. 900. MG 78, 857 B.

καὶ θειότατος ἐν ψυχῇ. Ἱερεῖον γὰρ τοῦτο κάλλιστον, καὶ Θεῷ προσφιλέστατον, τὸ τὴν γνώμην ἔχειν εὐαγῆ, καὶ τὴν θείαν παρουσίαν φαντάζεσθαι, ἱδρυμένην τε καὶ βεβαίαν ἔχειν ἐν τοῖς τῆς ψυχῆς τεμένεσιν. Ὁ δὲ δεύτερος ἐν τῇ ἁγνείᾳ τοῦ σώματος. Ὁ γὰρ τούτων τῶν δύο τρόπων χηρεύων, οὐδὲ εἰ τὰ γῆς τε καὶ θαλάττης τημαλφέστατα προσάγοι κειμήλια, οὔτε εἰ πάντα τὰ ἱερουργεῖσθαι πρώην νενομοθετημένα ζῷα καταβάλλοι, χαριεῖται Θεῷ.

901 *Pax vera cum iustitia.* — 3, 246 [Petro]. Ἡ εἰρήνη τῇ δικαιοσύνῃ συγκεκραμένη θεῖόν ἐστι χρῆμα· εἰ δὲ θατέρα ἄνευ τῆς ἑτέρας εἴη, λυμαίνεται τῷ τῆς ἀρετῆς κάλλει. Ἔστι μὲν γὰρ εἰρήνη, καὶ λῃσταῖς πρὸς ἑαυτοὺς καὶ λύκοις· τοῖς μὲν ἐπὶ λύμῃ τῶν ἀνθρώπων, τοῖς δὲ ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν προβάτων. Ἀλλ' οὐκ ἂν καλέσαιμι ταύτην εἰρήνην τὴν τῇ δικαιοσύνῃ μὴ κοσμουμένην. Εἰ δ' αὐτῇ συνέλθοι, ὄντως εἰρήνη κεκλήσεται. Διὸ καὶ ὁ Χριστὸς ἔφη· «Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην ἐπὶ τὴν γῆν, ἀλλὰ μάχαιραν» [Mt 10, 34]. Ὅτι γὰρ οὐ πᾶσαν εἰρήνην, ἀλλὰ τὴν τῇ κακίᾳ συνεζευγμένην ἀποκηρύττει, ἀλλαχοῦ φησιν· «Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν» [Io 14, 27]. Εἰρήνη γὰρ ὄντως ἐκείνη ἐστίν, ἡ τῇ δικαιοσύνῃ καὶ τῇ εὐσεβείᾳ σεμνυνομένη.

902 *Sacerdos recte vivens tacita regula.* — 3, 306 [Cyrillo episcopo]. Ὥσπερ βασιλεὺς ὑπὸ τῶν νόμων ἀρχόμενος, ἔμψυχός ἐστι νόμος, οὕτω καὶ ἱερεὺς ὑπὸ τῶν θεσμῶν βασιλευόμενος, κανών ἐστιν ἄφθογγος.

---

victima est Deoque in primis grata, mentem piam habere divinaeque praesentiae sibi speciem fingere, atque in animae delubro fixam et stabilem tenere. Alter in corporis castitate. Nam qui his duobus modis destitutus est, nec si pretiosissimos terrae ac maris thesauros offerat, aut omnia ea animantia, quae legis praescripto non ita pridem immolabantur, adhibeat, gratiam apud Deum initurus est.

901 3, 246. Pax, si iustitiam annexam habeat, divina quaedam res est; si autem altera sine altera sit, virtutis pulchritudinem labefactat. Nam et praedonibus inter se et lupis pax est, illis nimirum in hominum perniciem, his autem in ovium exitium; at pacem hanc minime appellarim quae iustitia minime ornata est. At si haec accesserit, tum demum pax vere vocabitur. Unde etiam Christus dixit: *Non veni mittere pacem super terram, sed gladium.* Nam quod non omnem pacem, sed eam dumtaxat quae cum vitio coniuncta est, abiciat ac proscribat, hinc patet, quod alio loco ait: *Pacem meam do vobis.* Pax enim vere ea est, quae iustitia et pietate cohonestatur.

902 3, 306. Quemadmodum rex, qui legibus paret, viva lex est, eodem modo sacerdos quoque, qui sanctionum ecclesiasticarum imperio subest, tacita norma et regula est.

901. MG 78, 924 C. 902. MG 78, 976 B.

S. ARSENIUS, † ca 445.

Doctrina et exhortatio.

Perfectio est interior. — 1. Σπουδαστέον οὖν ἡμῖν ὅση δύναμις ἑαυτοὺς ἐκκαθάραι, καὶ μᾶλλον τὸν ἐντὸς ἄνθρωπον, ἔνθα δὴ ὁ πόλεμος μείζων, καὶ ἡ νίκη δυσχερεστέρα. Πολλοὶ γάρ εἰσιν, οἳ περὶ μὲν μολυσμῶν σαρκός, καὶ τῆς κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτίας, πολὺ τὸ ἐγκρατὲς ἐπεδείξαντο, νηστείαις ἐχρήσαντο, καὶ ἀγρυπνίαις, καὶ ἄλλαις ὅσαις κακοπαθείαις· περὶ δὲ τοῦ κατὰ διάνοιαν μολυσμοῦ, καὶ τῆς ἐντελοῦς καθάρσεως, οὐδέν, ἢ ὀλίγα παντελῶς ἐφρόντισαν· καίτοι γε τοῦ παραγγέλματος οὐ περὶ καθάρσεως τοῦ τῆς σαρκὸς μολυσμοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ πνεύματος ἔχοντος. 903

S. EUCHERIUS, † 450/55.

De laude eremi, 426/7.

Variae laudes eremi. — 3. Eremum ergo recte incircumscriptum Dei nostri templum dixerim; etenim quem certum est habitare in silentio, credendum est gaudere secreto. Saepius se illic videndum sanctis suis praebuit et conciliante loco congressum non est aspernatus humanum. In deserto quippe Moyses glorificato vultu Deum conspicit; in deserto Elias vultum, pavens ne Deum conspiceret, obvolvit. 904

4. Ferunt quemdam alii quaerenti quali inesse loco Deum crederet, respondisse ut quo se duceret impiger sequeretur; tunc comitante eodem, ad late patentis eremi secreta venisse, et ostendens vastae solitudinis recessum: En, inquit, ubi Deus est. Nec immerito ibi esse promptius creditur, ubi facilius invenitur.

7. Ibi primum Moyses divini colloquii familiaris adhibetur interpres; accipit verba ac vicissim refert; dicenda agendave et percunctatur pariter et docetur, ac mutuo confabulationis usitatoque commercio cum caeli Domino sermocinatur. Ibi

---

1. Adhibenda igitur nobis pro virili diligentia, ut nos ipsos emundemus, praesertim vero interiorem hominem, penes quem et gravior incumbit belli moles et victoria difficilior est. Sunt enim multi, qui emundandis carnalibus sordibus ac peccato, quod opere praestatur, eliminando, continentiae plurimum exhibuerunt, ieiuniaque et vigilias adhibuerunt ac reliquis strenue corporis afflictationibus functi sunt; ad animi autem sordes quod attinet perfectamque emundationem nihil aut parum quid admodum curaverunt; quamquam non in eo nobis sita professio est, ut carnis dumtaxat, sed ut etiam spiritus emundationi studeamus. 903

903. MG 66, 1617 A.
904. CV 31 (ed. C. Wotke, 1894), 178; ML 50, 702 D.

virgam resumit in opera signorum potentem, ingressusque eremum pastor ovium, pastor ab eremo remittitur populorum.

12. Illic etiam idem populus demissum caelitus cibum albenti solo legit, cum in nubibus Dominus panem pluvium sicco imbre deiecit. In tabernacula et in circumiecta castrorum manna ninguido aëre illapsum cecidit, ubi *panem angelorum manducavit homo* [Ps 77, 25].

13. Legem etiam et caelestia edicta Hebraeus idem numquid non eremi inhabitator accepit, tum cum propius admotus, inspicere divino digito impressa tabulis signa meruit?... Ita filii Israel dum in solitudinibus degerent, Dei sedem videre, vocem audire meruerunt.

16. Quid, quod filii Israel ad illam desiderabilem terram non nisi habitatione eremi pervenerunt? Et ut gens eadem postea possideret illam lacte et melle manantem, prius hanc aridam incultamque possedit. Totum semper ad veram patriam eremi mansionibus iter panditur. Habitet inhabitabilem terram, qui vult videre bona Domini in regione vivorum; sit hospes huius, qui civis esse contendit illius.

21. Quid ille quo maior inter mulierum natos non surrexit, nonne in deserto clamans, in deserto vivebat? In deserto ab hoc baptismus traditur, in deserto paenitentia praedicatur, in deserto primum mentio regni caelestis infertur. Ibi haec ille audientibus primus ingessit, ubi haec citius ambiens quisque promeruit. Nec immerito futurus hic arduus habitator deserti (ante faciem Domini angelus mittitur) viam reserat in caeleste regnum, et praecursor et testis dignus qui Patrem e caelo loquentem audiret, Filium baptizando contingeret, Spiritum Sanctum descendentem videret.

22. Ipse quoque Dominus ac Salvator noster baptizatus confestim, ut Scriptura ait [Mt 4, 1], a Spiritu in desertum ducitur. Quis hic igitur est Spiritus? Cunctatio subest nulla, quin Sanctus. Quod deinde Spiritus Sanctus pertrahit in desertum, nimirum istud ille dictat, ille istud tacitus inspirat, fitque eremus Spiritu Sancto suggerente digna suggestio. Mystico ergo flumine infusus, nihil sibi prius agendum putat, quam ut ad secreta contendat.... Quae si votiva Deo ab erroribus libero, quanto magis necessaria homini erroribus obnoxio? Si petita non delinquenti, quanto magis exoptanda peccanti?

23. Ibi etiam in famulatum Domini, remotis circumstrepentium turbis, tacita divini vigoris ministeria succedunt, et in eremo constitutus, tamquam iam in caelum revectus, occurrentium excipitur officiis angelorum. Ibi tunc tentantem notae artis insidiis hostem illum antiqui temporis confutavit, supplantatoremque veteris Adam novus Adam reppulit. O laus magna deserti, ut diabolus, qui vicerat in paradiso, in eremo vinceretur!

24. Desertus etiam locus ille erat in quo Salvator noster quinque vivorum milia panibus quinque et piscibus tantum duobus pavit, satiavit, explevit. Semper in deserto suos pane Iesus pascit. Suis praetulerat olim manna divini muneris fidem, nunc fragmina praetulerunt.

25. Et tunc Dominus Iesus ad excelsi montis remotiora secessit, cum tribus tantum sibi adhibitis electis insolita claritate vultus effulsit; qui cum assumptum palam hominem praeferret, declarandae maiestatis iudicium secretis credidit ibi tunc ille apostolorum maximus: *Bonum,* inquit, *erat nos hic esse* [Mt 17, 4], adamans scilicet magnitudinem signi in remotione deserti.

26. Idemque Dominus Iesus (ut scribitur) in desertum locum ibat ibique orabat [cf. Lc 5, 16]. Locus ergo ille iam vocetur orationis locus, quem exorando Deum, idoneum Deus auctor ostendit, docuitque unde facilius nubes humilians se oratio penetraret, adiuta loco, quia honorata secreto; atque ipse illic orando cum peteret, demonstravit ubi orare nos vellet, cum peteretur.

28. Hoc igitur eremi habitaculum dicam non immerito quamdam fidei sedem, virtutis arcam, caritatis sacrarium, pietatis thesaurum, iustitiae promptuarium. Nam sicut in magna domo pretiosa quaeque claustris obsignata in remotis habentur, ita magnificentia illa sanctorum abditorum eremo, quam difficultatibus suis natura observavit, deponitur in terra quodam conclavi deserti, ne conversationis humanae usu abolescat.

43. Quos ego illic, Iesu bone, sanctorum coetus conventusque vidi!... Dum beatam quaerunt vitam, beatam agunt; eamque et dum adhuc ambiunt, iam consequuntur. Itaque dum optant a peccatoribus segregari, iam segregati sunt. Castam possidere vitam volunt? Etiam possident. Omne in Dei laudibus tempus habere volunt? Iam habent. Desiderant gaudere cum sanctorum coetibus? Gaudent. Christo frui cupiunt? Christo spiritu fruuntur. Vitam eremi adipisci gestiunt? Coram adipiscuntur.

Epistula paraenetica de contemptu mundi, 432.

Unum necessarium. — Optimum deinde est curam princi- 905
palem animae impendere, ut quae utilitate prior est, non sit consideratione posterior.... Haec nos occupet in praesidium ac tutelam sui, iam non plane prima, sed sola. Omnia vincat eo studio, quo praecedit omnia. Summam debemus observantiam Deo, animae deinde maximam; atque ita tamen istud est, ut cum utrumque praecipuum sit, observari alterum sine altero

905. ML 50, 713 A.

nequaquam posse videatur. Ita quisquis Deo satisfecerit, animae necesse est iam consuluerit; et rursus, qui animae consuluerit, necesse est Deo iam satisfecerit.

906 *Vitae aeternae pretium.* — Certe cupiditas vitae est istud quod nos delectatione rei praesentis innexuit. Ergo amantes vitam hortamur ad vitam. Vera ratio est persuadendi, cum id poscitur, ut impetremus a vobis quod concupiscitis. Pro vita quam diligitis, legatione apud vos fungimur [cf. 2 Cor 5, 20], et hanc, quam omnes exiguam amatis, insinuamus, ut ametis aeternam.... Absurdum quippe atque contrarium est ut vitae detrimentum afferat amor vitae. Igitur sive vitam hanc contemnendam putas, sive complectendam, in utroque facilis negotii mea causa est. Nam, si spernitur, una est spernendi ratio, ut melior appetatur. Et si diligitur, tanto magis est diligenda, quae maior est.

907 *Rerum temporalium contemptus.* — Si honoribus opibusque capimur, veris opibus, veris honoribus excitemur. Optimus quisque in caelestes honores, in caelestes opes, terrenos honores, terrenas opes transfert; illuc utique, ubi bonorum ac malorum summa et inconfusa discretio est; ubi quod semel adipiscimur, semper tenemus; ubi si locus obtinendi ullus fuerit, amittendi nullus erit. Sed quando de fragili temporalium bonorum possessione diximus, aliquid etiam nobis de ipsius brevis vitae condicione dicendum est. Quid istud, quaeso, quid istud est? Nihil ita cotidie homines ut mortem vident; nihil ita obliviscuntur ut mortem.... Verbum mandatumque infatigabili observatione conservent, praeceptorumque eius custodiant irremissa lege famulatum.... Et his quidem praedictis mundi adminiculis, quid in saecula observarent, semel iussum est; nobis vero tot voluminibus divinae legis iterantur imperia, ad haec saltem, [ut] quod homini ipsi attributum est, voluntati auctoris parere praeceptisque eius vacare discat; quia omne istud, cum praebet ministerium, praebet exemplum.... Ergo illi velint, nolint, se Domino universitatis, et si voluntate auferunt, iure non subtrahunt. Illi quidem affectu absunt, sed ille dominatu adest. Ita quod improvidum et inconsultissimum est, errantes clausi, vivunt extra considerationem Domini.

908 *Deus super omnia amandus.* — Deus, inquam, noster, cui possis tam magno quam pio igne flagrare, si in locum anteriorum cupiditatum pretiosa rursum desideria succedunt. Si te in aliquo capiebat tam magnificae rei dignitas, nihil illo magnificentius. Si te aliquid velut aptum gloriae accommodatumque rapiebat, nihil illo gloriosius. Si ad splendida fulgentium rerum ducebaris visu, illo nihil clarius. Si ad speciosa trahebaris intuitu, illo nihil pulchrius. Si in aliquo te

---

906. ML 50, 715 B. 907. ML 50, 717 B. 908. ML 50, 720 C.

amplecti putabas veritatem, illo nihil verius. Si in quoquam suspiciendam largitatem credebas, illo nihil munificentius.... Requiritur in adversis benignitas, in prosperis suavitas: unicum est ex illo aut in laetis gaudium, aut in maestis solamen. Itaque ratione plenissimum est te illum, in quo habeas omnia, amare prae omnibus.

S. CYRILLUS ALEXANDRINUS, † 444.

Thesaurus de sancta et consubstantiali Trinitate, ante 428.

Inhabitatio et divinitas Spiritus Sancti. — Assertio 34. 909
Πρὸς Τιμόθεον ὁ Παῦλος· «Τὴν καλὴν παραθήκην φύλαξον, διὰ Πνεύματος Ἁγίου τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν ἡμῖν» [2 Tim 1, 14]. Πρὸς Ῥωμαίους· «Οὐ τολμῶ μὲν λαλεῖν τι, ὧν οὐ κατειργάσατο Χριστὸς δι' ἐμοῦ, εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν λόγῳ καὶ ἔργῳ, ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων, ἐν δυνάμει Πνεύματος Θεοῦ» [Rom 15, 18]. Καὶ πάλιν· «Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, ἀδελφοί, διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ διὰ τῆς ἀγάπης τοῦ Πνεύματος συναγωνίσασθαί μοι ἐν ταῖς προσευχαῖς» [ib. 30]. Πρὸς Κορινθίους· «Ἢ οὐκ οἴδατε ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν Ἁγίου Πνεύματός ἐστιν, οὗ ἔχετε ἀπὸ τοῦ Θεοῦ;» [1 Cor 6, 19.] Καὶ πάλιν· «Ὁ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ, ἓν Πνεῦμά ἐστιν» [ib. 17]. Ἰδοὺ σαφῶς ἐνθάδε Πνεῦμα λέγει Κύριον· σαφέστερον δὲ τοῦτο ποιῶν, ἐπιστέλλει πάλιν περὶ τῶν Ἰουδαίων· «Ἄχρι γὰρ τῆς σήμερον ἡμέρας τὸ αὐτὸ κάλυμμα ἐπὶ τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης μένει μὴ ἀνακαλυπτόμενον, ὅτι ἐν Χριστῷ καταργεῖται. Ἀλλ' ἕως σήμερον ἡνίκα ἀναγινώσκηται Μωσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται. Ἡνίκα δ' ἂν ἐπιστρέψῃ πρὸς Κύριον, περιαιρεῖται τὸ κάλυμμα. Ὁ δὲ Κύριος τὸ Πνεῦμά ἐστιν. Οὗ δὲ τὸ Πνεῦμα

---

34. Paulus ad Timotheum scribens ait: *Bonum depositum serva,* 909
per Spiritum Sanctum qui habitat in nobis. Ad Romanos vero: *Non audeo loqui aliquid eorum quae non fecit Christus per me in oboedientiam gentium verbo et opere, in virtute signorum et prodigiorum, in virtute Spiritus Dei.* Et rursus: *Obsecro igitur vos, fratres, per Dominum nostrum Iesum Christum, et per caritatem Spiritus Sancti, ut adiuvetis me in orationibus vestris.* Ad Corinthios: *An ignoratis quia corpora vestra templum Spiritus Sancti sunt, qui in vobis est, quem habetis a Deo?* Et rursus: *Qui adhaeret Domino, unus Spiritus est.* Ecce aperte hic Spiritum Dominum esse ait; apertius vero id faciens, ita rursus de Iudaeis scribit: *Usque ad hodiernum diem idem velamen in lectione Veteris Testamenti manet non revelatum, quoniam in Christo evacuatur. Sed usque in hodiernum diem cum legitur Moses, velamen super cor ipsorum iacet. Quando autem convertuntur ad Dominum, aufertur velamen; Dominus vero Spiritus est. Ubi autem Spiritus Domini,*

---

909. MG 75, 573 D.

Κυρίου, ἐκεῖ ἐλευθερία» [2 Cor 3, 14—17]. Καὶ πάλιν· «Ἡμεῖς δὲ πάντες ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμενοι, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου Πνεύματος» [ib. 18]. Ὅτε τοίνυν εἷς ἐστι Κύριος Ἰησοῦς Χριστός, κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνήν, Κύριον δὲ τὸ Πνεῦμα καλεῖ, οὐδεμίαν ἄρα φύσεως οἶδε διαφορὰν τοῦ Υἱοῦ καὶ Πνεύματος, ἀλλ' ὡς ἐξ αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ φυσικῶς ὑπάρχον τῷ τῆς κυριότητος ὀνόματι καλεῖ.

In Ioannis evangelium commentarius, post (vel ca) **428.**

910 *Unio cum Christo per Eucharistiam.* — L. 4, c. 2 (in Io 6, 57). Ὥσπερ γὰρ εἴ τις κηρὸν ἑτέρῳ συνάψειε κηρῷ, πάντως δήπου καὶ ἕτερον ἐν ἑτέρῳ γεγονότα κατόψεται· τὸν αὐτόν, οἶμαι, τρόπον καὶ ὁ τὴν σάρκα δεχόμενος τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ, καὶ πίνων αὐτοῦ τὸ τίμιον αἷμα, καθά φησιν αὐτός, ἕν ὡς πρὸς αὐτὸν εὑρίσκεται συνανακιρνάμενος ὥσπερ καὶ ἀναμιγνύμενος αὐτῷ διὰ τῆς μεταλήψεως, ὡς ἐν Χριστῷ μὲν αὐτὸν εὑρίσκεσθαι, Χριστὸν δὲ αὖ πάλιν ἐν αὐτῷ.

911 *Inhabitatio Spiritus Sancti.* — 5, 2 (7, 39). Λογιζώμεθα τοίνυν· ἀναληψόμεθα γὰρ τὸν τοῦ λόγου σκοπόν, ἐν μὲν τοῖς ἁγίοις προφήταις ἔλλαμψιν ὥσπερ τινὰ πλουσίαν, καὶ δᾳδουχίαν γενέσθαι τοῦ Πνεύματος, παιδαγωγεῖν ἰσχύουσαν εἰς τὴν τῶν ἐσομένων κατάληψιν, καὶ τῶν κεκρυμμένων τὴν γνῶσιν· ἐν δὲ τοῖς πιστεύουσιν εἰς Χριστὸν οὐ δᾳδουχίαν ἁπλῶς, τὴν ἀπὸ τοῦ Πνεύματος, ἀλλ' αὐτὸ κατοικεῖν τὸ Πνεῦμα, καὶ ἐναυλίζεσθαι τεθαῤῥήκαμεν. Ὅθεν εἰκότως καὶ ναοὶ Θεοῦ χρηματίζομεν, καίτοι τῶν ἁγίων προφητῶν οὐδενὸς θείου ναοῦ κεχρηματικότος πώποτε.

---

ibi libertas. Et rursus: *Nos autem omnes discooperta facie gloriam Domini intuentes in eamdem imaginem reformamur, a gloria in gloriam sicut a Domini Spiritu.* Cum igitur unus sit Dominus Iesus Christus, iuxta Pauli sententiam, Dominum vero Spiritum vocet, nullam itaque agnoscit differentiam Filii et Spiritus, sed tamquam ex ipso et in ipso naturaliter exsistentem Domini nomine appellat.

910 4, 2. Quemadmodum enim si quis ceram cerae coniunxerit, utique alteram in altera esse videbit; eodem quoque, opinor, modo, qui Salvatoris nostri carnem suscipit et bibit eius pretiosum sanguinem, ut ipse ait, unum quiddam cum eo reperitur, commistus quodammodo et immistus ei per illam participationem, ita ut in Christo quidem ipse reperiatur et vicissim Christus in ipso.

911 5, 2. Considerem us ergo, repetam enim propositum sermonis finem, in sanctis quidem prophetis velut uberem quamdam illuminationem et praelustrationem fuisse Spiritus, quae dirigere posset ad futurorum comprehensionem et occultorum notitiam; in iis vero qui credunt in Christum, non simpliciter illustrationem Spiritus esse censemus, sed ipsum Spiritum inhabitare penitus et hospitari confidimus. Unde iure quoque templa Dei dicimur, cum nullus sanctorum prophetarum Dei templum appellatus sit umquam.

910. MG 73, 584 B. 911. MG 73, 757 A.

Unio inter nos per Eucharistiam. — 11, 11 (17, 20 sq). 912
Οὐκοῦν ὥσπερ τις ἀρχὴ καὶ ὁδὸς τοῦ καὶ ἡμᾶς Πνεύματός τε Ἁγίου μεταλαχεῖν, καὶ τῆς πρὸς Θεὸν ἑνώσεως τὸ ἐπὶ Χριστῷ κατέστη μυστήριον· ἁγιαζόμεθα γὰρ οἱ πάντες ἐν αὐτῷ, κατά γε τὸν ἤδη προειρημένον τρόπον. Ἵνα τοίνυν εἰς ἑνότητα τὴν ὡς πρὸς Θεὸν καὶ ἀλλήλους συνίωμέν τε καὶ συναναμισγώμεθα καὶ ἡμεῖς αὐτοί, καίτοι τῇ καθ' ἕκαστον νοουμένῃ διαφορᾷ διεστηκότες εἰς ἰδιότητα καὶ ψυχαῖς καὶ σώμασιν, ἐμηχανήσατό τινα τρόπον ὁ Μονογενής, διὰ τῆς αὐτῷ πρεπούσης ἐξηυρημένον σοφίας καὶ βουλῆς τοῦ Πατρός. Ἑνὶ γὰρ σώματι, τῷ ἰδίῳ δηλαδή, τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας εὐλογῶν, διὰ τῆς μυστικῆς μεταλήψεως, ἑαυτῷ τε συσσώμους καὶ ἀλλήλοις ἀποτελεῖ. Τίς γὰρ ἂν καὶ διέλοι καὶ τῆς εἰς ἀλλήλους φυσικῆς ἑνώσεως ἐξοικιεῖ τοὺς δι' ἑνὸς τοῦ ἁγίου σώματος πρὸς ἑνότητα τὴν εἰς Χριστὸν ἀναδεσμουμένους; Εἰ γὰρ οἱ πάντες ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μετέχομεν, ἓν οἱ πάντες ἀποτελούμεθα σῶμα. Μερίζεσθαι γὰρ οὐκ ἐνδέχεται τὸν Χριστόν. Διὰ τοῦτο καὶ σῶμα Χριστοῦ κεχρημάτικεν ἡ Ἐκκλησία, μέλη δὲ καὶ ἡμεῖς ἀνὰ μέρος, κατὰ τὴν τοῦ Παύλου σύνεσιν.

De recta fide ad reginas, 429/30.

Perfectio. — 1. Ὅπου γὰρ πίστις ὀρθὴ καὶ ἀμώμητος τοῖς ἐξ 913
ἔργων ἀγαθῶν καυχήμασιν εὖ μάλα συμφέρεται, καὶ ἰσόδρομον ἔχει τὴν συμβολήν, ἐκεῖ που πάντως εἴη ἂν ἐν παντὶ καλῷ τελειότης, καὶ τὸ ἀρτίως ἔχον εἰς ἁγιασμόν.

11, 11. Quare initium veluti quoddam et via qua Spiritus parti- 912
cipes fieremus et cum Deo uniremur, Christi mysterium exstitit; omnes enim in illo sanctificamur, eo modo quem ante diximus. Ut ergo ad unitatem cum Deo et inter nos contenderemus, atque nos una commisceremur, licet corporibus et animis alii ab aliis differamus, rationem quamdam excogitavit Unigenitus, per convenientem sibi sapientiam et consilium Patris. Uno enim corpore, suo nimirum, credentes in se benedicens per mysticam communionem, cum eos sibi, tum etiam inter se concorporales efficit. Quis enim eos, qui per unum illud sanctum corpus ad unitatem cum Christo coniuncti sunt, diviserit et a naturali inter se unione removerit? Nam si omnes de uno pane participamus, unum omnes corpus efficimur. Christus enim dividi nequit. Ideoque et Christi corpus nuncupata est Ecclesia, nos autem particularia eius membra, iuxta Pauli sententiam.

1. Quandoquidem ubi fides recta et inculpata cum bonarum ac- 913
tionum honestate coniungitur, aequabilique nisu et cursu cum illis copulatur, ibi omnis boni perfectio sanctificationisque integritas comperitur.

912. MG 74, 560 A. 913. MG 76, 1201 B.

Adversus anthropomorphitas.

914 *Error eorum qui dicunt solam precationem utilem.* — (Ep. ad Calosyrium.) Περιέρχονται δὲ καὶ ἕτεροί τινες, ὥς φασι, μόνῃ σχολάζειν τῇ προσευχῇ προσποιούμενοι, καὶ οὐδὲν ἐργαζόμενοι, καὶ ὄκνου πρόφασιν καὶ πορισμοῦ τὴν εὐσέβειαν ποιοῦνται, οὐκ ὀρθὰ φρονοῦντες· ἐπεὶ λεγέτωσαν ἑαυτοὺς καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων κρείττονας, οἳ εἰργάζοντο μὲν ἐνδιδόντος αὐτοῖς τοῦ καιροῦ τὴν εἰς τοῦτο σχολήν, ἔκαμνον δὲ καὶ εἰς τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. Πῶς δὲ καὶ ἐπελάθοντο τοῦ μακαρίου Παύλου πρός τινας γράφοντος· «Ἀκούω γὰρ ἐν ὑμῖν τινας περιπατεῖν μηδὲν ἐργαζομένους, ἀλλὰ περιεργαζομένους»; [1 Thess 3, 11.] Οὐκ ἀποδέχεται τοίνυν τοὺς δρῶντας τοῦτο ἡ Ἐκκλησία. Δεῖ μὲν γὰρ ὁμολογουμένως εὔχεσθαι συντόνως τοῖς ἀσκητηρίοις ἐνηρεμοῦντας· λυπεῖ δὲ οὐδέν, μᾶλλον δὲ καὶ ἄγαν ὠφελιμώτατόν ἐστι τὸ ἐργάζεσθαι, ἵνα μὴ ἐπαχθὴς ἑτέροις εὑρεθῇ, τοὺς αὐτῶν ἱδρῶτας εἰς ἰδίαν δεχόμενος χρείαν, δυνηθῇ δὲ καὶ ἀπὸ τῶν αὐτοῦ πόνων χήραν καὶ ὀρφανὸν παραμυθήσασθαι, καί τινας ἀσθενοῦντας τῶν ἀδελφῶν. Εἰ δὲ καλὸν νομίζουσι τὸ ἔργον μὴ ἅπτεσθαι, ὅταν ζηλώσωσι πάντες τὰ αὐτά, τίς ὁ τρέφων αὐτούς; Ἀργίας καὶ γαστριμαργίας ἀφορμὴν ποιοῦνταί τινες τὸ δεῖν οἴεσθαι μόνον σχολάζειν τῇ προσευχῇ, ἔργου δὲ ὅλως μὴ ἅπτεσθαι.

THEODORETUS, ca 393 — ca 458.

Graecarum affectionum curatio, 429/37.

915 *Malorum spirituum adversus homines pugna.* — Sermo 3. [Δαίμονάς φαμεν] τοῖς παρὰ τοῦ πεποιηκότος παρασχεθεῖσιν οὐκ

914 Oberrant vero etiam alii quidam, ut narrant, soli precationi vacare se profitentes et nihil operantes, segnitiei suae victusque quaerendi facilitati, pietatem praetexentes, perperamque sentientes, quando ipsi meliore condicione quam sancti apostoli esse volunt, qui quidem operabantur, cum iis tempus ad id vacuum esset, laborabant vero etiam in verbo Dei. At quo pacto obliti sunt beati Pauli, ad quosdam ita scribentis: *Audio enim obambulare in vobis nonnullos nihil operantes, sed curiose agentes?* Ecclesia igitur eos qui hoc faciunt non admittit. Oportet enim procul dubio assidue precationi vacare eos qui in monasteriis solitariam vitam degunt. Nihil autem obstat, immo vero consultissimum est, operari, ne aliis sis oneri, alienos sudores in privatam tuam utilitatem convertens, cum possis tuis ipsius laboribus viduae et pupillo subvenire, iisque qui ex fratribus sunt infirmiores. At si pulchrum existimant, vacuum esse ac liberum ab opere, si hoc ipsum ceteri omnes imitentur, quisnam ipsos alet? Sunt qui ignaviam suam et ingluviem eo praetextu pallient, quod soli orationi vacare oportere contendant, ab opere vero in universum abstinent.

915 3. [Daemones dicimus] cum datis sibi muneribus contenti non essent, sed altiora appeterent, superbiae labem contraxisse et digni-

914. MG 76, 1076 A. 915. MG 83, 896 A.

ἀρκεσθέντας, ἀλλ' ὀρεχθέντας μειζόνων, εἰσδέξασθαι μὲν τοῦ τύφου τὸ πάθος, ἐκπεσεῖν δέ, καὶ τῆς ἀρχῆθεν δοθείσης γυμνωθῆναι τιμῆς· εἶτα κατὰ τῶν ἀνθρώπων, ὡς εἰκόνι θείᾳ τετιμημένων, λυττῆσαι, καὶ τὸν κατ' αὐτῶν ἀναδέξασθαι πόλεμον· τὸν δὲ Ποιητήν, τῇ μὲν τῶν ἀγγέλων ἐπιστασίᾳ φρουρῆσαι τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος, ὅπως μὴ βίᾳ καὶ τυραννίδι χρώμενος ὁ ἀοράτως ἐπιών, οὓς διὰ φθόνον ἐμίσησεν, ἀδεῶς διαφθείρῃ· τὴν δὲ ἀγωνιστικὴν οὐκ ἔτι κωλῦσαι διαμάχην, ἵνα δείξῃ τοὺς ἀρίστους ἡ πάλη, καὶ γένωνται ἀνδραγαθίας ἀρχέτυπα. Οὗ δὴ εἵνεκα τὴν βιαίαν ἐκείνου προσβολὴν διακωλύσας τῇ τῶν ἀγγέλων φρουρᾷ τὴν τῶν λογισμῶν ξυνεχώρησεν ἀγωνίαν, ὅπως τοὺς ἀξιονίκους ἀποφήνῃ τῶν στεφάνων ἀξίους· οὐκ αὐτὸς μὲν ἐκεῖνον εἰς ἀντιπάλου τάξιν ἀποκληρώσας, εἰς δέον δέ γε τῇ ἐκείνου πονηρίᾳ χρησάμενος, καθάπερ οἱ ἰατροὶ ταῖς ἐχίδναις εἰς νοσημάτων ἀπαλλαγήν.

Martyrum virtutes. — 8. Εἰ δὲ μάντεις καὶ ἰατροὺς τοσαύτης 916
ἔφησεν ἐκεῖνος ['Εμπεδοκλῆς] ἀξιοῦσθαι τιμῆς, τί ἂν εἴποι τις περὶ τῶν τοσαύτην ἐπιδειξαμένων ὑπὲρ εὐσεβείας ἀνδρείαν, οἷς τοὔργον οὐ μόνον ἀνδρείαν, ἀλλὰ καὶ δικαιοσύνην καὶ σωφροσύνην καὶ σοφίαν καὶ φρόνησιν μαρτυρεῖ; Τί γὰρ σωφρονέστερον τῶν οὐκ ἀνασχομένων ἐκείνων ἐκστῆναι, ἅπερ ἐξ ἀρχῆς εὖ ἔχειν ὑπέλαβον; Τί δὲ δικαιότερον τῶν τὰς θείας εὐεργεσίας ἀμειψαμένων σφαγῇ, καὶ τὰ σώματα ἐκδεδωκότων ὑπὲρ τοῦ τὸ σῶμα παραδεδωκότος σταυρῷ; Τί δὲ φρονιμώτερον ἢ σοφώτερον τῶν

tate, qua honestati ab initio fuerant, excidisse; inde adversus homines, quos ad imaginem Dei factos videbant, rabie exarsisse bellumque in eos suscepisse, Deum vero, angelorum quidem praesidio humanum genus muniisse, ne qua vel violentia, vel tyrannide qui invisibiliter irruit, quos odio per invidiam prosequitur, impune disperdat; pugnam tamen et certamen non sustulisse, ut pugiles fortissimos lucta prodat, et virtutis exstent exempla. Huius itaque rei causa, etsi violentos illius impetus per angelorum custodiam represserit, impugnantium tamen cogitationum luctam permisit, ut eos corona dignos ostenderet, qui fortiter restitissent; non quod illi adversarii partes a natura imposuerit, sed quod eius malitia congruenter sit usus, sicut medici viperis ad morborum curationem utuntur.

8. Quod si vatibus ac medicis tantum ille [Empedocles] honoris 916
tributum perhibet, quid de illis dicendum sit, qui tantam pro religione fortitudinem ostenderunt, quorum res gestae non solum fortitudinis, sed et iustitiae, et temperantiae, et sapientiae, ac prudentiae fidem faciunt? Quid enim illis temperatius, qui ab iis quae principio recta esse iudicarunt, abduci se passi non sunt? Quid illis iustius, qui divina beneficia caede sua compensarunt suaque ipsi corpora pro eo tradiderunt, qui corpus suum pro nobis cruci tradidit? Quid illis prudentius aut sapientius, qui de his consilium hoc

916. MG 83, 1021 A.

οὕτω ταῦτα βουλευσαμένων, καὶ τῶν μὲν τῇδε καταπεφρονηκότων, ὡς βέβαιον οὐδὲν ἐχόντων οὐδὲ μόνιμον, ἐρασθέντων δὲ ἐκείνων ἃ λόγος ἑρμηνεύειν οὐ δύναται; Τί δὲ ἀνδρικώτερον τῶν ἀνταγωνισαμένων πρὸς πολλὰ παθήματα καὶ διάφορα, καὶ τοὺς κολάζοντας νενικηκότων τῇ καρτερίᾳ τῆς γνώμης; Τοιγάρτοι οὗτοί γέ εἰσιν ἀτεχνῶς πρόμοι ἀνθρώπων, καὶ πρόμαχοι καὶ ἐπίκουροι, καὶ τῶν κακῶν ἀποτρόπαιοι, τὰς ὑπὸ τῶν δαιμόνων ἐπιφερομένας ἀποδιοπομπούμενοι βλάβας.

Religiosa historia, ca **444.**

917 *Monachi qui fuerint.* — 4. Πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλους ἐραστὰς τῆς φιλοσοφίας ταύτης καὶ ζηλωτὰς ἐπ' ἐκείνῃ τῇ καλύβῃ γεγενημένους τεθέαμαι, τοὺς μὲν ἐν ἀκμῇ τοῦ σώματος, τοὺς δὲ καὶ ἐν γήρᾳ βαθεῖ· πλείονα γὰρ ἢ ἐννενήκοντα ἔτη διαβιώσαντες ἄνθρωποι, τὸν ἐπίπονον βίον καταλιπεῖν οὐκ ἠθέλησαν, ἀλλὰ τοῖς τῆς νεότητος ἱδρῶσι διέπρεπον, παννύχιοι μὲν καὶ πανημέριοι τὸν Θεὸν ἀντιβολοῦντες, καὶ τὰς εὐαγεῖς ἐκείνας λειτουργίας ποιούμενοι, διὰ δύο δὲ ἡμερῶν τῶν εὐτελῶν ἐκείνων σιτίων μεταλαγχάνοντες.

918 *Coenobiticae vitae initia et commoda.* — 5. Ἀλλὰ κατ' ἀρχὰς μὲν οὐδένα σύνοικον ἔχειν ἠνέσχετο [Πούπλιος]· βραχεῖς δὲ οἰκίσκους ἀγχιθύρους οἰκοδομῶν, αὐτὸν καθ' ἑαυτὸν ἕκαστον τῶν συνιόντων διάγειν ἐκέλευε, συχνῶς ἐπισκοπῶν, καὶ τοὺς οἰκίσκους διερευνώμενος, μή τι πέρα τῆς χρείας ἀποκείμενον ἔχοιεν. Φασὶ δὲ αὐτὸν καὶ ζυγὰ ἐπιφερόμενον τὸν τῶν ἄρτων σταθμὸν πολυπραγμονεῖν ἀκριβῶς, καὶ εἴ ποτε εὕροι τοῦ ὡρισμένου πλείονα, δυσχεραίνειν, καὶ γαστριμάργους τοὺς τοῦτο ποιοῦντας ἀπο-

inierunt et inferiora ista contempserunt, ut quae firmum et stabile nihil habeant, illa vero adamarunt, quae verbis exprimi non possunt? Quid denique illis fortius, qui multis variisque cruciatibus restiterunt tortoresque suos animi constantia vicerunt? Hi sunt vere hominum duces et propugnatores et auxiliatores malorumque depulsores, damna quae a daemonibus infliguntur procul arcentes.

917 4. Vidi et alios quoque in eodem tugurio huiusce philosophiae amatores et aemulatores non paucos, florenti quosdam aetate, alios profunda senectute, qui cum annos agerent supra nonaginta, laboriosam vitam relinquere noluerunt, sed obeundis iuvenum laboribus claruerunt, noctes diesque Deum laudantes et sacra illa officia peragentes vilique illo cibo post biduum victitantes.

918 5. Ceterum initio nullum sub eodem secum tecto habitare passus est [Publius]; sed exiguas cellulas foribus vicinas aedificans, singulos seorsim degere iubebat, cellulas subinde invisens et observans num quid praeter res necessarias reconditum haberent. Ferunt etiam illum trutinam circumferendo panis mensuram diligenter expendisse, et si ultra statutum pondus invenisset, aegre tulisse et helluones

917. MG 82, 1349 B. 918. MG 82, 1353 A.

καλεῖν. Ἐκέλευσε γὰρ μήτε ἐσθίοντας, μήτε πίνοντας ἀναμένειν τὸν κόρον, ἀλλὰ τοσούτων ἀπολαύειν, ὁπόσα τῷ σώματι παρέχειν ἀπόχρη τὴν ζωήν. Εἰ δέ ποτε καὶ τῶν πιτύρων ἀποκεκριμένον τὸ ἄλευρον ἐθεάσατο, ὡς συβαριτικῆς τρυφῆς ἀπολαύουσι, τοῖς τοῦτο δεδρακόσιν ἐλοιδορεῖτο. Καὶ νύκτωρ δὲ, ἐξαπιναίως παρὰ τὴν ἑκάστου θύραν ἀφικνούμενος, εἰ μέν τινα εὗρεν ἐγρηγορότα καὶ τὸν Θεὸν ὑμνοῦντα, σιγῇ πάλιν ἀπεχώρει· εἰ δέ τινα ὕπνῳ κατεχόμενον ᾔσθετο, τῇ χειρὶ μὲν τὴν θύραν ἐπάτασσε, τῇ γλώττῃ δὲ τὸν κατακείμενον ἔβαλλεν, ὡς πλείονα ἢ ἔδει τῷ σώματι τὴν θεραπείαν προσφέροντα.... Κοινῇ τε πολιτεύεσθαι, καὶ παραθήγειν ἀλλήλους ἱκέτευε, καὶ τοῦτον μὲν τὴν ἐκείνου μιμεῖσθαι πραότητα, ἐκεῖνον δὲ τῷ τούτου ζήλῳ κεραννύναι τὸ πρᾶον, καὶ ἄλλον ἀγρυπνίας μεταδιδόντα, τοῦ τῆς νηστείας μεταλαμβάνειν μαθήματος. «Οὕτω γὰρ παρ' ἀλλήλων», ἔφη, «τὸ ἐνδέον λαμβάνοντες, τὴν τελειωτάτην κατορθώσομεν ἀρετήν. Καθάπερ γὰρ ἐν ταῖς πολιτικαῖς ἀγοραῖς, ὁ μὲν ἄρτων ἐστὶ πρατήρ, ὁ δὲ λαχάνων, ὁ δὲ ἱματίων ἔμπορος, ἄλλος δὲ ὑποδημάτων δημιουργός· παρ' ἀλλήλων δὲ τὴν χρείαν ἐρανιζόμενοι θυμηρέστερον βιοτεύουσιν· ὁ μὲν γὰρ ἱμάτιον διδοὺς ἀντιλαμβάνει ὑπόδημα, ὁ δὲ λάχανον ὠνούμενος ἀποδίδοται ἄρτον· οὕτως ἡμᾶς ἀλλήλοις ἀντιδιδόναι προσήκει τῆς ἀρετῆς τὰ πολυτίμητα μόρια.»

Afflictiones corporales. — 26. Ἤκουσα δὲ αὐτοῦ ἐκείνου διη- 919
γουμένου καὶ τοῦ νῦν τῆς αὐτῆς ἀγέλης ἡγεμονεύοντος, ὡς [Συμεώνης στυλίτης] σχοινίον ποτὲ ἀπὸ φοινίκων κατεσκευασμένον

qui hoc facerent appellasse. Iubebatque ut neque comederent neque biberent ad satietatem, sed tantum sumerent quantum ad tuendam vitam satis esset. Quod si quando secretam a furfuribus farinam deprehendisset, tamquam sybariticis deliciis indulgentes obiurgabat. Quin et noctu quoque ex improviso veniens ad ostia singulorum, si quem vigilantem et Deum laudantem offenderat, tacitus praeteribat; si somno oppressum et dormientem, et manu fores pulsabat et lingua illum ut corpori plus aequo servientem increpabat.... Rogavit ut una viverent ac sese mutuo excitarent, ut hic quidem illius imitaretur mansuetudinem, ille huius zelo mansuetudinem temperaret; unus alteri vigilias communicaret ab eoque vicissim ieiunii abstinentiam edisceret. «Sic enim», inquit, «a nobis invicem id quod deest mutuantes, virtutem omnibus partibus absolutam reddemus. Atque ut in foro rerum venalium alius panes vendit, alius olera, hic vestium institor est, ille opifex calceamentorum, a se autem invicem id quo opus habent comparantes, vitam agunt iucundiorem; qui enim dat vestem, pro ea calceos accipit, et qui emit olus, vendit panem; ita et nos vicissim oportet pretiosissimas virtutis partes inter nos permutare.»

26. Illum ego ipsum, qui gregi nunc praeest, audivi, cum nar- 919
raret fune illum [Symeonem stylitam] ex palmis contexto (quod genus asperrimum est etiam manibus cum tangitur) lumbos cinxisse, non

919. MG 82, 1468 C.

λαβὼν (τραχυτάτη δὲ αὕτη λίαν καὶ χερσὶ προσψαυούσαις), διέζωσε τὴν ὀσφύν, οὔτ' ἔξωθεν περιθείς, ἀλλ' αὐτῷ προσφύσας τῷ δέρματι· καὶ οὕτω λίαν συνέσφιγξεν, ὡς ἅπαν ἐκεῖνο ἐν κύκλῳ τὸ μέρος ἑλκῶσαι, ᾧ περιέκειτο. Ὡς δὲ πλείους ἢ δέκα ἡμέρας τοῦτον διετέλεσε τὸν τρόπον, καὶ τὸ ἕλκος χαλεπώτερον γιγνόμενον, αἵματος ἠφίει σταγόνας, ἤρετό τις αὐτὸν θεασάμενος, τίς ἡ αἰτία τοῦ αἵματος· τοῦ δὲ μηδὲν ἔχειν ἀνιαρὸν λέγοντος, βιασάμενος ὁ συναγωνιστὴς καὶ τὴν χεῖρα ἐνέβαλε, καὶ τὴν αἰτίαν κατέμαθε, καὶ ταύτην τῷ προστατεύοντι κατεμήνυσεν. Αὐτίκα τοίνυν καὶ ἐπιτιμῶν, καὶ παρακαλῶν, καὶ τοῦ πράγματος τὴν ὠμότητα διαβάλλων, μόλις ἐκεῖνον διέλυσε τὸν δεσμόν. Ἀλλ' οὐδ' οὕτως ἔπεισε θεραπείαν τινα ἐκείνῳ τῷ ἕλκει προσενεγκεῖν.

920 *Variae monachorum species.* — 27. Οἱ μὲν γὰρ κατὰ συμμορίαν ἀγωνιζόμενοι, μυρία δὲ τοιαῦτα συστήματα, καὶ ἀριθμὸν νικῶντα, τῶν ἀκηράτων στεφάνων ἀπολαύουσι, καὶ τῆς ποθουμένης ἀνόδου τυγχάνουσιν. Οἱ δὲ τὸν μοναδικὸν ἀσπαζόμενοι βίον, καὶ μόνῳ τῷ Θεῷ προσλαλεῖν μελετῶντες, καὶ παραψυχῆς ἀνθρωπίνης οὐδὲ μιᾶς μεταλαγχάνοντες, οὕτω τῆς ἀναῤῥήσεως ἀπολαύουσιν. Ἄλλοι δὲ ἐν σκηναῖς, καὶ ἕτεροι ἐν καλύβαις διάγοντες, τὸν Θεὸν ἀνυμνοῦσιν. Οἱ δὲ τὸν ἐν ἄντροις καὶ σπηλαίοις ἀσπάζονται βίον. Πολλοὶ δέ, ὧν ἐνίων ἐμνήσθημεν, οὐκ ἄντρον ἔχειν, οὐ σπήλαιον, οὐ σκηνήν, οὐ καλύβην ἐπείσθησαν· ἀλλὰ γυμνῷ τῷ ἀέρι τὰ σφέτερα σώματα δεδωκότες, τῶν ἐναντίων ποιοτήτων ἀνέχονται· ποτὲ μὲν τῷ κρυμῷ τῷ ἀκράτῳ πηγνύμενοι, ποτὲ δὲ τῷ πυρὶ τῆς ἀκτῖνος φλεγόμενοι. Καὶ τού-

extrinsecus circumdato, sed ad cutem opposito et tam arcte compresso, ut tota illa pars in orbem exulceraretur. Et cum dies amplius decem hoc modo perdurasset sanguinisque guttis exasperatum ulcus stillaret, rogatus a quodam qui viderat quae causa esset sanguinis, cum is molesti sibi nihil esse respondisset, vim faciens commilito manum immisit et causam deprehendit praepositoque indicavit. Qui mox illum increpans et obsecrans reique atrocitatem damnans, vinculum illud vix exemit; sed ne sic quidem adduxit, ut ulceri medicinam aliquam adhiberet.

920 27. Alii quidem turmatim decertantes (sunt autem huiusmodi coetus innumerabiles), incorruptas referunt coronas optatumque ascensum consequuntur. Alii vero solitariam vitam amplexi et cum solo Deo colloqui cupientes humanamque consolationem nullam captantes victoriae laudem sic adipiscuntur. Alii porro in tabernaculis, et alii in tuguriis degentes, Deum celebrant; alii in antris et speluncis vivere maluerunt. Multis, quorum aliquos memoravimus, nec antrum nec speluncam habere placuit, nec tabernaculum nec tugurium; sed nudo aëri corpora sua committentes, contrarias perferunt qualitates, nunc frigore immodico concreti, nunc solis ardoribus perusti. Atque horum rursus vita diversa est.

920. MG 82, 1484 C.

των δὲ αὖ πάλιν ὁ βίος διάφορος. Οἱ μὲν γὰρ ἑστῶσι διηνεκῶς, οἱ δὲ εἰς καθέδραν καὶ στάσιν τὴν ἡμέραν μερίζουσι· καὶ οἱ μὲν ἐν θριγκίοις τισὶ καθειργμένοι, τῶν πολλῶν τὰς συνουσίας ἐκκλίνουσιν, οἱ δὲ οὐδενὶ τοιούτῳ καλύμματι χρώμενοι, πρόκεινται πᾶσι τοῖς βουλομένοις εἰς θεωρίαν.

Oratio de divina caritate.

Monachorum abnegatio. — Οὗτοι δὲ θεραπείας μὲν οὐδεμιᾶς 921
παρ' οὐδενὸς ἀπολαύουσιν. Οὐ γὰρ συνοικοῦσι γυναῖκες, αἳ τοῖς ἀνδράσι παντοδαπὴν μηχανῶνται παραψυχήν. Οὔτε δὲ τῆς ἀκτῖνος θερμότερον προσβαλούσης, τὴν ἀπὸ τῶν ὑδάτων ψυχαγωγίαν προσφέρονται· οὐ χειμῶνος ὥρᾳ τὴν τροφὴν ἀντιτάττουσι τῷ κρυμῷ, οὔτε τῆς νυκτὸς τὴν ἀνάπαυλαν, οἷόν τι φάρμακον, τοῖς μεθημερινοῖς προσφέρουσι πόνοις· καὶ μείζους γάρ, καὶ πλείους, οἱ ταύτης τῶν ἐν ἡμέρᾳ γιγνομένων ἱδρώτων. Ἐν ταύτῃ γάρ, καὶ τὴν πρὸς τὸν ὕπνον ἀναδέχονται πάλην, καὶ τῆς γλυκείας ἐκείνης οὐκ ἀνέχονται ἥττης· ἀλλὰ τῆς ἡδίστης περιγίνονται τυραννίδος, καὶ παννύχιοι διατελοῦσι τὸν Δεσπότην ὑμνοῦντες. Οὐδεὶς τοίνυν τῶν ἔξω τῆς τούτων φιλοσοφίας, τὴν τούτων ἐπιδέδεικται καρτερίαν. Εἰ δὲ μηδεὶς τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἀντισχεῖν πρὸς τοὺς τοιούτους πόνους δεδύνηται, δῆλον ὡς ὁ περὶ τὸν Θεὸν ἔρως ὑπερβῆναι τοὺς τῆς φύσεως παρεσκεύασεν ὅρους· καὶ τῷ ἄνωθεν πυρσῷ πυρπολούμενοι, φέρουσιν ἀσπασίως τὴν τοῦ κρυμοῦ προσβολήν, καὶ τῇ ἐντεῦθεν δρόσῳ, τὴν τῆς ἀκτῖνος καταπραΰνουσι φλόγα. Οὗτος αὐτοὺς καὶ τρέφει, καὶ ἄρδει, καὶ περιβάλλει, καὶ πτερὰ δίδωσι, καὶ πέτεσθαι διδάσκει, καὶ τὸν οὐρανὸν ὑπερβαίνειν παρασκευάζει,

Quidam enim stant perpetuo; alii statione ac sessione diem dividunt; et alii quidem maceriis quibusdam circumsepti, multorum vitant congressum; alii nullo eiusmodi tegumento utentes, omnibus qui contemplari eos volunt palam sunt expositi.

Hi autem a quo curentur non habent. Neque enim illis cohabi- 921
tant uxores, quae omne genus solatii viris suis excogitant. Neque solari radio calidius eos feriente, refrigerantur aquis; neque hiberno tempore opponunt escam frigori, neque quietem noctis velut diurnorum laborum medicamentum adhibent, cum et maiores et plures illis huius sint sudores, quam diei. De nocte enim cum somno colluctantur, neque illius dulcedine se vinci patiuntur; sed dulcissimam illam tyrannidem vincunt ipsi, totamque noctem in divinis laudibus transigunt. Nemo igitur horum philosophiae expers, horum tolerantiam exhibuit. Quod si nullus ceterorum hominum eiusmodi laboribus resistere potuit, manifestum est amorem in Deum effecisse, ut terminos naturae superarent; supernaque illos flamma incensos, frigoris impetum libenter sustinere, ac caelesti rore perfusos, solaris radii flammam mitigare. Hic ipsos et nutrit, et irrigat, et vestit, et alas praebet ac volare docet, et ut caelum transcendant efficit,

921. MG 82, 1501 A.

καὶ τὸν ἐρώμενον ὡς δυνατὸν ἐπιδείκνυσι, καὶ τῇ τῆς θεωρίας φαντασίᾳ πυρσεύει τὸν πόθον, καὶ διεγείρει τὸ φίλτρον, καὶ σφοδροτέραν ἐξάπτει τὴν φλόγα.

922 *Monachorum philosophia.* — Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα σκοπούμενοι τῶν προσπιπτόντων ἡμῖν περιγινόμεθα σκυθρωπῶν, καὶ τῶν εὐεργεσιῶν τὴν μνήμην παρατιθέντες τῇ προσκαίρῳ κακοπαθείᾳ τοῦ σώματος, φέρομεν ἀσπασίως τὴν τῶν ἀνιαρῶν προσβολήν. Ἀντιταλαντεύοντες γὰρ τῷ περὶ τὸν Δεσπότην φίλτρῳ πάντα τὰ τοῦ βίου λυπηρά, κοῦφα λίαν εὑρίσκομεν. Κἂν τὰ τερπνὰ δὲ ἅπαντα καὶ θυμήρη δοκοῦντα κατὰ ταὐτὸν συναγάγωμεν, ἀντισταθμώμενος ὁ θεῖος πόθος, σκιᾶς ἀδρανέστερα, καὶ ἀνθέων ἐαρινῶν εὐφθαρτότερα δείκνυσι.

Interpretatio XIV Epistularum S. Pauli.

923 *Orandum iuxta Dei voluntatem.* — Interpr. epist. ad Rom., c. 1, v. 10. Ἀκριβείᾳ δὲ χρώμενος, οὐχ ἁπλῶς εἶπεν ἠτηκέναι τὴν πρὸς αὐτοὺς πορείαν, ἀλλ' ἐν τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ. Εἰ τοῦτο, φησίν, ἀρέσκει τῷ κυβερνήτῃ τῶν ὅλων. Εἰ δὲ ὅπου σωτηρία μυριάδων τοσούτων, οὐδὲν ἀορίστως ᾔτησεν ὁ θεῖος ἀπόστολος, ἀλλὰ τῇ αἰτήσει τὸ θεῖον συνέταξε θέλημα, ποίας ἡμεῖς ἄξιοι συγγνώμης, περὶ αἰσθητῶν πραγμάτων, καὶ διαλεγόμενοι, καὶ εὐχόμενοι, καὶ τῆς θείας βουλῆς οὐκ ἐξαρτῶντες τὰ καθ' ἡμᾶς;

924 *Spiritus filialis.* — 8, 15. Δεικνὺς δὲ ὅτι ὡς ἀληθῶς τοῦ τῆς υἱοθεσίας τετυχήκαμεν ἀξιώματος, ἐπήγαγεν· «Ἐν ᾧ κράζομεν

---

et dilectum quoad fieri potest ostendit, contemplationisque specie desiderium incendit, et amorem excitat, flammamque infert ardentiorem.

922 Haec et eiusmodi alia considerantes, facile gravia quaeque nobis ingruentia superamus, et beneficiorum recordationem cum temporaria corporis afflictione comparantes, graviorum rerum incursiones libenter sustinemus; quoniam universa vitae taedia cum Domini amore ponderantes, admodum levia illa deprehendimus. Quod si cuncta, quae iucunda et delectabilia videntur in hac vita, in unum redegerimus, ex adverso libratus divinus amor umbra quavis imbecilliora illa, vernisque floribus corruptibiliora demonstrat.

923 In Rom 1, 10. Accurate autem loquens non dixit simpliciter se iter ad eos expetiisse, sed in voluntate Dei. Si hoc, inquit, placet rerum omnium gubernatori. Quod si, ubi de tot hominum myriadum salute agitur, nihil indistincte petiit divinus apostolus, sed petitioni divinam voluntatem coniunxit, quanam venia digni sumus, qui de rebus sensibilibus et disserimus et eas optamus, nec nostra omnia divinae voluntati permittimus ab eaque pendemus?

924 8, 15. Ostendens autem quod revera filiorum adoptionis dignitatem simus assecuti, subiunxit: *In quo clamamus: Abba, Pater.*

---

922. MG 82, 1504 D. 923. MG 82, 56 A. 924. MG 82, 133 C.

Ἀββᾶ, ὁ Πατήρ» [Rom 8, 15]. Καὶ γὰρ τὴν μυστικὴν εὐχὴν τῷ Δεσπότῃ προσφέροντες, Πατέρα καλεῖν αὐτὸν προσετάχθημεν, καὶ λέγομεν· «Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς» [Mt 6, 9]. Τὸ δέ, Ἀββᾶ, προστέθεικε, τὴν παῤῥησίαν τῶν καλούντων διδάσκων. Τὰ γάρ τοι παιδία, πλείονι παῤῥησίᾳ κεχρημένα πρὸς τοὺς πατέρας (οὐδέπω γὰρ τελείαν τὴν διάκρισιν ἔχει) συχνότερον πρὸς αὐτοὺς τῇδε κέχρηται τῇ φωνῇ. Οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς, διὰ τὴν ἄῤῥητον αὐτοῦ φιλανθρωπίαν, καὶ ἀμέτρητον ἀγαθότητα, πατέρα μὲν καλοῦμεν, ὡς προσετάχθημεν τῶν ὅλων τὸν ποιητήν· ἀγνοοῦμεν δὲ ὅσον αὐτοῦ τε καὶ ἡμῶν τὸ διάφορον, οὔτε ἡμᾶς αὐτοὺς ἀκριβῶς ἐπιστάμενοι, καὶ αὐτοῦ τὴν φύσιν παντελῶς μὴ γινώσκοντες.

Perfectio voluntaria paupertas. — Interpr. ep. II ad Corin- 925
thios, c. 8, v. 13—15. Τὴν τελειότητα μὲν ὁ Δεσπότης ὁρίζεται τῇ παντελεῖ τῶν χρημάτων ὑπεροψίᾳ καὶ τῇ αὐθαιρέτῳ πενίᾳ. Ἐδίδαξε δὲ ὅμως, ὡς καὶ δίχα τῆς τελειότητος δυνατὸν τυχεῖν τῆς αἰωνίου ζωῆς. Ἐρωτηθεὶς γὰρ ὑπὸ τοῦ νεανίσκου· «Τί ποιήσας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω;» [Lc 10, 25] οὐκ εὐθὺς αὐτῷ τὴν περὶ τελειότητος διδασκαλίαν προσήνεγκεν, ἀλλὰ τῶν ἄλλων ἀνέμνησεν ἐντολῶν. Ἐκείνου δὲ εἰρηκότος πάσας πεπληρωκέναι, τότε τὸν ἀφρόντιδα καὶ ἀκτήμονα βίον ἑλέσθαι προέτρεψε. Ταῦτα πεπαιδευμένος ὁ θεῖος ἀπόστολος, οὐ τὰ μεγάλα νομοθετεῖ, ἀλλὰ τῇ ἀσθενείᾳ τῆς γνώμης τοὺς νόμους μετρεῖ. Οὗ δὴ χάριν ἔφη· «Οὐχ ἵνα ἄλλοις ἄνεσις, ὑμῖν δὲ θλίψις» [2 Cor 8, 13]· καὶ τῶν περιττῶν μεταδοῦναι προσέταξε, καὶ τὸ

Etenim mysticam orationem Domino offerentes iussi sumus Patrem ipsum vocare, et dicimus: *Pater noster, qui es in caelis.* Abba autem adiecit, eorum qui sic vocant fiduciam ostendens. Parvuli enim, maiori apud patres libertate utentes (nondum enim perfectam habent discernendi facultatem), frequentius ad eos hac voce utuntur. Ita et nos, propter inenarrabilem eius benignitatem et infinitam bonitatem, patrem quidem vocamus, ut iussi sumus, universorum Creatorem; nescimus autem quanta sit inter nos et ipsum differentia, qui nec nos ipsos perfecte novimus, et eius naturam penitus ignoramus.

In 2 Cor 8, 13—15. Perfectionem quidem definit Dominus ab- 925
soluto pecuniae contemptu et voluntaria paupertate. Docuit tamen, etiam absque perfectione aeternam vitam consequi licere. Ab adulescente enim interrogatus: *Quid faciens vitam aeternam possidebo?* perfectionis doctrinam non ei statim tradidit, sed alia praecepta in memoriam revocavit. Cum autem ille dixisset se omnia implesse, tunc ut a curis remotam et possessionibus carentem vitam sequeretur, hortatus est. Haec edoctus divinus apostolus, non quae magna sunt imperat, sed imbecillitate animi leges metitur. Quocirca dixit: *Non ut aliis remissio, vobis autem tribulatio,* et iussit ut impertirent ex iis quae superabant; et proveniens ex eo lucrum

---

925. MG 82, 425 C.

ἐντεῦθεν φυόμενον ὑπέδειξε κέρδος· «Ἵνα καὶ τὸ ἐκείνων περίσσευμα γένηται εἰς τὸ ὑμῶν ὑστέρημα» [2 Cor 8, 14]. Ἀντίδοσις, φησίν, ἀρίστη γενήσεται, καὶ τὰ ἐλάττονα διδόντες τὰ μείζονα λήψεσθε. Τῆς γὰρ ἀξιεπαίνου καρτερίας αὐτοῖς κοινωνήσετε. Μάλα δὲ εἰς καιρὸν καὶ τὴν μαρτυρίαν παρέθηκε. Καὶ γὰρ ἐπὶ τῆς τοῦ μάννα συλλογῆς τὴν ἰσότητα ταύτην ὁ Δεσπότης ὑπέδειξεν. Οὐδὲν γὰρ ὤνησεν ὁ τὸ πλέον συλλέξας· τὸ γὰρ μέτρον ὁ μεγαλόδωρος τῷ δώρῳ συνέζευξε.

HESYCHIUS, saec. V.

De temperantia et virtute.

926 . *Temperantia.* — Centuria 1, n. 1. Νῆψίς ἐστι μέθοδος πνευματική, ἐμπαθῶν νοημάτων καὶ λόγων καὶ πονηρῶν ἔργων πάμπαν τὸν ἄνθρωπον σὺν Θεῷ ἀπαλλάττουσα, χρονίζουσα, καὶ προθύμως ὁδευομένη· γνῶσίν τε ἀσφαλῆ Θεοῦ τοῦ ἀκαταλήπτου ὁδευομένη χαρίζεται, καθ' ὅσον ἐφικτόν, καὶ μυστηρίων θείων καὶ ἀποκρύφων ἀποκρύφως λύσιν· ὑπάρχει τε πάσης ἐντολῆς Θεοῦ Παλαιᾶς καὶ Νέας Διαθήκης ποιητική, καὶ παντὸς ἀγαθοῦ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος παρεκτική. Αὕτη δὲ κυρίως ἐστίν, ἡ τῆς καρδίας καθαρότης· ἥτις διὰ τὸ μέγεθος καὶ τὴν καλλονὴν αὐτῆς, ἢ κυριωτέρως εἰπεῖν, διὰ τὴν ἀπροσεξίαν καὶ ἀμέλειαν ἡμῶν, σπανίζει σήμερον πάνυ ἐν μοναχοῖς· ἣν ὁ Χριστὸς μακαρίζει λέγων· «Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται» [Mt 5, 8]. Τοιαύτη οὖν οὖσα, πολλοῦ ἀγοράζεται. Νῆψις

ostendit: *Ut et illorum abundantia sit inopiae vestrae supplementum.* Retributio, inquit, erit maxima, et dantes quae sunt minora, quae maiora sunt accipietis. Laude enim dignae tolerantiae cum iis eritis participes. Valde autem opportune adiecit etiam testimonium. Etenim in collectione mannae aequalitatem istam ostendit Dominus. Nihil siquidem profuit ei qui plus collegerat; munificus enim Deus mensuram dono coniunxit.

926 1, 1. Temperantia methodus est spiritualis; quae sive cunctetur, sive pergat alacriter, hominem a conceptibus et sermonibus affectionum plenis ac pravis operibus, opitulante Deo, prorsus liberat; certam etiam de Deo incomprehensibili notitiam largitur, quantum assequi licet; necnon divinorum et occultorum mysteriorum secretam praebet solutionem; suppeditat vires implendi cuncta Dei mandata, tam Veteri quam Novo Testamento comprehensa, et tandem universa bona praestat futuri saeculi. Haec autem proprie est puritas cordis, quae quidem propter excellentiam et bonitatem suam, vel (ut magis proprie loquar) ob ignaviam et neglegentiam nostram hodie profecto rara est in monachis; quam Christus beatam praedicat his verbis: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Cum ergo sit eiusmodi, magno redimitur. Temperantia

926. MG 93, 1480 D.

ἐν ἀνθρώπῳ χρονίζουσα, ὀρθοῦ καὶ θεαρέστου βίου ὁδηγὸς γίνεται.... 3. Νῆψίς ἐστιν ὁδὸς πάσης ἀρετῆς καὶ ἐντολῆς Θεοῦ, ἥτις καὶ καρδία καὶ ἡσυχία, καὶ ἀφάντασος τελειωθεῖσα φυλακὴ νοὸς ἡ αὐτή.

Temperantia illuminat mentem. — 1, 4. Οὐχ ὁρᾷ φῶς ἡλίου 927
ὁ γεννηθεὶς τυφλός· οὕτως οὐδὲ ὁ μὴ νήψει ὁδεύων ὁρᾷ πλουσίως τὰς μαρμαρυγὰς τῆς ἄνωθεν χάριτος· οὔτε δὲ ἐλευθερωθήσεται ἐκ πονηρῶν καὶ μισητῶν Θεῷ ἔργων τε καὶ λόγων καὶ ἐννοιῶν.... 5. Προσοχή ἐστι καρδιακὴ ἀδιάλειπτος ἡσυχία ἀπὸ παντὸς λογισμοῦ, Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸν ἀεὶ ἀεννάως καὶ ἀδιαλείπτως μόνον αὐτὸν ἀναπνέουσα, καὶ ἐπικαλουμένη, καὶ ἀνδρείως πρὸς τοὺς ἐχθροὺς συντασσομένη αὐτῷ, αὐτῷ τε ἐξομολογουμένη τῷ ἐξουσίαν ἔχοντι συγχωρεῖν ἁμαρτήματα. Περιπτυσσομένης γὰρ συνεχῶς Χριστῷ δι' ἐπικλήσεως κρυπτῶς μόνῳ τῷ τὰς καρδίας ἐξεταζομένῳ, τοὺς ἀνθρώπους τε πάντας παντοίως λαθεῖν πειρωμένης τῆς ψυχῆς τὴν γλυκύτητα αὐτῆς καὶ τὸν ἔνδον ἀγῶνα, μήτε ὁ πονηρὸς λαθὼν εὐοδώσει κακίαν, καὶ ἀφανίσει καλλίστην ἐργασίαν.

Ex temperantia cognitio sui ipsius. — 1, 6. Νῆψίς ἐστιν 928
ἔμμονος λογισμοῦ πῆξις, καὶ στάσις αὐτοῦ ἐν πύλῃ καρδίας, ἣ τοὺς ἐρχομένους λογισμοὺς λεπτῶς ὁρᾷ καὶ ἀκούει, τί μὲν λέγουσι, τί δὲ ποιοῦσιν οἱ φόνιοι, καὶ τίς ἐστιν ἡ ἐγγλυφεῖσα καὶ στηλωθεῖσα μορφὴ παρὰ τῶν δαιμόνων καὶ πειρωμένη δι' ἑαυτῆς φανταστικῶς καταλῦσαι τὸν νοῦν. Ταῦτα γὰρ φιλοπονούμενα

quae perdurat in homine, rectae Deoque placentis vitae dux efficitur.... 3. Temperantia est via virtutum omnium et mandatorum Dei, quae quidem etiam est cor et quies; eademque ad vacuitatem imaginationum perfecte redacta, mentis est custodia.

1, 4. Qui excaecatus est, non videt solis lumen; ita qui non 927
ambulat temperanter, pretiosos gratiae supernae splendores nequit perspicere; neque a malis et Deo odiosis operibus, sermonibus et cogitationibus liberabitur.... 5. Attentio est continua cordis requies, ab omnibus cogitationibus libera, quae solum Iesum Christum Dei Filium et Deum perpetuo ac sine intermissione spirat et implorat, stat cum eo viriliter in acie adversus hostes, eique confitetur, nempe qui possit remittere peccata. Cum enim anima invocationibus assiduis circumplectitur Christum, qui solus secreto scrutatur corda, omnemque dat operam, ne ulli hominum notae sint dulcedines suae internique conflictus, nullo pacto improbus ille clam nequitiam promovere poterit et operationes optimas delere.

1, 6. Temperantia est perseverans cogitationum constantia; quando 928
scilicet sistuntur ipsae pro foribus cordis, perspicit et audit illa, quid dicant, quidve faciant furtim obrepentes cogitationes exitiales; quaenam etiam sit forma, quae a daemonibus insculpitur et imprimitur, ac per seipsam imaginationibus dissolvere nititur animum.

927. MG 93, 1481 C. 928. MG 93, 1481 D.

τὴν πεῖραν τοῦ νοητοῦ πολέμου ἐπιστημόνως ἄγαν ἡμῖν, ἐὰν θέλωμεν, δεικνύουσιν.

929 *Christus exemplar in tentatione.* — 1, 12. Ἀρετῆς πάσης ὑπογραμμὸς καὶ ὑπόδειγμα γένους ἀνθρώπων, καὶ ἀνάκλησις τοῦ παλαιοῦ πτώματος, ὁ Δεσπότης ἡμῶν καὶ Θεὸς σαρκωθεὶς προέθηκεν ἡμῖν, ζωγραφήσας τὸν ἐν σαρκὶ αὐτοῦ πανάρετον βίον. Σὺν πᾶσι δὲ τοῖς καλοῖς οἷς ἧμιν ὑπέδειξε, μετὰ τὸ βάπτισμα ἀνελθὼν εἰς τὴν ἔρημον, μετὰ νηστείας ἄρχεται πάλης νοητῆς τοῦ διαβόλου, ὡς ἀνθρώπῳ ψιλῷ αὐτῷ προσελθόντος, καὶ διὰ τοῦ τρόπου τῆς νίκης ἐδίδαξε καὶ ἡμᾶς τοὺς ἀχρείους δούλους ὁ Δεσπότης πρὸς τὰ πνεύματα τῆς πονηρίας, ὅπως χρὴ τὴν πάλην ἐνεργεῖν, τουτέστιν ἐν ταπεινώσει καὶ νηστείᾳ, καὶ εὐχῇ, καὶ νήψει, ὁ μὴ χρῄζων τῶν τοιούτων, καθὸ Θεός, καὶ Θεὸς τῶν θεῶν.

930 *Temperantiae modi.* — 1, 14. Εἷς οὖν τρόπος νήψεως, τὸ τὴν φαντασίαν πυκνὰ σκοπεῖν, ἤγουν τὴν προσβολήν, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὸν σατανᾶν χωρὶς φαντασίας λογισμοὺς δημιουργεῖν, καὶ παραδεικνύειν τῷ νῷ πρὸς ἀπάτην ψευδῆ. 15. Ἕτερος δέ, τὸ ἔχειν τὴν καρδίαν βαθέως διὰ παντὸς σιωπῶσαν καὶ ἡσυχάζουσαν ἀπὸ παντὸς λόγου, καὶ εὔχεσθαι. 16. Ἄλλος, τὸ παρακαλεῖν τὸν Ἰησοῦν εἰς βοήθειαν συνεχῶς ἐν ταπεινώσει. 17. Ἕτερος δὲ τρόπος, τὸ μνήμην ἔχειν θανάτου ἀδιάλειπτον ἐν τῇ ψυχῇ. 18. Αὗται πᾶσαι αἱ ἐργασίαι, ἀγαπητέ, τὰς πονηρὰς ἐννοίας δίκην πυλωρῶν κωλύουσι. Τὸ δὲ ὁρᾷν πρὸς οὐρανὸν καὶ γῆν,

---

Haec enim diligenter exculta, si velimus, admodum scite nos docent belli intellectualis experientiam.

929 1, 12. Omnium virtutum typus, exemplar humani generis ac numen invocandum pro veteri lapsu, Dominus noster ac Deus incarnatus, ut picturam vivam proposuit nobis suam, quam in carne transegit, vitam, omni virtutum genere splendentem. Praeter illa vero bona, quae nobis exhibuit, post baptismum susceptum rediens in desertum, cum ieiunasset, pugnam intellectualem coepit inire cum diabolo, illum ut purum hominem aggrediente; et ea vincendi ratione etiam nos inutiles servos docuit Dominus, quo pacto confligendum sit cum spiritibus nequitiae, hoc est in humilitate, ieiunio, precibus et temperantia; qui tamen, ut Deus ac deorum Deus, talibus non habebat opus.

930 1, 14. Unus ergo modus temperantiae comparandae est, ut imaginationem crebro perpendamus, obiectionem videlicet, eo quod absque imaginatione satanas nequeat moliri cogitationes aut, fallendi gratia, menti proponere mendacia. 15. Alter vero, ut in profundo per omnia silentio et quiete omni sermone vacua, demersum habeamus animum ac precemur. 16. Alius, ut cum humilitate Iesum in auxilium continenter invocemus. 17. Quartus autem modus est, ut continuam in animo habeamus mortis memoriam. 18. Universae operationes eiusmodi, carissime, more ianitorum arcere solent pravas conceptiones. Quanti vero sit momenti caelum intueri et nihili

929. MG 93, 1484 D. 930. MG 93, 1485 B.

μηδὲ ἡγεῖσθαι ὅπως ἐνεργές ἐστι σὺν τοῖς ἄλλοις, Θεοῦ διδόντος, ῥῆμα ἐν ἄλλῳ τόπῳ ἐκτελέστερον ἐκτεθήσομαι.

Certaminis interioris virtutes. — 1, 20. Δεῖ τὸν ἀγωνιζόμενον 931
ἔνδον κατὰ στιγμὴν χρόνου ἔχειν τὰ τέσσαρα ταῦτα· ταπείνωσιν, προσοχήν τε ἄκραν, ἀντίῤῥησιν, καὶ προσευχήν· ταπείνωσιν μέν, ὅτι πρὸς ὑπερηφάνους δαίμονας ἀντιθέτους ταπεινώσει ἐστὶν αὕτη ἡ πάλη, ἵνα τὴν Χριστοῦ βοήθειαν ἐν χειρὶ καρδίας ἔχῃ, διὰ τὸ τὸν Κύριον ὑπερηφάνους μισεῖν· προσοχὴν δέ, ἵνα ἀεὶ τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν ποιῇ μηδένα λογισμὸν ἔχειν, κἂν δῆθεν ἀγαθὸς φαίνηται· ἀντίῤῥησιν δέ, ἵνα ὁπηνίκα ὀξέως γνοὺς τὸν ἐλθόντα, εὐθὺς μετ' ὀργῆς ἀντιλογισθείη τῷ πονηρῷ·... εὐχὴν δέ, ἵνα μετὰ τὴν ἀντίῤῥησιν εὐθὺς ἐκ βαθέων καρδίας κραυγάσῃ πρὸς Χριστὸν στεναγμῷ ἀλαλήτῳ.

Cognitio sui a tentatione praecavet. — 1, 23. Ὥσπερ ὁ κρα- 932
τῶν ἔσοπτρον ἐν χειρί, μέσον δὲ εἰ τύχοι πολλῶν ἱστάμενος ἀτενίζων τῷ ἐσόπτρῳ, βλέπει μὲν τὸ ἴδιον πρόσωπον ὁποῖον, βλέπει δὲ καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐγκυπτόντων ἐν τῷ ἑνὶ ἐσόπτρῳ· οὕτως ὁ δι' ὅλου ἐγκύπτων εἰς τὴν καρδίαν αὐτοῦ, βλέπει μὲν τὴν ἑαυτοῦ κατάστασιν ἐν αὐτῇ, βλέπει δὲ καὶ τὰ μέλανα πρόσωπα τῶν νοητῶν Αἰθιόπων.

Neglegentiam daemones promovent. — 1, 30. Πλὴν καὶ τοῦτο 933
οὖν ἰστέον, τοὺς φιλομαθεῖς, ὅτιπερ οἱ φθονεροὶ δαίμονές τε πολλάκις καὶ κρύπτουσι καὶ συστέλλουσιν ἐξ ἡμῶν τὸν νοητὸν πόλεμον, βασκαίνοντες ἡμῖν οἱ δεινοὶ τῆς ἐκ τοῦ πολέμου

---

facere terram, una cum reliquis, Deo donante facultatem dicendi, alio loco plenius exponam.

1, 20. Eum qui sustinet interiora certamina, eodem momento 931
temporis hisce quattuor praeditum esse convenit: humilitate, attentione summa, reluctatione et precatione; humilitate quidem, quoniam conflictus ille est adversus superbos daemones humilitatis adversarios, quo Christi auxilium in manu cordis habeat, cum Dominus oderit superbos; attentione vero, ut suum ipsius animum cogitationibus, etiam velut bonitatis speciem prae se ferentibus, immunem semper reddat; reluctatione autem, ut cum accedentem diligenti mentis acumine noverit, mox excandescens contradicat illi nequam; ... precatione autem, ut posteaquam restiterit, confestim ex intimo corde vociferetur ad Christum gemitu indicibili.

1, 23. Quemadmodum is qui speculum tenet in manu, si forte 932
consistens in medio multorum, defixis oculis intueatur in speculo, videt quidem quali sit ipse facie, videt etiam aliorum vultum in idem speculum incumbentium; ita qui totus in cor suum incumbit, et suum ipsius statum in eo conspicit, et nigram spiritualium Aethiopum intuetur faciem.

1, 30. Istud porro scire debent, qui discendi desiderio tenentur, 933
saepenumero daemones invidos celare nos et subtrahere a nobis spiritale bellum, dum infesti illi nobis invident nascentem ex eo

931. MG 93, 1485 C. 932. MG 93, 1488 A. 933. MG 93, 1489 B.

ὠφελείας τε καὶ γνώσεως, καὶ πρὸς Θεὸν ἀναβάσεως, καὶ ἵν' ἀμεριμνησάντων ἡμῶν ἐξαίφνης τὸν νοῦν αὖθις ἁρπάσωσι, καὶ ἀπροσεχεῖς τινας τῇ διανοίᾳ πάλιν ἀπεργάσωνται (σκοπὸς γὰρ αὐτοῖς ἄληκτος καὶ ἀγὼν φροντίζεται μηδ' ὅλως ἐᾶν ἡμᾶς τὴν καρδίαν ἡμῶν προσεχῶς ἄγειν), εἰδότες τὸν συναγόμενον πλοῦτον τῇ ψυχῇ ἐκ τῆς καθ' ἡμέραν προσοχῆς.

934 *Corpori non favendum.* — 1, 33. Οὐκ ἐνδέχεται, οὔτε μὴν δυνατόν, ὄφει συμφιλιῶσαι, καὶ εἰς κόλπον βαστάσαι· οὐδὲ τὸ σῶμα παντοίως κολακεύειν καὶ θεραπεύειν, καὶ ἀγαπᾷν ἐκτὸς τῶν χρειωδῶν τε καὶ ἀναγκαίων, καὶ ἐπιμελεῖσθαι τῆς ἀρετῆς οὐρανίου. Πέφυκε γάρ, ὁ μέν, τιτρώσκειν τὸν θάλποντα, τὸ δὲ μολύνειν ἐν ἡδοναῖς τὸν θεραπεύοντα· ἐν οἷς πταίει, μάστιξιν αἰκιζέσθω, πὺξ ἀφειδῶς ὡς δοῦλος δραπέτης γλεύκους μεμεστωμένος νώτῳ μαστιγίας· τὸν κύριον μὴ καπηλοτριβείτω, μὴ ἀγνοείτω τὴν κυρίαν καὶ ἄφθαρτον, ἡ φθαρτὴ πηλός, καὶ δούλη, καὶ νυκτερινή.

935 *Quattuor virtutum officia.* — 1, 34. Τῆς μὲν φρονήσεως ἔργον, τὸ ἀεὶ κινεῖν τὸ θυμικὸν πρὸς συμπλοκὴν τῆς ἔνδον μάχης, καὶ πρὸς αὐτομεμψίαν· τῆς σοφίας δέ, κινεῖν τὸ λογιστικὸν πρὸς νῆψιν ἀκριβῆ καὶ ἐνδελεχῆ, καὶ θεωρίαν πνευματικήν· τῆς δὲ δικαιοσύνης, τὸ ἰθύνειν τὸ ἐπιθυμητικὸν πρός τε ἀρετὴν καὶ Θεόν· τῆς δὲ ἀνδρείας, τὰς πέντε αἰσθήσεις κυβερνᾷν καὶ διακατέχειν, ἵνα μὴ δι' αὐτῶν μολύνηται ὁ ἐντὸς ἡμῶν ἄνθρωπος, ὅς ἐστιν ἡ καρδία, καὶ ὁ ἐκτός, ὅς ἐστι τὸ σῶμα.

---

bello fructum, cognitionem et ascensionem ad Deum; ut neglegentibus nobis, mox repente mentem eripiant et ignavo animo quosdam denuo efficiant (perpetua enim illorum intentio et labor in eo consistit, ut non sinant nos cor nostrum observare), non ignari quantae proveniant opes animae ex cotidiana observatione.

934 1, 33. Non solemus nec possumus conciliari serpenti et eum in sinu gestare; neque corpus variis blanditiis prosequi, delinire et redamare, non administratis iis quae necessaria sunt et utilia, ac virtutis itidem caelestis curam agere. Nam ille vulnerare solet foventem, hoc autem inservientem voluptatibus inquinare. Idcirco pro modo delicti flagellis et pugnis caedatur acerrime, velut servus fugitivus, musto plenus, in dorso flagellis obnoxio; ne dominum tractet ut cauponem; ne corruptibile lutum et ancilla obscura ignoret dominam et corruptionis expertem.

935 1, 34. Prudentiae quidem officium est, irascendi vim iugiter torquere ad conflictum interioris pugnae et ad sui conquestionem; sapientiae vero, movere rationalem facultatem ad exactam temperantiam et continuam necnon ad contemplationem spiritalem; iustitiae autem, cupiditatem ad virtutem et Deum dirigere; fortitudinis vero, quinque sensus moderari et continere, ne per ipsos maculetur interior homo noster, quod est cor, neve exterior, quod est corpus.

---

934. MG 93, 1492 B. 935. MG 93, 1492 C.

Orationis efficacia. — 1, 41. Ὡς γὰρ ὁ ὑετὸς ὅσῳ πλεῖον 936
ἐπὶ τῆς γῆς καταφέρεται, τοσοῦτον καὶ τὴν γῆν ἁπαλύνει, οὕτω καὶ τὸ ἅγιον ὄνομα τοῦ Χριστοῦ παρ' ἡμῶν ἐπιβοώμενον χωρὶς λογισμῶν, ὅσον πυκνότερον αὐτὸ ἐπικαλούμεθα, ἁπαλύνει τὴν γῆν τῆς καρδίας ἡμῶν, καὶ χαροποιεῖ, καὶ εὐφραίνει.

Aures suasionibus diaboli minime praebendae. — 1, 43. 937
Ὥσπερ παιδίον, μικρὸν ἤγουν καὶ ἀπόνηρον, φαντασιοποιόν τινα βλέπον, ἥδεται καὶ ἀκολουθεῖ τῷ φαντασιοκόπῳ ἐξ ἀκακίας· οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ ἡμῶν ἁπλῆ τις οὖσα καὶ ἀγαθή, οὕτως ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ Δεσπότου αὐτῆς κτισθεῖσα, ἥδεται ταῖς προσβολαῖς τοῦ διαβόλου ταῖς φανταστικαῖς, καὶ ἀπατωμένη προστρέχει ὡς καλῷ τῷ χείρονι, ὡς ἡ περιστερὰ τῷ ἐπιβούλῳ τῶν ἑαυτῆς τέκνων· καὶ οὕτω μιγνύει τοὺς ἑαυτῆς λογισμούς, τῇ φαντασίᾳ τῆς δαιμονιώδους προσβολῆς.

Temperantia. — 1, 51. Νῆψις ἔοικε τῇ τοῦ Ἰακὼβ κλίμακι, 938
ἐφ' ᾗ ὁ Θεὸς ἐπιμένει, καὶ οἱ ἄγγελοι ἀναβαίνουσιν· ἀναιρεῖ γὰρ ἐξ ἡμῶν πᾶν κακόν· αὕτη γὰρ ἐκκόπτει πολυλογίαν, λοιδορίαν, καταλαλίαν, καὶ πάντων τῶν αἰσθητῶν κακῶν τὸν κατάλογον, οὐκ ἀνασχομένη διὰ ταῦτα οὐδὲ πρὸς ὀλίγον στερεῖσθαι τῆς ἰδίας γλυκύτητος.

Adversitatum utilitas. — 1, 55. Ὥσπερ τοὺς κακοσίτους 939
ἀψίνθιον ὠφελεῖ τὸ πικρόν, οὕτω τοῖς κακοτρόποις κακὰ πάσχειν συμφέρει.

1, 41. Quemadmodum pluvia, quanto copiosius effunditur super 936
terram, tanto molliorem reddit illam, ita sanctum Christi nomen a nobis invocatum, explosis cogitationibus, quanto frequentius ipsum invocamus, tanto magis emollit terram cordis nostri eamque gaudio et laetitia perfundit.

1, 43. Quemadmodum puer, parvulus scilicet et nullius capax 937
malitiae, ubi praestigiatorem quempiam videt, laetatur, et sua simplicitate ductus illum imaginum effictorem sectatur; sic anima nostra, cum sit simplex et bona, hunc in modum a suo bono Domino creata, delectatur illusoriis suggestionibus diaboli, et decepta, properans ad id quod deterius est, pro bono amplectitur; non aliter quam columba eum qui suis ipsius pullis insidiatur; et hoc pacto suas cogitationes permiscet cum illusione suggestionis diabolicae.

1, 51. Temperantia persimilis est scalae Iacob, cui Deus insidet 938
et qua ascendunt angeli; tollit enim a nobis omne vitium; nam amputat ipsa loquacitatem, convicium, detractionem, omniumque vitiorum sensilium catalogum; quae idcirco ne tantisper quidem ferre potest, ut suavitate propria careat.

1, 55. Quemadmodum amarum absinthium iuvat eos qui cibos 939
fastidiunt, ita male moratis hominibus utile est, ut patiantur adversa.

---

936. MG 93, 1493 C. 937. MG 93, 1493 D. 938. MG 93, 1497 B.
939. MG 93, 1497 D.

940 *Superbia, immunditia.* — 1, 63. Καὶ γὰρ ἀκάθαρτον καὶ τὸν διάβολον λέγει ἡ Γραφή, ἐπειδὴ τοῦτο ἐξαρχῆς τὸ ἀγαθὸν τῆς ταπεινοφροσύνης χρῆμα ἀπώσατο καὶ τὴν ὑπερηφανίαν ἠγάπησε· διὸ καὶ ἀκάθαρτον πνεῦμα ἐν πάσαις ταῖς Γραφαῖς προσαγορεύεται. Ἐπεὶ ποίαν ἀκαθαρσίαν σωματικὴν δύναται ἐργάσασθαι τὸ ἀσώματον πάντη, καὶ ἄσαρκόν τε καὶ ἄστατον, καὶ ἄναιμον, οἷος ὑπῆρχεν ἐξ ἀρχῆς καὶ νῦν ὁ σατανᾶς, ἵνα ἀκάθαρτος ἀπὸ τούτων λέγηται; Εὔδηλον ὅτι διὰ τὴν ὑπερηφανίαν ἐκλήθη ἀκάθαρτος, καὶ ἐξ καθαροῦ καὶ φωτεινοῦ ἀγγέλου βέβηλος καὶ ἀκάθαρτος ἀπεφάνθη.

941 *Humilitatis fontes.* — 1, 64. Μνήμη ἁμαρτημάτων, ἐν λόγοις, καὶ ἔργοις, καὶ διανοίᾳ, καὶ ἕτερα πλεῖστα εἰς ταπεινοφροσύνην ἡμῖν συμβάλλονται τῇ θεωρίᾳ ἀναλεγόμενα. Ἐμποιεῖ δὲ καὶ ταπείνωσιν ἀληθῆ, καὶ τό, ἵνα τις τῶν πέλας τὰ κατορθώματα καθ' ἑκάστην ἐν οἷς περιστρέφει, καὶ ἕτερα ἑαυτῶν φυσικὰ καὶ πλεονεκτήματα ἐν ἑαυτῷ μεγαλύνει, καὶ συνεξετάζει τοῖς ἑαυτοῦ τὰ ἐκείνων. Καὶ οὕτω βλέπων ὁ νοῦς τὴν ἑαυτοῦ εὐτέλειαν, καὶ πόσον ἀπολείπεται τῆς τῶν ἀδελφῶν τελειότητος, γῆν καὶ σποδὸν ὁ ἄνθρωπος ἑαυτὸν λογίζεται.

942 *Cognitionis Dei condiciones.* — 1. 67. Ὁδὸς ἐπὶ τὴν γνῶσιν, ἀπάθεια καὶ ταπείνωσις, ὧν χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται τὸν Κύριον.

943 *Neglegentia sui.* — 1, 69. Ὁ τὴν ὁδὸν τὴν πνευματικὴν ὁδεύειν μὴ ἐπιστάμενος, τῶν ἐμπαθῶν νοημάτων οὐ ποιεῖται

---

940 1, 63. Etenim vel diabolum Scriptura dicit immundum, quoniam ab initio hoc ipsum humilitatis bonum reppulit et superbiam adamavit; propterea denominatur in universa Scriptura spiritus immundus. Quam enim immunditiam corpoream perpetrare queat, id quod corporis et carnis est penitus expers, nec ullo loco situm est, et sanguine caret, qualis initio et nunc est satanas, ut ex his dicatur immundus? Perspicuum est eum superbiae causa appellatum esse immundum et ex puro et lucido angelo inquinatus et impurus declaratus est.

941 1, 64. Recordatio peccatorum, quae verbis, operibus et cogitatione contrahimus, et alia plurima, quae speculando colligi possunt, perutilia sunt nobis ad humilitatem. Necnon illud veram humilitatem parit, si quis res quae cotidie prospere geruntur a proximis, inter quos versatur, et alia quae natura suppeditat iis, possessiones item, apud seipsum magnificiat, resque ad eos pertinentes cum suis comparet. Et ita contemplans animus suam exilitatem, et quam longe absit ab eorum perfectione, terram ac cinerem seipsum existimat.

942 1, 67. Via ad cognitionem est vacuitas affectionum et humilitas, sine quibus nemo videbit Dominum.

943 1, 69. Qui viam spiritalem conficere nescit, non curat cogitationes affectibus deditas, sed totus de carne sollicitus est; et aut

---

940. MG 93, 1500 D. 941. MG 93, 1501 A. 942. MG 93, 1501 D. 943. MG 93, 1501 D.

φροντίδα, ἀλλ' ὅλην τὴν σχολὴν περὶ τὴν σάρκα ἔχει, καὶ ἢ γαστριμαργεῖ καὶ ἀκολασταίνει, λυπεῖταί τε καὶ ὀργίζεται, καὶ μνησικακεῖ· καὶ ἐντεῦθεν τὸν νοῦν σκοτίζει, ἢ ἀμέτρῳ ἀσκήσει κέχρηται, καὶ θολοῖ τὴν διάνοιαν.

Humilitas. — 1, 82. Ἴδιον μὲν ἀστέρος τὸ περὶ αὐτὸν φῶς, 944
τοῦ δὲ θεοσεβοῦς καὶ Θεὸν φοβουμένου ἴδιον, εὐτέλεια καὶ ταπείνωσις· ἐπεὶ μηδ' ἄλλο τι γνωριστικὸν πέφυκεν εἶναι, καὶ δηλότερον σημεῖον τῶν τοῦ Χριστοῦ μαθητῶν, ὡς ταπεινὸν φρόνημα καὶ εὐτελὲς σχῆμα.

Vigilantiae bonum. — 1, 85. Ὥσπερ καὶ τὸ αἰσθητὸν ἅλας 945
ἡδύνει τόν τε ἄρτον καὶ πᾶν ὄψον, καὶ ἄσηπτά τινα τῶν κρεῶν καὶ διαρκῶν φυλάττει, καὶ τὴν ὀζωδίαν πᾶσαν διασκεδάζει· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ νοὸς φυλακῆς, τῆς νοητῆς ἡδύτητος καὶ θαυμαστῆς ἐργασίας νόει. Καὶ γὰρ ἡδύνει ἐνθέως, καὶ τὸν ἐντός, καὶ τὸν ἐκτὸς ἄνθρωπον, καὶ τὴν ὀζωδίαν τῶν πονηρῶν λογισμῶν ἐκδιώκει, καὶ διαρκῶν ἐν τοῖς καλοῖς ἡμᾶς διαφυλάττει.

Quies animi in Deo. — 1, 86. Ἐκ προσβολῆς πολλοὶ λογισμοί, 946
ἐκ δὲ τούτων ἡ πονηρὰ αἰσθητὴ πρᾶξις. Ὁ δὲ μετὰ τοῦ Ἰησοῦ τὸ πρῶτον εὐθὺς σβεννύων, τὰ ἑξῆς διέφυγε, καὶ γνῶσιν θείαν γλυκεῖαν πλουτήσει, δι' ἧς Θεὸν εὑρήσει τὸν πανταχοῦ ὄντα. Ἐν αὐτῷ δὲ τὸ κάτοπτρον τοῦ νοὸς ἀντερείσας φωτίζεται διηνεκῶς καθ' ὁμοιότητα τοῦ καθαροῦ ὑέλου, καὶ τοῦ αἰσθητοῦ ἡλίου, καὶ τότε ἀναπαύεται ὁ νοῦς, ὡς τὸ ἔσχατον τῶν ὀρεκτῶν φθάσας, ἀπὸ πάσης ἄλλης τινὸς ἐν αὐτῷ θεωρίας.

---

crapulatur et intemperantiam exercet, aut angitur et indignatur, ac iniurias in memoriam revocat, unde mentem tenebris obruit; aut exercitatione immodica utitur, et inquinat animum.

1, 82. Stellae proprietas est lumen quo ambitur; pii vero ac 944
Deum timentis viri proprietas est simplicitas et humilitas. Nullum est enim aliud quodvis manifestius ac certius signum discipulorum Christi quam humilis de se existimatio et simplex habitus.

1, 85. Quomodo sal istud sensile condire solet panem et omnem 945
escam, carnes item quasdam, et quae duratura sunt conservat a putredine, omnemque malum fugat odorem; sic et sentire debes de conservatione mentis, suavitate animi et admiranda eius efficacia. Suavem enim divinitus reddit hominem, tam internum quam externum, et pravarum cogitationum paedore profligato, perseverans in rebus honestis, nos conservat.

1, 86. E suggestione cogitationes oriuntur immodicae; ex his 946
porro erumpunt exterius actiones improbae. Ceterum qui cum Iesu est, confestim primum exstinguens, reliqua effugiet, suavemque rerum divinarum assequetur cumulate notitiam, qua Deum ubique adesse sentiet. In eo vero speculum mentis ex reverberatione continenter illustratur, non aliter quam vitrum mundum a sole sensibili; et tum quiescit animus ab omni alia, quamcumque conceperat, speculatione, velut occurrens scopo omnium desideratissimo.

---

944. MG 93, 1505 B. 945. MG 93, 1505 D. 946. MG 93, 1508 A.

947 *Vigilantia orationi necessaria.* — 1, 88. Ὅσον τὴν διάνοιαν ἄκρως προσέχεις, κατὰ τοσοῦτον μετὰ πόθου τῷ Ἰησοῦ προσεύξῃ. Καὶ ὅσον πάλιν τὴν διάνοιαν ἀμελῶς ἐπισκέψῃ, κατὰ τοσοῦτον καὶ τοῦ Ἰησοῦ μακρυνθήσῃ. Καὶ ὥσπερ τὸ πρότερον ἄκρως τὸν ἀέρα τῆς διανοίας φωτίζει, οὕτω καὶ τὸ ἐκκενῶσαι ἀπὸ τῆς νήψεως καὶ τῆς γλυκείας ἐπικλήσεως Ἰησοῦ, σκοτίζειν αὐτὸν ἐκ παντὸς πέφυκεν.

948 *Oratio necessaria.* — 1, 98. Ὡς γὰρ οὐ δυνατὸν γυμνὸν εἰς πόλεμον εἰσελθόντα σώματι [νικῆσαι?] ἢ πλεῦσαι μέγα πέλαγος μετ' ἐνδυμάτων, ἢ ζῆν ἄνευ τοῦ ἀναπνεῖν, οὕτως ἀδύνατον χωρὶς ταπεινώσεως καὶ συνεχοῦς πρὸς Χριστὸν ἱκεσίας τὸν νοητὸν καὶ κρυπτὸν πόλεμον ἐκμαθεῖν, καὶ τεχνικῶς τούτους [πονηροὺς λογισμούς] καταδιώκειν καὶ βάλλειν.

949 *Oratio crebra.* — 1, 99. Ἰησοῦ ὄνομα κολληθήτω τῇ πνοῇ σου καὶ πάσῃ τῇ ζωῇ σου, καὶ τότε γνώσῃ ἡσυχίας ὠφέλειαν.

950 *In communione animi vigilantia.* — 1, 100. Ὅταν τῶν θείων καὶ ἀχράντων μυστηρίων Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ μεγάλου βασιλέως ἡμῶν φοβεροῦ φρικτῶς ἀξιωθῶμεν οἱ ἀνάξιοι, τότε μᾶλλον τὴν νῆψιν καὶ τὴν τήρησιν τοῦ νοὸς καὶ ἀκρίβειαν ἐπιδειξώμεθα, ἵνα καταναλώσῃ ἡμῶν τὰς ἁμαρτίας, καὶ τὰ μικρὰ καὶ τὰ μεγάλα ῥυπάσματα, τὸ πῦρ τὸ θεϊκόν, ἤγουν τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Καὶ γὰρ εἰσερχόμενον ἐν ἡμῖν, τὰ πονηρὰ πνεύματα τῆς πονηρίας εὐθὺς ἐκ τῆς καρδίας ἀπελαύνει, καὶ τὰς ἁμαρτίας τὰς προγενομένας ἡμῖν συγχωρεῖ, καὶ καταλιμπάνεται

947 1, 88. Quanto accuratius observaveris cogitationes animi tui, tanto maiore cum desiderio Iesum precaberis. Et contra, quanto neglegentius eas scrutatus fueris, tanto longius ab Iesu recesseris. Et quemadmodum prius illud aërem mentis mirum in modum illustrat, ita, si quis temperantia destituitur et suavi Iesu invocatione, tenebris prorsus obducetur.

948 1, 98. Quemadmodum fieri non potest, ut quis nudo corpore descendens in praelium victor evadat, aut cum indumentis in immenso pelago natet, aut vivat sine respiratione, ita fieri nequit, ut citra humilitatem et continuam Christi supplicationem spiritale et secretum bellum ediscamus, et artificiose illas [pravas cogitationes] expellamus et caedamus.

949 1, 99. Adhaereat nomen Iesu spiraculo tuo et universae vitae; iamque cognosces requietis fructum.

950 1, 100. Quando nos, qui alioqui indigni sumus, ad divina et impolluta mysteria Christi, Dei summi et extimescendi regis nostri, non sine horrore admittimur, tunc maiorem et accuratiorem temperantiam et mentis custodiam demonstrare debemus, ut ignis divinus, nempe corpus Domini nostri Iesu Christi, peccata nostra et tam magnas quam exiguas sordes absumat. Nam illud, statim ut ingreditur in nos, expellit e corde improbos spiritus nequitiae, peccata in nobis oborta condonat, et relinquitur animus pravarum

947. MG 93, 1508 B. 948. MG 93, 1509 C. 949. MG 93, 1512 A. 950. MG 93, 1512 A.

ὁ νοῦς χωρὶς ὀχλήσεων πονηρῶν λογισμῶν· καὶ εἴπερ μετὰ ταῦτα ἀκριβῶς τὸν νοῦν τηρήσωμεν, καὶ ἐν πύλῃ καρδίας ἡμῶν στῶμεν, ὅτε πάλιν καταξιωθῶμεν, μᾶλλον ἔτι καὶ μᾶλλον λαμπρύνει τὸν νοῦν, καὶ ἀστεροειδῆ αὐτὸν τὸ θεῖον σῶμα ἀπεργάζεται.

Ex vigilantia oratio. — 2, 1. Λήθη σβεννύειν οἶδε νοὸς φυ- 951
λακήν, ὥσπερ σβέννυσι πῦρ ὕδωρ· συνεχὴς δὲ Ἰησοῦ εὐχὴ εἰς τέλος αὐτὴν ἐκδαπανᾷ τῆς καρδίας μετὰ νήψεως συντόνου. Χρῄζει γὰρ ἡ εὐχὴ τῆς νήψεως, ὥσπερ λαμπάδιον φωτὸς λύχνου.

Bellum spirituale. — 2, 4. Δεῖ γὰρ ἀεὶ στρέφειν ἐν χωρήματι 952
καρδίας ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὄνομα, ὥσπερ καὶ ἀστραπὴν στρέφεσθαι ἐν ἀέρι τοῦ στερεώματος ὑετοῦ μέλλοντος. Καὶ γὰρ τοῦτο ἴσασιν ἀκριβῶς οἱ πεῖραν τοῦ νοῦ ἔχοντες καὶ τοῦ ἔνδον πολέμου. Ὡς καὶ ἐν τάξει, οὕτω τὸν νοητὸν πόλεμον στρατηγῶμεν· πρῶτον προσοχῇ· εἶτα τὸν ἐχθρὸν λογισμῷ γνόντος παραβαλόντα, λόγοις κατάρας ἐν καρδίᾳ μετ' ὀργῆς αὐτὸν βάλλομεν· τρίτη τάξις εὐθύς, κατεύξασθαι κατ' αὐτοῦ, συστρέφοντας τὴν καρδίαν τῇ ἐπικλήσει Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἵν' εὐθέως καταλυθῇ τὸ δαιμόνιον ἴνδαλμα, τοῦ μὴ ἐξακολουθῆσαι τῇ φαντασίᾳ τὸν νοῦν, ὡς νήπιον ὑπὸ φαντασιοσκόπου τινὸς πλανώμενον.

Vigilantia, vitae spiritualis conditio. — 2, 7. Ὡς ἀδύνατον, 953
τὴν παροῦσαν ζωὴν ζῆν ἄνευ τοῦ ἐσθίειν καὶ πίνειν, οὕτως ἀδύνατον χωρὶς φυλακῆς νοός, καὶ καθαρότητος καρδίας, ὃ ἐστι καὶ λέγεται νῆψις, εἴς τι πνευματικὸν καὶ ἀρέσκον Θεῷ φθάσαι τὴν ψυχήν, ἢ ἐλευθερωθῆναι τῆς κατὰ διάνοιαν ἁμαρ-

cogitationum perturbatione vacuus. Necnon si postea, stantes ad fores cordis nostri, diligenter animum conservaverimus, quando rursum ad ea mysteria accedimus, corpus divinum maiore adhuc, maiore, inquam, splendore mentem perfundit et stellae similem reddit.

2, 1. Oblivio delere solet mentis custodiam, sicut aqua exstinguit 951
ignem; continua vero erga Iesum precatio, vehementi iuncta temperantiae, tandem absorbet illam e mente. Eget enim oratio temperantia, non aliter quam lampas exigua, lumine lucernae.

2, 4. Quemadmodum imminente pluvia fulgur volutatur in aëre 952
firmamenti, ita necesse est nomen Iesu Christi perpetuo versari in area cordis nostri. Quod exacte norunt, qui mentis et interni belli periculum fecerunt. Sic bellum intellectuale gerimus, ut in acie. Primum, attentione utimur; deinde, ubi hostem cogitatione ferire novimus, ipsum verbis maledictionis in animo iracunde caedimus; tertio mox ordine, cor contorquentes, invocato Iesu Christo, imprecamur ei, ut quamprimum dissolvatur effigies diaboli, ne mens sectetur imaginationem, more pueri, qui seducitur ab illusore quopiam.

2, 7. Quemadmodum absque cibo potuque vitam hanc vivere 953
non possumus, ita, si desit custodia mentis et puritas cordis, quae est et dicitur temperantia, non potest ad rem ullam anima spiri-

951. MG 93, 1512 B. 952. MG 93, 1512 D. 953. MG 93, 1513 B.

τίας, εἰ καὶ βιάζεταί τις ἑαυτὸν διὰ τὸν φόβον τῶν κολάσεων μὴ ἁμαρτάνειν.

954 *Vigilantiae bona.* — 2, 11. Ἡ δὲ καθαρότης τῆς καρδίας, ἤγουν ἡ τοῦ νοῦ τήρησις καὶ φυλακή, ἧς τύπος ἡ Καινὴ Διαθήκη, εἴπερ ὡς δεῖ παρ' ἡμῶν φυλάττεται, πάντα τὰ πάθη καὶ πάντα τὰ κακά, ἀπὸ καρδίας ἐκριζοῦσα ἐκκόπτει, καὶ ἀντεισάγει χαράν, εὐελπιστίαν, κατάνυξιν, πένθος, δάκρυα, ἐπίγνωσιν ἡμῶν ἑαυτῶν, καὶ τῶν ἁμαρτημάτων ἡμῶν, μνήμην θανάτου, ταπείνωσιν ἀληθῆ, ἀγάπην τε ἄπειρον, πρός τε Θεὸν καὶ ἀνθρώπους, καὶ ἔρωτα θεῖον ἐγκάρδιον.

955 *Principaliores virtutes.* — 2, 13. Εἴπερ ἐν Κυρίῳ θέλεις μὴ δοκήσει μόνον εἶναι μοναχός, καὶ χρηστός, καὶ ἐπιεικής, καὶ Θεῷ πάντοτε ἡνωμένος, ἀλλὰ καὶ ἀληθείᾳ καὶ ἔργῳ τοιοῦτος εἶναι βούλει, προσοχικὴν ἀρετὴν πάσῃ δυνάμει μέτελθε, ἥ ἐστι νοὸς φυλακή, νοῦ τήρησις, καὶ τελείωσις καρδιακῆς γλυκείας, ἡσυχία ἀφάνταστος, μακαρία ψυχῆς κατάστασις, πρᾶγμα οὐκ ἐν πολλοῖς εὑρισκόμενον.

956 *In tenebris perseverandum.* — 2, 14. Ταῦτα γὰρ λέγονται νοῒ τῇ φιλοσοφίᾳ· καί· Ὅδευε ταύτην ἐν πολλῇ θλίψει, καὶ θερμῇ προθυμίᾳ, σὺν εὐχῇ Ἰησοῦ Χριστοῦ, σὺν ταπεινώσει καὶ πυκνότητι καὶ σιωπῇ αἰσθητῶν χειλέων καὶ νοητῶν, σὺν ἐγκρατείᾳ βρωμάτων καὶ πωμάτων, καὶ παντὸς ἐφαμάρτου πράγματος· ὅδευε ταύτην ἐν ὁδῷ διανοίας ἐπιστημόνως ἐν φρονήσει· καὶ αὕτη σε διδάξει σὺν Θεῷ, καὶ γνωριεῖ, καὶ φωτίσει, καὶ συν-

---

talem et Deo gratam pervenire, aut animi peccato liberari, etiamsi metu poenarum sibi vim quis inferat ad vitandum peccatum.

954 2, 11. Cordis autem puritas, conservatio scilicet et custodia mentis, cuius typus est Novum Testamentum, si asservetur a nobis, ut decet, affectiones omnes et universa vitia e corde radicitus amputat, et contra introducit laetitiam, bonam fiduciam, compunctionem, luctum, lacrimas, nostri ipsorum ac peccatorum nostrorum notitiam, memoriam mortis, veram humilitatem, dilectionem ingentem tam erga Deum quam erga homines, et in corde divinum amorem.

955 2, 13. Si velis in Domino non opinione solum esse monachus bonus, aequus, et Deo semper unitus, sed revera et facto talis esse desideras, sectare pro viribus attentionis virtutem, quae est custodia et conservatio mentis, consummatio suavitatis ipsius cordis, requies illusionibus vacua, beatus animae status, res quae apud paucos reperitur.

956 2, 14. Haec dicuntur menti philosophiae deditae; et illud: Perge hac via cum multa tribulatione, et ardenti desiderio, cum humili et crebra Iesu Christi deprecatione, cum silentio labiorum tam sensilium quam intellectualium, cum abstinentia cibi et potus, rerumque omnium obnoxiarum peccato; perge hac, duce intellectu, scite et prudenter, et haec, iuvante Deo, te docebit, perspicuum faciet, illustrabit, intellegere faciet, conservabit et erudiet, quae

954. MG 93, 1516 A. 955. MG 93, 1516 B. 956. MG 93, 1516 B.

ετίσει, καὶ φυλάξει, καὶ μαθητεύσει σε ἅπερ πρότερον λαβεῖν εἰς νοῦν ἀδυνάτως εἶχες, ἐν σκότει παθῶν περιπατῶν, καὶ σκοτεινὸν ἔργον καὶ ὑπὸ λήθης καὶ συγχύσεως ἀβύσσου καλυπτόμενος.

Suggestiones diaboli vitare. — 2, 19. Ἐπιστήμη ἐπιστημῶν, 957
καὶ τέχνη τεχνῶν ἡ τῶν κακούργων λογισμῶν ἐστι τέχνη. Ἔστιν οὖν ἄριστος τρόπος καὶ τέχνη αὐτῶν, τὸ ἐν Κυρίῳ τὴν φαντασίαν βλέπειν τῆς προσβολῆς, καὶ φυλάττειν τὴν διάνοιαν, ὥσπερ τὸν αἰσθητὸν φυλάσσομεν ὀφθαλμόν, καὶ ὀξέως μετ' αὐτοῦ βλέπομεν τὸν πλῆξαι τοῦτον ἐκ συμβάσεως ἐρχόμενον, καὶ ὅση δύναμις πᾶν κάρφος κωλύομεν ἐξ αὐτοῦ.

Examinare et praevidere. — 2, 22. Τὰ καθ' ἡμέραν ἡμῶν 958
ἔργα δεῖ σταθμίζειν καθ' ὥραν καὶ προσέχειν, καὶ κοῦφα ὅση δύναμις ἐπ' ἀνάγκαις ποιεῖν τῇ ἑσπέρᾳ διὰ τῆς μετανοίας, εἴ γε βουλόμεθα σὺν Θεῷ τῆς κακίας περιγενέσθαι. Καὶ σκοπεῖν δεῖ, εἰ κατὰ Θεὸν τελοῦμεν πάντα τὰ αἰσθητὰ καὶ φαινόμενα ἡμῶν ἔργα κατ' ἐνώπιον Θεοῦ, καὶ μόνον, ἵνα μὴ ὑπὸ τῶν αἰσθήσεων ἀλόγως κλεπτώμεθα.

Abnegatio necessaria. — 2, 28. Οὐ προβήσεται μυλικὸς ὄνος 959
κύκλῳ ἐν ᾧ συνεδέθη· οὔτε νοῦς προβήσεται ἐν ἀρετῇ τελειοποιῷ, μὴ τὰ ἔνδον ἑαυτοῦ διορθωσάμενος· τυφλώττοντι ἀεὶ ἐν τοῖς ἔνδον ὄμμασιν, ἀδύνατον ὁρᾷν καὶ ἀρετὴν καὶ φωτομαρμαρυγοῦντα τὸν Ἰησοῦν.

Ex auditis proficere. — 2, 31. Ὁδοιπόρος μὲν μακρὰν καὶ 960
δυσδιάβατον καὶ ἀργαλέαν ὁδὸν στείλασθαι ἐναρξάμενος, πλά-

---

prius animo consequi non poteras, dum ambulares in tenebris affectionum, et abysso oblivionis et confusionis involutus, quid sit opus tenebrarum, ignorares.

2, 19. Ars artium et scientia scientiarum est ars malignarum 957
cogitationum. Modus igitur optimus et ars earum est, conspecta, Domino favente, suggestionis imaginatione, conservare animum, sicuti sensibilem oculum custodimus, et eo acute videmus casu venientem ad percutiendum illum, ac pro viribus ab eo festucam omnem arcemus.

2, 22. Debemus opera nostra cotidiana singulis horis ponderare 958
et observare, eaque vespertino tempore, pro virili, necessitatum habita ratione, beneficio paenitentiae allevare, si quidem, favente Deo, vitium superare volumus. Animadvertendum est etiam, an universa opera nostra externa coram Deo conspicua ex sententia divina peragantur, hac etiam solum de causa, ne irrationali modo subripiamur a sensibus.

2, 28. Asinus molaris non progreditur extra circulum, in quo 959
detinetur alligatus; nec mens, quae non castigat sui partes interiores, proficiet in virtute perfectrice; sed oculis internis perpetuo excaecata non potest intueri virtutem, nec Iesum lumine fulgentem.

2, 31. Viator brevi profecturus longam, transitu difficilem et mo- 960
lestam viam, suspicans etiam ne divertendo erret, signa quaedam,

957. MG 93, 1517 B. 958. MG 93, 1517 D. 959. MG 93, 1520 D.
960. MG 93, 1521 A.

νην τε ὑφορώμενος ἐν τῷ ὑποστρέφειν, σημεῖά τινα καὶ ὁδηγοὺς ἐν ὁδοιπορίᾳ αὐτοῦ καταπήξεται, ῥᾳδίαν αὐτῷ τὴν πρὸς τὰ οἰκεῖα ἐπανάκαμψιν προξενοῦντα. Λόγους δὲ ὁ νηφαλίως ὁδεύων ἀνὴρ στηλώσεται, τοῦτο αὐτὸ καὶ αὐτὸς ὑφορώμενος.

961 *Vigilantia contra incidentes cogitationes.* — 2, 42. Εἰ δὲ ἄπειρός ἐστιν ὁ νοῦς ἡμῶν ἐντρεχοῦς νήψεως, εὐθὺς μίγνυται τῷ φαντασθέντι αὐτῷ ἐμπαθῶς, οἷον ἂν εἴη, καὶ διαλέγεται, πεύσεις λαμβάνων ἀδίκους, καὶ διδοὺς ἀποκρίσεις, καὶ τότε ἀναμὶξ γίνονται οἱ ἡμέτεροι λογισμοὶ τῇ δαιμονιώδει φαντασίᾳ, αὐτῆς ἔτι μᾶλλον αὐξανομένης τε καὶ πληθυνομένης, ἵνα ἐρασμία, ὡραία τε καὶ ἀρέσκουσα καταφαίνηται τῷ προσιεμένῳ νοῒ καὶ συλουμένῳ, καὶ ταὐτὸν πάσχει τότε ὁ νοῦς, οἷον εἴπερ φανῇ κύων ἐν πεδινῷ τόπῳ τινί, ἔνθα καὶ ἄρνες τύχωσιν ὄντες ἄκακοι καὶ μικροί, τῷ ὀφθέντι αὐτοῖς προστρέχουσιν ὡς μητρὶ ἰδίᾳ πολλάκις, μηδὲν ἐκ τῆς τοῦ κυνὸς πλησιάσεως κερδαίνοντες, ἢ μόνον τῆς τοῦ κυνὸς ἀκαθαρσίας καὶ δυσωδίας ἀντιλαβέσθαι.

962 *Contemplatio et cognitio.* — 2, 44. Θεωρία καὶ γνῶσις, ὁδηγοὶ ἀκριβοῦς βίου καὶ πρόξενοι πεφύκασι γενέσθαι· διὰ τὸ τὴν διάνοιαν ἐπαρθεῖσαν τούτων, εἰς καταφρόνησιν φθάσαι τῶν ἡδονῶν καὶ τῶν ἄλλων αἰσθητῶν καὶ ἡδέων τοῦ βίου, ὡς εὐτελῶν.

963 *Pax cum Christo.* — 2, 46. Σκληρὸν καὶ χαλεπὸν τοῖς ἀνθρώποις καταφαίνεται τὸ ψυχικῶς ἡσυχάζειν ἀπὸ παντὸς διαλογισμοῦ. Καὶ ἔστιν ἄρα ὡς ἀληθῶς ἐργῶδες καὶ ἐπίπονον· οὐ γὰρ μόνοις ἐπαχθὲς τοῖς ἀμυήτοις τοῦ πολέμου τὸ ἀσώματον

---

viae duces, in sua profectione defigit, quae facilem sibi parent reditum ad sua. Vir autem qui sobrie incedit, quae audierit, notabit, idem etiam ipse observans.

961 2, 42. Sin expers fuerit sollertis temperantiae mens nostra, confestim affectionum intercessione permiscetur cum re per imaginationem obiecta, qualiscumque ea fuerit, disputat cum ea, interrogationes scelestas excipit, et dat responsiones; tumque fit ut promiscue versentur cogitationes nostrae cum illusione diabolica, illa tam viribus quam numero vehementius augescente, quo amabilis, speciosa et grata appareat illam admittenti et depraedato animo. Cui idem contingit, quemadmodum cum in campestri quodam loco canis apparet, et ibi sint agni nuper nati: hi, cum sint innoxii et pusilli, ad eum, quem conspexerunt, frequenter cursitant, velut ad propriam matrem, nihil ex accessu ad canem lucrantes, quam ut eius sordes dumtaxat et malum odorem referant.

962 2, 44. Contemplatio et cognitio natura solent esse duces et auctores exactae vitae; quoniam harum ope extollitur animus, ut in primis contemnat voluptates et alia sensum oblectantia, tamquam levia.

963 2, 46. Durum ac difficile videtur hominibus, animum habere posse tranquillum ab omni cogitationum disputatione. Et est sane arduum et laboriosum; quia non his solis onerosum, qui nondum

---

961. MG 93, 1524 C. 962. MG 93, 1525 B. 963. MG 93, 1525 C.

ἐν σωματικῷ περικλείειν τε καὶ περιορίζειν, ἀλλὰ καὶ τοῖς πεῖραν εἰληφόσι τῆς ἔνδον ἀΰλου μάχης. Ὁ δὲ Κύριον Ἰησοῦν διὰ συνεχοῦς εὐχῆς ἐνστερνισάμενος, οὐ κοπιάσει κατακολουθῶν αὐτῷ, κατὰ τὸν Προφήτην, καὶ ἡμέραν ἀνθρώπου ὁ τοιοῦτος οὐκ ἐπιθυμήσει διὰ τὴν ὡραιότητα καὶ γλυκύτητα Ἰησοῦ, καὶ τοὺς κύκλῳ ἀσεβεῖς δαίμονας περιπατοῦντας τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ καταισχυνθήσεται λαλῶν αὐτοῖς ἐν πύλαις καρδίας, καὶ διὰ Ἰησοῦ, κατὰ νώτων διώκων.

Consolatio. — 2, 54. Καρδία ξενωθεῖσα φαντασιῶν, τελέως 964
νοήματα τέξεται μέσον αὐτῆς σκιρτῶντα θεῖα τε καὶ μυστηριώδη, ὃν τρόπον σκιρτῶσιν ἰχθύες, καὶ ἐγκυβιστῶσι δελφῖνες γαληνιώσης θαλάσσης. Καὶ ῥιπίζεται μὲν θάλασσα ὑπὸ λεπτῆς αὔρας, ἄβυσσος δὲ καρδίας ὑπὸ Πνεύματος Ἁγίου. «Ὅτι δέ», φησίν, «ἐστὲ υἱοί, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν κρᾶζον· Ἀββᾶ, ὁ Πατήρ» [Gal 4, 6].

Monachus. — 2, 57. Οὗτος ἀληθινὸς τῷ ὄντι μοναχός, ὁ 965
νῆψιν κατορθῶν· καὶ οὗτος ἀληθινὸς νηφάλιος, ὁ ἐν καρδίᾳ ὢν μοναχός.

Temperantiae custodia. — 2, 63. Ἀρχὴ μὲν καρποφορίας, ἄν- 966
θος· ἀρχὴ δὲ τηρήσεως νοῦ, βρωμάτων ἐγκράτεια καὶ πωμάτων, καὶ παντοίων λογισμῶν ἄρνησις καὶ ἀποχή, καὶ ἡσυχία καρδίας.

Illuminativae vitae principia. — 2, 64. Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ 967
δυναμουμένοις, καὶ νήψει ἀσφαλείας τρέφειν ἀρξαμένοις ὡς

---

initiati bello incorporeum nesciunt includere corpore et circumscribere, sed etiam iis qui pugnam intestinam et incorpoream sunt experti. Qui vero continua precatione toto pectore Iesum complexus fuerit, non laborabit sequens illum, ut ait propheta, idemque captus decore, oblectatione et suavitate Iesu, non expetet diem humanum, hostesque suos, impios daemones in circuitu ambulantes, non extimescet, alloquens eos pro foribus cordis, et opitulante Iesu, expellens eos a tergo.

2, 54. Mens procul ab illusionibus alienata, tandem divinas et 964
mysteriis plenas conceptiones pariet, exsultans in medio sui, quemadmodum tranquillo mari exsiliunt pisces et demisso capite delphini subsultant. Et levi quidem aura perflatur mare; abyssus autem cordis, Spiritu Sancto. *Quoniam estis*, ait, *filii Dei, misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra clamantem: Abba, Pater.*

2, 57. Hic profecto verus est monachus, qui recte temperantiam 965
exercet; et hic vere temperans est, qui monachus est animo.

2, 63. Initium fertilitatis est flos; conservandae vero mentis prin- 966
cipium est temperantia a cibis et potibus, quarumcumque etiam cogitationum abnegatio et abstinentia, necnon tranquillitas cordis nostri.

2, 64. Cum sumus in Christo Iesu firmati, et sub tutela tempe- 967
rantiae educari coeperimus, apparet nobis in animo primum velut

---

964. MG 93, 1529 B. 965. MG 93, 1529 D. 966. MG 93, 1532 C.
967. MG 93, 1532 D.

λαμπὰς ἡμῖν καταφαίνεται, ἐν νοΐ πρῶτον, παρ' ἡμῶν οἷα κρατουμένη ἐν χειρὶ νοῦ, καὶ ὁδηγοῦσα ἡμῖν τρίβους διανοίας· ἔπειτα ὡς σελήνη παμφαὴς ἐν στερεώματι καρδίας περιπολοῦσα· μετέπειτα δὲ φαίνεται ἡμῖν ὡς ἥλιος Ἰησοῦς δικαιοσύνην ἡλιοβολῶν, δηλονότι δεικνὺς ἑαυτὸν ὡς ἐκεῖνος, καὶ τὰ ἑαυτοῦ ὁλοφαῆ φῶτα τὰ τοῦ θεωρημάτων.

968 *A principio fugare daemonem.* — 2, 76. Ὁ τοίνυν τὴν κεφαλὴν τηρῶν τὴν τοῦ ὄφεως, καὶ δι' ἀντιῤῥήσεως θυμοειδοῦς δακεθύμοις ῥήμασι χρώμενος, πὺξ βαλὼν δείματι ἀπεκρούσατο τὸν πολέμιον (ὃ καὶ νῦν τις ἄλλος ἦν κοπιῶν), «πρῶτος τῶν καρπῶν μεταλάβοι», ὡς δοκεῖ Παύλῳ [2 Tim 2, 6]. Ὁ τοίνυν θλῶν τὴν κάραν, ἐξέφυγε καὶ πολλοὺς πονηροὺς λογισμοὺς καὶ ἔργα πονηρότερα.

969 *Oratio necessaria.* — 2, 81. Ὡς γὰρ ἐν ἀέρι γράμματα οὐ δυνατὸν γραφῆναι, δεῖ γὰρ αὐτὰ εἴς τι σῶμα στήσασθαι, ὅπως ἂν διαρκῆ σώζωνται, οὕτω γε τῇ κοπηρᾷ νήψει ἡμῶν τῇ εὐχῇ Ἰησοῦ Χριστοῦ κολληθῶμεν, ἵνα ἡ τῆς νηφαλιότητος πάγκαλος ἀρετή, διαρκὴς σὺν αὐτῷ διαμένῃ, καὶ δι' αὐτοῦ ἡμῖν εἰς αἰῶνα διατηρῆται ἀναφαίρετος.

970 *Silentium interius et exterius.* — 2, 83. Ὁμοίως ἀμφότερα τὴν ψυχὴν σκοποῦσι, καὶ αἱ κατὰ διάνοιαν τῶν λογισμῶν ὁμιλίαι, καὶ αἱ ἔξωθεν συντυχίαι καὶ ἀργολογίαι. Χρὴ δὲ ἐκτρεπόμενον τὴν τοῦ νοῦ βλάβην, ἀργολογεῖν ἀμφοτέρους ἀγαπῶντας λυπεῖν, καὶ λογισμοὺς καὶ ἀνθρώπους, δι' αἰτίαν εὐλογωτάτην κατὰ Θεόν, ἵνα μὴ σκοτιζόμενος ὁ νοῦς χαώσῃ τὴν νῆψιν. Ἐκ γὰρ λήθης σκοτούμενοι τὸν νοῦν ἀπόλλυμεν.

Antidotum invocatio Christi. — 2, 86. Ὥσπερ τὰ νοσοποιὰ 971
βρώματα ἐμβληθέντα προσφάτως ἐν σώματι ἐνοχλεῖ, ὁ δὲ φαγὼν εὐθὺς τῆς βλάβης αἰσθόμενος, θᾶττον διά τινος ἐμέσας φαρμάκου ταῦτα ἀπήμαντος διέμεινεν· οὕτω καὶ ὁ νοῦς ὅτε πονηροὺς λογισμοὺς δεξάμενος κατέπιεν ἢ κατέφαγεν, αἴσθηται τῆς πικρίας αὐτῶν, εὐχῇ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐκ βαθέων καρδίας εὐκόλως τούτους ἐξεμεῖται, καὶ τέλεον ἀποβάλλεται, ὡς σὺν Θεῷ ἡ πάθησις καὶ ἡ πεῖρα τῇ μαθήσει νενοηκέναι περὶ τοῦ προκειμένου παρέδωκε τοῖς νήφουσιν.

Profectus desiderium. — 2, 99. Ὥσπερ οὖν αἱ ἄνω δυνάμεις 972
οὐ φροντίζουσι χρημάτων ἢ κτημάτων, οὕτως οὔτε οἱ τὸ τῆς ψυχῆς ὀπτικὸν ἐκκαθάραντες, ἐν ἕξει τῆς ἀρετῆς γενόμενοι, οὐ μεριμνήσουσι περὶ κακώσεως τῶν πονηρῶν πνευμάτων. Καὶ ὡς ἐκείνοις φανερὸς τῆς εἰς Θεὸν προκοπῆς ὁ πλοῦτος, οὕτω καὶ τοῖς τοιούτοις ὁ εἰς Θεὸν φανερὸς ἔρως, καὶ ἡ τῆς ἀγάπης τῆς εἰς τὸ Θεῖον ἀτένισίς τε καὶ ἀνάβασις· ἔτι δὲ ἐρωτικῶς καὶ ἀπλήστως τῇ ἀναβάσει ἐπεκτεινόμενοι ἐκ γεύσεως θείου καὶ ἐκστατικοῦ πόθου, οὐ σταθήσονται μέχρι τὰ Σεραφὶμ φθάσουσιν, οὐδὲ κοπιάσουσι τῆς τοῦ νοῦ νήψεως καὶ ἐρωτικῆς ὑψώσεως, μέχρις ἂν ἄγγελοι γένωνται ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.

---

lampas, quae, quasi manu mentis a nobis teneatur, animi nostri semitas dirigit; deinde tamquam luna integre lucens circumvolvitur in firmamento cordis. Postea vero nobis apparet, ut sol, Iesus, radiorum instar solarium iustitiam emittens, ostendens scilicet seipsum, ut ille, et speculationum sui ipsius praeclara lumina.

968 2, 76. Quapropter qui caput serpentis observaverit, et iracunde reluctando, verbis animosis usus, iniecto pugno in faciem pulsaverit hostem (in quo modo quispiam alius laborabat), *primus de fructibus percipere debet,* ut placet Paulo. Qui ergo contundit caput, is et multas cogitationes pravas evitat et opera peiora.

969 2, 81. Ut enim litterae scribi nequeunt in aëre, eo quod in corpore quodam necesse habent subsistere, ut duraturae serventur, ita per laboriosam temperantiam nostram precationi Iesu Christi inhaereamus, ut praeclara virtus temperantiae cum ipso perduret et maneat, et per ipsum nobis conservetur in saecula, adeo ut auferri non possit.

970 2, 83. Utraque pariter spectant ad animam, tum mentales cogitationum allocutiones, tum exteriores conversationes et confabulationes otiosae. Iustissima porro secundum Deum ratione, qui declinare vult animi damnum, debet ambobus tam hominibus quam cogitationibus otiosa verba sectantibus succensere, ne mens obscurata perturbet temperantiam; quoniam oblivione obtenebrati perdimus animum.

2, 86. Quemadmodum cibi gignentes morbos, statim ut in corpus 971
sunt iniecti, perturbant, at qui comedit, mox ut damnum sentit, vomitorio quodam pharmaco confestim adhibito manet illaesus; hoc pacto mens, quando susceptas cogitationes malas ebibit et manducavit, acerbitatem earum sentit, deprecatio vero Iesu Christi, ex intimo corde proficiscens, illas facile evomit, et tandem expellit, sicuti temperantes viros docuit et erudivit, favente Deo, rerum subiectarum perpessio et experientia.

2, 99. Quo igitur modo supernae potestates nulla tenentur cura 972
pecuniarum aut possessionum, ita qui perspicacem animae facultatem expurgarunt et compararunt habitum virtutis, haud curant, quam male torqueantur a spiritibus nequissimis. Et quo modo norunt illae divitias promotionis in Deum, sic et hi perspectum habent amorem in Deum, necnon intensionem et ascensionem dilectionis erga Numen divinum. Quin etiam amatoria et inexplebili ascensione dilatati, ob gustum divinum et desiderium in excessu positum, non subsistent, donec ad Seraphim perveniant; neque fatigabuntur a diligenti observatione mentis et exaltatione amatoria, donec angeli fiant per Iesum Christum Dominum nostrum.

---

968. MG 93, 1537 A. 969. MG 93, 1537 D. 970. MG 93, 1540 A. 971. MG 93, 1540 C. 972. MG 93, 1544 B.

DIADOCHUS PHOTICENSIS, saec. V.

Capita centum de perfectione spirituali.

973 *Amor Dei et amor sui.* — C. 12. Ὁ ἑαυτὸν φιλῶν τὸν Θεὸν ἀγαπᾷν οὐ δύναται· ὁ δὲ ἑαυτὸν μὴ φιλῶν ἕνεκεν τοῦ ὑπερβάλλοντος πλούτου τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ, οὗτος τὸν Θεὸν ἀγαπᾷ. Διόπερ οὔτε τὴν ἑαυτοῦ δόξαν ὁ τοιοῦτος ζητεῖ ποτε, ἀλλὰ τὴν τοῦ Θεοῦ· ὁ γὰρ ἑαυτὸν φιλῶν τὴν ἑαυτοῦ δόξαν ζητεῖ. Ὁ δὲ τὸν Θεὸν φιλῶν τὴν τοῦ ποιήσαντος αὐτὸν δόξαν ἀγαπᾷ. Ψυχῆς γὰρ αἰσθητικῆς καὶ θεοφιλοῦς ἴδιον τὴν μὲν δόξαν ἀεὶ ζητεῖν τοῦ Θεοῦ ἐν πάσαις αἷς ποιεῖ ἐντολαῖς, ἐπὶ δὲ τῇ ἑαυτῆς ταπεινώσει τέρπεσθαι, ὅτι τῷ Θεῷ μὲν δόξα διὰ μεγαλωσύνης πρέπει, ἀνθρώπῳ δὲ ταπείνωσις, ἵνα δι' αὐτῆς οἰκειωθῶμεν Θεῷ. Ὅπερ ἐὰν ποιῶμεν καὶ ἡμεῖς κατὰ τὸν ἅγιον βαπτιστὴν Ἰωάννην χαίροντες τῇ δόξῃ τοῦ Κυρίου ἀπαύστως λέγειν ἀρξόμεθα· «Ἐκεῖνον δεῖ ὑψοῦσθαι, ἡμᾶς δὲ ἐλαττοῦσθαι» [Io 3, 30].

974 *Non spe visionum incipienda vita ascetica.* — 40. Ὅτι ὁ νοῦς, ὅταν ἄρξηται πυκνῶς ὑπὸ τοῦ θείου φωτὸς ἐνεργεῖσθαι, διαφανής τις ὅλος γίγνεται, ὥστε τὸ ἑαυτοῦ φῶς αὐτὸν πλουσίως ὁρᾷν, οὐ δεῖ ἀμφιβάλλειν. Τοῦτο γὰρ λόγος γίγνεσθαι, ὅταν ἡ δύναμις τῆς ψυχῆς κατακυριεύσῃ τῶν παθῶν. Ὅτι δὲ πᾶν τὸ ἐν σχήματι αὐτῷ φαινόμενον, εἴτε ὡς φῶς, εἴτε ὡς πῦρ, ἐκ τῆς τοῦ ἐχθροῦ κακοτεχνίας γίγνεται, ὁ θεσπέσιος Παῦλος ἡμᾶς σαφῶς διδάσκει, εἰς ἄγγελον φωτὸς λέγων αὐτὸν μετα-

---

973 12. Qui se diligit, Deum amare non potest; qui vero se non diligit propter excellentiores divitias amoris in Deum, hic Deum amat. Ex quo fit, ut hic neque suam umquam gloriam quaerat, sed potius gloriam Dei. Qui enim se diligit, gloriam suam quaerit; qui autem Deum diligit, gloriam auctoris sui amat. Est enim animae sentientis ac Deum amantis proprium, gloriam quidem Dei semper quaerere in omnibus mandatis, quae facit, sua vero submissione delectari, quod Deum quidem propter eius magnificentiam deceat gloria, hominem vero submissio, ut per eam familiares Deo efficiamur. Quod cum et nos fecerimus laetantes gloria Domini, exemplo Ioannis Baptistae, incipiemus dicere sine intermissione ulla: *Illum oportet crescere, nos autem minui.*

974 40. Non est dubitandum, quin mens, cum coeperit divinum lumen in ea operari, tota fiat perspicua, ita ut lumen id, quod in se habet, abunde videat. Hoc vero tunc fit, cum potestas animae dominatur in perturbationes. Quod autem quidquid menti in figura apparet, sive lumen sive ignis sit, ex callido artificio inimici proficiscitur, docet nos divinus Paulus, cum ait transfigurari eum in angelum lucis. Non igitur oportet, ut hac spe ullus monasticam

---

973. W-L (= Weis-Liebersdorf, 1912) 14; MG 65, 1171 A (In MG legitur sola versio latina).
974. W-L 46; MG 65, 1180 A.

σχηματίζεσθαι [cf. 2 Cor 11, 14]. Οὐ δεῖ οὖν ἐπὶ ταύτῃ τῇ ἐλπίδι τινὰ τὸν ἀσκητικὸν μετιέναι βίον, ἵνα μὴ ὁ σατανᾶς ἕτοιμον εὕρῃ τὴν ψυχὴν ἐντεῦθεν εἰς ἁρπαγήν, ἀλλ' ἵνα φθάσωμεν μόνον ἐν πάσῃ αἰσθήσει καὶ πληροφορίᾳ καρδίας ἀγαπῆσαι τὸν Θεόν, ὅπερ ἐστὶν ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ καὶ ἐν ὅλῃ τῇ διανοίᾳ καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ [cf. Lc 10, 27]. Ὁ γὰρ εἰς τοῦτο ὑπὸ τῆς χάριτος ἐνεργούμενος τοῦ Θεοῦ ἀποδημεῖ τοῦ κόσμου, κἂν ἐν τῷ κόσμῳ παρῇ.

Oboedientia, maxima virtutum. — 41. Ἡ ὑπακοὴ πρῶτον 975
ἐν πάσαις ταῖς εἰσαγώγοις ἀρεταῖς ὑπάρχειν ἔγνωσται καλόν· ἀθετεῖ γὰρ τέως τὴν οἴησιν, τίκτει δὲ ἡμῖν τὴν ταπεινοφροσύνην. Ὅθεν καὶ θύρα γίγνεται τοῖς αὐτῆς ἀνεχομένοις ἡδέως τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης. Ταύτην ἀθετήσας ὁ Ἀδὰμ εἰς τὸν βύθιον ἀπωλίσθησεν τάρταρον· ταύτης ἐρασθεὶς ὁ Κύριος τῷ τῆς οἰκονομίας λόγῳ ἄχρι σταυροῦ καὶ θανάτου ὑπήκουσε τῷ ἑαυτοῦ Πατρί, καὶ ταῦτα ἐν οὐδενὶ ἂν ἥττων τῆς αὐτοῦ μεγαλωσύνης, ἵνα τὸ τῆς ἀνθρωπείας παρακοῆς ἔγκλημα διὰ τῆς αὐτοῦ ἐκλύσας ὑπακοῆς εἰς τὴν μακαρίαν καὶ διαιωνίζουσαν τοὺς ἐν ὑπακοῇ ζήσαντας ἐπαναγάγοι ζωήν. Πρῶτον οὖν τούτου ἐπιμελεῖσθαι δεῖ τοὺς πρὸς τὴν οἴησιν τοῦ διαβόλου ἀναδεχομένους πάλην· δείξει γὰρ ἡμῖν αὕτη προσιοῦσι πάσας ἀπλανῶς τὰς τρίβους τῶν ἀρετῶν.

Ieiunium non est nisi medium. — 47. Ἡ νηστεία ἔχει μὲν 976
καθ' ἑαυτὴν καύχημα, ἀλλ' οὐ πρὸς Θεόν· ἐργαλεῖον γάρ ἐστιν ὥσπερ εἰς σωφροσύνην ῥυθμίζον τοὺς θέλοντας· οὐ δεῖ οὖν ἐπ' αὐτῇ μεγάλα φρονεῖν τοὺς τῆς εὐσεβείας ἀγωνιστάς, ἐκ-

---

vitam capessat, ne hic inveniat satanas animam facilem ad rapiendum eam ad se, sed ut solummodo tales evadamus, qui in omni statu et plenitudine cordis Deum amemus; quod quidem est amare ex toto corde et ex tota anima et ex tota mente. In quo enim hoc gratia Dei operatur, peregrinatur a mundo, quamvis in mundo sit.

41. Oboedientiam esse omnium virtutum introducentium prin- 975
cipem exploratum est; repudiat enim arrogantiam, parit autem nobis humilitatem. Unde ianua atque aditus caritatis in Deum efficitur iis, qui libenter eam amplectuntur. Hanc cum Adam abiecisset, decidit in profundum tartarum; hanc cum amasset Dominus causa redemptionis, usque ad crucem Patri oboedivit, idque cum nulla ex parte infra illius amplitudinem esset, ut, cum crimen humanae inoboedientiae sua oboedientia diluisset, eos, qui oboedientes essent, ad beatam et immortalem vitam reduceret. Primum igitur huius virtutis curam habere oportet eos, qui studium certandi cum superbia diaboli suscipiunt; haec enim deinceps progressa omnes vias virtutum nobis sine ullo errore demonstrabit.

47. Habet quidem per se gloriam ieiunium, sed non apud Deum; 976
est enim instrumentum, quod ad temperantiam componit eos, qui volunt. Non oportet igitur eo gloriari, qui christianae religionis

---

975. W-L 46; MG 65, 1180 C. 976. W-L 52; MG 65, 1182 A.

δέχεσθαι δὲ μόνον ἐν πίστει τοῦ Θεοῦ τὸ πέρας ἡμῶν τοῦ σκοποῦ· οὔτε γὰρ οἱ τῶν οἱωνδήποτε τεχνῶν ἐπιστήμονες ἐκ τῶν ἐργαλείων τὸ τοῦ ἐπαγγέλματος ἀποτέλεσμα καυχῶνταί ποτε, ἀλλὰ περιμένει τούτων ἕκαστος τὸ εἶδος τοῦ ἐγχειρήματος, ἵνα ἐξ ἐκείνου τὸ ἀκριβὲς τῆς τέχνης ἐνδείξηται.

977 *Consolationes incipientium.* — 69. Ἡ χάρις τὴν ἀρχὴν ἐν αἰσθήσει πολλῇ τὴν ψυχὴν τῷ οἰκείῳ εἴωθε περιαυγάζειν φωτί· προϊόντων δὲ τῶν ἀγώνων ἀγνώστως τὰ πολλὰ ἐνεργεῖ τῇ θεολόγῳ ψυχῇ τὰ ἑαυτῆς μυστήρια, ἵνα τότε μὲν ἡμᾶς χαίροντας εἰς τὸ ἴχνος ἐπιβάλλοι τῶν θείων θεωρημάτων ὡς ἐξ ἀγνοίας εἰς γνῶσιν καλουμένους, ἐν δὲ τῷ μέσῳ τῶν ἀγώνων ἀκενόδοξον ἡμῶν τὴν γνῶσιν διαφυλάττοι. Δεῖ οὖν λυπεῖσθαι μὲν ἡμᾶς συμμέτρως ὡς ἐγκαταλειφθέντας, ἵνα πλέον ταπεινωθῶμεν καὶ ὑποταγῶμεν τῇ δόξῃ τοῦ Κυρίου, χαίρειν δὲ εὐκαίρως τῇ ἀγαθῇ ἐλπίδι πτερουμένους. Ὡς γὰρ ἡ πολλὴ λύπη εἰς ἀπελπισμὸν καὶ ἀπιστίαν τὴν ψυχὴν περιΐστησιν, οὕτως καὶ ἡ πολλὴ χαρὰ εἰς οἴησιν αὐτὴν προκαλεῖται· ἐπὶ τῶν ἔτι δὲ νηπιαζόντων λέγω· φωτισμοῦ μὲν γὰρ καὶ ἐγκαταλείψεως τὸ μέσον πεῖρα, λύπης δὲ καὶ χαρᾶς τὸ μέσον ἐλπίς.

978 *Peccatum et gratia non simul habitant in mente.* — 76. Τινὲς ὑπενόησαν τὴν χάριν ἅμα καὶ τὴν ἁμαρτίαν, τοῦτ' ἔστι τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας καὶ τὸ πνεῦμα τῆς πλάνης, ἐπὶ τῶν βαπτιζομένων ἐγκρύπτεσθαι εἰς τὸν νοῦν. Ὅθεν, φησίν, τὸ μὲν ἓν πρόσωπον πρὸς τὰ καλὰ παρακαλεῖ τὸν νοῦν, τὸ δὲ ἕτερον

---

pugiles sumus, sed solum in fide Dei finem propositi nostri exspectare; nec enim cuiuscumque artis periti de artificio, quod profitentur, ex instrumentis gloriantur, quin potius quisque eorum formam suscepti operis exspectat, ut inde perfectum illud et absolutum artis suae demonstret.

977 69. Solet principio gratia lumine suo in multo sensu animam collustrare; processu vero certaminis saepe mysteria sua clam in anima divina contemplanti operatur, ut nos tunc quidem laetos in vestigia divinarum rerum, quas contemplamur, immittat velut ex ignorantia ad cognitionem vocatos, in medio vero certaminis cognitionem nostram ab inanis gloriae cupiditate liberam servet. Oportet igitur dolere quidem moderate quasi nos derelictos, quo submissiores simus ac magis gloriae Domini subiecti, laetari vero opportune spe bona exsultantes. Ut enim nimius dolor animam in desperationem et diffidentiam proicit, sic nimia laetitia ad elationem provocat: de iis loquor, qui sunt adhuc pueri sensu; inter illuminationem enim et derelictionem interiecta est experientia, inter dolorem vero et laetitiam spes.

978 76. Nonnulli existimarunt gratiam pariter et peccatum, id est spiritum veritatis et spiritum erroris, in mente eius qui baptizatus est, occultari. Unde alter, inquiunt, mentem ad virtutes hortatur et provocat, alter ad contraria. Ego vero tum ex divinis Scripturis

---

977. W-L 84; MG 65, 1191 D. 978. W-L 94; MG 65, 1194 C.

εὐθὺς πρὸς τὰ ἐναντία. Ἐγὼ δὲ ἐκ τῶν θείων Γραφῶν καὶ ἐξ αὐτῆς δὲ τῆς τοῦ νοῦ αἰσθήσεως κατείληφα, ὅτι πρὸ μὲν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἔξωθεν ἡ χάρις πρὸς τὰ καλὰ προτρέπεται τὴν ψυχήν, ὁ δὲ σατανᾶς ἐν τοῖς αὐτῆς ἐμφωλεύει βάθεσιν ὅλας τὰς τοῦ νοῦ ἀποφράττειν δεξιὰς πειρώμενος διεξόδους· ἀπὸ δὲ αὐτῆς τῆς ὥρας, ἐν ᾗπερ ἀναγεννώμεθα, ἔξωθεν μὲν ὁ δαίμων γίγνεται, ἔσωθεν δὲ ἡ χάρις. Ὅθεν εὑρίσκομεν, ὅτι ὡς πάλαι ἐκυρίευεν ἡ πλάνη τῆς ψυχῆς, οὕτως μετὰ τὸ βάπτισμα αὐτῆς κυριεύει ἡ ἀλήθεια. Ἐνεργεῖ μέντοι καὶ ὁ σατανᾶς μετὰ τοῦτο τῇ ψυχῇ καθάπερ καὶ τὸ πρὶν καὶ χείρω δὲ τὰ πολλά, οὐχ ὡς συμπαρὼν δὲ τῇ χάριτι, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ καπνίζων ὥσπερ τὸν νοῦν διὰ τῆς ὑγρότητος τοῦ σώματος τὴν ἡδύτητα τῶν ἀλόγων ἡδονῶν· παραχωρήσει δὲ τοῦ Θεοῦ τοῦτο γίγνεται, ἵνα διὰ τῆς ζάλης καὶ τοῦ πυρὸς τῆς δοκιμασίας διερχόμενος ὁ ἄνθρωπος οὕτως ἐν ἀπολαύσει, εἰ θέλοι, γένοιτο τοῦ ἀγαθοῦ· «Διήλθομεν γάρ», φησίν, «διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος καὶ ἐξήγαγες ἡμᾶς εἰς ἀναψυχήν» [Ps 65, 11].

Desolationes. — 86. Ὁ Κύριος αὐτὸς λέγει τὸν σατανᾶν ἐκ 979
τῶν οὐρανῶν ὡς ἀστραπὴν πεπτωκέναι [cf. Lc 10, 18], ἵνα μήτε ἀφορᾷ εἰς τὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων ὁ δυσειδὴς ἐνδιαιτήματα. Πῶς οὖν ὁ τῆς τῶν καλῶν δούλων κοινωνίας μὴ καταξιούμενος κοινὸν δύναται ἔχειν μετὰ τοῦ Θεοῦ οἰκτήριον τὸν ἀνθρώπινον νοῦν; Ἀλλ' ἐροῦσιν, ὅτι κατὰ παραχώρησιν γίγνεται τοῦτο. Πλέον οὐδὲν λέξουσιν. Ἡ μὲν γὰρ παιδευτικὴ παραχώρησις οὐδαμῶς τοῦ θείου φωτὸς τὴν ψυχὴν ἀποστερεῖ· κρύπτει δὲ μόνον, ὡς καὶ ἤδη εἶπον, τὰ πολλὰ τὸν νοῦν τὴν ἑαυτῆς παρου-

---

tum ex ipso sensu mentis comprehensum habeo ante baptismum quidem hortari extrinsecus gratiam ad meliora ac satanam in imo cordis delitescere dantem operam, ut omnes vias mentis, quae ad dexteram tendunt, obstruat; ex ipsa vero hora, qua regeneramur, daemon quidem foris est, gratia vero intus. Unde comperimus, sicut olim error dominatus est in animam, sic in eam post baptismum dominari veritatem. Exercet quidem postea satanas vim suam in anima sicut antea et saepenumero peius, non tamen tamquam adsit una cum caritate, absit! sed quod dulcedinem voluptatum, quae a ratione alienae sunt, tamquam fumum quemdam in mentem per liquorem corporis infundat; hoc autem permissu Dei efficitur, ut homo per tempestatem et ignem probationis traiectus sic ad fruendum, si velit, summo bono perveniat: *Transivimus,* inquit, *per ignem et aquam, et eduxisti nos in refrigerium.*

86. Dominus est, qui ait, satanam veluti fulgur e caelo cecidisse, 979
ut in angelorum domicilium deformis ille non aspiciat. Quomodo ergo, qui vel communione bonorum ministrorum non est habitus dignus, una cum Deo in mente hominis habitare potest? At dicent fieri hoc secundum decessionem. Sed nihil amplius proficiunt. Decedere enim Deum ad erudiendum non privat animam divino lumine; saepe enim gratia, ut iam dixi, praesentiam solum suam

---

979. W-L 118; MG 65, 1201 B.

σίαν ἡ χάρις, ἵνα προωθοῖτο ὥσπερ τὴν ψυχὴν τῇ πικρίᾳ τῶν δαιμόνων διὰ τὸ μετὰ παντὸς φόβου καὶ πολλῆς ταπεινώσεως ἐκζητεῖν αὐτὴν τὴν ἐκ τοῦ Θεοῦ βοήθειαν, τὴν τοῦ ἐχθροῦ αὐτῆς ἐπιγιγνώσκουσαν κατ' ὀλίγον κακίαν, ὃν τρόπον ἂν μήτηρ ἀτακτοῦν τὸ οἰκεῖον περὶ τοὺς θεσμοὺς τῆς γαλουχίας βρέφος βραχὺ τῶν ἑαυτῆς ἐξωθοίη ἀγκαλῶν, ἵνα καταπληττόμενον ὑπό τινων περιεστώτων αὐτῇ σαπροειδῶν ἀνθρώπων ἢ θηρίων οἱωνδήποτε μετὰ φόβου πολλοῦ καὶ δακρύων εἰς τοὺς μητρῴους ἀνθυποστρέφοι κόλπους. Ἡ δὲ κατὰ ἀποστροφὴν γιγνομένη παραχώρησις ὡσανεὶ δέσμιον παραδίδωσι τὴν μὴ θέλουσαν ψυχὴν ἔχειν τὸν Θεὸν τοῖς δαίμοσιν. Ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐσμὲν ὑποστολῆς τέκνα [cf. Hebr 10, 39], μὴ γένοιτο, ἀλλὰ βρέφη γνήσια τῆς τοῦ Θεοῦ πιστεύομεν εἶναι χάριτος μικραῖς παραχωρήσεσι καὶ πυκναῖς παρακλήσεσιν ὑπ' αὐτῆς γαλουχούμενοι, ἵνα διὰ τῆς αὐτῆς χρηστότητος φθάσωμεν ἐλθεῖν εἰς ἄνδρα τέλειον εἰς μέτρον ἡλικίας [cf. Eph 4, 13].

980 *Desolationes.* — 87. Ἡ παιδευτικὴ παραχώρησις φέρει μὲν λύπην πολλὴν καὶ ταπείνωσιν καὶ ἀπελπισμὸν δὲ σύμμετρον τῇ ψυχῇ, ἵνα τὸ φιλόδοξον αὐτῆς καὶ εὐπτόητον μέρος πρεπόντως εἰς ταπείνωσιν ἔρχηται· εὐθέως δὲ φόβον Θεοῦ καὶ δάκρυον ἐξομολογήσεως ἐπάγει τῇ ψυχῇ καὶ τῆς καλλίστης σιωπῆς πολλὴν ἐπιθυμίαν. Ἡ δὲ κατὰ ἀποστροφὴν τοῦ Θεοῦ γιγνομένη ἀπελπισμοῦ ὁμοῦ καὶ ἀπιστίας καὶ ὀργῆς καὶ τύφου τὴν ψυχὴν πληρωθῆναι παραχωρεῖ. Δεῖ οὖν εἰδότας ἡμᾶς τὴν πεῖραν τῶν ἀμφοτέρων παραχωρήσεων κατὰ τὸν ἑκάστης τρόπον προσιέναι

---

menti celat, ut acerbitate et molestia daemonum animam veluti impellat, ut cum omni metu ac magna submissione auxilium Dei quaerat, malitiam inimici sui paulatim agnoscens, quemadmodum si mater puerulum suum lactentem et leges sugendi detrectantem paulisper ab ulnis suis repelleret, ut perterritus a quibusdam deformibus hominibus circumstantibus aut bestiis qualibuscumque ad sinus matris cum magno timore et lacrimis revertatur. Illa vero decessio gratiae, quae per aversionem Dei fit, animam, quae Deum habere non vult, daemonibus velut vinctam tradit. At nos non sumus filii subtractionis, avertat Deus! Sed credimus esse nos filios gratiae Dei legitimos, qui parvis eius decessionibus et crebris consolationibus tamquam lacte alimur, ut per bonitatem eius in viros perfectos et mensuram aetatis plenitudinis Christi evadamus.

980 87. Decessio gratiae ad erudiendum affert quidem animae multum doloris ac submissionis et desperationem moderatam, ut ea pars animae, quae studio gloriae et admirationis capitur, decenter se submittat; continuo tamen affert cordi timorem Dei et lacrimas confessionis ac vehemens desiderium optimi silentii. Decessio vero per aversionem Dei facta animam repleri sinit desperatione simul et diffidentia atque ira et elatione. Quare oportet, cum utramque decessionem experientia didicerimus, ut utriusque earum modus

---

980. W-L 120; MG 65, 1201 D.

τῷ Θεῷ. Ἐκεῖ μὲν γὰρ εὐχαριστίαν μετὰ τῆς ἀπολογίας προσάγειν αὐτῷ ὀφείλομεν ὡς τὸ τῆς γνώμης ἡμῶν ἀκόλαστον τῇ σχολῇ τῆς παρακλήσεως κολάζοντι, ἵνα τῆς ἀρετῆς ἡμᾶς καὶ κακίας ὡς πατὴρ ἀγαθὸς διδάσκοι τὴν διαφοράν· ἐνταῦθα δὲ ἐξαγόρευσιν τῶν ἁμαρτημάτων ἄπαυστον καὶ δάκρυον ἀνελλιπὲς καὶ ἀναχώρησιν πλείονα, ὅπως ἂν οὕτω δυνηθῶμεν τῇ προσθήκῃ τῶν πόνων δυσωπῆσαί ποτε τὸν Θεὸν ἐπιβλέπειν ὡς τὸ πρὶν εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν. Πλὴν δεῖ εἰδέναι, ὅτι, ὅταν κατὰ οὐσιώδη συμβολὴν τῇ ψυχῇ καὶ τῷ σατανᾷ ἡ μάχη γένηται, ἐπὶ τῆς παιδευτικῆς δὲ λέγω παραχωρήσεως, ὑποστέλλει μέν, ὡς καὶ ἤδη εἶπον, ἡ χάρις ἑαυτήν, ἀγνώστῳ δὲ τῇ ψυχῇ συνεργεῖ βοηθείᾳ, ἵνα τὴν νίκην τῆς ψυχῆς εἶναι μόνον ἐπιδεικνύῃ τοῖς ἐχθροῖς αὐτῆς.

Imago et similitudo Dei. — 89. Δύο ἡμῖν καλὰ ἡ ἁγία χάρις 981
διὰ τοῦ βαπτίσματος περιποιεῖ τῆς ἀναγεννήσεως, ὧντινων τὸ ἓν ἀπείρως τοῦ ἑνὸς ὑπερβάλλει. Ἀλλὰ τὸ μὲν ἓν εὐθέως χαρίζεται· ἀνακαινίζει γὰρ ἡμᾶς ἐν αὐτῷ τῷ ὕδατι καὶ πάσας τὰς γραμμὰς τῆς ψυχῆς, τοῦτ' ἔστιν τὸ κατ' εἰκόνα, λαμπρύνει πᾶσαν τὴν ῥυτίδα τῆς ἁμαρτίας ἡμᾶς ἀπονίπτουσα. Τὸ δὲ ἓν ἐκδέχεται, ἵνα σὺν ἡμῖν ἐργάσηται, ὅπερ ἐστὶ τὸ καθ' ὁμοίωσιν. Ὅταν οὖν ἄρξηται ὁ νοῦς ἐν πολλῇ αἰσθήσει γεύεσθαι τῆς χρηστότητος τοῦ Ἁγίου Πνεύματος, τότε ὀφείλομεν εἰδέναι, ὅτι ἄρχεται ἡ χάρις ὥσπερ ἐπιζωγραφεῖν εἰς τὸ κατ' εἰκόνα τὸ καθ' ὁμοίωσιν. Ὃν γὰρ τρόπον οἱ ζωγράφοι πρῶτον μὲν ἑνὶ χρώματι διαγρά-

---

requirit, ad Deum accedere. In altera quidem gratias cum defensione agere debemus, quod privatione consolationis intemperantiam voluntatis nostrae castigarit, ut nos tamquam bonus pater virtutis et vitii differentiam doceret; in hac vero perpetuam peccatorum confessionem et omni tempore lacrimas ac maiorem secessionem adhibere oportet, ut sic Deum accessione laborum ad respicienda, sicut antea, corda nostra flectere possimus. Advertendum tamen est, quod, cum ipse satanas per se pugnam cum anima committit, in decessione, inquam, gratiae, quae fit ad erudiendum, subducit quidem seipsam, ut dixi, gratia, quodam tamen ignoto et occulto auxilio animam adiuvat, ut inimicis eius ostendat animae esse victoriam.

89. Duo nobis bona per baptismum regenerationis sancta gratia 981
comparat, quorum alterum alteri infinito intervallo antecellit. Sed illud quidem statim largitur; renovat enim nos in ipsa aqua et cunctas animae lineas, id est, quod est ad imaginem Dei, omnibus rugis peccati nostri detractis splendescere facit. Hoc vero, id est, quod est ad similitudinem Dei, non statim largitur, sed exspectat potius, ut nobis adiutoribus operetur. Cum igitur coeperit mens multo sensu suavitatem Sancti Spiritus gustare, scire nos oportet tunc gratiam incipere veluti depingere in imagine similitudinem. Ut enim pictores primum quidem uno colore figuram hominis

---

981. W-L 124; MG 65, 1203 A.

φουσι τὸ σχῆμα τοῦ ἀνθρώπου, χροιᾷ δὲ τὴν χροιὰν κατ' ὀλίγον ἐπανθίζοντες οὕτως τὸ τοῦ ὁμοιογραφομένου ἄχρι καὶ τῶν τριχῶν ἀποσώζουσιν εἶδος· οὕτω καὶ ἡ ἁγία χάρις τοῦ Θεοῦ πρῶτον μὲν διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς τὸ ὅπερ ἦν, ὅτε ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος, ῥυθμίζει τὸν κατ εἰκόνα. Ὅτε δὲ ἡμᾶς ἴδῃ ἐκ πάσης προθέσεως ἐπιθυμοῦντας τοῦ κάλλους τῆς ὁμοιώσεως καὶ ἑστῶτας γυμνούς τε καὶ ἀπτοήτους εἰς τὸ αὐτῆς ἐργαστήριον, τότε ἀρετῇ τὴν ἀρετὴν ἐπανθίζουσα καὶ ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν τὸ τῆς ψυχῆς εἶδος ἀναφέρουσα τὸν χαρακτῆρα τῆς ὁμοιώσεως αὐτῇ περιποιεῖ. Ὥστε οὖν ἡ μὲν αἴσθησις δηλοῖ ἡμᾶς μορφοῦσθαι τὸ καθ' ὁμοίωσιν· τὸ δὲ τέλειον τῆς ὁμοιώσεως ἐκ τοῦ φωτισμοῦ γνωσόμεθα. Πάσας μὲν γὰρ τὰς ἀρετὰς διὰ τῆς αἰσθήσεως ὁ νοῦς κατὰ μέτρον τι καὶ ῥυθμὸν ἄρρητον προκόπτων ἀπολαμβάνει· τὴν δὲ πνευματικὴν οὐ δύναταί τις ἀγάπην κτήσασθαι, εἰ μὴ ἐν πάσῃ πληροφορίᾳ φωτισθῇ παρὰ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος. Ἐὰν γὰρ μὴ τελείως τὸ καθ' ὁμοίωσιν διὰ τοῦ θείου φωτὸς ἀπολάβῃ ὁ νοῦς, πάσας μὲν τὰς ἄλλας ἀρετὰς σχέδον ἔχειν δύναται, τῆς δὲ τελείας ἀγάπης ἔτι ἄμοιρος μένει. Ὅταν γὰρ ὁμοιυθῇ τῇ τοῦ Θεοῦ ἀρετῇ, ὡς χωρεῖ δὲ ὁ ἄνθρωπος, λέγω, ὁμοιωθῆναι Θεῷ, τότε καὶ τῆς θείας ἀγάπης φέρει τὴν ὁμοίωσιν. Ὡς γὰρ ἐπὶ τῶν ὁμοιογραφομένων τὸ ἀνθηρότερον ὅλων τῶν χρωμάτων χρῶμα προστεθὲν τῇ εἰκόνι ἄχρι καὶ τοῦ μειδιάσαι ἀποσώζει τὴν τοῦ ὁμοιογραφομένου ὁμοιότητα, οὕτως καὶ ἐπὶ τῶν εἰς τὴν θείαν ὁμοίωσιν παρὰ τῆς θείας χάριτος διαζωγραφομένων ὁ φωτισμὸς τῆς ἀγάπης προστεθεὶς εἰς τὴν τοῦ καθ'

---

depingunt, postea vero colorem colori paulatim imponentes speciem similis picturae usque ad capillum salvam retinent, sic gratia Dei primo quidem, quod erat ad imaginem Dei factum, in eum statum, qui erat, cum factus est homo, per baptismum concinnat et aptat. Cum autem videt nos toto animo pulchritudinem similitudinis concupiscere stareque in sua officina nudos ac nullius admiratione rei captos, tunc virtutem virtuti addens instar florum speciemque animae a claritate in claritatem transferens formam similitudinis Dei ei adhibet. Itaque sensus quidem declarat formari in nobis illud, quod est ad similitudinem; perfectionem vero similitudinis ex illuminatione cognoscemus. Mens namque proficiendo mensura quadam et rhythmica temperatione arcana per sensum virtutes universas recipit; spiritualem vero caritatem nemo comparare potest, nisi a Spiritu Sancto plenissime illuminetur. Nisi enim mens similitudinem Dei per divinum lumen perfecte recipiat, ceteras fere virtutes habere quidem potest, perfectae vero caritatis adhuc expers remanet. Siquidem cum similitudinem virtutis Dei accipit, quatenus homo fieri potest similis Deo, tunc fert similitudinem divinae caritatis. Ut enim in iis tabulis, quae ad similitudinem aliorum pictae sunt, totum illud floridum colorum, qui sunt additi imagini, similitudinem picturae per omnia servat et retinet usque ad imitationem etiam subridentis, sic in iis, quos divina gratia ad similitudinem Dei depingit, illuminatio caritatis addita declarat eum, qui ad imaginem

ὁμοίωσιν ὁλοκλήρως εὐπρέπειαν δηλοῖ γενέσθαι τὸ κατ' εἰκόνα. Οὔτε γὰρ ἀπάθειαν ἄλλη ἀρετὴ δύναται περιποιῆσαι τῇ ψυχῇ, εἰ μὴ ἀγάπη μόνη. «Πλήρωμα γὰρ ἅπαξ νόμου ἡ ἀγάπη» [Rom 13, 10]. Ὥστε οὖν ἀνακαινοῦται μὲν ἡμέρα καὶ ἡμέρα ὁ ἔσω ἡμῶν ἄνθρωπος ἐν τῇ γεύσει τῆς ἀγάπης, πληροῦται δὲ ἐν τῇ αὐτῆς τελειότητι.

Consolationes. — 90. Γεύει μὲν οὖν τὸ Ἅγιον Πνεῦμα ἐν 982
ἀρχαῖς τῆς προκοπῆς, εἴπερ θερμῶς ἐρασθῶμεν τῆς ἀρετῆς τοῦ Θεοῦ, τὴν ψυχὴν ἐν πάσῃ αἰσθήσει καὶ πληροφορίᾳ τῆς γλυκύτητος τοῦ Θεοῦ, ἵνα ἔχῃ εἰδέναι ὁ νοῦς ἐν ἀκριβεῖ ἐπιγνώσει τὸ τέλειον ἔπαθλον τῶν φιλοθέων πόνων. Κρύπτει δὲ λοιπὸν ἐπὶ πολὺ τὴν τοῦ ζωοποιοῦ τούτου δώρου πολυτέλειαν, ἵνα, κ' ἂν πάσας τὰς ἄλλας ἀρετὰς κατεργαζώμεθα, μηδὲν ὅλως ἑαυτοὺς ὑπονοῶμεν εἶναι διὰ τὸ μηδέπω ὥσπερ εἰς ἕξιν ἔχειν τὴν ἁγίαν ἀγάπην. Οὕτως οὖν τότε πλέον ὁ τοῦ μίσους δαίμων ταῖς τῶν ἀγωνιζομένων διοχλεῖ ψυχαῖς, ὥστε καὶ αὐτοὺς τοὺς ἀγαπῶντας αὐτοὺς πρὸς μῖσος διαβάλλειν καὶ ἄχρι σχηδὸν τοῦ φιλήματος φέρειν τὴν φθοροποιὸν τοῦ μίσους ἐνέργειαν. Ὅθεν πλέον ἀλγύνεται ἡ ψυχὴ φέρουσα μὲν τὴν μνήμην τῆς πνευματικῆς ἀγάπης, μὴ δυναμένη δὲ αὐτὴν ἐν αἰσθήσει κτήσασθαι διὰ τὴν τῶν τελειοτάτων πόνων ὑστέρησιν. Χρεία οὖν ἐκ βίας αὐτὴν τέως κατεργάζεσθαι, ἵνα εἰς τὴν γεῦσιν αὐτῆς ἐν πάσῃ αἰσθήσει καταφθάσωμεν καὶ πληροφορίᾳ. Τὸ γὰρ τέλειον αὐτῆς οὐδεὶς ἐν τῇ σαρκὶ ὢν ταύτῃ δύναται κτήσασθαι, εἰ μὴ μόνον

Dei factus est, esse ex omni parte similitudine Dei decoratum. Non enim potest alia virtus vacuitatem passionum ipsi animae acquirere nisi sola caritas. *Plenitudo namque legis dilectio est.* Quamobrem renovatur quidem homo noster interior de die in diem in gustu caritatis, impletur vero, cum haec perficitur.

90. Igitur Spiritus Sanctus initio progressus spiritualis, si vir- 982
tutem Dei fervide amamus, annuit animae, ut dulcedinem divinam in omni sensu et plenitudine sentiat, quo possit mens sanctorum laborum praemium perfectum notitia exacta cognoscere. Huius vero vivifici muneris magnificentiam et amplitudinem diu deinceps nobis celat, ut, quamvis ceteras omnes virtutes operemur, nihil prorsus nos esse existimemus, quia nondum sanctam caritatem tamquam habitu confirmatam habeamus. Sic igitur spiritus odii daemon plus tunc molestiae animis pugilum spiritualium exhibet, ita ut eos, qui inter se amant, ad odium traducat et usque ad osculum mortiferum odii actum deferat. Ex quo fit, ut plus anima doleat, quod, cum caritatem spiritualem alioqui in memoria ferat, non tamen possit in sensu eam adipisci propter vacationem perfectissimorum laborum. Oportet igitur eam omni vi adhibita eatenus exercere, ut ad eiusdem gustum in toto sensu ac plenitudine perveniamus. Eius enim perfectionem nemo mortalium assequi potest praeter sanctos eos, qui usque ad martyrium et perfectam

---

982. W-L 126; MG 65, 1204 A.

οἱ ἄχρι μαρτυρίου καὶ τελείας ἀνθομολογήσεως ἐλθόντες ἅγιοι. Ἐπειδὴ ὁ τούτου τυχὼν ἀλλάσσεται ὅλος καὶ οὔτε τροφῆς εὐχερῶς ὀρέγεται. Τῷ γὰρ ὑπὸ τῆς θείας ἀγάπης τρεφομένῳ ποία ἔσται ἐπιθυμία τῶν ἐν τῷ κόσμῳ καλῶν; Διὰ τοῦτο ὁ σοφώτατος Παῦλος, τὸ μέγα δοχεῖον τῆς γνώσεως, τὴν μέλλουσαν τρυφὴν τῶν πρώτων δικαίων ἡμᾶς ἐκ τῆς αὐτοῦ πληροφορίας εὐαγγελιζόμενος οὕτως λέγει· «Οὐκ ἔστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βρῶσις καὶ πόσις, ἀλλὰ δικαιοσύνη καὶ εἰρήνη καὶ χαρὰ ἐν Πνεύματι Ἁγίῳ» [Rom 14, 17], ἅτινά ἐστιν ὁ καρπὸς τῆς τελείας ἀγάπης. Ὥστε οὖν γενέσθαι μὲν αὐτῆς ἐντεῦθεν συνεχῶς, οἱ εἰς τελειότητα προκόπτοντες δύνανται, τελείως δὲ αὐτὴν οὐδεὶς δύναται κτήσασθαι, εἰ μὴ [ἂν] ὅταν τελείως καταποθῇ τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς.

983 *Humilitas duplex.* — 95. Δυσπόριστον μὲν πρᾶγμα ἡ ταπεινοφροσύνη· ὅσῳ γὰρ μέγα ἐστίν, τοσούτῳ μετὰ πολλῶν ἀγώνων κατορθοῦται. Παραγίγνεται δὲ τοῖς μετόχοις τῆς ἁγίας γνώσεως κατὰ δύο τρόπους. Ὅτε μὲν γὰρ ἐν μεσότητί ἐστι τῆς πνευματικῆς πείρας ὁ τῆς εὐσεβείας ἀγωνιστής, ἢ δι' ἀσθένειαν σώματος ἢ διὰ τοὺς ἀκαίρως ἐχθραίνοντας τοῖς τοῦ δικαίου φροντίζουσιν ἢ διὰ λογισμοὺς πονηροὺς ταπεινότερόν πως ἔχει τὸ φρόνημα. Ὅτε δὲ ἐν αἰσθήσει πολλῇ καὶ πληροφορίᾳ ὁ νοῦς ὑπὸ τῆς ἁγίας χάριτος καταυγασθῇ, τότε ὥσπερ φυσικὴν ἔχει τὴν ταπεινοφροσύνην ἡ ψυχή. Καταπιαινομένη γὰρ ὑπὸ τῆς θείας χρηστότητος οὐ δύναται οὐκέτι εἰς τὸν ὄγκον τῆς φιλοδοξίας ἐπαίρεσθαι, κ' ἂν ἀπαύστως τὰς ἐντολὰς κατεργάζοιτο

---

confessionem provecti sunt. Qui enim hoc adeptus est, totus iam mutatur, ita ut neque cibum facile appetat. Quid enim eorum, quae in mundo sunt, expetat, qui divina caritate nutritur et alitur? Idcirco sapientissimus Paulus, amplum illud scientiae receptaculum, praedicans nobis e sua plenitudine iustorum futuras delicias sic ait: *Non est regnum Dei esca et potus, sed iustitia et pax et gaudium in Spiritu Sancto,* qui sunt perfectae caritatis fructus. Quare possunt quidem gustare eam hic frequenter, qui ad perfectionem proficiunt ac progrediuntur; perfecte vero gustare non possunt, nisi prius, quod mortale est, absorbeatur a vita.

983 95. Res est difficilis ad comparandum humilitas; quo enim maior est, eo est usus eius laboriosior. Duobus vero modis ab iis comparatur, qui sunt cognitionis sanctae participes. Cum enim, qui in studio pietatis certat, in medio spiritualis experientiae est, tunc aut propter imbecillitatem corporis aut propter eos, qui virtutis studiosis summe malevoli sunt, aut propter pravas cogitationes modestius ac submissius quodammodo de se sentit. Cum vero mens a sancta gratia in multo sensu et plenitudine illustratur, tunc anima veluti naturalem habet humilitatem. Facta enim plenior et quasi pinguior per divinam gratiam, non potest amplius tumore cupiditatis gloriae efferri, quamvis perpetuo mandata Dei perficiat,

---

983. W-L 138; MG 65, 1207 D.

τοῦ Θεοῦ, ταπεινοτέραν δὲ μᾶλλον ἑαυτὴν πάντων διὰ τὴν τῆς θείας ἐπιεικείας κοινωνίαν ἡγεῖται. Ἔχει δὲ ἐκείνη μὲν ἡ ταπεινοφροσύνη λύπην τὰ πολλὰ καὶ ἀθυμίαν, αὕτη δὲ χαρὰν μετὰ αἰδοῦς πανσόφου. Διόπερ ἡ μὲν τοῖς ἐν μέσῳ, ὡς ἔφην, τῶν ἀγώνων οὖσι παραγίγνεται, ἡ δὲ τοῖς ἐγγίζουσι τῇ τελειότητι καταπέμπεται. Διὰ τοῦτο ἐκείνη μὲν ὑπὸ τῶν βιωτικῶν πολλάκις εὐπραγιῶν ὀνειδίζεται, αὕτη δέ, κ' ἂν ὅλας τὰς βασιλείας τοῦ κόσμου τις αὐτῇ προσαγάγοι, οὔτε πτοεῖται οὔτε ὅλως τῶν δεινῶν βελῶν τῆς ἁμαρτίας αἰσθάνεται· πνευματικὴ γὰρ ὅλη ὑπάρχουσα ἀγνοεῖ πάντως τὰς σωματικὰς δόξας. Ἐχρῆν δὲ δι' ἐκείνης παντὶ τρόπῳ παρελθόντα τὸν ἀγωνιστὴν ἐπὶ ταύτην ἐλθεῖν· εἰ μὴ γὰρ δι' ἐκείνης τῇ ἐπιφορᾷ τῶν παιδευτικῶν παθῶν δοκιμαστικῶς, οὐ γὰρ ἀναγκαστικῶς, τὸ αὐτεξούσιον ἡμῶν προμαλάξοι ἡ χάρις, οὐκ ἂν τὴν ταύτης ἡμῖν δωρήσηται πολυτέλειαν.

S. LEO I MAGNUS, Papa, † 461.

Sermones.

Diaboli mendacia. — Sermo 9, c. 1. Sed ne ultra per ignorantiam veritatis creatura ad imaginem Dei condita in praecipitia perpetuae mortis ageretur, evangelicis paginis iudicii sui inseruit [Redemptor] qualitatem, quae omnem hominem a callidissimi hostis revocaret insidiis; cum iam nulli esset incognitum quae bonis speranda praemia, et quae malis essent timenda supplicia. Incentor namque ille auctorque peccati primum superbus ut caderet, deinde invidus ut noceret, quia *in veritate non stetit* [Io 8, 44], totam vim suam in mendacio collocavit, omniaque deceptionum genera de hoc venenatissimo artis suae fonte produxit, ut ab illo bono, quod ipse propria elatione perdiderat, spem humanae devotionis exclu- 984

---

quin potius inferiorem se omnibus ducit propter submissionis suae et divinae modestiae communionem. Est autem illa quidem humilitas ut plurimum in dolore et maestitia, haec vero in laetitia cum pudore quodam prudentissimo. Quocirca illa quidem iis, qui in medio certamine sunt, advenit, haec vero iis mittitur, qui perfectioni appropinquant. Ob hanc causam illi quidem saepenumero secundae res huius vitae exprobrant; altera vero, tametsi quis omnia regna mundi ei afferat, neque stupet neque admiratur neque prorsus vehementia iacula peccati sentit; tota namque spiritualis facta honores et glorias ad corpus pertinentes nescit. Opus igitur omnino est, ut, qui studium certandi suscipit, cum per illam transierit, ad hanc veniat; nisi enim gratia doloribus ad erudiendum illatis non cogendo, sed periclitatione probando nostram liberam voluntatem per illam priorem praemolliat, numquam nobiscum amplitudinem huius communicabit.

---

984. ML 54, 160 C.

deret, eosque in consortium damnationis suae traheret, ad quorum ipse reconciliationem pertinere non posset. Quisquis igitur hominum quibuslibet impietatibus Deum laesit, huius fraude traductus, huius est nequitia depravatus. Facile enim in omnia flagitia impulit, quos religione decepit.

985 *Opera satisfactoria.* — 12, 4. Tria vero sunt quae maxime ad religiosas pertinent actiones, oratio scilicet, ieiunium et eleemosyna, quibus exercendis omne quidem tempus acceptum, sed illud est studiosius observandum, quod apostolicis accepimus traditionibus consecratum; sicut enim decimus hic mensis morem refert veteris instituti, ut tria illa, de quibus locutus sum, diligentius exsequamur. Oratione enim propitiatio Dei quaeritur, ieiunio concupiscentia carnis exstinguitur, eleemosynis peccata redimuntur [cf. Dn 4, 24]; simulque per omnia Dei in nobis imago renovatur, si et in laudem eius semper parati et ad purificationem nostram sine cessatione solliciti et ad sustentationem proximi indesinenter simus intenti. Haec triplex observantia, dilectissimi, omnium virtutum comprehendit effectus. Haec ad imaginem et similitudinem Dei pervenit, et a Spiritu Sancto inseparabiles facit. Quia in orationibus permanet fides recta, in ieiuniis innocens vita, in eleemosynis mens benigna.

986 *Novus Adam.* — 25, 5. Quid autem sanandis aegris, illuminandis caecis, vivificandis mortuis aptius fuit, quam ut superbiae vulnera humilitatis remediis curarentur? Adam praecepta Dei neglegens, peccati induxit damnationem; Iesus factus sub lege reddidit iustitiae libertatem. Ille diabolo obtemperans usque ad praevaricationem, meruit ut in ipso omnes morerentur; hic Patri oboediens usque ad crucem, fecit ut in ipso omnes vivificarentur. Ille cupidus honoris angelici, naturae suae perdidit dignitatem; hic infirmitatis nostrae suscipiens condicionem, propter quos ad inferna descendit, eosdem in caelestibus collocavit. Postremo illi per elationem lapso dictum est: *Terra es, et in terram ibis* [Gn 3, 19]; huic per subiectionem exaltato dictum est: *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* [Ps 109, 1].

987 *Pax Christi.* — 26, 5. *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.... Non quemadmodum mundus dat, ego do vobis* [Io 14, 17]. Habet, inquit, mundus amicitias suas et multos facit perverso amore concordes. Sunt etiam in vitiis pares animi, et similitudo desideriorum aequalitatem gignit affectuum. Et si quidam forsitan reperiuntur, quibus prava et inhonesta non placeant, quique illicitas consensiones a foedere suae caritatis excludant, tamen etiam tales, si vel Iudaei sint vel haeretici vel pagani, non de amicitia Dei, sed de pace

985. ML 54, 171 C. 986. ML 54, 211 C. 987. ML 54, 215 C.

sunt mundi. Pax autem spiritualium et catholicorum, a supernis veniens et ad superna perducens, cum amatoribus mundi nulla nos vult communione misceri, sed omnibus obstaculis resistere, et ad vera gaudia a perniciosis delectationibus evolare, dicente Domino: *Ubi fuerit thesaurus tuus, ibi erit et cor tuum* [Mt 6, 22], hoc est, si deorsum sunt quae amas, ad ima descendes; si sursum sunt quae diligis, ad summa pervenies; quo nos unum volentes, unum sentientes, et in fide ac spe et in caritate concordes, Spiritus pacis agat atque perducat.

Evangelica humilitas. — 37, 2. Nec immerito, cum tres 988
magos ad adorandum Iesum novi sideris claritas deduxisset, non eum imperantem daemonibus, non mortuos suscitantem, non caecis visum, aut claudis gressum, aut mutis eloquium reformantem, nec in aliqua divinarum virtutum actione viderunt, sed puerum silentem, quietum et sub matris sollicitudine constitutum; in quo nullum quidem appareret de potestate signum, sed magnum praeberetur de humilitate miraculum. Ipsa itaque species sacrae infantiae, cui se Deus Dei Filius aptarat, praedicationem auribus intimandam oculis ingerebat, ut quod adhuc vocis non proferebat sonus, visionis iam doceret effectus. Tota enim victoria Salvatoris, quae et diabolum superavit et mundum, humilitate coepta, humilitate confecta est. Dispositos dies sub persecutione incohavit, et sub persecutione finivit; nec puero tolerantia passionis, nec passuro defuit mansuetudo puerilis; quia unigenitus Dei Filius sub una maiestatis suae inclinatione suscepit, ut et homo vellet nasci et ab hominibus posset occidi.

Evangelica infantia. — 37, 3. Unde tota, dilectissimi, 989
christianae sapientiae disciplina, non in abundantia verbi, non in astutia disputandi, neque in appetitu laudis et gloriae, sed in vera et voluntaria humilitate consistit, quam Dominus Iesus Christus ab utero matris usque ad supplicium crucis pro omni fortitudine et elegit et docuit. Nam cum discipuli eius inter se, ut ait evangelista, disquirerent, *quis eorum maior esset in regno caelorum, vocavit parvulum, et statuit eum in medio eorum, et dixit: Amen, dico vobis, nisi conversi fueritis, et efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum caelorum. Quicumque ergo humiliaverit se sicut puer iste, hic maior erit in regno caelorum* [Mt 18, 1 sqq; Lc 9, 46 sqq]. Amat Christus infantiam, quam primum et animo suscepit et corpore. Amat Christus infantiam, humilitatis magistram, innocentiae regulam, mansuetudinis formam. Amat Christus infantiam, ad quam maiorum dirigit mores, ad quam senum reducit aetates; et eos ad suum inclinat exemplum, quos ad regnum sublimat aeternum.

988. ML 54, 257 C. 989. ML 54, 258 C.

990 *Tentatio.* — 39, 3. Accedentes ergo, dilectissimi, ad Quadragesimae initium, id est ad diligentiorem Domini servitutem, quia quasi ad quemdam agonem sancti operis introimus, ad pugnas tentationum animas praeparemus, et intellegamus quanto studiosiores pro nostra salute fuerimus, tanto nos vehementius ab adversariis impetendos. Sed fortior est qui in nobis est, quam qui adversum nos est, et per ipsum validi sumus, in cuius virtute confidimus; quia ob hoc Dominus se tentari a tentatore permisit, ut cuius munimur auxilio, eiusdem erudiremur exemplo. Vicit enim adversarium, ut audistis, testimoniis legis, non potestate virtutis, ut hoc ipso et hominem plus honoraret et adversarium plus puniret, cum hostis generis humani non quasi a Deo iam, sed quasi ab homine vinceretur. Pugnavit ergo ille tunc, ut et nos postea pugnaremus; vicit ille, ut et nos similiter vinceremus. Nulla sunt enim, dilectissimi, sine tentationum experimentis opera virtutis, nulla sine probationibus fides, nullum sine hoste certamen, nulla sine congressione victoria. Vita haec nostra in medio insidiarum, in medio proeliorum est. Si nolumus decipi, vigilandum est; si volumus superare, pugnandum est. Et ideo sapientissimus Salomon: *Fili,* inquit, *accedens ad servitutem Dei, praepara animam tuam ad tentationem* [Eccli 2, 1].

991 *Conformitas divinae voluntati.* — 58, 5. Cum itaque, dilectissimi, Dei Filius dicit: *Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste* [Mt 26, 39], nostrae utitur voce naturae, et causam agit fragilitatis et trepidationis humanae, ut in iis quae toleranda sunt, et patientia roboretur et formido pellatur. Denique cessans hoc ipsum petere, excusato quodammodo nostrae infirmitatis metu, in quo nobis remanere non expedit, in alium affectum transit, et dicit: *Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu* [ib.]; et iterum: *Si non potest,* inquit, *calix iste transire a me, nisi bibam illum, fiat voluntas tua* [ib. 42]. Haec vox capitis salus est totius corporis; haec vox omnes fideles instruxit, omnes confessores accendit, omnes martyres coronavit. Nam quis mundi odia, quis tentationum turbines, quis posset persecutorum superare terrores, nisi Christus in omnibus et pro omnibus diceret Patri: *Fiat voluntas tua*? Discant igitur hanc vocem omnes Ecclesiae filii magno pretio redempti, gratis iustificati; et cum adversitas violentae alicuius tentationis incubuerit, praesidio potentissimae orationis utantur; ut superato tremore formidinis, accipiant tolerantiam passionis.

992 *Crux ferenda.* — 70, 5. Passio enim Domini usque ad finem producitur mundi; et sicut in sanctis suis ipse honoratur, ipse diligitur, et in pauperibus ipse pascitur, ipse vestitur; ita in omnibus, qui pro iustitia adversa tolerant, ipse compatitur....

990. ML 54, 264 C. 991. ML 54, 336 B. 992. ML 54, 383 B.

Omnes, qui pie volunt vivere in Christo Iesu, persecutionem patiuntur [2 Tim 3, 12]. Qua sententia nimis tepidus et segnis ostenditur, qui nulla persecutione pulsatur. Pacem enim cum hoc mundo nisi amatores mundi habere non possunt, et nulla umquam iniquitati cum aequitate communio, nulla mendacio cum veritate concordia, nullus est tenebris cum luce consensus. Quia etiamsi pietas bonorum cupiat malos corrigi conversionemque multorum per gratiam Dei miserentis obtineat, malignorum tamen spirituum adversus sanctos insidiae non quiescunt, et sive occulto dolo, sive aperto proelio in omnibus fidelibus propositum bonae voluntatis infestant. Inimicum namque est illis omne quod rectum, omne quod sanctum est; et cum iis nihil in quemquam amplius liceat, quam iustitia divina permiserit, quae dignatur suos aut corripere disciplina, aut exercere patientia, agunt tamen versutissima arte fallaciae, ut ex arbitrio propriae potestatis aut laedere videantur aut parcere; et multis, quod dolendum est, ita per nequitiam simulationis illudunt, ut quidam illos et timeant pati infensos, et velint habere placatos; cum beneficia daemonum omnibus sint nocentiora vulneribus, quia tutius est homini inimicitiam diaboli meruisse quam pacem.

Crux ferenda. — 72, 5. Susceptio enim crucis est interfectio 993
cupiditatum, occisio vitiorum, declinatio vanitatis et abdicatio omnis erroris.

De visionibus. — 75, 3. Cf. EP 2212. 993*

Diaboli artes. — 89, 3. Quia igitur adversarius noster in- 994
sidiari nobis diversa tentationum arte non desinit, et haec est una versutiarum eius intentio, ut redemptos Christi sanguine a mandatis Dei possit abducere, omni diligentia praecavendum est, ut nullis inimici iaculis vulneremur. Tela enim ipsius non sunt aspera corporis sensibus, sed nimium carni, ut animae noceant, blandiuntur. Trahunt oculos ad varias cupiditates, ut de mundi pulchritudine aut concupiscentiae accendantur faces, aut superstitionum gignantur errores. Per insidiosos etiam sonos mollibus ictibus pulsatur auditus, ut animi soliditas illecebrosa modulatione solvatur et lethalium consuetudine suavitatum incauta et parum sobria corda capiantur. Sed hos diaboli dolos inefficaces et irritos faciunt divinae praesidia gratiae et evangelicae praecepta doctrinae. Quoniam qui acceperunt Spiritum Sanctum et a quibus timor Domini non de poenae formidine, sed de Dei caritate conceptus est, illaeso fidei pede laqueos talium conterunt captionum, ut creaturarum omnium pulchritudine ad gloriam et laudem sui utantur auctoris, eumque diligant super omnia, per quem facta sunt omnia [cf. Io 1, 3].

993. ML 54, 393 A. 994. ML 54, 445 B.

995 *Paenitentia necessaria.* — 90, 1. Est enim omni tempore aptum et Testamento utrique conveniens, ut per castigationem et mentis et corporis misericordia divina quaeratur, quia nihil est efficacius ad exorandum Deum, quam ut homo ipse se iudicet et numquam desinat a venia postulanda, qui se scit numquam esse sine culpa. Habet enim hoc in se vitium humana natura, non a Creatore insitum, sed a praevaricatore contractum, et in posteros generandi lege transfusum, ut de corruptibili corpore etiam quod animam corrumpere possit oriatur. Hinc interior homo, tametsi iam in Christo regeneratus et a vinculis captivitatis est erutus, assiduos habet cum carne conflictus, et dum cohibet concupiscentem, patitur repugnantem. In qua discordia non facile obtinetur tam perfecta victoria, ut etiam illa quae sunt abrumpenda non illigent, et quae sunt interficienda non vulnerent. Quantumlibet sapienter et provide iudex animus exterioribus sensibus praesit, inter ipsas tamen curas atque mensuras regendae carnis et alendae, nimis ei semper vicina tentatio est.

ISAIAS ABBAS, † 488.

Orationes.

996 *Ordo virtutum.* — Or. 17, c. 8. Ἀδύνατον οὖν σοι ἐλθεῖν τὴν διάκρισιν, ἐὰν μὴ τὴν γεωργίαν αὐτῆς ποιήσῃς· πρῶτον τὴν ἡσυχίαν· ἡ ἡσυχία τίκτει τὴν ἄσκησιν· ἡ ἄσκησις τίκτει τὸν κλαυθμόν· ὁ κλαυθμὸς τίκτει τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ· ὁ φόβος τίκτει τὴν ταπείνωσιν· ἡ ταπείνωσις τίκτει τὸ προορᾶν· τὸ προορᾶν τίκτει τὴν ἀγάπην· ἡ ἀγάπη τίκτει τὴν ψυχὴν ἄνοσον καὶ ἀπάθη.

997 *De humilitate.* — 20. Ἡ ταπείνωσίς ἐστι τὸ λογίσασθαι ἑαυτὸν ἁμαρτωλὸν εἶναι, καὶ μηδὲν καλὸν ποιεῖν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ· τὸ δὲ ἔργον τῆς ταπεινώσεώς ἐστιν ἡ σιωπή, καὶ τὸ μὴ μετρεῖν ἑαυτὸν ἔν τινι, μηδὲ φιλονεικῆσαι· ἡ ὑποταγή, τὸ βλέμμα ἔχειν

996 17, 8. Quod quidem iudicium assequi sine exercitatione non potes. Primum quies est necessaria: haec studium parit; ex studio humanae miseriae cognitio nascitur, quae gignit timorem Dei; ex Dei timore provenit humilitas; ex humilitate prudentia; ex prudentia dilectio; dilectio servat animam a perturbationibus liberam.

997 20. Humilitas est cum quis se peccatorem esse existimat, et nihil boni facere in conspectu Dei. Humilitatis exercet officia qui silentium colit, qui sibi ipse non placet ulla in re, qui non

995. ML 54, 447 B.

996. Aug. mon. (= Augustinus monachus, 1911) 112; MG 40, 1150 C. — Versionem latinam, quae sola legitur in MG 40, etsi in nonnullis minoris momenti parum fidelem, satius existimavimus immutatam exscribere.

997. Aug. mon. 118; MG 40, 1157 A.

χαμαί, τὸ ἔχειν πρὸ ὀφθαλμῶν τὸν ἑαυτοῦ θάνατον, τὸ φυλάξαι ἑαυτὸν ἀπὸ ψεύδους, τὸ μὴ ὁμιλῆσαι ἐν ματαιολογίαις, τὸ μὴ ἀντιλέγειν τῷ μείζονι, τὸ μισῆσαι τὴν ἀνάπαυσιν, τὸ βιάζεσθαι ἑαυτὸν ἐν κόπῳ, τὸ νήφειν.

Via ad regnum caelorum. — 21, 1. Ὁ δὲ θέλων εἰς τὴν 998
βασιλείαν εἰσελθεῖν, φυλάσσει τὰ ἔργα αὐτῆς· ἡ γὰρ βασιλεία κατάργησίς ἐστι πάσης ἁμαρτίας. Σπείρουσι μὲν οἱ ἐχθροί, ἀλλ' οὐ βλαστάνουσιν οἱ λογισμοὶ αὐτῶν. Ἐὰν γὰρ φθάσῃ ὁ νοῦς θεωρῆσαι τὴν γλυκύτητα τῆς θεότητος, οὐκέτι τὰ βέλη αὐτῶν εἰσέρχεται εἰς αὐτόν. Ἐνδεδυμένος γάρ ἐστι τὴν πανοπλίαν τῶν ἀρετῶν, ἥτις φυλάσσει αὐτὸν καὶ φροντίζει αὐτοῦ, καὶ οὐ συγχωρεῖ αὐτὸν ταράσσεσθαι, ἀλλὰ σχολάζει τῇ ἰδίᾳ θεωρίᾳ τοῦ γνῶναι καὶ διακρῖναι τὰς δύο ὁδούς. Καὶ τὴν μὲν μίαν φεύγειν, τὴν δὲ ἑτέραν ἀγαπῆσαι.

Quid sit cella? Quid mundus? — 21, 3. Πάλιν ἐπηρωτήθη 999
[Ἠσαίας], τί ἐστι τὸ ἡσυχάζειν ἐν τῷ κελλίῳ· καὶ ἀπεκρίθη λέγων· Τὸ ἡσυχάσαι ἐν τῷ κελλίῳ τὸ παραῤῥίπτεσθαι μὲν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καὶ ποιῆσαι τὴν δύναμιν αὐτοῦ ἀντιστῆναι παντὶ πονηρῷ λογισμῷ ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ φυγεῖν ἀπὸ τοῦ κόσμου. Καὶ πάλιν ἐπηρωτήθη καὶ τί ἐστιν ὁ κόσμος· καὶ ἀπεκρίθη λέγων· Ὁ κόσμος ἐστὶ ὁ περισπασμὸς τῆς ἁμαρτίας· ὁ κόσμος ἐστὶ τὸ ἐργάζεσθαι τὰς παραφύσεις· ὁ κόσμος ἐστὶ τὸ πληρῶσαι τὰ θελήματά σου τὰ κατὰ σάρκα· ὁ κόσμος ἐστὶ τὸ λογίσασθαι ἑαυτὸν παραμένειν ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ· ὁ κόσμος

est contentiosus; qui se subicit omnibus, qui oculos humi defixos tenet, qui mortem assidue meditatur, qui a mendacio cavet, et a nugis et sermonibus abhorret inutilibus, qui maioribus non adversatur, qui sententiam suam minime defendit, qui aequo animo fert contumeliam, qui otium fugit, qui labores libenter subit, qui neminem irritat.

21, 1. Qui vult in regnum [Dei] introire, opera eius observat. 998
Regnum enim caelorum destruit omne peccatum. Seminant inimici, sed eorum non germinant semina cogitationum. Etenim cum mens divinitatis dulcedinem degustarit, iacula nequeunt ad eam penetrare. Munita est enim virtutum clypeo, quo se defendit ut nequeat perturbari, et propriae incumbit meditationi, ut viam utramque discernat, atque unam quidem fugiat, alteram autem diligat.

21, 3. Idem abbas [Isaias], cum ex eo quaereretur, quomodo sit 999
in cella quiescendum, respondit: Is in cella recte quietem et silentium colit, qui supplex ante Deum prostratus assidue vacat orationi et totis viribus improbas omnes inimici repellit cogitationes. Id enim est a mundo procul fugere. Rursum ex eo cum quaereretur, quid esset mundus: Mundus est, inquit, animi ad peccata distractio. Mundus est, cum ea quae sunt naturae consona sequimur. Mundus est, cum carnis voluptates implemus. Mundus est, cum arbitramur diu nos in hoc saeculo permansuros. Mundus est, cum

998. Aug. mon. 119; MG 40, 1157 C.

999. Aug. mon. 121; MG 40, 1159 B.

ἐστὶ τὸ φροντίσαι τοῦ σώματος ὑπὲρ τὴν ψυχήν· ὁ κόσμος ἐστὶ τὸ καυχᾶσθαι, ἐν οἷς καταλιμπάνεις.

1000 *Tranquillitas.* — 24. Ἐν τῇ ὁδῷ τῶν ἀρετῶν ἔστι πτώματα, ἔστι καὶ ἔχθρα, ἔστι καὶ μεταβολή, ἔστιν ἀλλαγή, ἔστι μέτρα, ἔστιν ἐλάττωσις, ἔστιν ἀθυμία, ἔστι χαρά, ἔστι πόνος καρδίας, ἔστι στυγνότης, ἔστιν ἀνάπαυσις καρδίας, ἔστι προκοπή, ἔστι βία. Ὁδοιπορία γάρ ἐστιν, ἕως οὗ φθάσῃ εἰς τὴν κατάπαυσιν. Ἡ δὲ ἀπάθεια μακράν ἐστιν ἀπὸ πάντων τούτων καὶ οὐ χρείαν ἔχει τινός. Ἔστι γὰρ ἐν τῷ Θεῷ καὶ ὁ Θεὸς ἐν αὐτῇ· ἔχθραν οὐκ ἔχει, πτῶμα οὐκ ἔχει, ἔτι οὐκ ἀπιστίαν, οὐ κόπον φυλακῆς, οὐ φόβον πάθους, οὐκ ἐπιθυμίαν ἐν οὐδενὶ περί τινος πράγματος, οὐ πόνον περί τινος ἔχθρας. Μεγάλαι εἰσὶν αἱ δόξαι αὐτῆς καὶ ἀναρίθμητοι. Ἐν ὅσῳ δὲ ἔστι φόβος περί τινος πάθους, μακράν ἐστιν ἀπ' αὐτῆς, καὶ ἐν ὅσῳ κατηγορία ἀνέρχεται ἀπὸ τῆς καρδίας, ξένος αὐτῆς ἐστι. Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμα, ὅπερ ἀνέλαβεν ὁ Κύριος Ἰησοῦς, καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἀγάπη, ἣν ἐδίδαξε τοῖς ἑαυτοῦ ποιῆσαι ἐν χαρᾷ. Διὰ τοῦτο πολλοὶ ἰδιῶται ἐνόμισαν αὐτῆς φθάσαι, ἔτι τῶν παθῶν ζώντων ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ τοῦ σώματος μὴ παντελῶς καθαρεύοντος καὶ ἐξέκλιναν ἐκ τοῦ ὀφειλομένου.

1001 *Infantia.* — 25, 4. Ποῖον οὖν ἐστι τὸ ἔργον τοῦ παιδίου; Τὸ παιδίον, ἐὰν δαρῇ, κλαίει καὶ μετὰ τῶν χαιρόντων μετ' αὐτοῦ χαίρει. Ἐὰν ὑβρισθῇ, οὐκ ὀργίζεται, καὶ δοξαζόμενον οὐκ ἐπαίρεται. Ἐὰν τιμήσωσι τὸν ἕτερον αὐτοῦ ὑπὲρ αὐτόν, οὐ ζηλοῖ. Ἐὰν λάβωσι τὰ αὐτοῦ, οὐ ταράσσεται. Ἐὰν καταλείψωσιν αὐτὸν ὀλίγον εἰς κληρονομίαν, οὐκ ἐπίσταται. Οὐκ εἰσέρχεται εἰς κρίσιν

---

maiorem corporis quam animae curam gerimus. Mundus est, cum iis quae sunt caduca gloriamur.

1000 24. In virtutum via sunt lapsus, sunt inimici, est mutatio, est copia, est mediocritas, est inopia, est maestitia, est gaudium, est animi labor et angustia, est quies, est progressio, est vis. Iter enim agimus, donec ad requiem perveniamus. Tranquillitas autem ab omnibus est perturbationibus vacua, et nulla re indiget. Est enim in Deo, et Deus in illa. Inimicos non habet, non lapsum, non incredulitatem, non perturbationis laborem, non rei cuiusquam cupiditatem. Magnae denique atque innumerabiles sunt illius dotes. Ab hac procul abest, qui aliqua laborat perturbatione. Haec est illa caritas, quam nos Dominus Iesus docuit omnibus exhibere. Ad hanc imperiti nonnulli putant se pervenisse, cum adhuc animi morbis divexentur, et corporis immunditia sordeant, et ab omni virtute sint remotissimi.

1001 25, 4. Quaenam sunt infantis opera? Infans si verberetur, plorat. Risu agnoscit arridentes sibi. Affectus contumelia non irascitur. Laudibus non extollitur. Si loco eius alium venereris, non dolet. Si res illi suas eripias, non turbatur. Si paucis in rebus heres fuerit institutus, minime curat. Neminem vocat in iudicium. Pro

---

1000. Aug. mon. 149; MG 40, 1174 C.
1001. Aug. mon. 154; MG 40, 1176 D.

μετά τινος· οὐ φιλονεικεῖ διὰ τοῦ αὐτοῦ· οὐ μισεῖ τινα ἄνθρωπον. Ἐὰν πτωχὸς ᾖ, οὐ λυπεῖται. Ἐὰν πλούσιος ᾖ, οὐχ ὑψηλοφρονεῖ. Ἐὰν ἴδῃ γυναῖκα, οὐκ ἐπιθυμεῖ αὐτῆς. Ἡδονὴ ἢ φροντὶς οὐ κατακυριεύει αὐτοῦ. Οὐδένα κρίνει, οὐδένα κυριεύει, οὐδενὶ βασκαίνει, οὐ περπερεύεται εἰς ὃ οὐκ οἶδεν, οὐ χλευάζει διὰ τὸ σχῆμα τὸν πλησίον, ἔχθραν οὐκ ἔχει μετά τινος, οὐχ ὑποκρίνεται, οὐ ζητεῖ τιμὴν τοῦ κόσμου τούτου, οὐ ζητεῖ συνάξαι πλοῦτον, οὐκ ἀγαπᾷ φιλαργυρίαν, οὐ γίνεται αὐθάδης, οὐ φιλονεικεῖ, οὐ διδάσκει ἐμπαθῶς, οὐ μεριμνᾷ περί τινος. Ἐὰν ἐκδύσωσιν αὐτόν, οὐ λυπεῖται, οὐ κρατεῖ τὸ ἴδιον θέλημα, οὐ φοβεῖται λοιμόν, οὐδὲ κακούργους, οὐ φοβεῖται θηρίον οὐδὲ πόλεμον. Ἐὰν γίνηται διωγμός, οὐ ταράσσεται. Τοιοῦτός ἐστι περὶ οὗ εἶπεν ὁ Δεσπότης ἡμῶν Ἰησοῦς· «Ἐὰν μὴ στραφῆτε καὶ γίνησθε ὡς τὰ παιδία ταῦτα, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ» [Mt 18, 3].

S. ISAAC NINIVITA, saec. V.

Sermones ascetici.

Fundamentum vitae monasticae. — Ἡ ἀρχὴ τῆς ὁδοῦ τῆς 1002
ζωῆς, τὸ ἀεὶ μελετῆσαι τὸν νοῦν ἐν τοῖς λόγοις τοῦ Θεοῦ καὶ ἐν πτωχείᾳ διατρίβειν. Τὸ γὰρ ἐκεῖθεν ἀρδεύεσθαι, συνεργεῖ εἰς τὴν ταύτης τελείωσιν· ἤγουν τὸ ἀρδεύεσθαι ἐκ τῆς μελέτης τῶν λόγων τοῦ Θεοῦ, βοηθεῖ σοι εἰς τὴν τῆς πτωχείας κατόρθωσιν. Ἡ δὲ τῆς ἀκτημοσύνης κατόρθωσις σχολὴν παρέχει σοι τοῦ κατορθῶσαι τὴν μελέτην τῶν λόγων τοῦ Θεοῦ. Ἡ δὲ βοήθεια

---

fortunis suis non contendit. Neminem odit. Si pauper est, non maeret. Si dives, non superbit. Si mulierem videt, non concupiscit. Nulla illi neque libido, neque sollicitudo dominatur. Neminem iudicat, nemini imperat, invidet nemini; in iis quae nescit, sese non iactitat, proximi formam aut habitum non deridet, non exercet ullo cum homine inimicitias, non simulat, non quaerit mundi dignitates, cumulandis divitiis non incumbit, non diligit avaritiam, non est pertinax, non litigiosus, non in docendo ambitiosus. Si exuatur, non est sollicitus, non tristatur, propriam non defendit voluntatem. Famem non metuit, maleficos et facinorosos homines non timet, serpentes et feras non formidat. Si bellum ingruat, non perhorrescit. Tales sunt, de quibus ait Dominus Iesus: *Nisi conversi fueritis, et efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum Dei.*

Initium viae vitae semper meditari in verbis Domini et in men- 1002
dicitate vitam agere. Nam exinde irrigari ad huius perfectionem conducit; irrigari scilicet meditatione verborum Dei adiuvat ad mendicitatis stabilimentum. Recta autem paupertatis affectio otium procurat ad rectam verborum Dei meditationem. Auxilium vero

---

1002. Nic. mon. (= Nicephorus monachus, 1770) 2; Sp. (= Spetsieri, 1895) 2.

τῶν δύο τούτων συντόμως ἀναφέρει εἰς τὴν ἀνάβασιν πάσης οἰκοδομῆς τῶν ἀρετῶν. Οὐδεὶς δύναται πλησιάσαι τῷ Θεῷ, εἰ μὴ ὁ ἀφιστῶν ἑαυτὸν ἐκ τοῦ κόσμου. Ἀπόστασιν δὲ λέγω οὐ τὴν ἐκδημίαν τοῦ σώματος ἀλλὰ τῶν τοῦ κόσμου πραγμάτων.

1003 *Contemplatio et actio uniantur.* — Ἕκαστόν τι ἐνεργούμενον ἐν τῇ θεωρίᾳ καὶ πληρούμενον δι' ἐντολῆς τῆς ὑπὲρ αὐτοῦ, ἀθεώρητόν ἐστιν ὅλον τοῖς τοῦ σώματος ὀφθαλμοῖς. Καὶ ἕκαστόν τι ἐν τῇ πράξει ἐνεργούμενον, σύνθετόν ἐστιν, ὅτι ἡ ἐντολὴ ἡ μία μόνη, ἤγουν ἡ πρᾶξις, τῶν ἀμφοτέρων δεῖται, τῆς θεωρίας καὶ τῆς πράξεως, ἕνεκα τῶν σωματικῶν καὶ τῶν ἀσωμάτων. Ἡ σύνθεσις γὰρ τῶν ἑκατέρων μία ἐστί.

1004 *Virtutes ab invicem gignuntur.* — Ἐκ τῆς ἐργασίας τῆς βιαίας τίκτεται ἡ θέρμη ἡ ἄμετρος, ἡ πυρπολουμένη ἐν τῇ καρδίᾳ ἐκ τῶν θερμῶν ἐνθυμήσεων, τῶν καινῶς ἐπιπολευουσῶν τῇ διανοίᾳ. Αὕτη δὲ ἡ ἐργασία καὶ ἡ φυλακὴ λεπτύνουσι τὸν νοῦν ἐν τῇ θέρμῃ αὐτῶν, καὶ παρέχουσιν αὐτῷ ὅρασιν. Καὶ αὕτη ἡ ὅρασις τίκτει τοὺς θερμούς, λογισμούς, οὓς προεῖπον, ἐν τῷ βάθει τῆς ὁράσεως τῆς ψυχῆς. Ἥτις καλεῖται θεωρία. Αὕτη δὲ ἡ θεωρία τίκτει τὴν θέρμην καὶ ἐκ τῆς θέρμης ταύτης, τῆς ἐκ τῆς χάριτος τῆς θεωρίας ἐπιγινομένης, γεννᾶται ἡ ἐπιῤῥοὴ τῶν δακρύων. Ἐξ ἀρχῆς μὲν μικρὸν κέρδος, τουτέστιν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ πολλάκις ἐπέρχεται τῷ ἀνθρώπῳ δάκρυα καὶ αὖθις ἐλλείπει καὶ ἐκ τούτου ἔρχεται τὸ ἄπαυστον δάκρυον καὶ ἐκ τῶν ἀπαύστων

---

utriusque breviter producit ad ascensionem in omni aedificatione virtutum. Nemo enim potest ad Deum appropinquare nisi a mundo se retrahat; retractione dico non per elongationem corporis, sed rerum mundi.

1003 Quidquid efficitur in contemplatione et impletur per mandatum de illa, plane invisibile est oculis corporis. Quidquid et actione efficitur, compositum est, quia mandatum unicum, id est praxis, utraque indiget, scilicet contemplatione et actione ob corporalia et incorporalia. Compositio enim utriusque una est.

1004 Ex operatione violenta oritur calor sine mensura, qui in corde ingeritur ex novis cogitationibus, quae de novo superveniunt menti. Nam operatio et custodia mentem acuunt in ipsarum fervore et praestant visionem. Et haec visio parit ferventes cogitationes, quas praedixi in profunditate visionis animae, quae contemplatio appellatur. Haec autem contemplatio parit fervorem; et hoc fervore, qui fit ex gratia contemplationis, fluxus gignitur lacrimarum. In principio quidem prius modicae scilicet superveniunt homini per diem, et iterum deficiunt, et ex hoc proveniunt eidem indeficientes

---

1003. Nic. mon. 8; Sp. 8.
1004. Nic. mon. 59; Sp. 41; MG 86, 848 A. — Sub titulo *De contemptu mundi* transiit pars quaedam sermonum S. Isaaci de versione graeca (S. Isaac scripsit syriace) in idioma latinum, et haec versio recusa est a Migne. Duos ex locis hic allatis invenire est in MG. Cf. *I. B. Chabot,* De Isaaci Ninivitae vita, scriptis et doctrina (Lovanii 1892).

δακρύων δέχεται ἡ ψυχὴ τὴν εἰρήνην τῶν λογισμῶν. Ἐκ δὲ τῆς εἰρήνης τῶν λογισμῶν ὑψοῦται εἰς τὴν καθαρότητα τοῦ νοῦ. Διὰ δὲ τῆς τοῦ νοῦ καθαρότητος ἔρχεται ὁ ἄνθρωπος εἰς τὸ βλέπειν τὰ μυστήρια τοῦ Θεοῦ. Διότι ἡ καθαρότης ἐν τῇ ἀπὸ τῶν πολέμων εἰρήνῃ κεκρυμμένη ἐστί.

Tres ordines proficientium. — Τρεῖς εἰσὶ τάξεις, ἐν αἷς προ- 1005
κόπτει ὁ ἄνθρωπος· ἡ τάξις τῶν ἀρχαρίων, καὶ ἡ μέση, καὶ ἡ τῶν τελείων. Καὶ ὁ μὲν ἐν τῇ πρώτῃ τάξει ὤν, εἰ καὶ τὸ φρόνημα αὐτοῦ εἰς τὸ ἀγαθὸν ῥέπει, ἀλλ' οὖν ἡ κίνησις τῆς διανοίας αὐτοῦ ἐν τοῖς πάθεσίν ἐστιν. Ἡ δὲ δευτέρα μέση τίς ἐστιν ἐμπαθείας καὶ ἀπαθείας. Καὶ οἱ δεξιοὶ λογισμοὶ καὶ οἱ ἐξ εὐωνύμων ἐξίσης κινοῦνται ἐν αὐτῷ, καὶ οὐ παύεται ὅλως βρύων τὸ φῶς, καὶ τὸ σκότος ὡς ἤδη εἴρηται.

De oratione pura. — Καθώσπερ πᾶσα ἡ δύναμις τῶν νόμων 1006
καὶ τῶν ἐντολῶν τῶν δοθεισῶν τοῖς ἀνθρώποις παρὰ Θεοῦ μέχρι τῆς καθαρότητος τῆς καρδίας διορίζεται κατὰ τὸν λόγον τῶν πατέρων, οὕτω καὶ πάντες οἱ τρόποι καὶ τὰ χρήματα τῆς προσευχῆς, ἅτινα τῷ Θεῷ προσεύχονται οἱ ἄνθρωποι, μέχρι τῆς καθαρᾶς προσευχῆς διορίζονται. Οἵ τε γὰρ στεναγμοὶ καὶ αἱ γονυπετήσεις, καὶ αἱ καρδιακαὶ δεήσεις καὶ οἱ γλυκύτατοι κλαυθμοὶ καὶ πάντα τὰ ἐν προσευχῇ σχήματα, καθὼς ἔφην, ἕως τῆς καθαρᾶς εὐχῆς τὸν ὅρον κέκτηνται καὶ ἐξουσίαν ἔχει κινεῖσθαι, ἀπὸ δὲ τῆς καθαρότητος τῆς προσευχῆς καὶ μέχρι τῶν ἔνδον, ἡνίκα τὸν ὅρον τοῦτον διαβῇ, οὐκ ἔτι ἕξει ἄδειαν ἡ διάνοια οὔτε εἰς προσευχήν, οὔτε εἰς κίνησιν, οὔτε κλαυθμόν, οὔτε

---

lacrimae, et recipit anima pacem cogitationum. Ex pace vero cogitationum ad mentis munditiam exaltatur. Per munditiam vero mentis pervenit ad videndum secreta; quia munditia est absconsa in pace, quae pugnis successit.

Tres sunt ordines, in quibus proficit homo: novitiorum, medius 1005
et perfectorum. Qui est ergo in primo ordine, quamquam intentio eius in bonum tendat, motus tamen suae mentis in passionibus est. Secundus autem medius quidem est inter passibilitatem et impassibilitatem, et cogitationes tam dextrae quam sinistrae aequaliter moventur in illo, nec cessat omnino lumen in ipso producere tenebras, sicut iam dictum est.

Sicut enim virtus legum et mandatorum, quae a Deo data sunt 1006
hominibus, usque ad puritatem cordis discernitur iuxta rationem patrum, ita et omnes modi et res orationis, quas Deo homines precantur, usque ad puram orationem discernuntur. Gemitus enim et genuflexiones et precationes cordium et dulcissimus eiulatus et omnes orationis modi, ut dixi, usque ad puram orationem regulam habent et moveri possunt, ab orationis puritate, et usque ad ea quae intus sunt, non habet facultatem mens usque ad orationem, usque ad motionem, usque ad gemitum, neque potestatem, neque

---

1005. Nic. mon. 64; Sp. 45; MG 86, 854 B.
1006. Nic. mon. 198; Sp. 134.

ἐξουσίαν, οὔτε αὐτεξουσιότητα, οὔτε δέησιν, οὔτε ἐπιθυμίαν, ἢ τινος ἡδονὴν τῶν ἐν τῷδε τῷ βίῳ ἐλπιζομένων, ἢ τῶν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι. Καὶ διὰ τοῦτο μετὰ τὴν καθαρὰν προσευχήν, ἄλλη προσευχὴ οὐκ ἔστι. Καὶ πᾶσα ταύτης κίνησις, καὶ πάντα τὰ σχήματα ἕως ὧδε τὸν νοῦν ἀπάγουσι τῇ ἐξουσίᾳ τῆς αὐτεξουσιότητος. Διὰ τοῦτο ἀγὼν ἐν αὐτῇ. Μετὰ δὲ τοῦτον τὸν ὅρον, ἔκπληξις ἔσται τότε καὶ οὐχὶ προσευχή. Διότι πέπαυται τὰ τῆς προσευχῆς καὶ θεωρία τίς ἐστι καὶ οὐχὶ προσευχὴν προσεύχεται ὁ νοῦς. Πᾶς τρόπος προσευχῆς γινόμενος διὰ κινήσεων γίνεται. Ἡνίκα δὲ ὁ νοῦς εἰσέλθῃ εἰς τὰς πνευματικὰς κινήσεις, ἐκεῖ προσευχὴν οὐκ ἔχει. Ἄλλο ἐστὶν ἡ προσευχή, καὶ ἄλλο ἡ ἐν αὐτῇ θεωρία, εἰ καὶ ἐξ ἀλλήλων τὰς ἀφορμὰς λαμβάνουσιν. Ἐκείνη μὲν γὰρ σπόρος· αὕτη δὲ δραγμάτων ἄρσις. Ἔνθα θέᾳ ἀνεκλαλήτῳ ἐξίσταται ὁ θερίζων, πῶς ἐξ ἐλαχίστων, καὶ γυμνῶν κόκκων, ὧν ἔσπειρε τοιοῦτοι ἀνθηροὶ στάχυες ἐνώπιον αὐτοῦ ἐξαίφνης ἐβλάστησαν. Οὗτος μένει ἐν τῇ ἰδίᾳ γεωργίᾳ ἐκτὸς πάσης κινήσεως.

1007 *De oratione pura.* — Λοιπόν, ἀδελφέ, πίστευε, ὅτι ἐξουσίαν ἔχει διακρίνειν ὁ νοῦς τὰς ἑαυτοῦ κινήσεις, ἕως τοῦ τόπου τῆς ἐν προσευχῇ καθαρότητος. Ὅταν δὲ φθάσῃ ἐκεῖ καὶ μὴ στραφῇ εἰς τὰ ὀπίσω ἢ καταλείψῃ τὴν προσευχήν, τότε γίνεται ἡ προσευχὴ ὥσπερ τι μεσῖτις μεταξὺ τῆς ψυχικῆς καὶ τῆς πνευματικῆς. Ὅταν μὲν κινηθῇ, ἐν τῇ ψυχικῇ χώρᾳ ἐστίν· ὅταν δὲ εἰς ἐκείνην τὴν χώραν εἰσέλθῃ, παύεται τῆς προσευχῆς. Οἱ γὰρ ἅγιοι ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι οὐ προσευχῇ προσεύχονται, ὅταν ὁ νοῦς αὐτῶν καταποθῇ ὑπὸ τοῦ Πνεύματος, ἀλλὰ μετὰ καταπλήξεως

libertatem neque precationem neque desiderium vel voluptatem rerum quae sperantur, in hac vita vel in aevo futuro. Et propterea post orationem puram, alia oratio non est. Et omnis eius motus, et omnes modi hucusque mentem ducunt potestate libertatis. Propterea fit certamen in illa. Post hunc finem, tunc erit mentis alienatio, sed non oratio. Itaque cessat oratio et fit contemplatio neque oratio dum precatur mens. Omnis orationis modus per motus habetur; postquam autem intraverit mens in motus principales, ibi orationem non habet. Aliud est oratio, aliud contemplatio quae in ea fit, etiam si altera auxilium habeat. Illa est enim satio, haec vero manipulorum ablatio. Hic ineffabili visione obstupefit messor, quomodo ex minimis et nudis granis quae seminavit, tantae multitudinis spicae ante se subito fruticatae sint. Ille vero manet in propria cultura extra omnem motum.

1007 Ceterum, frater, crede potestatem esse menti suos discernere motus usque ad locum puritatis in oratione. Cum autem ibi pervenerit nec retrorsum verterit vel orationem reliquerit, tunc fit oratio, sicut media inter psychicam et spiritualem. Si movetur, in regione psychica est; si autem in illam regionem ingressa est, cessat orationem. Sancti enim in aevo futuro oratione non precantur, dum mentes eorum a Spiritu inebriantur, sed cum admira-

1007. Nic. mon. 202; Sp. 137.

ἐναυλίζονται ἐν τῇ εὐφραινούσῃ δόξῃ. Οὕτω καὶ ἐν ἡμῖν. Ἡνίκα ἀξιωθῇ ὁ νοῦς αἰσθάνεσθαι τῆς μελλούσης μακαριότητος, καὶ ἑαυτοῦ ἐπιλανθάνεται, καὶ πάντων τῶν ἐνθάδε καὶ οὐκ ἔτι ἕξει κίνησιν ἔν τισι. Τούτου ἕνεκεν μετὰ πεποιθήσεως θαῤῥεῖ τίς λέγειν, ὅτι πᾶσαν ἀρετὴν γινομένην καὶ πᾶσαν τάξιν προσευχῆς, εἴτε ἐν σώματι, εἴτε ἐν διανοίᾳ, τὸ αὐτεξούσιον τοῦ θελήματος ὁδηγεῖ, καὶ κινεῖ, καὶ αὐτὸν τὸν νοῦν τὸν ὄντα βασιλέα τῶν παθῶν διὰ τῶν αἰσθήσεων; Ἡνίκα δὲ τοῦ πνεύματος ἡ διοίκησις καὶ ἡ οἰκονομία κυριεύει τοῦ νοός, τοῦ τῶν αἰσθήσεων καὶ λογισμῶν οἰκονόμου, ἀφαιρεῖται τὸ αὐτεξούσιον ἀπὸ τῆς φύσεως, καὶ ὁδηγίᾳ ὁδηγεῖται τότε, καὶ οὐχ ὁδηγήσει. Καὶ ποῦ τότε ἔσται ἡ προσευχή, ἡνίκα ἡ φύσις μὴ ἰσχύῃ ἐξουσίαν ἔχειν καθ' ἑαυτῆς, ἀλλ' ἑτέρᾳ δυνάμει ὁδηγεῖται ἔνθα οὐ γινώσκει, οὐδὲ τὰς κινήσεις τῆς διανοίας κατορθῶσαι δυνηθῇ ἐν οἷς ἂν βούληται, ἀλλ' αἰχμαλωσίᾳ κατακρατεῖται ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ, καὶ ὑπ' αὐτῆς ὁδηγεῖται ἔνθα οὐκ αἰσθάνεται; Ἀλλ' οὐδὲ θέλησιν ἕξει τηνικαῦτα «οὔτε εἰ ἐν σώματί ἐστιν, ἢ ἐκτὸς τοῦ σώματος» [2 Cor 12, 2] οἶδε κατὰ τὴν τῆς Γραφῆς μαρτυρίαν. Λοιπὸν ἔσται ἄρα τῷ οὕτως αἰχμαλωτισθέντι καὶ ἑαυτὸν μὴ εἰδότι προσευχή; Διὰ τοῦτο μηδεὶς βλασφημείτω, καὶ λέγειν θαῤῥείτω, δυνατὸν εἶναι προσεύχεσθαι τὴν πνευματικὴν προσευχήν. Ταύτῃ γὰρ τῇ τόλμῃ καταχρῶνται οἱ μετὰ ἀλαζονείας προσευχόμενοι καὶ ἰδιῶται τῇ γνώσει καὶ ἑαυτοῖς καταψεύδονται, ὅτι ὅταν βούλωνται προσεύχονται τὴν πνευματικὴν προσευχήν. Οἱ δὲ ταπεινόφρονες καὶ νοήμονες συγκαταβαίνουσι μαθεῖν παρὰ τῶν πατέρων καὶ γνῶναι τοὺς ὅρους τῆς φύσεως, καὶ ταύτῃ τῇ τόλμῃ τὰς ἑαυτῶν διανοίας δοῦναι οὐκ ἀνέχονται.

tione in gloria laetifica inhabitant. Ita et in nobis. Si mens existimatur digna quae percipiat beatitudinem futuram, et sui obliviscitur et omnium terrenarum rerum, nec iam habebit ad aliqua motus. Propterea quis audet cum fiducia dicere omnem virtutem et omnem orationis modum, sive in corpore sive in cogitatione, a libertate voluntatis adduci et moveri? Si autem spiritus administratio et dispensatio dominium mentis obtinet, quae sensuum et cogitationum oeconomus est, tollitur libertas a natura et ductione tunc ducitur, nec ipsa ducet. Et ubi tunc erit oratio, si natura non habet potestatem in se, sed alia virtute ducitur in locum quem non cognovit, nec potest motus spirituales ratos efficere quos vult, sed captiva tenetur in illa hora et ab ea ducitur in locum quem non percipit? Nec dicere poterit tunc, utrum cognoverit *in corpore* an *extra corpus* iuxta Scripturae testimonium. Ceterum, num erit oratio homini qui ita captivus est nec se cognovit? Propterea nemo blasphemetur et dicere audeat hominem posse precari puram orationem. Hac enim audacia utuntur qui cum ostentatione precantur, imperiti sunt ad cognitionem et sibi mentiuntur dicentes homines posse quandocumque volunt precari puram orationem. Humiles vero et prudentes non dedignantur a patribus discere et terminos naturae cognoscere, nec huic audaciae suas cogitationes dare patiuntur.

Ἐρώτ. Καὶ τίνος ἕνεκεν, ἐπεὶ οὐκ ἔστι προσευχή, τῇ τῆς προσευχῆς ἐπωνυμίᾳ προσαγορεύεται αὕτη ἡ ἀνεκλάλητος χάρις; — Ἀπόκρ. Τὸ αἴτιον οὕτως εἶναι λέγομεν· διότι ἐν τῷ καιρῷ τῆς προσευχῆς δίδοται τοῖς ἀξίοις, καὶ ἐκ τῆς προσευχῆς ἔχει τὴν ἀφορμήν. Καθότι οὐκ ἔστι ταύτῃ τῇ ἐπιδόξῳ τόπος ἐπιφοιτήσεως, ἀλλ' ἢ τὸν τοιοῦτον καιρόν, κατὰ τὴν τῶν πατέρων μαρτυρίαν. Διά τοι τοῦτο τῇ ἐπωνυμίᾳ τῆς προσευχῆς προσαγορεύεται, διότι ἐκ τῆς προσευχῆς ὁδηγεῖται ὁ νοῦς πρὸς ἐκείνην τὴν μακαριότητα, καὶ διὰ τὸ τὴν προσευχήν, ταύτην εἶναι αἰτίαν, καὶ ἐν ἄλλοις καιροῖς χώραν οὐκ ἔχειν, ὡς δηλοῦσι τὰ συγγράμματα τῶν πατέρων. Ἴδωμεν γὰρ πολλοὺς τῶν αγίων, ὡς καὶ ἐν τοῖς βίοις αὐτῶν ἐστιν, ἱσταμένους εἰς προσευχὴν καὶ ἁρπαγέντας τὸν νοῦν.

APOPHTHEGMATA PATRUM, ca 500.

1008 *Labor personalis.* — De abbate Antonio, n. 16. Ἀδελφὸς εἶπε τῷ ἀββᾷ Ἀντωνίῳ· Εὖξαι ὑπὲρ ἐμοῦ. Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Οὐδὲ ἐγώ σε ἐλεῶ, οὐδὲ ὁ Θεός, ἐὰν μὴ σὺ αὐτὸς σπουδάσῃς, καὶ αἰτήσῃ τὸν Θεόν.

1009 *Renuntiatio perfecta.* — Ib. 20. Ἀδελφὸς ἀποταξάμενος τῷ κόσμῳ καὶ διαδοὺς τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ πτωχοῖς, παρακατασχὼν δὲ ὀλίγα εἰς λόγον ἑαυτοῦ, παρέβαλε τῷ ἀββᾷ Ἀντωνίῳ. Καὶ τοῦτο μαθών, λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Εἰ θέλεις μοναχὸς γενέσθαι, ἄπελθε εἰς τήνδε τὴν κώμην, καὶ ἀγόρασον κρέας, καὶ περίθες τῷ σώματί σου γυμνῷ, καὶ οὕτως ἐλθὲ ἐνταῦθα. Καὶ ποιήσαντος οὕτως τοῦ ἀδελφοῦ, οἱ κύνες καὶ τὰ ὄρνεα τὸ σῶμα αὐτοῦ κατέτεμνον. Ἀπαντήσαντος δὲ αὐτοῦ πρὸς τὸν γέροντα, ἐπύθετο εἰ γέγονεν ὡς συνεβούλευσεν. Ἐκείνου δὲ ἐπιδεικνυμένου τὸ σῶμα διεσπαραγμένον, λέγει ὁ ἅγιος Ἀντώνιος· Οἱ ἀποταξάμενοι τῷ κόσμῳ, καὶ θέλοντες ἔχειν χρήματα, οὕτως ἀπὸ τῶν δαιμόνων κατακόπτονται πολεμούμενοι.

Radices impeccantiae. — De abb. Arsenio, 1. Ὁ ἀββᾶς 1010
Ἀρσένιος ἔτι ὢν ἐν τῷ παλατίῳ, εὔξατο τῷ Θεῷ λέγων· Κύριε, ὁδήγησόν με πῶς σωθῶ. Καὶ ἦλθεν αὐτῷ φωνὴ λέγουσα· Ἀρσένιε, φεῦγε τοὺς ἀνθρώπους, καὶ σώζῃ.

2. Ὁ αὐτὸς ἀναχωρήσας ἐν τῷ μονήρει βίῳ, πάλιν εὔξατο, τὸν αὐτὸν λόγον εἰπών. Καὶ ἤκουσε φωνῆς λεγούσης αὐτῷ· Ἀρσένιε, φεῦγε, σιώπα, ἡσύχαζε· αὗται γάρ εἰσιν αἱ ῥίζαι τῆς ἀναμαρτησίας.

Difficultates in oratione. — De abb. Agathone, 9. Ἠρώτησαν 1011
αὐτὸν πάλιν οἱ ἀδελφοὶ λέγοντες· Ποία ἀρετή ἐστι, Πάτερ, ἐν ταῖς πολιτείαις, ἔχουσα πλείονα κάματον; Λέγει αὐτοῖς· Συγχωρήσατέ μοι, λογίζομαι ὅτι οὐκ ἔστιν ἕτερος κάματος, ὡς τὸ εὔξασθαι τῷ Θεῷ. Πάντοτε γὰρ ὅτε θέλῃ ὁ ἄνθρωπος προσεύξασθαι, βούλονται οἱ ἐχθροὶ ἐκκόψαι αὐτόν· οἴδασι γὰρ ὅτι οὐδαμόθεν ἐμποδίζονται, εἰ μὴ ἀπὸ τοῦ εὔξασθαι τῷ Θεῷ. Καὶ πᾶσαν δὲ πολιτείαν ἣν ἂν μετέλθῃ ἄνθρωπος, ἐγκαρτερῶν ἐν αὐτῇ, κτᾶται ἀνάπαυσιν· τὸ δὲ εὔξασθαι, ἕως ἐσχάτης ἀναπνοῆς ἀγῶνος χρῄζει.

De iudicio cogitandum. — De abb. Ammona, 1. Ἀδελφὸς 1012
ἠρώτησε τὸν ἀββᾶν Ἀμμωνᾶν, λέγων· Εἰπέ μοι ῥῆμα. Καὶ λέγει ὁ γέρων· Ὕπαγε, ποίησον τὸν λογισμόν σου, ὥσπερ οἱ κακοῦργοι

Interr. Cur, si non est oratio, nomine orationis designatur illa ineffabilis gratia? *Resp.* Causam hanc nos dicimus, quia in tempore orationis datur dignis, et ortum habet ex oratione, quia illi celeberrimae gratiae accessus non est nisi in hoc tempore, iuxta testimonium patrum. Propterea nomine orationis designatur, quia ex oratione mens ducitur ad illam puritatem, et per orationem, quia est haec causa, et in aliis temporibus illa locum non habet, ut ostendunt scripta patrum. Videamus enim multos sanctorum, ut apparet ex illorum vitis, stantes in oratione et raptos esse mente.

1008 16. Frater dixit abbati Antonio: Ora pro me. Ait illi senex: Nec ego tui misereor, nec Deus, nisi tu quoque operam navaveris, Deumque fueris deprecatus.

1009 20. Frater qui renuntiaverat saeculo, et sua pauperibus distribuerat, sibi tamen retinuerat pauca, accessit ad abbatem Antonium. Quo comperto, dixit ei senex: Si vis monachus fieri, perge ad illum vicum, eme carnes, circumpone corpori tuo nudo, sicque huc veni. Cum ergo ita fecisset frater, canes atque aves corpus eius lacerabant. Occurrente autem illo ad senem, interrogavit, num fecisset ut illi consilium dederat. Et postquam is ostendisset corpus suum dilaceratum, ait S. Antonius: Qui mundo renuntiaverunt voluntque habere pecunias, hunc in modum a daemonibus impugnati discerpuntur.

1. Abbas Arsenius, cum adhuc in palatio versaretur, oravit ad 1010
Deum dicens: Domine, duc me per viam qua salutem consequar. Et descendit ad eum haec vox: Arseni, fuge homines, et salvus eris.

2. Idem cum ad vitam solitariam secessiset, iterum oravit eamdem precem. Audivitque vocem huiusmodi: Arseni, fuge, tace, quiesce; hae enim sunt radices impeccantiae.

9. Interrogaverunt eum adhuc fratres, dicentes: Quae virtus, 1011
Pater, inter ceteras maiorem exigit laborem? Dicit iis: Ignoscite mihi, existimo nullum laborem aequari precibus ad Deum. Quotiescumque enim homo voluerit orare, inimici seu daemones nituntur eum avertere. Sciunt quippe non aliter impediri se, nisi per orationem ad Deum. Certe quidquid aliud boni operis homo aggressus fuerit, in eo perseverans, requiem obtinet; at oratio ad ultimum usque spiritum eget certamine.

1. Frater interrogavit abbatem Ammonam, dicens: Profer mihi 1012
verbum. Ait senex: Vade, talem habe cogitationem, qualem rei

1008. MG 65, 80 C. 1009. MG 65, 81 C.

1010. MG 65, 88 B. 1011. MG 65, 112 B. 1012. MG 65, 120 A.

ποιοῦσιν οἱ ὄντες ἐν τῇ φυλακῇ. Ἐκεῖνοι γὰρ ἐρωτῶσιν ἀεὶ τοὺς ἀνθρώπους, ποῦ ἔστιν ὁ ἡγεμὼν καὶ πότε ἔρχεται, καὶ ἀπὸ τῆς προσδοκίας κλαίουσιν. Οὕτως καὶ ὁ μοναχὸς ὀφείλει διαπαντὸς προσέχειν, καὶ ἐλέγχειν τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν, λέγων· Οὐαί μοι. Πῶς ἔχω παραστῆναι τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ; Καὶ πῶς ἔχω αὐτῷ ἀπολογήσασθαι; Ἐὰν οὕτως μελετήσῃς διαπαντός, δύνασαι σωθῆναι.

1013 *Solitudo cum Deo.* — De abb. Alonio, 1. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ἀλώνιος· Ἐὰν μὴ εἴπῃ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ ἄνθρωπος, ὅτι· Ἐγὼ μόνος καὶ ὁ Θεός ἐσμεν ἐν τῷ κόσμῳ, οὐχ ἕξει ἀνάπαυσιν.

1014 *Tria quae decent monachum.* — De abb. Andrea. Ἔλεγεν ὁ ἀββᾶς Ἀνδρέας· Πρέπει τῷ μοναχῷ τὰ τρία ταῦτα· ἡ ξενιτεία, ἡ πτωχεία καὶ ἡ σιωπὴ ἐν ὑπομονῇ.

1015 *Monachus oculus esse debet.* — De abb. Besarione, 11. Ὁ ἀββᾶς Βισαρίων ἀποθνήσκων ἔλεγεν, ὅτι ὀφείλει εἶναι ὁ μοναχὸς ὡς τὰ χερουβὶμ καὶ τὰ σεραφίμ, ὅλος ὀφθαλμός.

1016 *Quomodo timor Dei veniat in animum.* — De abb. Euprepio, 5. Ἀδελφὸς ἠρώτησε τὸν αὐτὸν γέροντα, λέγων· Πῶς ἔρχεται ὁ φόβος τοῦ Θεοῦ εἰς τὴν ψυχήν; Καὶ εἶπεν ὁ γέρων· Ἐὰν ἔχῃ ἄνθρωπος τὴν ταπείνωσιν, καὶ τὴν ἀκτημοσύνην, καὶ τὸ μὴ κρίνειν, ἔρχεται αὐτῷ ὁ φόβος τοῦ Θεοῦ.

1017 *Orandum pro inimicis.* — De abb. Zenone, 7. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ζήνων· Ὁ θέλων ταχὺ ἵνα εἰσακούσῃ ὁ Θεὸς τῆς εὐχῆς αὐτοῦ, ἡνίκα ἀναστῇ καὶ ἐκτείνει τὰς χεῖρας αὐτοῦ πρὸς Θεόν, πρὸ πάντων καὶ πρὸ τῆς ἰδίας ψυχῆς ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ ἀπὸ ψυχῆς εὔξηται· καὶ διὰ τούτου κατορθώματος, εἴ τι ἂν παρακαλέσῃ τῷ Θεῷ, ὑπακούει αὐτῷ.

---

qui in carcere versantur. Illi namque semper interrogant accedentes viros, ubinam degat praeses, et quando venturus sit; atque ex exspectatione plorant. Pari modo monachus debet semper attendere ac animam suam obiurgare, dicendo; Vae mihi! Quomodo potero astare ad tribunal Christi? Quidve habebo defensionis coram illo? Si ita assidue meditatus fueris, poteris consequi salutem.

1013 1. Dixit abbas Alonius: Nisi homo dixerit in corde suo: Ego solus et Deus sumus in mundo, requiem non obtinebit.

1014 Dixit abbas Andreas: Tria haec monachum decent: secessus a patria, paupertas et in tolerantia silentium.

1015 11. Abbas Besario moriens dicebat: Debet monachus instar cherubim et seraphim totus esse oculus.

1016 5. Frater interrogavit eumdem senem, dicens: Quo pacto advenit timor Dei in animam? Et ait senex: Si homo habuerit humilitatem, nihil possederit, nec iudicaverit, veniet in eum timor Dei.

1017 7. Dixit abbas Zeno: Qui vult ut Deus cito exaudiat preces ipsius, quando surrexerit et manus extenderit ad Deum, prae cunctis, etiam prae anima sua, oret ex animo pro inimicis suis; ac per hoc praeclarum facinus, quidquid a Deo petierit, auscultabit ei.

1013. MG 65, 133 A. 1014. MG 65, 136 B. 1015. MG 65, 141 D.
1016. MG 65, 172 C. 1017. MG 65, 177 C.

Quid sit monachus. — De abb. Zacharia, 1. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς 1018
Μακάριος τῷ ἀββᾷ Ζαχαρίᾳ· Εἰπέ μοι τὸ ἔργον τοῦ μοναχοῦ. Λέγει αὐτῷ· Ἐμὲ ἐρωτᾷς, Πάτερ; Καὶ λέγει ὁ ἀββᾶς Μακάριος· Πληροφοροῦμαι εἰς σέ, τέκνον Ζαχαρία. Ἔστι γὰρ ὁ νύσσων με τοῦ ἐρωτῆσαί σε. Λέγει αὐτῷ ὁ Ζαχαρίας· Τὸ κατ' ἐμέ, Πάτερ, τὸ ἑαυτὸν βιάζεσθαι εἰς πάντα, οὗτός ἐστιν ὁ μοναχός.

3. Εἶπέ ποτε ὁ ἀββᾶς Μωσῆς τῷ ἀδελφῷ Ζαχαρίᾳ· Εἰπέ μοι, τί ποιήσω; Ἀκούσας δὲ ἔρριψεν ἑαυτὸν χαμαὶ εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, λέγων· Σύ με ἐρωτᾷς, Πάτερ; Λέγει αὐτῷ γέρων· Πίστευσόν μοι, τέκνον μου Ζαχαρία· εἶδον τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον κατελθὸν ἐπὶ σέ, καὶ ἐκ τούτου ἀναγκάζομαι ἐρωτῆσαί σε. Τότε λαβὼν ὁ Ζαχαρίας τὸ κουκούλιον αὐτοῦ ἐκ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, ἔθηκεν ὑπὸ τοὺς πόδας, καὶ καταπατήσας αὐτὸ εἶπεν· Ἐὰν μὴ συντριβῇ οὕτως ἄνθρωπος, οὐ δύναται εἶναι μοναχός.

Recte incipiendum. — De abb. Esaia, 2. Ἔλεγε πάλιν πρὸς 1019
τοὺς καλῶς ἀρχομένους καὶ ὑποτασσομένους πατράσιν ἁγίοις, ὅτι· Ἡ πρώτη βαφὴ οὐκ ἀποβάλλει, ὡς ἐπὶ πορφύρας. Καὶ ὅτι· Ὥσπερ οἱ κλάδοι οἱ ἁπαλοὶ εὐχερῶς μεταστρέφονται καὶ κάμπτονται, οὕτως καὶ οἱ ἀρχάριοι ὄντες ἐν ὑποταγῇ.

Elongatio a contemplatione. — De abb. Theona. Εἶπεν ὁ 1020
ἀββᾶς Θεωνᾶς· Διὰ τὸ ἀπασχοληθῆναι τὸν νοῦν ἀπὸ τῆς εἰς Θεὸν θεωρίας, αἰχμαλωτιζόμεθα ὑπὸ τῶν παθῶν τῶν σαρκικῶν.

Humilitas vincit daemones. — De matre Theodora, 6. Ἔλεγε 1021
πάλιν ἡ αὐτὴ ὅτι· Οὐκ ἄσκησις, οὔτε ἀγρυπνία, οὔτε παντοῖος πόνος σώζει, εἰ μὴ γνησία ταπεινοφροσύνη. Ἦν γάρ τις ἀναχω-

---

1. Dixit abbas Macarius abbati Zachariae: Doce me quodnam 1018
sit opus monachi. Ait ipsi: Tune interrogas me, Pater? Tum abbas Macarius: De te mihi persuasum est, fili Zacharia. Est enim qui me vellit, ut interrogem te. Zacharias hanc protulit sententiam: Quantum quidem existimo, Pater, qui sibi in omnibus vim facit, is est monachus.

3. Dixit aliquando abbas Moyses ad fratrem Zachariam: Enuntia mihi quid agere debeam. Audiens ille, humi prostravit se ad pedes eius, dicens: Tu me interrogas, Pater? Ait illi senex: Mihi crede, Zacharia, fili mi; vidi Spiritum Sanctum descendentem super te, eoque cogor percontari te. Tunc Zacharias sublatam cucullam e capite suo posuit sub pedibus, eaque conculcata: Nisi homo, inquit, pari modo contritus calcatusque fuerit, monachus esse non potest.

2. Iterum dixit ad eos qui recte incipiunt, sanctis patribus sub- 1019
iecti: Prima tinctura numquam amittitur, velut in purpura. Item: Sicut teneri rami facile convertuntur ac flectuntur, ita et novitii qui in subiectione sunt.

Dixit abbas Theonas: Quoniam avocatur mens a contemplatione 1020
Dei, ideo captivi ducimur a carnis affectibus.

6. Ita rursus locuta est: Neque monasticus rigor, neque vigiliae, 1021
nec quilibet labor salutem parit, sed sola sincera humilitas. Erat

---

1018. MG 65, 177 D. 1019. MG 65, 181 A. 1020. MG 65, 197 C.
1021. MG 65, 204 A.

ρητὴς ἀπελαύνων δαίμονας· καὶ ἐξήταζεν αὐτούς· Ἐν τίνι ἐξέρχεσθε; Ἐν νηστείᾳ; Καὶ ἔλεγον· Ἡμεῖς οὔτε ἐσθίομεν, οὔτε πίνομεν. Ἐν ἀγρυπνίᾳ; Καὶ ἔλεγον· Ἡμεῖς οὐ κοιμώμεθα. Ἐν ἀναχωρήσει; Ἡμεῖς εἰς τὰς ἐρήμους διάγομεν. Ἐν τίνι οὖν ἐξέρχεσθε; Καὶ ἔλεγον, ὅτι· Οὐδὲν ἡμᾶς νικᾷ, εἰ μὴ ταπεινοφροσύνη. Ὁρᾷς ὅτι ἡ ταπεινοφροσύνη νικητήριόν ἐστι δαιμόνων;

1022 *Monachus est labor.* — De abb. Ioanne, 37. Ἐρώτησέ τις τῶν Πατέρων τὸν ἀββᾶν Ἰωάννην τὸν κολοβόν, τί ἐστι μοναχός. Ὁ δὲ εἶπε· Κόπος. Ὅτι ὁ μοναχὸς εἰς πᾶν ἔργον κοπιᾷ. Οὕτως ὁ μοναχός.

1023 *Voluntati Dei oboediendum.* — De abb. Isidoro, 9. Ὁ αὐτὸς ἀββᾶς Ἰσίδωρος εἶπεν· Ἡ σύνεσις τῶν ἁγίων αὕτη ἐστί, τὸ ἐπιγνῶναι τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ. Πάντων γὰρ περιγίνεται ὁ ἄνθρωπος ἐν τῇ ὑπακοῇ τῆς ἀληθείας, ὅτι εἰκὼν καὶ ὁμοίωμα τοῦ Θεοῦ ἐστι. Πάντων δὲ πνευμάτων δεινόν ἐστι τὸ ἀκολουθεῖν τῇ ἑαυτοῦ καρδίᾳ, τουτέστι τῷ ἰδίῳ λογισμῷ, καὶ μὴ τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ· καὶ ὕστερον γίνεται αὐτῷ εἰς πένθος, ὅτι οὐκ ἔγνω τὸ μυστήριον, οὐδὲ εὗρε τὴν ὁδὸν τῶν ἁγίων ἐργάζεσθαι ἐν αὐτῇ.

1024 *Paupertas.* — De abb. Isaaco, 12. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ἰσαάκ, ὅτι· Ἔλεγεν ὁ ἀββᾶς Παμβώ, ὅτι τοιοῦτον ὀφείλει ὁ μοναχὸς φορεῖν ἱμάτιον, ὥστε βάλλειν αὐτὸ ἔξω τοῦ κελλίου ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας, καὶ μηδεὶς λάβῃ αὐτό.

1025 *Monachus igneus.* — De abb. Ioseph, 6. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ἰωσὴφ τῷ ἀββᾷ Λώτ· Οὐ δύνασαι γενέσθαι μοναχός, ἐὰν μὴ γένῃ ὡς πῦρ φλογιζόμενος ὅλος.

---

enim anachoreta quidam, qui daemones eiciebat, et quaesivit ab iis: In quonam exitis? In ieiunio? Responderunt: Nos neque manducamus neque bibimus. In vigiliis? Dixerunt: Nos somnum non videmus. In secessione? Nos in solitudinibus degimus. In quo igitur egredimini? Exceperunt: Nihil nos vincit nisi humilitas. Cernis ut humilitas victoria sit adversus daemones?

1022 37. Interrogavit aliquis e Patribus abbatem Ioannem Curtum, quid esset monachus. Ille dixit: Est labor. Quia monachus in omni opere laborat. Ita est monachus.

1023 9. Idem abbas Isidorus pronuntiavit: Sanctorum prudentia haec est, agnoscere voluntatem Dei. Cuncta enim superat homo in veritatis oboedientia, quia Dei imago ac similitudo est. Inter omnes autem spiritus gravissimus est, sequi cor suum, hoc est propriam cogitationem, non vero legem Dei; et postea in luctum ei evadit, quoniam non cognovit mysterium, neque invenit viam sanctorum, ut in ea operaretur.

1024 12. Sermo abbatis Isaaci fuit: Abbas Pambo aiebat, eiusmodi pallium gestari debere a monacho, quod si extra cellam proiecerit, per tres dies a nemine accipiatur.

1025 6. Dixit abbas Ioseph abbati Loto: Non potes fieri monachus, nisi instar ignis totus exstiteris flammeus.

1022. MG 65, 216 D. 1023. MG 65, 221 C. 1024. MG 65, 228 A. 1025. MG 65, 229 C.

Quomodo veniendum ad timoren Dei. — De abb. Cronio, 3. 1026
Ἀδελφὸς ἠρώτησε τὸν ἀββᾶν Κρόνιον· Ποίῳ τρόπῳ ἔρχεται ἄνθρωπος εἰς ταπεινοφροσύνην; Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων, ὅτι· Διὰ τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ. Λέγει αὐτῷ ὁ ἀδελφός· Καὶ διὰ ποίου πράγματος ἔρχεται εἰς τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ; Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Τὸ κατ' ἐμέ, ἵνα συστείλῃ ἑαυτὸν ἀπὸ παντὸς πράγματος, καὶ δώσει ἑαυτὸν εἰς κόπον σωματικόν, καὶ ὅσην ἔχει ἰσχύν, μνημονεύσῃ τῆς ἐκ τοῦ σώματος ἐξόδου, καὶ τῆς κρίσεως τοῦ Θεοῦ.

Quomodo orandum sine intermissione. — De abb. Lucio. 1027
Παρέβαλόν ποτέ τινες τῷ ἀββᾷ Λουκίῳ εἰς τὸ Ἔνατον, οἱ λεγόμενοι Εὐκτῖται, μοναχοί· καὶ ἠρώτησεν αὐτοὺς ὁ γέρων· Τί τὸ ἐργόχειρον ὑμῶν; Οἱ δὲ εἶπον· Ἡμεῖς οὐ ψηλαφῶμεν ἐργόχειρον· ἀλλά, καθὼς λέγει ὁ ἀπόστολος [cf. 1 Thess 5, 17], ἀδιαλείπτως προσευχόμεθα. Καὶ λέγει ὁ γέρων· Οὐκ ἐσθίετε; Καὶ εἶπον· Ναί. Καὶ λέγει αὐτοῖς· Ὅτε οὖν ἐσθίετε, τίς εὔχεται ὑπὲρ ὑμῶν; Πάλιν οὖν εἶπεν αὐτοῖς· Οὐ κοιμᾶσθε; Καὶ εἶπον· Ναί. Καὶ λέγει ὁ γέρων· Ὅτε οὖν κοιμᾶσθε, τίς εὔχεται περὶ ὑμῶν; Καὶ οὐχ εὗρον πρὸς ταῦτα ἀποκρίνασθαι αὐτῷ. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Συγχωρήσατέ μοι, ἰδού, οὐ ποιεῖτε καθὼς λέγετε. Ἐγὼ δὲ δεικνύω ὑμῖν, ὅτι ἐργαζόμενος τὸ ἐργόχειρόν μου ἀδιαλείπτως προσεύχομαι. Καθέζομαι σὺν Θεῷ βρέξας τὰ μικρά μου θαλλία, καὶ πλέκων αὐτὰ σειράν, λέγω· «Ἐλέησόν με, ὁ Θεός, κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου ἐξάλειψον τὸ ἀνόμημά μου» [Ps 50, 2 sq]. Καὶ λέγει αὐτοῖς· Οὐκ ἔστιν εὐχὴ

---

3. Frater percontatus est abbatem Cronium, quonam modo veniat 1026
homo ad humilitatem. Ait illi senex: Per timorem Dei. Tum frater excepit: Et per quam rem venit ad timorem Dei? Respondit senex: Mea quidem sententia, ubi coercuerit se ab omni negotio, et dederit se ad laborem corporis; quantumque habet virium, meminerit exitus e corpore ac iudicii divini.

Venerunt aliquando nonnulli ad abbatem Lucium in Enato, ex 1027
iis qui dicuntur Euctitae, monachi; et interrogavit eos senex: Quidnam manibus operamini? Responderunt: Nos non contingimus manuum opus; sed sicut praecipit apostolus, oramus sine intermissione. Ait senex: Nonne manducatis? Illi: Etiam, manducamus. Senex: Quando igitur comeditis, quis pro vobis orat? Iterum ille ad eos: Non dormitis? Exceperunt: Ita est, dormimus. Tum senex: Quando ergo dormitis, quis pro vobis orat? Nec invenerunt quid ad illa responsi darent. Dixit iis: Ignoscite mihi; ecce non facitis iuxta sermonem vestrum. Ego vero ostendam vobis, quod opus manuum mearum dum exerceo, oro sine intermissione. Cum Deo sedeo intingens meos ramulos; eosque in plectam conectens, aio: *Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam, et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.* Nonne id oratio est? Responderunt: Est. Iterum: Cum

---

1026. MG 65, 248 C. 1027. MG 65, 253 B.

τοῦτο; Καὶ εἶπον· Ναί. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ὅταν οὖν ἐμμείνω δι' ὅλης ἡμέρας ἐργαζόμενος καὶ εὐχόμενος, ποιῶ πλεῖον ἢ ἔλαττον δεκαὲξ νουμία· καὶ παρέχω ἐξ αὐτῶν εἰς τὴν θύραν δύο, καὶ τὰ λοιπὰ ἐσθίω· καὶ εὔχεται ὑπὲρ ἐμοῦ ὁ λαβὼν τὰ δύο νουμία ὅτε ἐσθίω ἢ ὅτε κοιμῶμαι· καὶ διὰ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ πληροῦταί μοι τὸ ἀδιαλείπτως προσεύχεσθαι.

1028 *Quomodo mortuum fieri.* — De abb. Macario, 23. Ἀδελφὸς παρέβαλε τῷ ἀββᾷ Μακαρίῳ τῷ Αἰγυπτίῳ, καὶ λέγει αὐτῷ· Ἀββᾶ, εἰπέ μοι ῥῆμα πῶς σωθῶ. Καὶ λέγει ὁ γέρων· Ὕπαγε εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ ὕβρισον τοὺς νεκρούς. Ἀπελθὼν οὖν ὁ ἀδελφός, ὕβρισε καὶ ἐλίθασε· καὶ ἐλθὼν ἀπήγγειλε τῷ γέροντι. Καὶ λέγει αὐτῷ· Οὐδέν σοι ἐλάλησαν; Ὁ δὲ ἔφη· Οὐχί. Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Ὕπαγε πάλιν αὔριον, καὶ δόξασον αὐτούς. Ἀπελθὼν οὖν ὁ ἀδελφὸς ἐδόξασεν αὐτούς, λέγων· Ἀπόστολοι, ἅγιοι καὶ δίκαιοι. Καὶ ἦλθε πρὸς τὸν γέροντα, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἐδόξασα. Καὶ λέγει αὐτῷ· Οὐδέν σοι ἀπεκρίθησαν; Ἔφη ὁ ἀδελφός· Οὐχί. Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Οἶδας πόσα ἠτίμασας αὐτούς, καὶ οὐδέν σοι ἀπεκρίθησαν, καὶ πόσα ἐδόξασας αὐτούς, καὶ οὐδέν σοι ἐλάλησαν· οὕτως καὶ σύ, ἐὰν θέλῃς σωθῆναι, γενοῦ νεκρός· μήτε τὴν ἀδικίαν τῶν ἀνθρώπων, μήτε τὴν δόξαν αὐτῶν λογίσῃ, ὡς οἱ νεκροί· καὶ δύνασαι σωθῆναι.

1029 *Recordatio malorum.* — De abb. Macario, 36. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Μακάριος· Ἐὰν μνησθῶμεν τῶν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐπαγομένων ἡμῖν κακῶν, ἀναιροῦμεν τὴν δύναμιν τῆς τοῦ Θεοῦ μνήμης. Ἐὰν δὲ μνησθῶμεν τῶν κακῶν τῶν δαιμόνων, ἐσόμεθα ἄτρωτοι.

---

ergo permansero tota die operans et orans, conficio plus minus sedecim nummos; ac ex iis duos in porta praebeo, reliquos insumo in cibum; qui autem accepit duos nummos, orat pro me, quando comedo aut dormio; atque per Dei gratiam adimpletur mihi illud: sine intermissione orare.

1028 23. Frater convenit abbatem Macarium Aegyptium, et dixit ei: Abba, effare mihi verbum, quonam modo salvus ero. Ait senex: Vade ad sepulcrum et maledictis mortuos impete. Abiens igitur frater, conviciis et lapidibus appetiit; reversusque annuntiavit seni. Quaerit ab eo: Nihilne tibi locuti sunt? Ille: Nihil. Tum senex inquit: Iterum proficiscere cras, laudibus eos effer. Pergens itaque frater, collaudavit eos, vocans: Apostoli, sancti, iusti. Tum adiit senem, dixitque: Laudavi. Ille ei: Nihil tibi responderunt? Frater: Nullo modo. Tunc senex dicit: Nosti quantis eos contumeliis affeceris, nec quidquam reposuerunt tibi; et quantis eosdem laudibus ornaveris, nihilque ad te prolocuti sunt; ita enim tu, si salutem consequi desideras, mortuus fias; nec iniurias hominum, nec laudes eorum cogites, instar mortuorum; sic poteris salvus fieri.

1029 36. Dixit abbas Macarius: Si retinuerimus memoriam malorum quae nobis inferuntur ab hominibus, abolemus vim recordationis Dei; quod si recordati fuerimus malorum quae per daemones contingunt, erimus invulnerati.

1028. MG 65, 272 B. 1029. MG 65, 277 D.

Silentium. — De abb. Moyse, 3. Ἄλλοτε συνεδρίου γενομένου 1030
ἐν τῇ Σκήτει, θέλοντες αὐτὸν οἱ Πατέρες δοκιμάσαι, ἐξουδένωσαν αὐτόν, λέγοντες· Τί καὶ ὁ Αἰθίοψ οὗτος ἔρχεται εἰς τὴν μέσην ἡμῶν; Ὁ δὲ ἀκούσας ἐσιώπησε. Μετὰ δὲ τὸ ἀπολυθῆναι αὐτούς, λέγουσιν αὐτῷ· Ἀββᾶ, οὐδὲν ἄρτι ἐταράχθης; Λέγει αὐτοῖς· «Ἐταράχθην, ἀλλ' οὐκ ἐλάλησα» [Ps 76, 5].

Tentationes daemonis. — De abb. Matoe, 4. Εἶπε πάλιν· 1031
Οὐκ οἶδεν ὁ σατανᾶς ποίῳ πάθει ἡττᾶται ἡ ψυχή. Σπείρει μέν, ἀλλ' οὐκ οἶδεν εἰ θερίσει· τοὺς μὲν περὶ πορνείας, τοὺς δὲ περὶ καταλαλιᾶς λογισμούς, καὶ ὁμοίως τὰ λοιπὰ πάθη. Καὶ εἰς οἷον πάθος ἴδῃ τὴν ψυχὴν κλίνασαν, χορηγεῖ αὐτῇ.

Oboedientia. — De abb. Mios, 1. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Μιὼς ὁ 1032
τοῦ Βελέου, ὅτι· Ἡ ὑπακοὴ ἀντὶ ὑπακοῆς ἐστιν. Εἴ τις ὑπακούει τῷ Θεῷ, ὁ Θεὸς ὑπακούει αὐτόν.

Virtutes duces animae. — De abb. Poemene, 35. Εἶπεν ὁ 1033
ἀββᾶς Ποιμήν, ὅτι· Τὸ φυλάσσειν, καὶ ἑαυτῷ προσέχειν, καὶ ἡ διάκρισις, αἱ τρεῖς αὗται ἀρεταὶ ὁδηγοί εἰσι τῆς ψυχῆς.

Fervor. — Ib., 111. Ἀδελφὸς ἠρώτησε τὸν ἀββᾶν Ποιμένα, 1034
λέγων· Εἰπέ μοι ῥῆμα. Καὶ λέγει αὐτῷ· Ὅτε καίεται ὑποκάτω ὁ λέβης, οὐ δύναται μυῖα ἅψασθαι αὐτοῦ, ἤ τι τῶν ἄλλων ἑρπετῶν· ὅταν δὲ ψυχρὸς ᾖ, τότε ἐπικάθηνται αὐτῷ. Οὕτω καὶ ὁ μοναχός· ὅσον ἐπιμένει ταῖς πνευματικαῖς πράξεσιν, οὐχ εὑρίσκει ὁ ἐχθρὸς κατενεγκεῖν αὐτόν.

Oboedientia patri spirituali. — De abb. Rufo, 2. Εἶπεν ὁ 1035
ἀββᾶς Ῥοῦφος, ὅτι· Ὁ καθήμενος ἐν ὑποταγῇ πατρὸς πνευμα-

---

3. Alia vice acto consessu in Sceti, Patres volentes eum probare, 1030
contempserunt illum, dicendo: Cur Aethiops iste venit in medium nostri? Ille vero audiens, tacuit. Postquam autem dimissus fuit conventus, aiunt ei: Abba, nihil modo turbatus es? Respondit: *Turbatus sum, sed non sum locutus.*

4. Rursus dixit: Nescit satanas, cuinam vitio succumbet anima. 1031
Seminat quidem, at ignorat an messurus sit; serit cogitationes tum fornicationis, tum detractionis, similique modo in ceteris vitiis; et ad quem pravum affectum viderit animam propendentem, eidem animae suppeditat.

1. Dixit abbas Mios, ille Belei: Oboedientia pro oboedientia est. 1032
Si quis Deo oboedierit, Deus obaudiet eum.

35. Dixit abbas Poemen: Custodire, sibi attendere, et discretio, 1033
hae tres virtutes viae duces sunt animae.

111. Frater rogavit abbatem Poemenem, ut traderet ei aliquod 1034
documentum. Et ait illi: Quamdiu olla igne subiecto calefit, non potest musca, nec ullum aliud reptile, eam tangere; sed cum frigida fuerit, tunc insident ei. Pari modo monachus: quamdiu in spiritualibus actionibus permanet, non reperit inimicus quo eum deiciat.

2. Dixit abbas Rufus: Qui manet in oboedientia patris spiritualis, 1035
maiorem mercedem repositam habet quam qui in eremum secessit

1030. MG 65, 284 A. 1031. MG 65, 289 D. 1032. MG 65, 301 C.
1033. MG 65, 332 B. 1034. MG 65, 349 C. 1035. MG 65, 389 C.

τικοῦ, πλείονα μισθὸν ἔχει τοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ καθ' ἑαυτὸν ἀναχωροῦντος. Ἔλεγε δὲ οὗτος ὅτι διηγήσατό τις τῶν Πατέρων, λέγων, ὅτι· Εἶδον τέσσαρα τάγματα ἐν τῷ οὐρανῷ· τὸ πρῶτον τάγμα, ἄνθρωπος ἀσθενῶν καὶ εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ· τὸ δεύτερον τάγμα, ὁ τὴν φιλοξενίαν διώκων, καὶ εἰς τοῦτο ἱστάμενος καὶ διακονῶν· τὸ τρίτον τάγμα, ὁ τὴν ἔρημον διώκων καὶ μὴ βλέπων ἄνθρωπον· τὸ τέταρτον τάγμα, ὁ ἐν ὑποταγῇ καθήμενος πατρός, καὶ ὑποτασσόμενος αὐτῷ διὰ τὸν Κύριον. Ἐφόρει δὲ ὁ διὰ τὴν ὑπακοὴν μανιάκην χρυσοῦν καὶ γοργόνα, καὶ πλείονα τῶν ἄλλων δόξαν εἶχεν. Ἐγὼ δέ, φησί, εἶπον τῷ ὁδηγοῦντί με, ὅτι· Πῶς οὗτος ὁ μικρότερος παρὰ τοὺς ἄλλους πλείονα δόξαν ἔχει; Ο δὲ ἀποκριθεὶς εἶπέ μοι· Ἐπειδὴ ὁ τὴν φιλοξενίαν διώκων ἰδίῳ θελήματι ποιεῖ· καὶ ὁ εἰς τὴν ἔρημον ὢν ἰδίῳ θελήματι ἀνεχώρησεν· οὗτος δὲ ὁ τὴν ὑπακοὴν ἔχων, πάντα τὰ θελήματα αὐτοῦ καταλείψας κρέμαται τῷ Θεῷ καὶ τῷ ἰδίῳ πατρί· ἕνεκα τούτου πλείονα δόξαν ἔλαβε παρὰ τοὺς ἄλλους. Διὰ τοῦτο, ὦ τέκνα, καλὴ ἡ ὑπακοὴ ἡ διὰ τὸν Κύριον γινομένη. Ἠκούσατε, τέκνα, ἐκ μέρους, τοῦ κατορθώματος τούτου ὀλίγον τι ἴχνος. Ὦ ὑπακοή, σωτηρία πάντων τῶν πιστῶν· ὦ ὑπακοή, γεννήτρια πασῶν τῶν ἀρετῶν· ὦ ὑπακοή, βασιλείας εὑρέτις· ὦ ὑπακοή, οὐρανοὺς ἀνοίγουσα καὶ ἀνθρώπους ἀπὸ γῆς ἀνάγουσα· ὦ ὑπακοή, πάντων τῶν ἁγίων τροφέ, ἐξ ἧς ἐθήλασαν, καὶ διὰ σοῦ ἐτελειώθησαν· ὦ ὑπακοή, σύνοικε ἀγγέλων.

1036 *Humilitas maior quam memoria Dei.* — De abb. Sisoe, 13. Ἀδελφὸς ἠρώτησε τὸν ἀββᾶν Σισόην, λέγων· Ὁρῶ ἐμαυτόν, ὅτι ἡ

proprio nutu. Addidit idem narrationem cuiusdam e Patribus, hancce: Vidi quattuor ordines in caelo. Primus ordo, homo qui aegrotat gratiasque agit Deo; secundus ordo, qui hospitalitatem sectatur atque eo in negotio stat et ministrat; tertius ordo, qui solitudinem sequitur, nec quemquam videt; quartus denique, homo in patris oboedientia sedens eique subiectus propter Dominum. Porro oboedientia eiusmodi praeditus, gestabat torquem aureum, cum clypeo, maiorique prae ceteris gloria fulgebat. Ego vero, inquit, dixi ei qui me ducebat: Quare iste minor super alios gloriam consecutus est? Ille respondit: Quoniam qui hospitalitatem sectatur, sponte sua id agit; qui pariter commoratur in eremo, recessit ex voluntate sua; hic autem qui oboedientiam obtinet, cunctis suis voluntatibus relictis, pendet a Deo atque a suo patre. Huius rei gratia plus gloriae quam ceteri accepit. Propterea, filii, bona est oboedientia, cum propter Dominum suscipitur. Ex parte percepistis, filii, virtutis istius parvum vestigium. O oboedientia, cunctorum fidelium salus! o oboedientia, mater omnium virtutum! o oboedientia, regni inventrix! o oboedientia, quae caelos aperis ac homines e terra elevas! o oboedientia, omnium sanctorum nutrix, cuius lac suxerunt et per quam evaserunt perfecti! o oboedientia, contubernalis angelorum!

1036 13. Percontatus est frater de abbate Sisoe, hunc in modum: Agnosco memoriam Dei permanere apud me. Ait illi senex: Non

1036. MG 65, 396 B.

μνήμη τοῦ Θεοῦ παραμένει μοι. Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Οὐκ ἔστι μέγα, τὸ εἶναι τὸν λογισμόν σου μετὰ τοῦ Θεοῦ· μέγα δέ ἐστι, τὸ ἑαυτὸν ὁρᾶν ὑποκάτω πάσης τῆς κτίσεως. Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ σωματικὸς κόπος ὁδηγεῖ εἰς τὸν τῆς ταπεινοφροσύνης τρόπον.

Non omnes monachi salvantur. — De abb. Silvano, 2. 1037
Ὁ αὐτὸς καθεζόμενός ποτε μετὰ ἀδελφῶν, ἐγένετο ἐν ἐκστάσει, καὶ πίπτει ἐπὶ πρόσωπον· καὶ μετὰ πολὺ ἀναστὰς ἔκλαιε. Καὶ παρεκάλεσαν αὐτὸν οἱ ἀδελφοὶ λέγοντες· Τί ἔχεις, Πάτερ; Ὁ δὲ ἐσιώπα καὶ ἔκλαιεν. Ἀναγκαζόντων δὲ αὐτῶν εἰπεῖν, εἶπεν· Ἐγὼ εἰς τὴν κρίσιν ἡρπάγην· καὶ εἶδον πολλοὺς τοῦ γένους ἡμῶν ἀπερχομένους εἰς κόλασιν, καὶ πολλοὺς τῶν κοσμικῶν ἀπερχομένους εἰς βασιλείαν. Καὶ ἐπένθει ὁ γέρων, καὶ οὐκ ἤθελεν ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ κελλίου αὐτοῦ. Εἰ δὲ καὶ ἠναγκάζετο ἐξελθεῖν, ἔσκεπε τῷ κουκουλίῳ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, λέγων· Τί θέλω ἰδεῖν τὸ φῶς τοῦτο τὸ πρόσκαιρον, καὶ οὐδὲν ἔχον ὄφελος;

Orationi unienda operatio. — Ib., 5. Παρέβαλέ τις ἀδελφὸς 1038
τῷ ἀββᾷ Σιλουανῷ εἰς τὸ ὄρος τὸ Σινά· καὶ ἰδὼν τοὺς ἀδελφοὺς ἐργαζομένους, εἶπε τῷ γέροντι· «Μὴ ἐργάζεσθε τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην» [Io 6, 27]. «Μαρία γὰρ τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο» [Lc 10, 42]. Λέγει ὁ γέρων τῷ μαθητῇ αὐτοῦ· Ζαχαρία, δὸς τῷ ἀδελφῷ βιβλίον, καὶ βάλε αὐτὸν εἰς κελλίον μηδὲν ἔχον. Ὅτε οὖν ἐγένετο ἡ ὥρα τῆς ἐννάτης, προσεῖχε τῇ θύρᾳ, εἰ ἄρα πέμπουσι καλέσαι αὐτὸν εἰς τὸ φαγεῖν. Ὡς δὲ οὐδεὶς ἐκάλεσεν αὐτόν, ἀναστὰς ἦλθε πρὸς τὸν γέροντα, καὶ λέγει αὐτῷ· Οὐκ ἔφαγον οἱ ἀδελφοὶ σήμερον, ἀββᾶ; Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Ναί. Εἶπε δέ· Διὰ τί οὐκ ἐκαλέσατέ με; Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων·

magna res est, cogitationem tuam cum Deo esse; sed magnum est, conspicere se tamquam omni creatura inferiorem. Id enim corporeo labori iunctum, deducit ad habitum humilitatis.

2. Idem, sedens aliquando cum fratribus, in ecstasim abreptus, 1037
cecidit in faciem; et multo post surgens plorabat. Rogaverunt eum fratres, dicentes: Quid habes, Pater? Ille vero tacebat et plorabat. Cumque cogerent eum loqui: Ego, inquit, ad iudicium raptus sum; conspexique multos de genere nostro euntes ad supplicium, multos autem e saecularibus euntes ad regnum. Et lugebat senex, ac nolebat exire e cella sua. Quodsi exire cogeretur, operiebat cuculla faciem suam, dicebatque: Quid cupiam videre lumen hoc temporale, quod ad nihil utile est?

5. Quidam frater ad abbatem Silvanum venit in montem Sina; 1038
et videns fratres operantes, dixit seni: *Ne operemini cibum qui perit. Maria enim optimam partem elegit.* Ait senex discipulo suo: Zacharia, da librum fratri, et ducito eum in cellam in qua nihil sit. Cum ergo advenit hora nona, respiciebat per ostium, an mitterent qui vocaret eum ad manducandum. Utque nemo vocavit, surgens profectus est ad senem. Quem interrogat sic: Abba, non comederunt hodie fratres? Respondit senex: Etiam, comederunt. Et quare, inquit, non arcessivistis me? Tum senex: Quia homo

1037. MG 65, 408 C. 1038. MG 65, 409 C.

Ἐπειδὴ ἄνθρωπος πνευματικὸς εἶ, καὶ οὐ χρείαν ἔχεις τῆς βρώσεως ταύτης· ἡμεῖς δὲ σαρκικοὶ ὄντες θέλομεν φαγεῖν, καὶ διὰ τοῦτο ἐργαζόμεθα· σὺ δὲ τὴν καλὴν μερίδα ἐξελέξω, ἀναγινώσκων ὅλην τὴν ἡμέραν, καὶ οὐ θέλεις φαγεῖν σαρκικὴν βρῶσιν. Καὶ ὡς ἤκουσε ταῦτα, ἔβαλε μετάνοιαν, λέγων· Συγχώρησόν μοι, ἀββᾶ. Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Πάντως χρείαν ἔχει καὶ ἡ Μαρία τῆς Μάρθας· διὰ γὰρ τῆς Μάρθας καὶ ἡ Μαρία ἐγκωμιάζεται.

PSEUDO-DIONYSIUS AREOPAGITA, ca 500.

De divinis nominibus.

1039 *Cum rebus ineffabilibus nostra unio est ignota.* — C. 1, n. 1. Τοῖς ἀφθέγκτοις καὶ ἀγνώστοις ἀφθέγκτως καὶ ἀγνώστως συναπτόμεθα κατὰ τὴν κρείττονα τῆς καθ' ἡμᾶς λογικῆς καὶ νοερᾶς δυνάμεως καὶ ἐνεργείας ἕνωσιν.... Τῇ γὰρ ὑπὲρ λόγον καὶ νοῦν καὶ οὐσίαν αὐτῆς ὑπερουσιότητος ἀγνωσίᾳ αὐτῇ τὴν ὑπερούσιον ἐπιστήμην ἀναθετέον, τοσοῦτον ἐπὶ τὸ ἄναντες ἀνανεύοντας, ὅσον ἑαυτὴν ἐνδίδωσιν ἡ τῶν θεαρχικῶν λογίων ἀκτίς, πρὸς δὲ τὰς ὑπερτέρας αὐγὰς τῇ περὶ τὰ θεῖα σωφροσύνῃ καὶ ὁσιότητι συστελλομένους.

1040 *Illuminationes modeste et temperanter suscipiendae.* — 1, 2. [Ἡ θεότης] πρὸς τὴν ἐφικτὴν αὐτοῦ θεωρίαν καὶ κοινωνίαν καὶ ὁμοίωσιν ἀνατείνει τοὺς ἱεροὺς νόας, τοὺς ὡς θεμιτὸν αὐτῷ καὶ ἱεροπρεπῶς ἐπιβάλλοντας καὶ μήτε πρὸς τὸ ὑπέρτερον τῆς ἐναρμονίως ἐνδιδομένης θεοφανείας ἀδυνάτως ἀπαυθαδιζομένους, μήτε

spiritalis es, nec eges cibo hoc; nos autem, utpote carnales, manducare volumus, atque ideo operamur; tu vero optimam partem elegisti, qui legis per totum diem, nec vis sumere cibum carnalem. His auditis, frater, paenitentiae inclinatione facta, dixit: Ignosce mihi, abba. Excepit senex: Plane et Mariae necessaria est Martha. Ex Martha enim etiam Maria praedicatur.

1039 1, 1. Rebus ineffabilibus et ignotis modo ineffabili ignotoque coniungimur iuxta eam unionem, quae vim omnem et efficaciam nostrae intellectionis et ratiocinationis excedit.... Nam ipsi ignorantiae supernaturalitatis, quae supra omnem rationem et mentem et essentiam est, supernaturalem scientiam tribuere oportet, tantum ad inaccessum illud lumen aspirando, quantum se insinuaverit oraculorum divinorum ille radius, ad sublimiores autem splendores sobrietate quadam et sanctitate circa res divinas nos contemperando.

1040 1, 2. [Deitas] ad tantam, ad quantam fas est, contemplationem et communionem similitudinemque sanctas mentes evehit, quae ad ipsam quoad possunt sancta decentia attingunt neque tamen sublimius, quam pro earum captu sinit divina illustratio, insolenter

1039. MG 3, 585 B. — Editionem mignianam Corderii sequimur, cuius tamen translationem nonnullis locis emendamus.
1040. MG 3, 588 D.

πρὸς τὸ κάταντες ἐκ τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον ὑφέσεως ἀπολισθαίνοντας, ἀλλ' εὐσταθῶς τε καὶ ἀκλινῶς ἐπὶ τὴν ἀκτῖνα τὴν αὐτοῖς ἐπιλάμπουσαν ἀνατεινομένους καὶ τῷ συμμέτρῳ τῶν θεμιτῶν ἐλλάμψεων ἔρωτι μετ' εὐλαβείας ἱερᾶς σωφρόνως τε καὶ ὁσίως ἀναπτερουμένους.

Divina potentia efficit deificationem. — 8, 5. [Ἡ θεία δύναμις] 1041
τὴν θέωσιν αὐτὴν δωρεῖται, δύναμιν εἰς τοῦτο τοῖς ἐκθεουμένοις παρέχουσα.

Divina pace et amore adducuntur animae ad mysticam 1042
unionem. — 11, 2. Δι' ἣν [εἰρήνην] αἱ ψυχαὶ τοὺς παντοδαποὺς αὐτῶν λόγους ἑνοῦσαι καὶ πρὸς μίαν νοερὰν συνάγουσαι καθαρότητα προβαίνουσιν οἰκείως ἑαυταῖς ὁδῷ καὶ τάξει διὰ τῆς ἀΰλου καὶ ἀμεροῦς νοήσεως ἐπὶ τὴν ὑπὲρ νόησιν ἕνωσιν.

Divina sanctitas deificat. — 12, 3. [Ἡ θεία ἁγιότης] ἑαυτὴν 1043
ἀγαθοπρεπῶς ἐπιδιδοῦσα πρὸς ἐκθέωσιν τῶν ὑπεστραμμένων.

De caelesti hierarchia.

Hierarchia caelestis et ecclesiastica symbolis interpositis 1044
Iesu auctore ducunt ad deificationem. — C. 1, n. 3. Ταύτης οὖν ἕνεκα τῆς ἡμῶν ἀναλόγου θεώσεως, ἡ φιλάνθρωπος τελεταρχία καὶ τὰς οὐρανίας ἱεραρχίας ἡμῖν ἀναφαίνουσα, καὶ συλλειτουργὸν αὐτῶν τελοῦσα τὴν καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίαν τῇ πρὸς δύναμιν ἡμῶν ἀφομοιώσει, τῆς θεοειδοῦς αὐτῶν ἱερώσεως, ταῖς αἰσθηταῖς εἰκόσι τοὺς ὑπερουρανίους ἀνεγράψατο νόας.

Causa deificationis benigna Dei voluntas. — 3, 1. Τὸ δὲ 1045
θεοπρεπὲς κάλλος ὡς ἁπλοῦν, ὡς ἀγαθόν, ὡς τελεταρχικὸν

quid praesumunt neque in praeceps perversa propensione labuntur, sed constanter et irreflexis oculis in illucescentem illis radium contuentur et amore indultis sibi collustrationibus contemperato cum sacra quadam reverentia modeste sancteque sursum evolant.

8, 5. [Divina potentia] ipsam quoque deificationem praestat, vir- 1041
tutem ad eam requisitam iis qui deificantur praebens.

11, 2. Per hanc [pacem] animae varias suas cognitiones in unum 1042
iungendo et ad unam intellectualem puritatem copulando procedunt propria sibi ratione et ordine per immaterialem atque indivisam intellegentiam ad unionem quae est supra intellectionem.

12, 3. [Sanctitas divina] se benigne offert ad formandam in iis, 1043
qui ad ipsam convertuntur, divinitatem.

1, 3. Huius igitur proportionatae nobis deificationis causa, benigna 1044
teletarchia tum caelestes hierarchias nobis manifestavit, tum nostram hierarchiam ad captum nostrum deiformi illarum sacerdotio assimilando, et coadiutricem earumdem initiando, supercaelestes illas mentes sensibilibus imaginibus descripsit.

3, 1. Pulchritudo Dei conveniens ut simplex, ut bona, ut per- 1045
fectionis origo nulli omnino admixta est dissimilitudini, sed tamen

1041. MG 3, 893 A. 1042. MG 3, 949 D. 1043. MG 3, 972 A.
1044. MG 3, 124 A. 1045. MG 3, 164 D.

ἀμιγὲς μέν ἐστι καθόλου πάσης ἀνομοιότητος, μεταδοτικὸν δὲ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ τοῦ οἰκείου φωτὸς καὶ τελειωτικὸν ἐν τελετῇ θειοτάτῃ κατὰ τὴν πρὸς ἑαυτὸ τῶν τελουμένων ἐναρμονίως ἀπαράλλακτον μόρφωσιν.

De ecclesiastica hierarchia.

1046 *Iesum contemplantes angelis propiores evadimus et scientiam mysticam acquirimus.* — C. 1, n. 1. Ἡμῶν τε πρὸς αὐτὸν ['Ιησοῦν] ἀνατεινομένῳ καὶ ἡμᾶς ἀνατείνοντι τῶν καλῶν ἔρωτι συμπτύσσει τὰς πολλὰς ἑτερότητας καὶ εἰς ἑνοειδῆ καὶ θείαν ἀποτελειώσας ζωήν, ἕξιν τε καὶ ἐνέργειαν ἱεροπρεπῆ δωρεῖται τῆς θείας ἱερωσύνης τὴν δύναμιν· ἐξ ἧς ἐπὶ τὴν ἁγίαν ἐρχόμενοι τῆς ἱερατείας ἐνέργειαν, ἐγγύτεροι μὲν αὐτοὶ γινόμεθα τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς οὐσιῶν τῇ κατὰ δύναμιν ἀφομοιώσει τοῦ μονίμου τε καὶ ἀνεξαλλάκτου τῆς αὐτῶν ἱερᾶς ἱδρύσεως, καὶ ταύτῃ πρὸς τὴν μακαρίαν Ἰησοῦ καὶ θεαρχικὴν αὐγὴν ἀναβλέψαντες, ὅσα τε ἰδεῖν ἐφικτὸν ἐποπτεύσαντες ἱερῶς καὶ τῆς θεαμάτων γνώσεως ἐλλαμφθέντες, τὴν μυστικὴν ἐπιστήμην ἀφιερωμένοι καὶ ἀφιερωταί, φωτοειδεῖς καὶ θεουργικοί, τετελεσμένοι καὶ τελεσιουργοὶ γενέσθαι δυνησόμεθα.

1047 *Praeparant ad statum mysticum mortificatio, contemplatio et abolitio phantasmatum.* — 2, 3, 5. Ἀλλ' ἔστι που δῆλον, ὡς οἶμαι, τοῖς τῶν ἱεραρχικῶν ἐπιστήμοσιν, ὅτι ταῖς διηνεκέσιν ἐν συντονίᾳ πρὸς ἓν ἀνατάσεσι καὶ ταῖς τῶν ἐναντίων ὁλικαῖς νεκρώσεσι καὶ ἀνυπαρξίαις τὸ ἀναλλοίωτον ἴσχει τὰ νοερὰ τῆς θεοειδοῦς ἕξεως. Οὐ γὰρ ἀναχωρῆσαι χρὴ μόνον ἀπὸ κακίας ἁπάσης, ἀλλὰ καὶ ἀῤῥενωπῶς ἀμάλθακτον εἶναι, καὶ ἀφόβητον

---

pro cuiusque dignitate cuilibet lumen suum impertitur et in divina consummatione perficit secundum immutabilem congruentemque ad seipsam transformationem eorum, quae perficiuntur.

1046 1, 1. Complicat [Iesus] intento in eum amore et nosmetipsos ad melius erigente multas nostras varietates atque ad uniformem et divinam vitam, habitudinem et virtutem perficiens impertitur divini sacerdotii sacram potestatem. Inde ad sanctam sacerdotii functionem adeuntes, ipsi quidem spiritibus nobis superioribus propiores evadimus, imitando quantum licet sacri illorum status constantiam et firmitatem, atque hac via ad Iesu beatam divinamque lucem aspicientes et sacro quoad licet more contemplantes et visionum cognitione circa mysticam scientiam illustrati, poterimus evadere consecrati et consecrantes, luciformes et deifici, perfecti et perfectores.

1047 2, 3, 5. Verum, ut opinor, peritis rationum hierarchicarum perspectum est, assiduis ad unum conitendo aspirationibus atque totalibus contrariorum mortificationibus et abolitionibus spiritualia status deiformis immutabilitate potiri. Non enim solum ab omni malitia est recedendum, sed obdurandum viriliter et imperterrite

---

1046. MG 3, 372 B. 1047. MG 3, 401 B.

ἀεὶ πρὸς τὴν ἐπ' αὐτὴν ὀλέθριον ὕφεσιν, οὐδὲ τοῦ ἱεροῦ τῆς ἀληθείας ἔρωτος ἐν καταλήξει ποτὲ γενέσθαι, προσεχῶς δὲ καὶ αἰωνίως ἐπ' αὐτήν, ὅση δύναμις, ἀνατείνεσθαι, τὴν ἐπὶ τὰ τελειότερα τῆς θεαρχίας ἀναγωγὴν ἱερῶς ἀεὶ διαπραγματευόμενον.

Sacramenta Ecclesiae et praesertim Eucharistia sunt dei- 1048
ficationis media. — 3, 1. Ἐποπτεύσωμεν, ὅτου δὴ ἕνεκα ... ἑνιαίως [σύναξις] ἀγορεύεται κοινωνία τε καὶ σύναξις, ἑκάστης ἱεροτελεστικῆς πραγματείας καὶ τὰς μεριστὰς ἡμῶν ζωὰς εἰς ἑνοειδῆ θέωσιν συναγούσης, καὶ τῇ τῶν διαιρετῶν θεοειδεῖ συμπτύξει τὴν πρὸς τὸ ἓν κοινωνίαν καὶ ἕνωσιν δωρουμένης. Φαμὲν δέ, ὅτι ταῖς τῶν ἄλλων ἱεραρχικῶν συμβόλων μεθέξεσιν ἡ τελείωσις ἐκ τῶν ταύτης θεαρχικῶν καὶ τελειωτικῶν ἐστι δωρεῶν.

Episcopus synaxim peragendo summa fruitur unione my- 1049
stica. — 3, 3, 3. Κατὰ τὸν αὐτὸν δὴ θεοειδῆ τρόπον ὁ θεῖος ἱεράρχης, εἰ καὶ τὴν ἑνιαίαν αὐτοῦ τῆς ἱεραρχίας ἐπιστήμην ἀγαθοειδῶς εἰς τοὺς ὑποβεβηκότας κατάγει, ... αὖθις ὡς ἀπόλυτος καὶ τοῖς ἥττοσιν ἀκατάσχετος εἰς τὴν οἰκείαν ἀρχὴν ἀμειώτως ἀποκαθίσταται, καὶ τὴν εἰς τὸ ἓν ἑαυτοῦ νοερὰν ποιησάμενος εἴσοδον, ὁρᾷ καθαρῶς τοὺς τῶν τελουμένων ἑνοειδεῖς λόγους, τῆς ἐπὶ τὰ δεύτερα φιλανθρώπου προόδου τὸ πέρας τὴν εἰς τὰ πρῶτα θειοτέραν ἐπιστροφὴν ποιούμενος.

Iesus ut principium unionis mysticae contemplandus et 1050
imitandus. — 3, 3, 12. ['Ιησοῦς] τὴν πρὸς αὐτὸν ἡμῶν ἑνοποιὸν κοινωνίαν ἀγαθουργῶς διεπραγματεύσατο, τὰ καθ' ἡμᾶς ταπεινὰ τοῖς θειοτάτοις αὐτοῦ κατ' ἄκρον ἑνώσας, εἴπερ καὶ ἡμεῖς ὡς

---

semper obsistendum ipsi noxiae remissioni, nec a sacro veritatis amore est umquam cessandum, sed continenter et perpetuo pro viribus ad illam enitendum, ad perfectiorem divinitatis sublimationem sancte semper negotia sua operantem.

3, 1. Illud speculemur, quam ob causam ... [eucharistia] singula- 1048
riter communio et synaxis appelletur, cum unumquodque sacramentum, tum divisas vitas nostras ad uniformem colligat deificationem, tum deiformi dissitorum coagmentatione communionem et unionem praestet ad unum. Dicimus igitur ceterorum hierarchicorum symbolorum participationibus ex divinis perfectivisque huius muneribus accedere consummationem.

3, 3, 3. Pari prorsus et deiformi modo divinus pontifex, etsi sin- 1049
gularem divini sui gradus hierarchici scientiam in subditos benevole derivet, ... rursus tamen ut absolutus a rebus inferioribus ac liber ad proprium principium suum integre revertitur, spiritalemque suum in unum introitum exsecutus, uniformes istas sacramentorum rationes pura mente cernit, dum benigni humanique sui ad inferiora progressus finem diviniorem ad prima facit reditum.

3, 3, 12. [Iesus] nostri secum unificam unionem benefice operatus 1050
est, ea quae in nobis humilia sunt divinissimis suis uniens excellentiis, siquidem et nos ipsi tamquam membra corpori per im-

---

1048. MG 3, 424 C. 1049. MG 3, 429 B. 1050. MG 3, 444 B.

μέλη σώματι συναρμολογηθῶμεν αὐτῷ κατὰ τὸ ταὐτὸν τῆς ἀλωβήτου καὶ θείας ζωῆς.... Χρὴ γὰρ ἡμᾶς, εἰ τῆς πρὸς αὐτὸν ἐφιέμεθα κοινωνίας, εἰς τὴν θειοτάτην αὐτοῦ κατὰ σάρκα ζωὴν ἀποσκοπεῦσαι καὶ τῇ πρὸς αὐτὴν ἀφομοιώσει τῆς ἱερᾶς ἀναμαρτησίας εἰς τὴν θεοειδῆ καὶ ἀλώβητον ἕξιν ἀναδραμεῖν· οὕτω γὰρ ἐναρμονίως ἡμῖν τὴν πρὸς τὸ ὅμοιον κοινωνίαν δωρήσεται.

1051 *Per contemplationem mysticam divinae pulchritudinis imago in animabus formatur.* — 4, 3, 1. Ἄχραντοι γάρ εἰσιν αἱ τοῦ Θεοῦ κρύφιαι καὶ ὑπὲρ νοῦν εὐώδεις εὐπρέπειαι, καὶ νοητῶς ἐμφαίνονται μόνοις τοῖς νοεροῖς, ὁμοειδεῖς ἔχειν ἐθέλουσαι τὰς κατ' ἀρετὴν ἐν ψυχαῖς ἀπαραφθάρτους εἰκόνας. Τὸ γὰρ τῆς θεοειδοῦς ἀρετῆς ἀπαράγραπτον εὖ μεμιμημένον ἄγαλμα πρὸς ἐκεῖνο τὸ νοητὸν καὶ εὐῶδες ἀφορῶν κάλλος, οὕτως ἑαυτὸ τυποῖ καὶ διαπλάττει πρὸς τὸ κάλλιστον μίμημα.... Οὕτω τοῖς φιλοκάλοις ἐν νῷ γραφεῦσιν ἡ πρὸς τὸ εὐῶδες καὶ κρύφιον κάλλος ἀτενὴς καὶ ἀπαρέγκλιτος θεωρία τὸ ἀπλανὲς δωρήσεται καὶ θεοειδέστατον ἴνδαλμα.

1052 *Per Iesum mentes consecrantur et sanctificantur, ut Deo uniantur.* — 4, 3, 12. Εἰ γάρ ἐστι τὸ θειότατον ἡμῶν θυσιαστήριον Ἰησοῦς, ἡ θεαρχικὴ τῶν θείων νοῶν ἀφιέρωσις, ἐν ᾧ κατὰ τὸ Λόγιον ἀφιερούμενοι καὶ μυστικῶς ὁλοκαυτούμενοι τὴν προσαγωγὴν ἔχομεν, ὑπερκοσμίοις ὀφθαλμοῖς ἐποπτεύσωμεν αὐτὸ τὸ θειότατον θυσιαστήριον.... Ἁγιάζει γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν ὁ παναγιώτατος Ἰησοῦς καὶ πάσης ἡμᾶς ἁγιαστείας ἀποπληροῖ, τῶν ἐπ' αὐτῷ τελουμένων οἰκονομικῶς εἰς ἡμᾶς ὡς θεογεννήτους λοιπὸν ἀγαθουργικῶς διαβαινόντων.

---

maculatae ac divinae vitae congruentiam cum eo copulemur.... Oportet enim nos, si communionem eius concupiscimus, divinissimam eius in carne vitam contemplari atque sanctam eius impeccantiam imitando ad deiformem et immaculatum statum ascendere. Hac enim ratione congruenter nobis communicationem cum simili donabit.

1051 4, 3, 1. Arcana Dei decora, quae suavitate intellectum superant, sunt intemerata atque solis viris spiritalibus spiritaliter apparent, quod in animabus volunt habere imagines sibi conformes per virtutem et incorruptibiles. Incircumscriptum enim illud virtutis deiformis simulacrum rite imitandum, cum ad illam spiritalem et fragrantem pulchritudinem figit obtutum, se format et effingit ad pulcherrimam eius imitationem.... Sic iis qui pulchrum amantes in mente picturam faciunt, intenta constansque pulchritudinis suaveolentis arcanaeque contemplatio ineffabilem maximeque deiformem praestabit effigiem.

1052 4, 3, 12. Etenim si Iesus, qui est altare nostrum divinissimum, divina est divinarum mentium consecratio, in quo secundum Scripturam sanctificati et mystice in morem holocausti concremati accessum obtinemus, supramundanis oculis divinissimum illud altare intueamur.... Sanctificat enim semetipsum pro nobis sanctissimus ille Iesus nosque replet omni sanctitate, dum ea, quae in eo per dispensationem geruntur, ad nos ut a Deo genitos benefice dimanant.

1051. MG 3, 473 B. 1052. MG 3, 484 D.

Deificationis tres gradus. — 5, 1, 3. Ἡ μὲν οὖν ἁγιωτάτη 1053
τῶν τελετῶν ἱερουργία πρώτην μὲν ἔχει θεοειδῆ δύναμιν τὴν ἱερὰν τῶν ἀτελέστων κάθαρσιν, μέσην δὲ τὴν τῶν καθαρθέντων φωτιστικὴν μύησιν, ἐσχάτην δὲ καὶ τῶν προτέρων συγκεφαλαιωτικὴν τὴν τῶν μυηθέντων ἐν ἐπιστήμῃ τῶν οἰκείων μυήσεων τελείωσιν.... Τῆς μὲν οὖν ἁγίας τῶν τελετῶν ἱερουργίας ἡ τρισσὴ δύναμις ὕμνηται· τῆς μὲν ἱερᾶς θεογενεσίας ἐκ τῶν Λογίων ἀποδειχθείσης καθάρσεως καὶ φωτιστικῆς ἐλλάμψεως, τῆς συνάξεως δὲ καὶ τῆς τοῦ μύρου τελετῆς τελειωτικῆς τῶν θεουργιῶν γνώσεως καὶ ἐπιστήμης, δι' ἧς ἱερῶς ἡ πρὸς τὴν θεαρχίαν ἑνοποιὸς ἀναγωγὴ καὶ μακαριωτάτη κοινωνία τελεσιουργεῖται.

De mystica theologia.

Deo adiuvante ascenditur ad fastigium contemplationis.— 1054
C. 1, n. 1. Τριὰς ὑπερούσιε καὶ ὑπέρθεε καὶ ὑπεράγαθε, τῆς χριστιανῶν ἔφορε θεοσοφίας, ἴθυνον ἡμᾶς ἐπὶ τὴν τῶν μυστικῶν λογίων ὑπεράγνωστον καὶ ὑπερφαῆ καὶ ἀκροτάτην κορυφήν, ἔνθα τὰ ἁπλᾶ καὶ ἀπόλυτα καὶ ἄτρεπτα τῆς θεολογίας μυστήρια κατὰ τὸν ὑπέρφωτον ἐγκεκάλυπται τῆς κρυφιομύστου σιγῆς γνόφον, ἐν τῷ σκοτεινοτάτῳ τὸ ὑπερφανέστατον ὑπερλάμποντα καὶ ἐν τῷ πάμπαν ἀναφεῖ καὶ ἀοράτῳ τῶν ὑπερκάλων ἀγλαϊῶν ὑπερπληροῦντα τοὺς ἀνομμάτους νόας.

Quomodo in divinam caliginem ingrediendum. — 1, 1. Σὺ 1055
δέ, ὦ φίλε Τιμόθεε, τῇ περὶ τὰ μυστικὰ θεάματα συντόνῳ διατριβῇ καὶ τὰς αἰσθήσεις ἀπόλειπε καὶ τὰς νοερὰς ἐνεργείας καὶ

5, 1, 3. Sanctissima itaque mysteriorum consecratio primam qui- 1053
dem virtutem deiformem habet, qua profanos sacris expiat; mediam vero, qua expiatos illuminando initiat; postremam denique et priora complectentem et perficientem, qua initiatos propriarum consecrationum scientia consummat et perficit.... Triplex itaque virtus mysteriorum sanctae consecrationis celebrata est: sacra in Deo regeneratione e Scripturis demonstrata expiatio et splendor illustrans, synaxi autem et unguento ostensis cognitio atque scientia, quae divinum opus consummat, per quam sacrosancte ad divinitatem unifica adductio et beatissima communio perficitur.

1, 1. Trinitas supernaturalis et superdivina et superbona theo- 1054
sophiae christianorum praesul, dirige nos ad mysticorum sermonum superindemonstrabile et superlucidum et altissimum fastigium, ubi simplicia et absoluta et immutabilia theologiae mysteria involuta sunt in caligine hyperlucida silentii mysteria docentis, quae in tenebris obscurissimis superclarissime lucent et in omnimoda intangibilitate et invisibilitate mentes oculis carentes superadimplent superpulchris splendoribus.

1, 1. Tu vero, o care Timothee, intenta mysticarum contempla- 1055
tionum exercitatione et sensus relinque et intellectuales operationes

---

1053. MG 3, 504 A. 1054. MG 3, 997 A. 1055. MG 3, 997 B.

πάντα αἰσθητὰ καὶ νοητά, καὶ πάντα οὐκ ὄντα καὶ ὄντα, καὶ πρὸς τὴν ἕνωσιν ὡς ἐφικτὸν ἀγνώστως ἀνατάθητι τοῦ ὑπὲρ πᾶσαν οὐσίαν καὶ γνῶσιν· τῇ γὰρ ἑαυτοῦ καὶ πάντων ἀσχέτῳ καὶ ἀπολύτῳ καθαρῶς ἐκστάσει πρὸς τὴν ὑπερούσιον τοῦ θείου σκότους ἀκτῖνα πάντα ἀφελὼν καὶ ἐκ πάντων ἀπολυθεὶς ἀναχθήσῃ.

1056 *Deus transcendit omnes affirmationes et negationes et ignorantia cognoscitur.* — 1, 2. Δέον ἐπ' αὐτῇ [τῇ πάντων ὑπερκειμένῃ αἰτίᾳ] καὶ πάσας τὰς τῶν ὄντων τιθέναι καὶ καταφάσκειν θέσεις, ὡς πάντων αἰτίᾳ, καὶ πάσας αὐτὰς κυριώτερον ἀποφάσκειν, ὡς ὑπὲρ πάντα ὑπερούσῃ, καὶ μὴ οἴεσθαι τὰς ἀποφάσεις ἀντικειμένας εἶναι ταῖς καταφάσεσιν, ἀλλὰ πολὺ πρότερον αὐτὴν ὑπὲρ τὰς στερήσεις εἶναι τὴν ὑπὲρ πᾶσαν καὶ ἀφαίρεσιν καὶ θέσιν.

1057 *Quid sit videre et scire Deum.* — 2. Κατὰ τοῦτον ἡμεῖς γενέσθαι τὸν ὑπέρφωτον εὐχόμεθα γνόφον καὶ δι' ἀβλεψίας καὶ ἀγνωσίας ἰδεῖν καὶ γνῶναι τὸ ὑπὲρ θέαν καὶ γνῶσιν αὐτῷ τῷ μὴ ἰδεῖν μηδὲ γνῶναι· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ὄντως ἰδεῖν καὶ γνῶναι καὶ τὸν ὑπερούσιον ὑπερουσίως ὑμνῆσαι διὰ τῆς πάντων τῶν ὄντων ἀφαιρέσεως, ὥσπερ οἱ αὐτοφυὲς ἄγαλμα ποιοῦντες, ἐξαιροῦντες πάντα τὰ ἐπιπροσθοῦντα τῇ καθαρᾷ τοῦ κρυφίου θέᾳ κωλύματα, καὶ αὐτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ τῇ ἀφαιρέσει μόνῃ τὸ ἀποκεκρυμμένον ἀναφαίνοντες κάλλος.

1058 *De divinis loqui impossibile.* — 3. Ὅσῳ πρὸς τὸ ἄναντες ἀνανεύομεν, τοσοῦτον οἱ λόγοι ταῖς συνόψεσι τῶν νοητῶν συ-

---

atque omnia sensibilia et intellegibilia, et universa quae non sunt aut sunt, et quantum fieri potest erige te ratione arcana ad unionem eius, qui super omnem est essentiam et scientiam. Non enim nisi expedito, absoluto et puro ex teipso et ex omnibus rebus egressu ad supernaturalem radium divinae caliginis eveheris, postquam omnibus remotis absolutus ab omnibus evasisti.

1056 1, 2. Oportet in ea [causa super omnia eminenti] tum ponere et statuere omnes omnium quae sunt affirmationes, utpote in omnium causa, tum de eadem illas ipsas magis proprie negare, ut quae super omnes res superexsistat. Neque licet existimare negationes affirmationibus esse contrarias, sed ipsam causam multo superiorem esse privationibus, super omnem ablationem et positionem remotam.

1057 2. In istam superlucentem caliginem nos quoque ipsi pervenire optamus et per caecitatem et ignorantiam videre et scire id, quod supra visionem et cognitionem est, non videndo et non intellegendo. Hoc enim est vere videre et intellegere et eum, qui est superessentialis, laudare per omnium rerum ablationem, non secus ac qui statuam nativam efficiunt, auferente somnia, quae circumiecta claram formae latentis visionem impediebant, sola ablatione occultam eius pulchritudinem per seipsam revelant.

1058 3. Quanto magis ad sublime contendimus, tanto magis sermones nostri rerum intellegibilium intuitu contrahuntur. Sicut etiam modo,

---

1056. MG 3, 999 B. 1057. MG 3, 1025 A. 1058. MG 3, 1033 B.

στέλλονται· καθάπερ καὶ νῦν εἰς τὸν ὑπὲρ νοῦν εἰσδύοντες γνόφον οὐ βραχυλογίαν ἀλλ' ἀλογίαν παντελῆ καὶ ἀνοησίαν εὑρήσομεν. Κἀκεῖ [ἐν τῇ θεολογίᾳ συμβολικῇ] μὲν ἀπὸ τοῦ ἄνω πρὸς τὰ ἔσχατα κατιὼν ὁ λόγος κατὰ τὸ ποσὸν τῆς καθόδου πρὸς ἀνάλογον πλῆθος ηὐρύνετο· νῦν δὲ ἀπὸ τῶν κάτω πρὸς τὸ ὑπερκείμενον ἀνιὼν κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἀνόδου συστέλλεται καὶ μετὰ πᾶσαν ἄνοδον ὅλως ἄφωνος ἔσται καὶ ὅλος ἑνωθήσεται τῷ ἀφθέγκτῳ.

Deus est supra omnia, quae percipi possunt. — 5. Αὖθις 1059
δὲ ἀνιόντες λέγομεν, ὡς οὔτε [πάντων αἰτία] ψυχή ἐστιν οὔτε νοῦς· οὔτε φαντασίαν ἢ δόξαν ἢ λόγον ἢ νόησιν ἔχει· οὐδὲ λόγος ἐστὶν οὔτε νόησις· οὐδὲ λέγεται οὔτε νοεῖται· οὔτε ἀριθμός ἐστιν οὔτε τάξις οὔτε μέγεθος οὔτε σμικρότης οὔτε ἰσότης οὔτε ἀνισότης οὔτε ὁμοιότης ἢ ἀνομοιότης· οὔτε ἕστηκεν οὔτε κινεῖται οὔτε ἡσυχίαν ἄγει οὔτε ἔχει δύναμιν· οὔτε δύναμίς ἐστιν οὔτε φῶς· οὔτε ζῇ οὔτε ζωή ἐστιν· οὔτε οὐσία ἐστὶν οὔτε αἰὼν οὔτε χρόνος· οὐδὲ ἐπαφὴ ἔστιν αὐτῆς νοητή· οὔτε ἐπιστήμη οὔτε ἀλήθειά ἐστιν· οὐδὲ βασιλεία οὔτε σοφία· οὐδὲ ἓν οὐδὲ ἑνότης οὐδὲ θεότης ἢ ἀγαθότης· οὐδὲ πνεῦμά ἐστιν ὡς ἡμᾶς εἰδέναι· οὔτε υἱότης οὔτε πατρότης οὐδὲ ἄλλο τι τῶν ἡμιν ἢ ἄλλῳ τινὶ τῶν ὄντων συνεγνωσμένων· οὐδέ τι τῶν οὐκ ὄντων οὐδέ τι τῶν ὄντων ἐστίν· οὐδὲ τὰ ὄντα αὐτὴν γινώσκει, ᾗ αὐτή ἐστιν· οὐδὲ αὐτὴ γινώσκει τὰ ὄντα ᾗ ὄντα ἐστίν· οὐδὲ λόγος

---

dum caliginem quae superat intellectum ingredimur, non solum in breviloquentiam, sed in perfectam taciturnitatem et intellegentiae defectum incidemus. Atque illic [in symbolica theologia] quidem oratio a supremis ad infima descendens pro mensura descensus ad convenientem latitudinem extendebatur; nunc vero ab inferioribus ad supereminens ascendens iuxta gradus ascensus contrahitur et post omnem ascensum penitus loquela carebit et plane cum Deo ineffabili coniungetur.

5. Rursus autem ascendentes dicimus, quod [omnium causa] nec 1059
anima sit neque mens nec imaginationem aut opinionem aut rationem aut intellegentiam habeat; neque sermo est neque intellegentia; neque dicitur aut intellegitur; neque numerus est neque ordo neque magnitudo neque parvitas neque aequalitas neque inaequalitas neque similitudo neque dissimilitudo; neque stat neque movetur neque quiescit neque habet potentiam; nec est potentia neque lumen; neque vivit neque vita est; neque substantia est neque saeculum neque tempus; nec est eius tactus intellectilis; neque scientia neque veritas est nec regnum neque sapientia; nec unum aut unitas aut divinitas aut bonitas; nec spiritus est qualem novimus; nec est filiatio neque paternitas nec aliud quidquam eorum, quae nobis aut ulli eorum qui exsistunt cognita sunt; nec quidquam eorum quae non sunt aut eorum quae sunt; nec quae sunt eam cognoscunt quatenus est; neque ipsa cognoscit quae sunt, quatenus sunt; nec est illi ratio neque nomen neque cognitio;

1059. MG 3, 1045 D.

αὐτῆς ἐστιν οὔτε ὄνομα οὔτε γνῶσις· οὐδὲ σκότος ἐστὶν οὐδὲ φῶς· οὔτε πλάνη οὔτε ἀλήθεια· οὐδέ ἐστιν αὐτῆς καθόλου θέσις οὔτε ἀφαίρεσις· ἀλλὰ τῶν μετ' αὐτὴν τὰς θέσεις καὶ ἀφαιρέσεις ποιοῦντες αὐτὴν οὔτε τίθεμεν οὔτε ἀφαιροῦμεν· ἐπεὶ καὶ ὑπὲρ πᾶσαν θέσιν ἐστὶν ἡ παντελὴς καὶ ἑνιαία τῶν πάντων αἰτία, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν ἀφαίρεσιν ἡ ὑπεροχὴ τοῦ πάντων ἁπλῶς ἀπολελυμένου καὶ ἐπέκεινα τῶν ὅλων.

Epistulae.

1060 *Dei ignoratio omnem cogitationem superat.* — Ep. 1 [Caio monacho]. Τὸ σκότος ἀφανὲς γίνεται τῷ φωτὶ καὶ μᾶλλον τῷ πολλῷ φωτί· τὴν ἀγνωσίαν ἀφανίζουσιν αἱ γνώσεις καὶ μᾶλλον αἱ πολλαὶ γνώσεις. Ταῦτα ὑπεροχικῶς, ἀλλὰ μὴ κατὰ στέρησιν ἐκλαβὼν ἀπόφησον ὑπεραληθῶς, ὅτι λανθάνει τοὺς ἔχοντας ὂν φῶς καὶ ὄντων γνῶσιν ἡ κατὰ Θεὸν ἀγνωσία· καὶ τὸ ὑπερκείμενον αὐτοῦ σκότος καὶ καλύπτεται παντὶ φωτὶ καὶ ἀποκρύπτεται πᾶσαν γνῶσιν. Καὶ εἴ τις ἰδὼν Θεὸν συνῆκεν ὃ εἶδεν, οὐκ αὐτὸν ἑώρακεν, ἀλλά τι τῶν αὐτοῦ τῶν ὄντων καὶ γιγνωσκομένων· αὐτὸς δὲ ὑπὲρ νοῦν καὶ ὑπὲρ οὐσίαν ὑπεριδρυμένος αὐτῷ τῷ καθόλου μὴ γινώσκεσθαι μηδὲ εἶναι καὶ ἔστιν ὑπερουσίως καὶ ὑπὲρ νοῦν γινώσκεται. Καὶ ἡ κατὰ τὸ κρεῖττον παντελὴς ἀγνωσία γνῶσίς ἐστι τοῦ ὑπὲρ πάντα τὰ γινωσκόμενα.

1061 *Incarnatio mysterium ineffabile.* — 3 [Caio monacho]. Ἐπὶ δὲ τῆς κατὰ Χριστὸν φιλανθρωπίας καὶ τοῦτο οἶμαι τὴν θεολογίαν αἰνίττεσθαι τὸ ἐκ τοῦ κρυφίου τὸν ὑπερούσιον εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς ἐμφάνειαν ἀνθρωπικῶς οὐσιωθέντα προεληλυθέναι.

---

neque tenebrae, aut lumen aut veritas aut error est; nec est eius in universum aut positio aut ablatio, sed cum eorum, quae post eam sunt, positiones et ablationes statuimus, ipsam neque ponimus neque tollimus, quia supra omnem positionem perfecta est et singularis omnium causa, et quia supra omnem ablationem est praestantia eius, qui ab omnibus simpliciter absolutus et ultra omnia est.

1060 1. Tenebrae dispelluntur luce et eo magis copiosa luce. Ignorationem dispellunt cognitiones et eo magis amplae cognitiones. Haec superlate et non privative accipiens proclama supervere, quod lux latet ipsam possidentes et rerum cognitionem illa quae secundum Deum est ignorantia. Et tenebrae eius supereminentes tum omni lumini occuluntur tum omni subducuntur cognitioni. Et si quis videns Deum cognovit quod vidit, ipsum Deum non vidit, sed aliquid e rebus eius quae exsistunt et cognoscuntur. Ipse vero super mentem et substantiam supracollocatus per hanc ipsam cognitionis et essentiae plenam negationem supra substantiam exsistit et supra mentem cognoscitur. Et illa perfectissima in bonam partem ignoratio notitia est eius qui est super omnia quae cognoscuntur.

1061 3. In Christi autem humanitate arbitror hoc etiam theologiam voluisse insinuare, quod ex abdito suprasubstantialis ille in conspectum nostrum humanitus substantiatus prodiit. Attamen occultus

---

1060. MG 3, 1065 A. 1061. MG 3, 1069 B.

Κρύφιος δέ ἐστι καὶ μετὰ τὴν ἔκφανσιν ἤ, ἵνα τὸ θειότερον εἴπω, καὶ ἐν τῇ ἐκφάνσει· καὶ τοῦτο γὰρ Ἰησοῦ κέκρυπται καὶ οὐδενὶ λόγῳ οὔτε νῷ τὸ κατ' αὐτὸν ἐξῆκται μυστήριον, ἀλλὰ καὶ λεγόμενον ἄρρητον μένει καὶ νοούμενον ἄγνωστον.

1062 *Quid sit caligo divina.* — 5 [Dorotheo ministro]. Ὁ θεῖος γνόφος ἐστὶ τὸ ἀπρόσιτον φῶς, ἐν ᾧ κατοικεῖν ὁ Θεὸς λέγεται [cf. 1 Tim 6, 16]. Καὶ ἀοράτῳ γε ὄντι διὰ τὴν ὑπερέχουσαν φανότητα καὶ ἀπροσίτῳ τῷ αὐτῷ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ὑπερουσίου φωτοχυσίας ἐν τούτῳ γίγνεται πᾶς ὁ Θεὸν γνῶναι καὶ ἰδεῖν ἀξιούμενος, αὐτῷ τῷ μὴ ὁρᾶν μηδὲ γινώσκειν ἀληθῶς ἐν τῷ ὑπὲρ ὅρασιν καὶ γνῶσιν γιγνόμενος, τοῦτο αὐτὸ γιγνώσκων, ὅτι μετὰ πάντα ἐστὶ τὰ αἰσθητὰ καὶ τὰ νοητὰ καὶ προφητικῶς ἐρῶν· «Ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ, ἐκραταιώθη, οὐ μὴ δύνωμαι πρὸς αὐτήν» [Ps 138, 6]. Ὥσπερ οὖν καὶ ὁ θεῖος Παῦλος ἐγνωκέναι τὸν Θεὸν λέγεται, γνοὺς αὐτὸν ὑπὲρ πᾶσαν ὄντα νόησιν καὶ γνῶσιν· διὸ καὶ ἀνεξιχνιάστους εἶναι τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ φησι καὶ ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ καὶ ἀνεκδιηγήτους τὰς δωρεὰς αὐτοῦ [cf. Rom 11, 33] καὶ τὴν εἰρήνην αὐτοῦ ὑπερέχουσαν πάντα νοῦν [cf. Phil 4, 7], ὡς εὑρηκὼς τὸν ὑπὲρ πάντα καὶ τοῦτο ὑπὲρ νόησιν ἐγνωκώς, ὅτι πάντων ἐστὶν ὑπέκεινα πάντων αἴτιος ὤν.

1063 *Quo maior capacitas Deum recipiendi, eo maior est deiformitas.* — 8, 2. Ἑκάστη τῶν περὶ Θεὸν διακόσμησις θεοειδεστέρα τῆς μᾶλλον ἀφεστηκυίας ἐστί· καὶ φωτεινότερα ἅμα,

---

etiam post manifestationem manet, aut, ut divinius dicam, in ipsa manifestatione. Etenim hoc Iesu mysterium abditum est neque ullo sermone aut intellectu expressum, sed dum profertur arcanum et dum intellegitur ignotum permanet.

1062 5. Divina caligo lux est inaccessa, quam Deus inhabitare dicitur. Et cum quidem sit invisibilis propter supereminentem claritatem idemque inaccessibilis propter exuberantem supernaturalis luminis effusionem, ad hanc pertingit, quisquis Deum nosse et videre dignatur, eo ipso quod neque videt neque cognoscit, revera in illo, qui supra visionem et cognitionem est, exsistens, hoc idem intellegens, eum post omnia esse, quae sentiuntur et cognoscuntur, et cum propheta pronuntians: *Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est et non potero ad eam.* Quemadmodum etiam divus Paulus Deum cognovisse dicitur, quando illum supra omnem scientiam et intellegentiam esse cognovit. Propterea etiam vias eius investigabiles esse asserit et inscrutabilia iudicia eius et inenarrabilia dona eius et pacem ipsius omnem sensum exsuperare. Namque invenerat eum, qui est supra omnia, et ultra mentem hoc cognoverat, eum, qui omnium rerum auctor est, rebus omnibus superiorem esse.

1063 8, 2. Quilibet circa Deum versantium ordo deiformior est eo, qui magis distat; necnon lucidiora itemque luculentiora sunt, quae

---

1062. MG 3, 1073 A. 1063. MG 3, 1092 B.

καὶ φωτιστικώτερα τὰ μᾶλλον τῷ ἀληθεῖ φωτὶ πλησιαίτερα. Καὶ μὴ τοπικῶς ἐκλάβοις, ἀλλὰ κατὰ τὴν θεοδόχον ἐπιτηδειότητα, τὸν πλησιασμόν.

1064 *Sub symbolis latens pulchritudo solis contemplantibus aperitur.* — 9, 1. Ὧν [συμβόλων] εἴ τις ἰδεῖν δυνηθείη τὴν ἐντὸς ἀποκεκρυμμένην εὐπρέπειαν, εὑρήσει μυστικὰ καὶ θεοειδῆ πάντα καὶ πολλοῦ τοῦ θεολογικοῦ φωτὸς ἀναπεπλησμένα. Μὴ γὰρ οἰώμεθα τὰ φαινόμενα τῶν συνθημάτων ὑπὲρ ἑαυτῶν ἀναπεπλάσθαι, προβεβλῆσθαι δὲ τῆς ἀποῤῥήτου καὶ ἀθεάτου τοῖς πολλοῖς ἐπιστήμης, ὡς μὴ τοῖς βεβήλοις εὐχείρωτα εἶναι τὰ πανίερα, μόνοις δὲ ἀνακαλύπτεσθαι τοῖς τῆς θεότητος γνησίοις ἐρασταῖς, ὡς πᾶσαν τὴν παιδαριώδη φαντασίαν ἐπὶ τῶν ἱερῶν συμβόλων ἀποσκευαζομένοις καὶ ἱκανοῖς διαβαίνειν ἁπλότητι νοῦ καὶ θεωρητικῆς δυνάμεως ἐπιτηδειότητι πρὸς τὴν ἁπλῆν καὶ ὑπερφυῆ καὶ ὑπεριδρυμένην τῶν συμβόλων ἀλήθειαν.

1065 *Sacri scriptores utuntur duplici sermone, mystico et aperto.* — 9, 1. Ἄλλως τε καὶ τοῦτο ἐννοῆσαι χρή, τὸ διττὴν εἶναι τὴν τῶν θεολόγων παράδοσιν, τὴν μὲν ἀπόῤῥητον καὶ μυστικήν, τὴν δὲ ἐμφανῆ καὶ γνωριμωτέραν· καὶ τὴν μὲν συμβολικὴν καὶ τελεστικήν, τὴν δὲ φιλόσοφον καὶ ἀποδεικτικὴν καὶ συμπέπλεκται τῷ ῥητῷ τὸ ἄῤῥητον. Καὶ τὸ μὲν πείθει καὶ καταδεῖται τῶν λεγομένων τὴν ἀλήθειαν, τὸ δὲ δρᾷ καὶ ἐνιδρύει τῷ Θεῷ ταῖς ἀδιδάκτοις μυσταγωγίαις.

S. Benedictus Abbas, † ca 553.

1065* *De generibus monachorum,* cf. EH n. 975 sqq.
De officio divino peragendo, cf. EH n. 979 sqq.
De «opera manuum» cotidiana, cf. EH n. 997 sqq.

---

verae luci magis appropinquant. Nolim autem de loco intellegas propinquitatem, sed de capacitate Deum recipiendi.

1064 9, 1. Quorum [symbolorum] pulchritudinem intus absconditam si quis videre possit, reperiet omnia mystica et deiformia et lumine theologico repleta. Neque enim existimamus apparentes formas signorum sua tantum causa effictas esse, sed potius integumenta esse scientiae arcanae et vulgo occultae, ut ne sint sanctissimae res profanis faciles ad intellegendum, sed tantum vere deitatis studiosis aperiantur, utpote expeditis ab omni puerili in sacris symbolis imaginatione, qui acie mentis et facultate ingenii ad contemplandum idonea veritatem simplicem et supernaturalem et supra symbola evectam assequi possint.

1065 9, 1. Ceterum hoc advertendum est, duplicem esse traditionem theologorum, unam quidem arcanam et mysticam, alteram vero apertam et manifestiorem; illam quidem symbolicam et ad mysteria pertinentem, hanc vero philosophicam et demonstrativam, estque arcanum cum aperto conexum. Atque hoc quidem fidem facit et astringit veritatem eorum quae dicuntur, illud vero efficax est et in Deo collocat mysticis quae non docentur institutionibus.

1064. MG 3, 1105 C. 1065. MG 3, 1105 D.

CASSIODORUS, ca 477 — ca 570.

De anima.

Boni homines. — C. 11. Sanctarum igitur animarum et in 1066
ista communi vita magna iam virtus est. Nam carnem illam expugnatricem humani generis per quietem debellant, et victrices sui sunt, dum studentes constantiae vivo corpori mortem delectantur infligere. Vae autem carni quae hic superata non fuerit; nam quae in hac conversatione vincitur, illic sine dubio coronatur. Vir denique fixus, purus, innocuus, omnes laudat, se semper accusat, et cum placeat universis, sibi soli displicet. Nimia enim magnitudo est suam intellegere parvitatem; nec praevalet haec nosse, nisi cui iam coeperint divina patescere. Hi tantum expeditius ad superna volant, quantum se onerosius in humana conversatione castigant. Imperant corpori, quia famulantur auctori, et dum se exiguos cognoscunt, ad culmen magnae perfectionis evadunt. Nullum laedere cupiunt, laesi semper ignoscunt. Caritatem et illis impendunt, qui eos scelerato odio persequuntur. Tales animae, Domino praestante, etiam noxiis spiritibus imperant; et illi, quos mundus patitur infestos, a creatura minore superantur. Adhuc in corpore positae, fortiores sunt angelis malis.... Sic sanctorum animae adhuc in isto saeculo commorantes, dum longa sint habitationis contrarietate districtae, tamen bonis angelis videntur esse concives, et iam ex magna parte consortes.

Expositio in psalterium.

Modus bonae orationis. — Ps. 101, v. 1. Hunc autem modum 1067
sanctae orationis servandum devotissimus Christianus intellegat, ut idipsum cogitet quod orat, ipsum respiciat mente cui supplicat, omnes superfluas cogitationes excludat, aliud non admittat extraneum; ne (ut ait quidam) purissimis fontibus apros immittere videatur improvidos. Hinc etiam sancti Ambrosii secundum apostolum [cf. 1 Cor 14, 15], horae sextae roseus hymnus ille redoluit; ait enim: *Orabo mente Dominum,| Orabo simul spiritu;| Ne vox sola Deo canat,| Sensusque noster alibi| Ductus aberret fluctuans,| Vanis praeventus casibus.* Tunc enim Deo accepta est oratio canentium, si pura mens idem gerat, quod explicat vox cantici.

BARSANUPHIUS ET IOANNES, saec. VI.

Liber utilissimus.

Regula discretionis. — N. 21. Τοῦτο δὲ μάθε, ἀδελφέ μου, 1068
ὅτι· Πᾶς λογισμὸς μὴ προηγουμένως τὴν γαλήνην τῆς ταπεινώ-

---

21. Haec disce, frater mi. Omnis cogitatio quae non habet in 1068
se tranquillitatem humilitatis, non est secundum Deum, sed mani-

---

1066. ML 70, 1299 B. 1067. ML 70, 707 A.
1068. Nic. Hag. (= Nicodemus Hagiorita, 1816), 12.

σεως ἔχων κατὰ Θεὸν οὐκ ἔστιν· ἀλλὰ φανερῶς τῶν ἀριστερῶν ἐστιν. Ὁ γὰρ Κύριος ἡμῶν μετὰ γαληνότατος ἔρχεται· ὅλα δὲ τὰ τοῦ ἀντιδίκου μετὰ ταραχῆς καὶ κινήσεως.

1069 *Discretio spirituum.* — 60. Ἕτερος ἀδελφὸς ἠρώτησε τὸν αὐτὸν μέγαν γέροντα· «Πῶς δύναμαι εἰδέναι τὸν ἐκ τοῦ Θεοῦ λογισμὸν καὶ τὸν ἐκ τῶν δαιμόνων;» — «Ἀγαπητέ, ἔλπισον ἐπὶ Κύριον καὶ δώῃ σοι τὰ αἰτήματα τῆς καρδίας σου καὶ εἰπὲ αὐτῷ ἐν πᾶσι· ‚Γενέσθω, Κύριε, οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ.' Καὶ ποιεῖ μετὰ σοῦ κατὰ τὸ αὐτοῦ θέλημα. Ἄκουσον, τέκνον, τὴν διάκρισιν ὧν ἠρώτησας λογισμῶν. Ὅτε ὑποβάλλει σοι ὁ λογισμὸς ποιῆσαί τι κατὰ τὸ θέλημα, τοῦτο καὶ εὑρίσκεις χαρὰν ἐν τῷ πράγματι καὶ θλῖψιν ἀντιστήκουσαν, μάθε ὅτι τοῦ Θεοῦ ἐστι. Καὶ πύκτευσον ὑπομεῖναι κατὰ τὸν λέγοντα ἀπόστολον· «Δουλαγωγῶ μου τὸ σῶμα καὶ ὑπωπιάζω, μήπως ἄλλοις κηρύξας αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι» [1 Cor 9, 27]. Καὶ πλήρωσον τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ. Ἐὰν δὲ φυσικὸς λογισμὸς ἔλθῃ σοι, πρόσχες μετὰ ἀκριβείας καὶ εὑρήσεις τὴν διάκρισιν.... Οἱ δὲ ἀπὸ τῶν δαιμόνων λογισμοὶ πρῶτον τεταραγμένοι εἰσὶ καὶ λύπης μεμεστωμένοι καὶ κρυφίως καὶ λεπτῶς ἐπὶ τὰ ὀπίσω ἕλκουσιν.»

1070 *Quid sit voluntatem frangere.* — 123. Τὸ κόψαι τὸ θέλημα ἐν τῷ κελλίῳ καθήμενόν ἐστι τὸ καταφρονῆσαι τῆς σαρκικῆς ἀναπαύσεως κατὰ πάντα. Τὸ δὲ θέλημα τῆς σαρκός ἐστι τὸ ποιῆσαι τὴν ἀνάπαυσιν αὐτῆς ὡς οἱονδήποτε πρᾶγμα. Εἰ οὐ ποιεῖς τὴν ἀνάπαυσιν αὐτῆς, κόπτεις τὸ θέλημά σου καθημένος ἐν τῷ κελλίῳ σου. Τὸ δὲ κόψαι τὸ θέλημα ὄντα μετὰ τῶν

---

feste sinistrorum est. Dominus enim cum tranquillitate venit. Omnia autem adversarii cum tumultu et commotione.

1069 60. Alius frater interrogavit eumdem magnum senem: «Quomodo distinguere possum inter cogitationem quae a Deo procedit et cogitationem quae a daemonibus venit?» — «Dilecte, spera in Domino, ut det tibi id quod petit cor tuum, atque dic ei in omnibus: ‚Fiat, Domine, non ut ego volo, sed sicut tu.' Et fac tecum iuxta ipsius voluntatem. Audi, fili, discretionem cogitationum de quibus interrogasti. Quando cogitatio suadet tibi aliquid facere secundum illam voluntatem et invenis gaudium in re, et afflictionem resistentem, scito hanc cogitationem a Deo venire. Et pugna ut sustineas secundum apostolum dicentem: *Castigo corpus meum et in servitutem redigo, ne forte, cum aliis praedicaverim, ipse reprobus efficiar.* Et imple voluntatem Dei. Si autem cogitatio naturalis venit tibi, attende accurate et invenies discretionem.... Cogitationes quae a daemonibus procedunt primum turbatae sunt et plenae maestitiae atque occulte subtiliterque retro trahunt.»

1070 123. Homini in cella sedenti frangere voluntatem est despicere quietem carnalem in rebus omnibus. Voluntas autem carnis est quietem eius facere in re quacumque. Si ergo non facies requiem eius, frangis voluntatem tuam sedens in cella. Viventi autem cum

---

1069. Nic. Hag. 30. 1070. Nic. Hag. 49.

ἀνθρώπων, τὸ ἀποθανεῖν ἀπ' αὐτῶν ἐστι καὶ εἶναι μετ' αὐτῶν ὡς μὴ ὄντα.

De oratione perpetua. — 181. Εἰπέ, πάτερ, τί ἀδιαλείπτως 1071
προσεύχεσθαι ἐν ποίῳ μέτρῳ ἐστὶ καὶ εἰ ὀφείλει ἔχειν κανόνα;

Ἀπόκ.—Χαίροις ἐν Κυρίῳ, ἀδελφέ, χαίροις ἐν Κυρίῳ, ἀγαπητέ· χαίροις ἐν Κυρίῳ, συγκληρονόμε. Τὸ ἀδιαλείπτως προσεύχεσθαι ἐν τῷ μέτρῳ ἐστὶ τῆς ἀπαθείας καὶ τότε γινώσκεται ἡ ἔλευσις τοῦ Πνεύματος, καὶ διδάσκει αὐτὸν τὰ πάντα. Εἰ τὰ πάντα, οὐκοῦν καὶ περὶ τῆς προσευχῆς. Ὁ ἀπόστολος γὰρ λέγει τό· «Τί προσευξόμεθα καθὸ δεῖ οὐκ οἴδαμεν, ἀλλ' αὐτὸ τὸ Πνεῦμα ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν στεναγμοῖς ἀλαλήτοις» [Rom 8, 26]. Τί οὖν εἴπω σοι ἄρτι περὶ τῶν οἰκοδημάτων Ῥώμης ὅποτε ἀκμὴν ἐκεῖ οὐκ ἐγένου; Ἄνθρωπος ἡσυχάζων μάλιστα κλινήρης κανόνα οὐκ ἔχει. Ἀλλὰ γένου ὡς ἄνθρωπος τρώγων καὶ πίνων ἐφ' ὅσον ἡδύνεται. Οὕτως ὅταν ἔρχεταί σοι ἀναγνῶναι, καὶ βλέπεις κατάνυξιν ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ἀνάγνωθι ὅσον δύνασαι· καὶ τὸ ψάλλειν οὕτως· τὴν εὐχαριστίαν δὲ καὶ τὸ Κύριε ἐλέησον κράτει κατὰ τὴν δύναμίν σου, καὶ μὴ φοβηθῇς. Ἀμετάβλητα γὰρ τὰ χαρίσματα τοῦ Θεοῦ.

Humilitas. — 246. Ἀδελφέ, ὁ θέλων σωθῆναι καὶ ἐπιποθῶν 1072
γενέσθαι τέκνον τοῦ Θεοῦ ταπείνωσιν κτησάσθω μεγάλην, ὑποταγήν τε καὶ ὑπακοὴν καὶ τὸ ἀπαρρησίαστον· βλέπε ὅτι σὺ εἶπας· ‚Εἰπέ μοι τί ἵνα ποιήσω.' Καὶ ἰδοὺ εἶπον σοι, κἀγὼ ἐγγυῶμαι ὅτι οὐ κατακυριευθήσῃ ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ, οὐδὲ ὑπὸ τοῦ πάθους. Καίονται γὰρ ὑπὸ τῆς ταπεινώσεως ὡς ἀπὸ πυρὸς καὶ γαληνιᾷ ἡ καρδία φωτιζωμένη ἐν Χριστῷ.

---

hominibus frangere voluntatem est ab iisdem mori, et cum iis esse quasi non esset.

181. Dic, pater, oratio perpetua in quali gradu sit, et an regulam 1071
habere debeat?

Resp. Laetare in Domino, frater, laetare in Domino, dilecte, laetare in Domino, coheres. Oratio perpetua in gradu est impassibilitatis et tunc cognoscitur visitatio Spiritus qui omnia docet. Si omnia, ergo etiam de oratione. Apostolus enim dicit: *Nescimus quid petere debeamus, sed Spiritus ipse intercedit pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Quid ergo dicemus tibi nunc de aedificiis Romae, cum minime ibi fueris? Homo hesychastes, praesertim decumbens, regulam non habet. Sed esto ut homo qui manducat et bibit quantum placet. Eodem modo, si legis et vides compunctionem in corde tuo, lege quantum potes. Idem de psalmodia. Eucharistiam et «Domine miserere» tene quantum in te est et noli timere. Immutabilia enim sunt charismata Dei.

246. Frater, qui vult salvari et desiderat esse filius Dei, possideat 1072
humilitatem magnam et submissionem et oboedientiam et moderationem linguae; vide, tu dixisti: ‚Dic mihi quid faciam', et ecce tibi dixi et promitto tibi non dominaturum esse inimicum et passionem. Uruntur enim humilitate sicut igne, et tranquillum est cor in Christo illuminatum.

1071. Nic. Hag. 63. 1072. Nic. Hag. 95.

1073 *De usu medicinae.* — 324. Ἐπειδὴ εἰς τὴν διακονίαν ταύτην τοῦ νοσοκομείου ἐδοκιμάσατέ με εἶναι, δήλωσόν μοι, πάτερ, εἰ ὀφείλω ἀναγινώσκειν ἰατρικά τινα καὶ ἐπιτηδεύειν αὐτὰ δι' ἐμαυτοῦ, ἢ μᾶλλον ἀμεριμνήσω ἀπὸ τῶν τοιούτων, ὡς περισπώντων τὸν νοῦν, καὶ ἐκφύγω αὐτά, μήπως καὶ ὡς μὴ νήφοντί μοι, γεννήσωσι κενοδοξίαν, ἀρκούμενος οἷς οἶδα λόγοις, καὶ ποίων ὅσα δι' ἐλαίου, καὶ πυρίων, καὶ ἐπιχρισμάτων, καὶ τῶν τοιούτων ἁπλῶς, εἰς ἃ καὶ οἱ μὴ ἀναγινώσκοντες ἐπιχειροῦσι. Τί οὖν ποιήσω; Τρέμει γὰρ ἡ καρδία μου εἰς τὴν διακονίαν ταύτην μὴ πῶς ἁμάρτω ἐν αὐτῇ, καὶ πρὸς τοῖς πάθεσι καὶ ἄλλας ἁμαρτίας πορίσωμαι.

Ἀπόκρισις τοῦ μεγάλου γέροντος. — Ἐπειδὴ οὔπω ἤλθομεν εἰς τελειότητα, ἵνα τελείως ἀπαλλαγῶμεν τῆς αἰχμαλωσίας τῶν παθῶν, συμφέρει μᾶλλον ἀδολεσχεῖν εἰς τὰ ἰατρικὰ ἢ γὰρ εἰς τὰ πάθη[1]· ἀλλ' οὐκ ὀφείλομεν ἔχειν εἰς αὐτὰ τὴν ἐλπίδα, ἀλλ' εἰς τὸν θανατοῦντα καὶ ζωοποιοῦντα Θεόν, τὸν λέγοντα· «Πατάξω κἀγὼ ἰάσομαι» [Dt 32, 39]. Ἀναγινώσκων οὖν αὐτὰ ἢ καὶ ἐρωτῶν τινας περὶ αὐτῶν μὴ ἐπιλάθῃ ὅτι ἄνευ Θεοῦ ἴασις οὐ γίνεταί τινι. Ὁ ἐπιβάλλων οὖν ἑαυτόν, ὀνόματι τοῦ Θεοῦ ἐπιβάλλειν ὀφείλει καὶ βοηθεῖ αὐτῷ. Ἡ ἰατρικὴ τέχνη οὐ κωλύει τινὰ θεοσεβεῖν, ἀλλ' ἔχε αὐτὴν ὡς τὰ ἐργόχειρα τῶν ἀδελφῶν. Μετὰ φόβου Θεοῦ ποίει ὃ ποίεις, καὶ φυλάττῃ εὐχαῖς ἁγίων. Ἀμήν.

1074 *De recursu ad patrem spiritualem.* — 358. Ἀδελφὸς ἠρώτησε τὸν ἄλλον γέροντα λέγων· Εἰπέ μοι, πάτερ, τίνα δεῖ ἐρωτᾶν περὶ τῶν λογισμῶν, καὶ εἰ χρὴ περὶ τῶν αὐτῶν ἄλλῳ προσάγειν τὴν ἐρώτασιν;

1073 324. Quia ad hoc ministerium valetudinarii me convenire existimastis, ostende mihi, pater, utrum debeam legere medicinae libros quosdam, et curis vacare per meipsum, an potius vacuus his curis quasi mentem distrahentibus, eas effugere, ne mihi ut non sobrio vanam gloriam generent, contentus hac scientia quam habeo, et his curis per oleum, ignem, et unguenta, quae adhibere possunt etiam ii qui non legerunt. Quid ergo faciam? Cor meum tremit ab hoc ministerio, ne in eo peccem et passionibus et alia peccata addam.

Magni senis responsio. — Quia non adhuc venimus ad perfectionem, ut perfecte liberemur a captivitate passionum, utile magis prolixe loqui de medicina quam de passionibus; sed non debemus in ea spem habere, sed in mortificante et vivificante Deo dicente: *Percutiam et ego sanabo.* Lectis itaque libris et interrogatis hominibus, noli oblivisci sine Deo sanationem fieri non posse. Qui ergo sese tradit, tradat sese Dei nomini, et Deus auxilio erit ei. Medicina non impedit hominem quin pius sit, sed eam habe ut manuum labores pro fratribus. Timore Dei fac id quod facis, et precibus sanctorum salvaberis. Amen.

1074 358. Frater interrogavit alium senem dicens: ‚Dic mihi, pater, quem oportet interrogare de cogitationibus, an deinde oporteat de iisdem alterum interrogare?'

---

[1] Nicodemus coniecturat: Καὶ οὐχὶ εἰς τὰ πάθη.

1073. Nic. Hag. 134. 1074. Nic. Hag. 167.

Ἀπόκρισις Ἰωάννου. — Ἐρωτᾷν δεῖ εἰς ὃν ἔχεις πίστιν, καὶ ἔμαθες ὅτι δύναται βαστάσαι λογισμούς, καὶ πιστεῦσαι αὐτῷ ὡς τῷ Θεῷ. Τὸ δὲ ἐρωτῆσαι ἄλλον τὸν αὐτὸν λογισμόν, ἀπιστίας ἐστὶ καὶ πειρασμοῦ. Ἐὰν γὰρ ἔχεις ὅτι ὁ Θεὸς ἐλάλησε τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ, τίς χρεία πειρασμοῦ; Ἢ τίς χρεία πειρᾶσαι τὸν Θεόν, τὸ αὐτὸ ἄλλον ἐρωτῶντα;

359. Καὶ ἐὰν ἐπιμείνῃ ὁ λογισμὸς θλίβων τινὰ μετὰ τὴν ἀπόκρισιν τῶν πατέρων;

Ἀποκ. — Ἀργὸς ἔμεινεν ὅτι ἀκούσας οὐ καθαρῶς οὐδὲ ἐπιμελῶς ἐποίησε τὸ προσαχθὲν αὐτῷ. Καὶ ὀφείλει ἀνακαλέσασθαι τί σφάλμα καὶ ποιῆσαι καθαρῶς εἴ τι ἤκουσεν. Ἐὰν γὰρ ὁ Θεὸς ᾖ ὁ λαλῶν ἐν τοῖς ἁγίοις, οὐ ψεύδεται.

Oratio perpetua. — 367. Καὶ πῶς δύναταί τις ἀδιαλείπτως 1075
προσεύχεσθαι; — Ἀποκ. Ὅτε τις καθ' ἑαυτόν ἐστιν, ὀφείλει ψάλλειν καὶ ἐν τῷ στόματι καὶ τῇ καρδίᾳ προσεύχεσθαι. Ἐὰν δέ τις ἐν ἀγορᾷ ἢ μετά τινων, οὐ χρεία τῷ στόματι ψάλλειν, ἀλλὰ μόνῃ τῇ διανοίᾳ. Χρὴ δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς τηρεῖν διὰ τὸν ῥεμβασμὸν καὶ τὰς παγίδας τοῦ ἐχθροῦ.

ZOSIMAS, saec. VI.

Alloquia.

Utilitas tentationum. — 4. Καὶ ἔλεγεν [Ζωσιμᾶς]· Ἄπαρον 1076
τοὺς πειρασμοὺς καὶ λογισμούς, καὶ οὐδεὶς ἅγιος· ὁ φεύγων πειρασμὸν ἐπωφελῆ, φεύγει ζωὴν αἰώνιον· Εἶπε γάρ τις τῶν

Responsio Ioannis: Oportet interrogare illum in quem fidem habes, quem cognovisti cogitationes ferre posse, et illi sicut Deo fidere. Alterum vero interrogare de eadem cogitatione, diffidentiae est et tentationis. Si enim expertum habes Deum locutum esse sancto suo, quid indiges tentatione? Vel quid necesse est Deum tentare alterum interrogando de eadem re?

359. Quid si perseverat cogitatio affligere post responsum patrum?

Resp. Perseveravit otiosa, quia non pure audisti nec accurate fecisti id quod tibi fuit iniunctum. Oportet ergo peccatum emendare et pure facere id quod audisti. Si enim Deus est qui loquitur in sanctis, non mentitur.

367. Et quomodo quis potest sine intermissione orare? *Resp.* 1075
Si quis solus est, psallere debet et ore et corde precari. Si autem in foro cum aliis est, non necesse est ore psallere, sed mente sola. Oportet autem oculos custodire ob vagationem et insidias inimici.

4. Dixit insuper [Zosimas]: Tolle tentationes et cogitationes: iam 1076
nemo est sanctus; qui fugit tentationem per se utilem, fugit vitam aeternam. Dixit enim vere quispiam sanctorum: Quis procuravit

---

1075. Nic. Hag. 339. 1076. MG 78, 1685 B.

ἁγίων· Τίς προεξένησε τοῖς ἁγίοις μάρτυσι τοὺς στεφάνους ἐκείνους, εἰ μὴ οἱ ἀδικήσαντες αὐτούς; Τίς ἐδωρήσατο τῷ ἁγίῳ Στεφάνῳ τοιαύτην δόξαν ἣν ἐποίησεν, εἰ μὴ οἱ λιθάσαντες αὐτόν; Καὶ προέφερεν ἀεὶ τὴν χρῆσιν τοῦ ἁγίου, ὅτι· Ἐγὼ τοὺς ἐμὲ κατηγοροῦντας οὐκ αἰτιῶμαι, ἀλλὰ καὶ εὐεργέτας καλῶ καὶ ἔχω ἐμούς· καὶ οὐκ ἀπωθοῦμαι τὸν ἰατρὸν τῶν ψυχῶν φάρμακον ἀτιμίας προσάγοντα κενοδόξῳ ψυχῇ.

1077 *Patientia.* — 5. Καὶ ἐμέμνητο τοῦ ἀββᾶ Ἀμμονᾶ λέγοντος· Τήρει σεαυτὸν ἀκριβῶς δι' ὃ ἐξῆλθες καὶ ἐφ' ᾧ πάρει, ἵνα ἐάν τίς σε ἐν οἱῳδήποτε πράγματι θλίψῃ, σιωπᾷν, τὸ καθόλου μὴ φθέγγεσθαι, ἕως οὗ τῇ ἀδιαλείπτῳ προσευχῇ πραϋνθῇ σου ἡ καρδία· καὶ οὕτω λοιπὸν παρακάλει τὸν ἀδελφόν· καὶ γὰρ ὁ ποθῶν τὴν ἀληθινὴν εὐθεῖαν ὁδόν, ἐν τῷ ταράττεσθαι ἐπιπλήττει σεαυτὸν σφοδρῶς καὶ ἀεὶ ἐλέγχει σεαυτὸν καὶ λέγει· Τί μαίνῃ, ψυχή μου; Τί ταράττῃ ὡς ἀφρίζοντες; Αὐτῷ τούτῳ δεικνύεις ὅτι νοσεῖς· εἰ μὴ ἐνόσεις, οὐκ ἂν ἔπασχες.... Τὸν σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ βλέπεις· τὰ πάθη ἀναγινώσκομεν καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἃ ἔπαθε δι' ἡμᾶς, καὶ ἡμεῖς οὐδεμίαν ὕβριν φέρομεν. Ὄντως ἐξετράπημεν τῆς εὐθείας ὁδοῦ.

1078 *Humilitas.* — 7. Ἠρωτήθη πάλιν· Πῶς ὀφείλει τις ἐξουδενωμένος ἢ κακολογούμενος παρά τινων, μὴ θυμοῦσθαι; Ἀπεκρίνατο γοῦν· Ἐάν τις, εἶπεν, ἔχῃ ἑαυτὸν εὐτελῆ, μὴ ταράσσεται· καθὼς εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ποιμήν· Ἐὰν αὐτὸν εὐτελίσῃς, ἕξεις ἀνάπαυσιν.

---

martyribus coronas quibus fulgent, nisi persecutores ipsorum? Quis donavit sancto Stephano talem qua fruitur gloriam nisi qui eum lapidarunt? Et proferebat semper sententiam sancti cuiusdam aientis: Ego accusantes me non redarguo, sed et benefactores voco habeoque meos. Nec repello medicum animarum propinantem pharmacum ignominiae aegrae meae animae morbo vanae gloriae laboranti.

1077 5. Adiungebat monitum abbatis Ammonae: Observa teipsum, recolens attente ad quid exieris et quo tendas; ut si quis in qualicumque tibi re obstiterit, sileas, nec vocem prius ullam emittas, quam continua oratione cor mitigaveris. Sic demum fratrem tuum poteris admonere; sane enim qui cupit rectam inire veritatis viam, in turbatione animi inde nata, maxime obiurgat seipsum increpatque vehementer, dicens: Quorsum furis, anima mea? Cur instar rabiosarum animantium perturbaris? Hoc ipso monstras aegrotare te: nisi aegrotares, non accendereris.... Vides crucem Christi; mala, quae pro nobis passus est, cotidie legimus; et nos nullam iniuriam ferre volumus. Vere aberravimus a via recta.

1078 7. Interrogatus est idem aliquando: Quomodo fiet ut aliquis spretus et conviciis proscissus a quibusdam, non irascatur? Respondit: Si habuerit ille seipsum pro nihilo, non turbabitur; prout dixit abbas Poemen: Si teipsum pro nihilo habueris, habebis requiem.

1077. MG 78, 1688 C.   1078. MG 78, 1691 A.

S. DOROTHEUS, saec. VI.

Doctrinae.

Crucifigi mundo. — Doctrina 1 (de renuntiatione), n. 11. 1079

Καθὼς οὖν εἴπομεν, προσήνεγκαν οἱ πατέρες τῷ Θεῷ, πρὸς ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς, δῶρα τὴν παρθενίαν καὶ τὴν ἀκτημοσύνην, καί, καθὼς προείπομεν, ἐσταύρωσαν ἑαυτοῖς τὸν κόσμον, καὶ ἠγωνίζοντο λοιπόν, ἵνα καὶ ἑαυτοὺς τῷ κόσμῳ σταυρώσωσι, καθὼς λέγει ὁ ἀπόστολος· «Ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ» [Gal 6, 14]. Τίς οὖν ἡ διαφορά; Ὁ κόσμος σταυροῦται τῷ ἀνθρώπῳ, ὅτ' ἂν ἀποτάσσεται ἄνθρωπος τῷ κόσμῳ· καὶ δῆθεν μονάζῃ, καὶ ἀφήσει γονεῖς, χρήματα, κτήματα, πραγματείας, δοσοληψίας, τότε σταυροῦται αὐτῷ ὁ κόσμος· ἀφῆκε γὰρ αὐτόν· καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ λέγει ὁ ἀπόστολος· «Ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται.» Εἶτα ἐπάγει· «Κἀγὼ τῷ κόσμῳ.» Πῶς λοιπὸν σταυροῦται ὁ ἄνθρωπος τῷ κόσμῳ; Ὅτ' ἂν μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν ἔξω πραγμάτων ἀγωνίζεται καὶ πρὸς αὐτὰς τὰς ἡδονάς, πρὸς αὐτὰς τὰς ἐπιθυμίας τῶν πραγμάτων, καὶ πρὸς τὰ θελήματα αὐτοῦ, νεκρώσει τὰ πάθη αὐτοῦ· τότε καὶ αὐτὸς σταυροῦται τῷ κόσμῳ, καὶ ἀξιοῦται, κατὰ τὸν ἀπόστολον, εἰπεῖν τό· «Ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ.» Οἱ πατέρες ἡμῶν, καθὼς εἴπομεν, σταυρώσαντες ἑαυτοῖς τὸν κόσμον, ἐσπούδασαν δι' ἀγώνων, καὶ ἐσταύρωσαν ἑαυτοὺς τῷ κόσμῳ. Ἡμεῖς μὲν ἐδόξαμεν σταυροῦν ἑαυτοῖς τὸν κόσμον, ὅτι ἀφήκαμεν αὐτὸν καὶ ἤλθομεν εἰς τὸ μοναστήριον, ἑαυτοὺς δ' οὐ θέλομεν σταυρῶσαι τῷ κόσμῳ· ἔτι γὰρ ἔχομεν τὰς ἡδονὰς αὐτοῦ, ἀκμὴν ἔχομεν τὰς προσπαθείας αὐτοῦ, προσπάσχομεν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, προσπάσχομεν βρώμασιν,

---

1, 11. Obtulerunt igitur patres nostri Deo cum ceteris virtutibus 1079
et dona, qualia praediximus: virginitatem, inopiam, et mundum sibi ipsi crucifixerunt, ac deinceps studuerunt ut seipsos quoque et mundo crucifigerent, sicut dicit apostolus: *Mihi mundus crucifixus est et ego mundo.* Quid igitur differt utrumque? Mundus homini crucifigitur, cum mundo abrenuntiat homo, et solitarius fit, relictis parentibus, possessionibus, agris, negotiationibus, rerum copia. Tunc crucifigitur illi mundus, quia deserit eum; et hoc est apostolicum dictum: *Mihi mundus crucifixus est.* Subiungit deinde: *Et ego mundo.* Quomodo crucifigitur homo mundo? Cum scilicet ubi ex mundi rebus excesserit, certat adversus rerum concupiscentias, adversus voluptates, adversus propriam voluntatem, subigitque innatas passiones. Tunc vere mundo crucifigitur et potest cum apostolo dicere: *Mihi mundus crucifixus est et ego mundo.* Patres nostri, ut diximus, sibi ipsis mundum crucifigentes, per dura certamina sese quoque mundo crucifixere. Nos vero videmur quidem nobis ipsis mundum crucifixisse, quia reliquimus eum et ad monasterium divertimus; at nolumus mundo nos crucifigere. Adhuc enim in animo nostro vigent illius blanditiae; adhuc in nobis ipsius affectum abs-

---

1079. MG 88, 1629 C.

ἱματίοις. Ἐργαλεῖον καλὸν ἂν ᾖ, προσπάσχομεν αὐτῷ, καὶ ἀφοῦμεν τὸ μικρὸν ἐργαλεῖον ἐκείνῳ ποιῆσαι ἐν ἡμῖν, ὡς εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ζωσιμᾶς, καὶ ἐδόξαμεν ἐξελθεῖν τοῦ κόσμου, καὶ ἀφεῖναι τὰ αὐτοῦ, καὶ ἐρχόμεθα εἰς τὸ μοναστήριον, καὶ δι' εὐτελῶν πραγμάτων πληροῦμεν τὴν προσπάθειαν αὐτοῦ· τοῦτο δὲ πάσχομεν ἀπὸ πολλῆς ἀφροσύνης, ὅτι ἀφέντες μεγάλα καὶ πολύτιμα πράγματα, εἰς ἐλάχιστά τινα πληροῦμεν τὰ πάθη ἡμῶν. Ἕκαστος γὰρ ἡμῶν ὃ εἶχεν, ἀφῆκεν, ὁ ἔχων μεγάλα, τὰ μεγάλα, καὶ ὁ ἔχων εἴ τι δήποτε, καὶ αὐτὸς ὃ εἶχεν ἀφῆκεν, ἕκαστος πρὸς τὴν δύναμιν αὐτοῦ, καὶ ἐρχόμεθα εἰς τὸ μοναστήριον, καὶ καθὼς εἶπον, δι' εὐτελῶν πραγμάτων, καὶ μηδαμινῶν, πληροῦμεν τὴν προσπάθειαν ἡμῶν. Οὐκ ὀφείλομεν δὲ οὕτως ποιεῖν· ἀλλ' ὥσπερ ἀπεταξάμεθα τῷ κόσμῳ καὶ τοῖς πράγμασιν αὐτοῦ, οὕτως ὀφείλομεν, καὶ αὐτῇ τῇ προσπαθείᾳ τῇ περὶ τὰς ὕλας ἀποτάξασθαι, καὶ εἰδέναι τί ἐστιν αὕτη ἡ ἀποταγή, καὶ διὰ τί ἤλθομεν εἰς τὸ μοναστήριον, καὶ τί ἐστι τὸ σχῆμα ὃ λαμβάνομεν, καὶ πρὸς αὐτὸν καταρτίζειν ἑαυτούς, καὶ ἀγωνίζεσθαι κατὰ τοὺς πατέρας ἡμῶν.

1080 *Pax in oboedientia.* — 1, 17. Ἠρώτησά ποτε γέροντα τὸν ἀββᾶν Ἰωάννην τὸν τοῦ ἀββᾶ Βαρσανουφίου καὶ εἶπον· «Δέσποτα, ἐπειδὴ ἡ Γραφὴ λέγει ὅτι διὰ πολλῶν θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, καὶ βλέπω ὅτι οὐδὲ μίαν θλῖψιν ἔχω, τί ὀφείλω ποιῆσαι, μήπως καὶ ἀπόλλω τὴν ψυχήν μου, ὅτι οὐκ εἶχον οὐδὲ μίαν θλῖψιν οὐδὲ μέριμναν;» Εἰ δὲ καὶ συνέβη με ἔχειν λογισμόν, ἐλάμβανον τὸ πινακίδιον, καὶ ἔγραφον τῷ

condimus; compatimur illius gloriae, compatimur deliciis, ornamentis. Si forte fabrile aliquod instrumentum pulchrum fuerit, immodice illi afficimur, et ut dixit abbas Zosimas, permittimus ut illud instrumentum fiat nobis loco centenarii et videmur exisse de mundo et bona eius reliquisse, et venimus in monasterium, et vulgaribus actionibus affectum erga eum adimplemus. Hoc autem ex amentia multa provenit, ut qui pretiosas ac magnas res reliquimus, ob minimas plurimum turbemur. Unusquisque enim nostrum, quod habebat, reliquit: magna, si magna habebat, et si quando aliquid habebat, ipse et quod habebat reliquit, singuli pro viribus, et venimus in monasterium et, sicut dixi, vulgaribus inanibusque actionibus affectum nostrum adimplemus. Non debemus ita facere. Ut enim mundo et rebus eius abrenuntiamus, ita et pristinis illius passionibus abrenuntiare debemus; discere item quae vera sit abrenuntiatio et ad quid profecti simus in monasterium, quamque vitae rationem amplexi simus, atque illi nos conformare, certareque uti patres nostri.

1080 1, 17. Interrogavi quandoque seniorem abbatem Ioannem, abbatis Barsanuphii discipulum, et dixi: «Magister, quoniam Scriptura dicit opus nobis esse multis afflictionibus ut intremus in regnum caelorum, et video me ne unam quidem habere afflictionem, quid facere debeo ne perdam animam meam, quia nullam habui tribulationem neque curam?» Etsi mihi contigerat mea posse uti ratione, accipiebam tabellam et scribebam seniori. Per litteras enim sole-

1080. MG 88, 1640 C.

γέροντι. Διὰ γραμμάτων γὰρ ἠρώτων καὶ αὐτὸν πρὸ τοῦ με ὑπηρετῆσαι αὐτῷ, καὶ πρὶν πληρώσω, γράφων ᾐσθανόμην ὠφελείας καὶ κουφισμοῦ· τοσαύτη ἦν ἡ ἀμεριμνία καὶ ἡ ἀνάπαυσις. Ἐγὼ δὲ μὴ εἰδὼς τὴν δύναμιν τῆς ἀρετῆς, καὶ ἀκούων ὅτι διὰ πολλῶν θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἐφοβούμην ὅτι οὐκ εἶχον θλῖψιν. Ὡς οὖν ἐδήλωσα τῷ γέροντι, δηλοῖ μοι οὕτως· «Μηδὲν θλιβῇς· σὺ οὐκ ἔχεις πρᾶγμα· ἀλλ' ἕκαστος βάλλων ἑαυτὸν εἰς ὑπακοὴν πατέρων, ταύτην τὴν ἀμεριμνίαν καὶ τὴν ἀνάπαυσιν ἔχει.»

Duo genera superbiae et humilitatis. — 2, 4. Δύο δέ εἰσι 1081
ταπεινώσεις, ὥσπερ καὶ δύο ὑπερηφανίαι. Ἡ πρώτη ὑπερηφανία ἐστίν, ὅταν ἐξουδενεῖ τις τὸν ἀδελφόν, ὅταν εὐτελίζει αὐτόν, ὡς μηδὲν ὄντα, καὶ ἑαυτὸν ὑπερέχοντα αὐτοῦ. Ὁ τοιοῦτος ἐὰν μὴ ταχέως νήψῃ καὶ σπουδάσῃ, κατὰ μικρὸν ἔρχεται καὶ εἰς τὴν δευτέραν ὑπερηφανίαν· ἵνα καὶ κατὰ τοῦ Θεοῦ ὑπερηφανεύηται· καὶ ἑαυτῷ ἐπιγράφει τὰ κατορθώματα αὐτοῦ, καὶ οὐ τῷ Θεῷ. Ὄντως, ἀδελφοί μου, οἶδά ποτε ἐλθόντα τινὰ εἰς ταύτην τὴν ἐλεεινὴν κατάστασιν· καὶ παρὰ μὲν τὴν ἀρχὴν εἴ τι ἐλάλησεν αὐτοῦ τις τῶν ἀδελφῶν, κατέπτυεν ἑκάστου, καὶ ἔλεγε· «Τίς ἐστιν ἐκεῖνος; Οὐκ ἔστιν εἰ μὴ Ζωσιμᾶς, καὶ οἱ κατ' αὐτόν.» Εἶτα ἤρξατο καὶ τούτους εὐτελίζειν καὶ λέγειν· «Οὐδείς ἐστιν εἰ μὴ Μακάριος.» Καὶ μετ' ὀλίγον ἤρξατο λέγειν· «Τίς ἐστι Μακάριος; Οὐδείς, εἰ μὴ Βασίλειος καὶ Γρηγόριος.» Εἶτα μετὰ μικρὸν ἤρξατο καὶ τούτους εὐτελίζειν, λέγων· «Τίς ἐστι Βασίλειος, καὶ τίς ἐστι

bam interrogare eum, priusquam ei ministrabam, et antequam finieram litteras, percepi adiumentum quoddam et levamen, tanta mihi aderat serenitas et requies. Ego autem cum nescirem potentiam virtutis et audissem per multas tribulationes oportere nos ingredi in regnum caelorum, timebam quod non haberem tribulationem. Statim igitur ut declaravi seniori, declarat mihi sic: «Nihilo sis afflictatus; tibi nullum negotium; sed omnis qui se subicit in oboedientiam patrum, serenitate et requie fruitur.»

2, 4. Duo autem sunt genera humilitatis, ut item duo genera 1081
superbiae. Primum superbiae genus est, cum quis fratrem suum contemnit, eumque quasi nullius aestimat; seipsum vero cunctis excellentiorem habet. Hic statim, nisi se revocet et respiciat, sensim labitur in secundam superbiam; ita ut in Deum etiam incipiat insolescere, et bona opera sibi adscribere, non Deo. Memini, fratres mei, vidisse me aliquando huiuscemodi hominem, qui in hanc miserrimam condicionem incidisset. Et initio quidem si quis e fratribus locutus quidpiam fuisset in alterius commendationem et laudem, statim illum spernebat et quasi conspuebat, dicens: «Quis est ille? Non est alius qui quidquam valeat praeter Zosimam et qui cum eo sunt.» Post coepit illos contemnere ac dicere, neminem alicuius pretii esse praeter Macarium. Et paulo post: «Quis, ait, Macarius? Nullus est praeter Basilium et Gregorium.» Atque etiam non multo post hos quoque coepit pariter spernere, et nullum

1081. MG 88, 1644 C.

Γρηγόριος; Οὐδείς, εἰ μὴ Παῦλος καὶ Πέτρος.» Λέγω αὐτῷ· «Ὄντως, ἀδελφέ, καὶ τούτους ἔχεις ἐξουδενῶσαι.» Πιστεύσατέ μοι, ὅτι μετ' ὀλίγον καιρὸν ἤρξατο λέγειν· «Τίς ἐστι Πέτρος καὶ τίς ἐστι Παῦλος; Οὐδείς, εἰ μὴ ἡ ἁγία Τριάς.» Οὕτως ὕστερον καὶ κατ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ ὑπερηφανεύθη, καὶ οὕτως ἐξέστη. Διὰ τοῦτο ὀφείλομεν ἀγωνίζεσθαι, ἀδελφοί μου, πρὸς τὴν πρώτην ὑπερηφανίαν, ἵνα μὴ κατὰ μικρὸν ἐμπέσωμεν καὶ εἰς τελείαν ὑπερηφανίαν.... 6. Ἡ πρώτη ταπείνωσίς ἐστι, τὸ ἔχειν τινὰ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ συνετώτερον ἑαυτοῦ, καὶ εἰς πάντα ὑπερέχοντα ἑαυτοῦ, καὶ ἁπλῶς, ὡς εἶπεν ἐκεῖνος ὁ ἅγιος, τὸ εἶναι ὑποκάτω πάντων. Ἡ δὲ δευτέρα ταπείνωσίς ἐστι, τὸ ἐπιγράφειν τῷ Θεῷ τὰ κατορθώματα. Αὕτη ἐστὶν ἡ τελεία ταπείνωσις, τῶν ἁγίων. Αὕτη ἡ φυσικῶς γινομένη ἐν τῇ ψυχῇ, ἐκ τῆς ἐνεργείας τῶν ἐντολῶν. Ὥσπερ γὰρ τὰ δένδρα ὅταν βαστάζει καρπὸν πολύν, αὐτὸς ὁ καρπὸς κάμπτει κάτω τοὺς κλάδους, καὶ κατασπᾷ αὐτούς, ὁ δὲ κλάδος ὁ μὴ βαστάζων καρπόν, ὑψοῦται ἄνω καὶ ἀνέρχεται ὀρθός· εἰσὶ δέ τινα τῶν δένδρων, καὶ ἐφ' ὅσον μὲν ἀνέρχεται ὁ κλάδος αὐτῶν ἄνω, οὐ βαστάζει καρπόν· ἐὰν δὲ λάβῃ τις λίθον καὶ κρεμάσῃ αὐτὸν εἰς τὸν κλάδον, καὶ κατασπάσῃ αὐτὸν κάτω, τότε ποιεῖ καρπόν· οὕτως ἐστὶ καὶ ἡ ψυχή· ὅταν ταπεινοῦται, τότε καρπὸν φέρει, καὶ ὅσον ποιεῖ καρπόν, τοσοῦτον ταπεινοῦται. Καὶ ὅσον γὰρ ἐγγίζουσιν οἱ ἅγιοι τῷ Θεῷ, τοσοῦτον βλέπουσιν ἑαυτοὺς ἁμαρτωλούς. Μέμνημαι ὅτι ἐλαλοῦμέν ποτε περὶ ταπεινώσεως, καί τις τῶν λαμπρῶν Γάζης ἀκούων ἡμῶν λεγόντων τοῦτο, ὅτι ὅσον ἐγγίζει τις τῷ Θεῷ, τοσοῦτον βλέπει ἑαυτὸν ἁμαρτωλόν, ἐξενίζετο καὶ ἔλεγε· «Πῶς ἐνδέχεται τοῦτο;» καὶ ἠγνόει θέλων μαθεῖν τὸν λόγον. Λέγω

---

ullius existimare, nisi Petrum et Paulum. Cui ego praedixi quod evenit, fore ut hos quoque tempore contemneret. Quod sane factum est; nam eos sprevit, et nihil in pretio habendum esse praeter Trinitatem asserere coepit. Statimque in Deum quoque factus insolentior, intumuit. Nobis igitur luctandum est cum prima, fratres, ne paulatim in secundam labamur superbiam.... 6. Prima igitur humilitas est, si fratrem tuum existimas esse prudentiorem te, et in cunctis te anteire; et, ut vir ille sanctus aiebat, sis omnium abiectissimus. Secunda humilitas est, quaevis recta Deo adscribere; et haec perfecta sanctorum humilitas. Quae quidem naturalis in anima fit et generatur ex observantia mandatorum Dei. Ut enim arbores cum multo fructu onustae fuerint, inclinant ramos et eos plerumque frangunt; qui autem ramus nullum habet fructum, attollitur in altum et rectus assurgit; si autem lapis appendatur inclineturque ne rectus assurgat, ilico poma parit; sic anima nostra si humilietur, statim fructus edit, quantoque plures fructus attulerit, tanto magis humiliatur. Nam viri sancti quanto ad Deum propius accesserint, tanto se iniquiores agnoscunt. Memini autem, cum loqueremur aliquando de humilitate et quidam ex Gazae principibus nos audiret istud ipsum asserentes, obstupuisse eum atque dixisse: «Quomodo fieri potest?» et ignorans volebat discere. Cui ego re-

αὐτῷ· «Κύριε ὁ πρωτεύων, εἰπέ μοι, τί ἔχεις σαυτὸν εἰς τὴν πόλιν σου;» Λέγει ἐκεῖνος· «Ἔχω ἐμαυτὸν μέγαν καὶ πρῶτον τῆς πόλεως.» Λέγω αὐτῷ· «Ἐὰν δὲ ἀπέλθῃς εἰς Καισάρειαν, τί ἔχεις ἑαυτὸν ἐκεῖ;» Λέγει· «Ἔχω ἐμαυτὸν εὐτελέστερον τῶν μεγάλων τῶν ἐκεῖ.» Λέγω αὐτῷ· «Ἐὰν δὲ ἀπέλθῃς εἰς Ἀντιόχειαν, τί ἔχεις σεαυτόν;» Λέγει μοι ἐκεῖνος· «Ἔχω ἐμαυτὸν ὡς ἕνα παγανόν.» Λέγω αὐτῷ· «Ἐὰν δὲ εἰς Κωνσταντίνου πόλιν ἀπέλθῃς ἐγγὺς τοῦ βασιλέως, ἐκεῖ τί ἔχεις ἑαυτόν;» Λέγει μοι ἐκεῖνος· «Ἔχω ἐμαυτὸν ἕνα πένητα.» Τότε λέγω αὐτῷ· «Ἰδού· οὕτως εἰσὶν οἱ ἅγιοι· ὅσον ἐγγίζουσι τῷ Θεῷ, τοσοῦτον ἁμαρτωλοὺς βλέπουσιν ἑαυτούς.»

Via ad humilitatem labor corporeus. — 2, 8. Ἠρώτησεν 1082
ἀδελφὸς γέροντα, λέγων· «Τί ἐστιν ἡ ταπείνωσις;» Καὶ εἶπεν ὁ γέρων· «Ἡ ταπείνωσις μέγα ἔργον ἐστὶ καὶ θεϊκόν· ἡ δὲ ὁδὸς τῆς ταπεινώσεώς ἐστιν οἱ κόποι οἱ σωματικοὶ ἐν γνώσει, καὶ τὸ εἶναί σε ὑποκάτω πάντων, αὕτη ἐστὶν ἡ ὁδὸς τῆς ταπεινώσεως. Αὕτη δὲ ἡ ταπείνωσις θεϊκή ἐστι καὶ ἀκατάληπτος.» Διὰ τί δὲ λέγει ὅτι οἱ κόποι οἱ σωματικοὶ τὴν ψυχὴν φέρουσιν εἰς ταπείνωσιν; Ποίῳ λόγῳ οἱ σωματικοὶ κόποι τῆς ψυχῆς εἰσιν ἀρεταί; Τὸ μὲν γὰρ εἶναι ὑποκάτω πάντων, καὶ ἀνωτέρω εἴπομεν, ὅτι ἀντίκειται τῇ πρώτῃ ὑπερηφανίᾳ. Πῶς γὰρ δύναται ἔχειν ἑαυτὸν μείζονα τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, ἢ ἐπαρθῆναι ἔν τινι, ἢ μέμψασθαι, ἢ ἐξουδενῶσαί τινα, ὁ ἔχων ἑαυτὸν ὑποκάτω πάντων; Ὁμοίως καὶ τὸ εὔξασθαι διὰ παντός, φανερόν ἐστι διὰ τὸ ἀντικεῖσθαι τῇ

---

spondi: «Dic, obsecro, domine, vir primarie, quem te habes inter concives tuos?» Ad haec ille: «Habeo me, inquit, ut nobilem et principem civitatis meae.» Contra ego: «Si Caesaream pergas, quomodo isthic te habeas?» — «Viliorem, ait, aliquanto principibus civitatis illius.» Iterum: «Si Antiochiam adeas, quem te ibi existimes?» — «Ut rusticum, inquit, quemdam.» — «Si autem Byzantii apud regem, quem te reputes?» — «Ut pauperem, ait, quemdam et mendicum.» — Tunc ego ad eum versus: «Et sic, inquam, sese habent sancti viri: quo enim Deo propiores fiunt, eo se inferiores putant.»

2, 8. Interrogavit frater seniorem dicens: «Quid est humilitas?» 1082
Et senior respondit: «Magnum opus est humilitas ac divinum nescio quid; viae vero humilitatis labores corporei sunt, quos cum scientia facis; et si tu te omnino omni subicias et sine intermissione Deum ores, haec, inquam, est vera humilitatis via; ipsa autem humilitas divina est et incomprehensibilis.» Cur vero ait labores corporeos ferre animam in humilitatem? Et qua ratione corporei labores virtutes sunt animae? Subesse enim omnibus, ut superius commemoravimus, adversatur primae superbiae. Nam quo pacto maiorem potest habere se fratre, aut superbire in aliquo, vel accusare vel despicere quemquam, qui omnibus subiectus est? Item et sine intermissione orare, patet quia contradicit secundae

---

1082. MG 88, 1649 C.

δευτέρᾳ ὑπερηφανίᾳ. Πρόδηλον γὰρ ὅτι ὁ ταπεινός, ὁ εὐλαβής, ὡς γινώσκων ὅτι οὐδὲν ἐγχωρεῖ κατορθωθῆναι ἀγαθὸν τῇ ψυχῇ ἄνευ τῆς βοηθείας καὶ σκέπης τοῦ Θεοῦ, οὐ παύεται ἀδιαλείπτως δεόμενος τοῦ Θεοῦ, ἵνα ποιήσῃ μετ' αὐτοῦ ἔλεος. Καὶ γὰρ ὁ παντὸς δεόμενος τοῦ Θεοῦ ἔτι δ' ἂν ἀξιωθῇ κατορθῶσαι, οἶδε πόθεν κατώρθωσε, καὶ οὐ δύναται ἐπαρθῆναι, οὐδὲ ἐπιγράψαι τῇ ἰδίᾳ δυνάμει, ἀλλὰ τῷ Θεῷ ἐπιγράφει πάντα τὰ κατορθώματα, καὶ αὐτῷ ἀεὶ εὐχαριστεῖ, καὶ αὐτὸν ἀεὶ παρακαλεῖ, τρέμων μὴ ἐκπέσῃ τῆς τοιαύτης βοηθείας, καὶ φανερωθῇ ἡ ἀσθένεια καὶ ἡ ἀδυναμία αὐτοῦ. Καὶ οὕτως διὰ τῆς ταπεινώσεως εὔχεται, καὶ διὰ τῆς εὐχῆς ταπεινοῦται, καὶ οἷον ἀεὶ κατορθοῖ, ἀεὶ ταπεινοῦται, καὶ ὅσον ταπεινοῦται, βοηθεῖται καὶ προκόπτοι διὰ τῆς ταπεινοφροσύνης.

1083 *Timor et amor.* — 4, 2. Τρεῖς γάρ εἰσι διαθέσεις, ὡς λέγει ὁ ἅγιος Γρηγόριος, δι' ὧν δυνάμεθα εὐαρεστῆσαι τῷ Θεῷ. Ἢ γὰρ φοβούμενοι τὴν κόλασιν εὐαρεστοῦμεν καὶ ἐσμὲν ἐν τῇ καταστάσει τοῦ δούλου· ἢ τὰ ἐκ τοῦ μισθοῦ κέρδη διώκοντες, τῆς ἑαυτῶν ἕνεκεν ὠφελείας πληροῦμεν τὰ προστεταγμένα, καὶ κατὰ τοῦτο προσεοίκαμεν τοῖς μισθίοις· ἢ δι' αὐτὸ τὸ καλόν, καὶ ἐσμὲν ἐν τῇ καταστάσει τοῦ υἱοῦ. Ὁ γὰρ υἱὸς ὅταν ἔλθῃ εἰς φρόνησιν, ποιεῖ τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, οὐ φοβούμενος ἵνα μὴ δαρῇ· οὐδὲ διὰ τὸ λαβεῖν μισθὸν παρ' αὐτοῦ, ἀλλὰ ἀγαπῶν αὐτόν, φυλάττων αὐτῷ ἰδικῶς αὐτὴν τὴν ἀγάπην καὶ τὴν τιμὴν τὴν πατρικήν, καὶ πεπεισμένος ἐστὶν ὅτι πάντα τὰ ὑπάρχοντα τοῦ πατρός, αὐτοῦ ἐστιν. Ὁ τοιοῦτος ἀξιοῦται ἀκοῦσαι· Οὐκ ἔτι εἶ δοῦλος, ἀλλὰ υἱὸς καὶ κληρονόμος Θεοῦ διὰ Χριστοῦ· ὁ τοιοῦτος οὐκ ἔτι φοβεῖται, ὡς εἴπομεν, τὸν Θεόν, κατ' ἐκεῖνον δῆλον ὅτι τὸν εἰσαγωγικὸν φόβον· ἀλλὰ ἀγαπᾷ, ὡς λέγει ὁ ἅγιος Ἀντώνιος· Ἐγὼ οὐκ ἔτι φοβοῦμαι τὸν Θεόν.

Timor Dei in quo consistat. — 4, 5. Εἶπον οἱ πατέρες ὅτι 1084
κτᾶται ἄνθρωπος τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ, ἐκ τοῦ ἔχειν τὴν μνήμην τοῦ θανάτου, καὶ τὴν μνήμην τῶν κολάσεων, καὶ ἐκ τοῦ καθ' ἑσπέραν ἐρευνᾷν ἑαυτόν, πῶς παρῆλθε τὴν ἡμέραν, καὶ κατὰ πρωῒ πάλιν ἐρευνᾷν, πῶς παρῆλθε τὴν νύκτα, καὶ ἐκ τοῦ μὴ παῤῥησιάζεσθαι, καὶ ἐκ τοῦ προσκολληθῆναι ἀνθρώπῳ φοβουμένῳ τὸν Θεόν. Λέγει γὰρ ὅτι ἠρώτησεν ἀδελφός τινα τῶν γερόντων· Τί ποιήσω, πάτερ, ἵνα φοβοῦμαι τὸν Θεόν; Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Ὕπαγε, κολλήθητι ἀνθρώπῳ φοβουμένῳ τὸν Θεόν, καὶ ἐκ τοῦ φοβεῖσθαι αὐτὸν τὸν Θεόν, διδάσκει καὶ σὲ φοβεῖσθαι τὸν Θεόν. Ἐκδιώκομεν δὲ τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ ἀφ' ἡμῶν, ἐκ τοῦ ποιεῖν ἡμᾶς τὰ ἐναντία τούτων, ἐκ τοῦ μὴ ἔχειν μνήμην θανάτου, μηδὲ κολάσεων, ἐκ τοῦ μὴ προσέχειν ἑαυτοῖς, ἐκ τοῦ μὴ ἐρευνᾷν, πῶς παρήλθομεν, ἀλλὰ ἀδιαφόρως ζῆν, καὶ μετὰ ἀδιαφόρων ἀναστρέφεσθαι, ἐκ τοῦ παῤῥησιάζεσθαι· τοῦτό ἐστιν χεῖρον πάντων, τοῦτό ἐστιν ἡ τελεία ἀπώλεια. Τί γὰρ οὕτως ἐκδιώκει τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ, ἀπὸ τῆς ψυχῆς, ὡς ἡ παῤῥησία; Τοῦτο ὅτε ἠρωτήθη ὁ ἀββᾶς Ἀγάθων περὶ τῆς παῤῥησίας εἶπεν, ὅτι ἔοικε καύσωνι μεγάλῳ, ὅστις ὅταν γένηται, πάντες φεύγουσιν ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, καὶ τῶν δένδρων δὲ τὸν καρπὸν διαφθείρει.

---

superbiae. Evidens est enim quod humilis, verecundus, uti ad omne opus bonum invalidum se et ineptum absque auxilio divino recognoscens, non cessabit ab oratione iugi et assidua, Deum rogans ut secum faciat misericordiam. Et si quid boni postmodum fecerit, novit plane unde id fluxerit, nec efferri potest, neque illud propriae virtuti adscribere, sed Deo dat quidquid recte agit, atque illi tremens perpetuo supplicat, perpetuo gratias agit, ne ab hoc auxilio decidat appareatque imbecillitas et infirmitas propria. Sicque per humilitatem orat et per orationem fit humilis, quantoque rectius operatur, tanto magis humiliatur et proficit anima per humilitatem.

1083 4, 2. Tres enim sunt condiciones et status, ut divus Gregorius ait, quibus Deo grati esse possumus. Si enim poenam formidamus, in servili statu sumus. Si vero mercedis lucra consectantes, utilitatis et proprii commodi gratia divina mandata peragimus, mercenariis assimilamur. Sin autem bono et honesto propter seipsum adhaereamus, in filiorum genere sumus. Filius enim ubi ad prudentiam discretionemque pervenerit, paterna vota exsequitur, non timore scilicet plagarum, non etiam mercedis et praemii cupiditate, sed amore, pietate, observantiaque erga patrem. Persuasus enim satis est suum fore quidquid patris fuerit. Meretur hic audire non quod servus sit, sed quod filius et heres Domini nostri Iesu Christi. Hic etiam, ut ante dictum est, non metuit Deum timore isagogico, sed amat, ut ait beatus Antonius: Ego nusquam Deum timeo.

4, 5. Affirmaverunt patres communi sententia possidere eum 1084
timorem Dei, qui mortis crebro et gehennae reminiscitur, quique vespere a seipso rationem exigit, quemadmodum die ambulaverit; mane similiter, quo pacto noctem transegerit; et qui nihil de se praesumpserit, quique viro timenti Deum adhaeserit. Quaesisse enim aiunt a seniore fratrem aliquando, quid ageret ut Deum timeret, respondisseque senem: I, et homini timenti Deum te subice, et ex eo quod timet Deum, disces et tu Deum timere. Abigimus autem a nobis timorem Dei, cum his, quae diximus, contraria operamur; cum scilicet immemores mortis et gehennae perpetuo sumus, cum nusquam scrutamur vias nostras, cum nullam de nobis curam gerimus, cum sine ratione vivimus, cum consuetudinem cum his habemus, quibus inimica ratio est, cum de nobis admodum praesumimus; quo sane nihil est deterius, in hoc enim extremus est interitus. Quid enim adeo ab anima depellit timorem Dei, ut sui ipsius praesumptio? Hinc rogatus abbas Agathon de praesumptione quid esset, illam summo aestui comparavit, qui cum excandesceret, procul omnes abigeret, qui arborum poma vitiaret.

1083. MG 88, 1660 A.

1084. MG 88, 1664 D.

1085 *Propriae prudentiae non fidendum.* — 5, 1. Ἐν ταῖς Παροιμίαις λέγει· «Οἷς μὴ ὑπάρχει κυβέρνησις, πίπτουσιν ὥσπερ φύλλα· σωτηρία δὲ ὑπάρχει ἐν πολλῇ βουλῇ» [Prv 11, 14]. Βλέπετε τὴν δύναμιν τοῦ λόγου, ἀδελφοί. Βλέπετε τί διδάσκει ἡμᾶς ἡ ἁγία Γραφή. Ἀσφαλίζεται ἡμᾶς, ἵνα μὴ στοιχῶμεν ἑαυτοῖς, ἵνα μὴ ἔχωμεν ἑαυτοὺς συνετούς, ἵνα μὴ πιστεύωμεν ὅτι δυνάμεθα ἑαυτοὺς διοικῆσαι. Χρῄζομεν βοηθείας, χρῄζομεν τῶν μετὰ Θεὸν κυβερνώντων ἡμᾶς. Οὐδέν ἐστιν ἀθλιώτερον, οὐδὲν εὐαλωτότερον τῶν μὴ ἐχόντων τινὰ ὁδηγοῦντα αὐτοὺς εἰς τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ. Τί γὰρ λέγει; «Οἷς μὴ ὑπάρχει κυβέρνησις, πίπτουσιν ὥσπερ φύλλα.» Τὸ φύλλον ἐξ ἀρχῆς ἀεί ἐστι χλωρόν, εὐθαλές, τερπνόν, εἶτα κατὰ μικρὸν ξηραίνεται καὶ πίπτει· καὶ λοιπὸν περιφρονεῖται καὶ καταπατεῖται. Οὕτως ἐστὶ καὶ ὁ ἄνθρωπος ὁ μὴ κυβερνώμενος ὑπό τινος. Ἐξ ἀρχῆς μὲν ἀεὶ ἔχει θέρμην εἰς νηστείαν, εἰς ἀγρυπνίαν, εἰς ἡσυχίαν, εἰς ὑπακοήν, εἰς ἄλλα τινὰ ἀγαθά· εἶτα μετὰ μικρόν, τῆς θέρμης ἐκείνης σβεννυμένης καὶ μὴ ἔχοντος αὐτοῦ τὸν κυβερνῶντα αὐτόν, τὸν παίνοντα καὶ ἐξάπτοντα τὴν θέρμην αὐτοῦ, ξηραίνεται οὕτως ἀνεπαισθήτως, καὶ πίπτει, καὶ γίνεται λοιπὸν ὑποχείριος τοῖς ἐχθροῖς, καὶ ποιοῦσιν εἰς αὐτὸν εἴ τι θέλουσι.

1086 *Consilia petenda.* — 5, 4. Ὅτε ἤμην εἰς τὸ κοινόβιον, πάντα ἀνετιθέμην τῷ γέροντι τῷ ἀββᾷ Ἰωάννῃ· οὐδέποτε γάρ, καθὼς εἶπον, ἠνεσχόμην ποιῆσαί τι δίχα γνώμης. Καὶ ἔστιν ὅτε ἔλεγέ μοι ὁ λογισμός· «Οὐ τόδε σοι ἔχει εἰπεῖν ὁ λέγων. Τί θέλεις ὀχλῆσαι αὐτῷ;» Καὶ ἔλεγον τῷ λογισμῷ· «Ἀνάθεμά σοι, καὶ τῇ διακρίσει σου, καὶ τῇ συνέσει σου, καὶ τῇ φρονήσει σου, καὶ τῇ εἰδήσει σου, ὅτι ὃ οἶδας, ἀπὸ δαιμόνων οἶδας.» Ἀπηρχόμην οὖν, καὶ ἠρώτουν τὸν γέροντα, καὶ συμβαίνει ὅτι καὶ ἐνίοτε ἀπεκρίνετό μοι τὸν λόγον ἐκεῖνον, ὃν ἐνεθυμήθην, καὶ λοιπὸν ἔλεγέ μοι ὁ λογισμός· «Τί οὖν; ἰδοὺ αὐτό ἐστιν ὃ εἶπον, μὴ οὐκ ἀκαίρως ὤχλησας τὸν γέροντα;» Καὶ ἔλεγον τῷ λογισμῷ· «Ἀλλ' ἄρτι καλόν ἐστιν, ἄρτι ἀπὸ Πνεύματος Ἁγίου ἐστί. Τὸ σὸν γὰρ πονηρόν ἐστιν, ἀπὸ δαιμόνων ἐστίν, ἀπὸ ἐμπαθοῦς καταστάσεώς ἐστι.» Καὶ οὕτως οὐδέποτε συνεχώρουν τῷ λογισμῷ πεισθῆναι ἐμαυτῷ ἄνευ ἐπερωτήσεως· καὶ πιστεύσατέ μοι, ἀδελφοί, ὅτι ἤμην ἐν μεγάλῃ ἀναπαύσει, ἐν μεγάλῃ ἀμεριμνίᾳ· ὥστε με καὶ δυσχεραίνειν ἐπὶ τούτῳ.

Accusatio sui ipsius. — 7, 2. Τὸ δὲ ταραχθῆναί τινα πρὸς 1087
ἀδελφὸν θλίβοντα αὐτόν, συμβαίνει ἢ ἐκ τοῦ μὴ εὑρεθῆναι κατ' ἐκείνην τὴν ὥραν ἐν καλῇ καταστάσει, ἢ ἐκ τοῦ ἔχειν ἀηδίαν τινὰ πρὸς αὐτόν. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ αἴτια τούτου, ἅπερ διαφόρως εἴρηται. Τὸ δὲ αἴτιον πάσης ταραχῆς ἐστιν, ἐὰν μετὰ ἀκριβείας ζητήσωμεν, τὸ μὴ μέμφεσθαι ἑαυτούς· ἐκεῖθεν ἔχομεν ὅλην τὴν συντριβὴν ταύτην, ἐκεῖθεν οὐδέποτε εὑρίσκομεν ἀνάπαυσιν. Οὐκ ἔστι γὰρ θαυμάσαι ὅτι ἀκούομεν παρὰ πάντων τῶν ἁγίων, μὴ εἶναι ἄλλην ὁδὸν πλὴν ταύτης· καὶ βλέπομεν ὅτι οὐδεὶς ὥδευσέ ποτε ἄλλην ὁδόν, καὶ εὗρεν ἀνάπαυσιν· καὶ προσδοκῶμεν ἡμεῖς ἀναπαύεσθαι, ἢ ὅλως ὁδὸν εὐθεῖαν κρατεῖν, μηδέποτε ἀνεχόμενοι ἑαυτοὺς μέμφεσθαι. Ὄντως. Ἐὰν ποιήσῃ ἄν-

1085 5, 1. Inter Proverbia dicitur: *Quibus non est gubernatio, decidunt ut folia; salus autem est in multo consilio.* Contemplamini sententiae vim, fratres. Contemplamini quid divina Scriptura doceat. Cavere nos admonet ne nosmetipsos informemus, ne nos sciolos habeamus, ne persuadeamur esse nos satis nobis ad regimen nostrum. Opus nobis est auxilio praeter Deum, opus coadiutoribus. Nihil est miserabilius, nihil quod citius expugnari queat his qui nullos duces, nullos auctores habent ad viam Dei. Ait enim: *Quibus non est gubernatio, decidunt ut folia.* Folium a principio semper virens, semper germinans, semper delectabile est; non multo post arescit et languet, et cadens contemnitur et conculcatur. Talis homo est qui a nemine regitur. A principio ferventissimus est ad ieiunia, ad vigilias, ad quietem, ad oboedientiam et ad quaecumque cetera bona. Paulo post exstincto eo fervore, si nullum habuerit sui gubernatorem aut altorem, qui exstinctum ignem suscitet et accendat, desiccatur et cadit, ac demum destitutus ab hostibus suis captivus trahitur, qui, ut voluerint, in ipsum grassantur.

1086 5, 4. Cum essem cum ceteris in coenobio, reponebam semper omnia apud abbatem Ioannem seniorem; numquam enim, ut dixi, sustinui quidquam facere praeter eius voluntatem. Mihi aliquando cogitatio veniebat: «Nihil habet quod tibi dicat. Quid vis eum turbare?» Et respondebam huic cogitationi: «Anathema tibi. Quidquid iudicii est tibi, quidquid discretionis et prudentiae et intellegentiae, id omne tibi a daemonibus est.» Proficiscebar igitur et seniorem interrogabam, saepiusque accidit ut id ipsum mihi responderet quod ante cogitatio mea praemeditata erat. Insultabat igitur illa postmodum mihi: «Quid ergo? en ut dixi est. Quid senem importunus perturbasti?» Cui ego contra respondebam: «Nunc bonum est, nunc id tibi fuit a Spiritu Sancto. Quidquid enim tuum est, omne malum est, et a daemone et ab habitu vitioso.» Sicque sustinui numquam cogitationi meae credere, nisi patrem consultassem prius. Quo factum est (credite quod dicam, fratres), ut in tanta semper quiete et securitate essem, ut plerumque paeniteret me tantae tranquillitatis.

7, 2. Turbari autem et affligi ex verbis fratris inde fit, quod vel 1087
in statu nullo bono reperitur, vel quod fratrem illum oderit. Sunt autem et aliae plurimae huiusce rei causae, quae differenter dictae sunt. Sed ratio omnis perturbationis, si quaeramus diligenter, ea est, quod nemo seipsum accusat; hinc fluit omnis molestia et afflictio, hinc est ut nullam aliquando requiem habeamus. Nec mirari licet, cum a sanctis hominibus acceperimus, nullam praeter hanc nobis ad quietem viam dari. Quod ita esse in plurimis vidimus; et nos desides et amantes requiem speramus, vel credimus viam rectam a nobis incedi, cum in omnibus simus impatientissimi, numquam sustinentes nosmetipsos accusare. Ita se res habet.

1085. MG 88, 1676 A. 1086. MG 88, 1681 A.

1087. MG 88, 1697 C.

θρωπος μυρίας πολιτείας, κρατήσει δὲ τὴν ὁδὸν ταύτην, οὐ μὴ παύσῃ τέ ποτε θλίβων καὶ θλιβόμενος, καὶ ἀπόλλων ὅλους τοὺς κόπους αὐτοῦ. Ποίαν δὲ χαράν, ποίαν ἀνάπαυσιν οὐκ ἔχει ὁ τοιοῦτος, ὅπου δ' ἂν ἀπέλθῃ, ὥσπερ εἶπε καὶ ὁ ἀββᾶς Ποιμήν, ὁ ἑαυτὸν μεμφόμενος; Εἴ τι γὰρ συμβῇ αὐτῷ εἴτε ζημία, εἴτε ἀτιμία, εἴτε οἱαδήποτε θλῖψις, προλαβὼν ἔχει ἑαυτὸν ἄξιον, καὶ οὐδέποτε ταράσσεται. Ἔστι τούτου τί ποτε ἀμεριμνότερον;

1088 *Triplex status erga passiones.* — 10, 5. Ἕκαστος μάθῃ τὴν κατάστασιν ἑαυτοῦ ποῦ ἐστι. Τρεῖς καταστάσεις εἰσὶν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ· ἔστιν ὁ ἐνεργῶν τὸ πάθος, καὶ ἔστιν ὁ ἱστῶν αὐτό, καὶ ἔστιν ὁ ἐκριζῶν αὐτό. Ὁ ἐνεργῶν τὸ πάθος ἐστὶν ὁ πράττων αὐτό, ὁ ἐπεκδικῶν αὐτό. Ὁ δὲ ἱστῶν τὸ πάθος ἐστὶν ὁ μήτε ἐνεργῶν, μήτε ἐκκόπτων αὐτό, ἀλλὰ φιλοσοφῶν μέν, καὶ κατερχόμενος, ἔχων δὲ τὸ πάθος ἐν ἑαυτῷ. Ὁ δὲ ἐκριζῶν τὸ πάθος ἐστὶν ὁ ἀγωνιζόμενος καὶ ποιῶν τὰ ἐναντία τοῦ πάθους.

1089 *Passiones eradicandae, dum tenerae.* — 11, 3. Εὐκαίρησέ τις μέγας γέρων μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἐν τόπῳ τινί, ἐν ᾧ ἦσαν κυπαρίσσια διάφορα, μικρὰ καὶ μεγάλα. Καὶ λέγει ὁ γέρων ἑνὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ· «Ἀνάσπασον τὸ κυπαρίσσιον τοῦτο.» Ἦν δὲ μικρὸν πάνυ, καὶ εὐθέως τῇ μιᾷ χειρὶ ἀνέσπασεν αὐτὸν ὁ ἀδελφός. Εἶτα δεικνύει αὐτῷ ὁ γέρων ἄλλο μεῖζον τοῦ πρώτου, καὶ λέγει αὐτῷ· «Ἀνάσπασον καὶ τοῦτο.» Ὁ δὲ σαλεύσας ταῖς δύο χερσὶν ἀνέσπασε κἀκεῖνο. Πάλιν δεικνύει αὐτῷ ὁ γέρων ἄλλο μειζότερον· ὁ δὲ μετὰ πλείονος κόπου ἀνέσπασε κἀκεῖνο. Εἶτα

Quotquot virtutes possederit homo, etsi innumeras atque infinitas, a via autem hac declinaverit, numquam quiescet, sed semper vel affligetur, vel affliget alios, laboresque suos omnes deperdet. Quod autem gaudium vel requiem non consequatur is qui, ut aiebat abbas Poemen, talis factus fuerit, ut sese semper accusaverit? Quidquid incommodi, damni, probri, ignominiae vel alterius cuiuscumque afflictionis incurrerit, omnia hilare suscipit, omnibus dignissimum se putat, neque ullo modo turbari potest. Quid hoc homine quietius?

1088 10, 5. Discat unusquisque statum suum in quo est. Tres enim hominis status sunt: primus quidem qui passionem operatur, secundus qui passionem refrenat, tertius qui eam eradicat. Qui passionem operatur, is est qui eam ad actum perducit et perficit. Qui vero eam sistit, is est qui neque vitium operatur, neque amputat illud a se, sed philosophatur et transgreditur ipsum, et si in se conservet et teneat. Qui autem eradicat passionem, is est qui certat viriliter et contraria passionis operatur.

1089 11, 3. Otiosus erat quandoque senex magnus cum discipulis suis in horto, in quo erant cupressi variae, magnae et parvae. Et dicit senex uni ex fratribus suis: «Evelle hanc cupressum.» Erat autem valde parva, et statim una manu evulsit eam frater. Deinde ostendit ei senex aliam maiorem priore et dicit ei: «Hanc etiam evelle.» Ille vero quatiens ambabus manibus hanc quoque evulsit. Rursum ostendit ei senex aliam maiorem; ille autem cum magno labore

1088. MG 88, 1729 B. 1089. MG 88, 1737 A.

δεικνύει αὐτῷ καὶ ἄλλο μειζότερον· ὁ δὲ μετὰ πλείονος κόπου πολλὰ σαλεύσας, καὶ κοπιάσας καὶ ἱδρώσας ἐπῆρε κἀκεῖνο. Εἶτα δεικνύει αὐτῷ ὁ γέρων ἔτι μειζότερον· ὁ δὲ καὶ πολλὰ κοπιάσας καὶ ἱδρώσας οὐκ ἠδυνήθη ἐπᾶραι αὐτό. Ὡς οὖν εἶδεν αὐτὸν ὁ γέρων μὴ δυνάμενον, ἐπέτρεψεν ἄλλῳ ἀδελφῷ ἀναστῆσαι καὶ βοηθῆσαι αὐτῷ, καὶ οὕτως ἠδυνήθησαν ἀμφότεροι ἀνασπᾶσαι αὐτό. Τότε λέγει ὁ γέρων ἐκείνοις τοῖς ἀδελφοῖς· «Ἰδοὺ οὕτως εἰσὶ καὶ τὰ πάθη, ἀδελφοί. Ἐφ' ὅσον εἰσὶ μικρά, ἐὰν θέλωμεν, δυνάμεθα μετὰ ἀναπαύσεως ἐκκόψαι αὐτά. Ἐὰν δὲ ἀμελήσωμεν αὐτῶν, ὡς μικρῶν, σκληρύνονται, καὶ ὅσον σκληρύνονται, τοσοῦτον πλείονος δέονται κόπου. Εἰ δὲ ἐπὶ πλεῖον ἁδρυνθῶσι καθ' ἡμῶν, οὐκ ἔτι οὐδὲ μετὰ κόπου δυνάμεθα ἐκκόψαι αὐτὰ ἀφ' ἑαυτῶν, ἐὰν μὴ καὶ βοήθειαν σχῶμεν τινῶν ἁγίων ἀντιλαμβανομένων ἡμῖν μετὰ Θεόν.» Βλέπετε πόσην δύναμιν ἔχουσι τὰ παρὰ τῶν ἁγίων γερόντων λεγόμενα.

Tentationes cum gratiarum actione ferendae. — 13, 1. Καλῶς 1090
εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ποιμήν, ὅτι τὸ σημεῖον τοῦ μοναχοῦ ἐν τοῖς πειρασμοῖς φαίνεται. Ὀφείλει γὰρ ὁ μοναχὸς ὁ μετὰ ἀληθείας προσερχόμενος τῷ Κυρίῳ δουλεῦσαι, ἑτοιμάσαι κατὰ τὴν σοφίαν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ εἰς πειρασμούς, ἵνα μὴ ξενίζηταί ποτε μηδὲ ταράσσηται ἐν τοῖς συμβαίνουσι, πιστεύων ὅτι οὐδὲν ἄνευ τῆς προνοίας τοῦ Θεοῦ γίνεται. Ὅπου δὲ Θεοῦ πρόνοια, πάντως καλόν ἐστι, καὶ εἰς ὠφέλειαν ψυχῆς τὸ γινόμενον· πάντα γὰρ ὅσα ποιεῖ ὁ Θεὸς μεθ' ἡμῶν, ὑπὲρ τοῦ συμφέροντος ποιεῖ, καὶ ἀγαπῶν ἡμᾶς καὶ φειδόμενος ἡμῶν. Καὶ ὀφείλομεν, ὡς εἶπεν ὁ

et hanc evulsit. Deinde ostendit ei aliam adhuc altiorem; ille vero cum summo labore quatiens et desudans vix extraxit eam. Postea ostendit ei senex aliam adhuc maiorem; ille autem incassum elaborans et desudans eam evellere non potuit. Cum igitur videret senex eum non posse, iussit coadiutorem accedere, sicque ambo illam tandem extraxere. Tunc ad fratres conversus senex ait: «Huiuscemodi sunt passiones nostrae, fratres. Cum tenerae sunt et parvae, si volumus, facile illas possumus a nobis exstirpare. Quod si eas neglexerimus, utpote parvas, obdurescent ilico, quoque magis obduruerint, eo maiore vi et labore opus erit. Quinimmo irriti erunt conatus nostri omnes in illas, nisi alicuius viri sancti orationes ad auxilium nobis post Deum accesserint.» Tantam vim habent auxilia quae a viris iustis et sanctis expetuntur.

13, 1. Quam praeclare locutus est abbas Poemen, monachi scilicet 1090
veri signum inter tentationes maxime apparere. Debet enim monachus, qui vere ad Dei servitium venerit, iuxta sapientiam, praeparare cor suum ad tentationes; ita ut in his quae sibi contigerint, non obstupescat aliquando, non conturbetur, hoc certum habens sine divina providentia nihil fieri. Quaecumque nobiscum agit Deus, omnino bonum est et in utilitatem animae nostrae fit; omnia enim ex benevolentia et caritate erga nos dispensat, ut scilicet curet et

1090. MG 88, 1761 B.

ἀπόστολος, ἐν παντὶ εὐχαριστεῖν τῇ ἀγαθότητι αὐτοῦ, καὶ μηδέποτε ἀθυμεῖν, ἢ μικροψυχεῖν ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσιν ἡμῖν, ἀλλὰ δέχεσθαι ἀταράχως τὰ ἐπερχόμενα μετὰ ταπεινοφροσύνης καὶ τῆς μετὰ Θεὸν ἐλπίδος· πεπεισμένοι, καθὼς εἶπον, ὅτι πάντα ὅσα ἂν ποιῇ μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός, ἀγαθότητι ποιεῖ, καὶ ἀγαπῶν ἡμᾶς ποιεῖ, καὶ καλῶς ποιεῖ. Καὶ οὐκ ἐνδέχεται αὐτὰ ἄλλως καλῶς γενέσθαι, εἰ μὴ οὕτως ἐλέησεν ὁ Θεός. Φίλον ἐὰν ἔχῃ τις καὶ πληροφορεῖται ὅτι ἀγαπᾷ αὐτόν, εἴ τι δ' ἂν πάθῃ παρ' αὐτοῦ, κἂν θλιβερὸν εἶ, ἔχει ὅτι ἀγαπῶν ἐποίησε, καὶ οὐδέποτε πιστεύει περὶ τοῦ φίλου αὐτοῦ, ὅτι βλάψαι αὐτὸν θέλει· πόσῳ μᾶλλον ἡμεῖς ὀφείλομεν ἔχειν περὶ τοῦ Θεοῦ τοῦ πλάσαντος ἡμᾶς, καὶ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγόντος, καὶ δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντος, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντος, ὅτι πάντα ἀγαθότητι ποιεῖ μεθ' ἡμῶν, καὶ ἀγαπῶν ἡμᾶς ποιεῖ.

1091 *Cellae custodia.* — 16, 1. Λέγουσιν οἱ πατέρες, ὅτι καθίσαι εἰς τὸ κελλίον ἥμισύ ἐστι, καὶ τὸ παραλαβεῖν γέρουσιν ἥμισύ ἐστι. Τοῦτο σημαίνει ὁ λόγος, ὅτι καὶ ἐν τῷ κελλίῳ καὶ ἔξωθεν τοῦ κελλίου, ὁμοίως νήψεως χρεία, καὶ τοῦ εἰδέναι τινὰ καὶ διὰ τί ὀφείλει ἡσυχάζειν καθ' ἑαυτόν, καὶ διὰ τί ὀφείλει παραβάλλειν πατράσι καὶ ἀδελφοῖς. Ἐὰν γὰρ νήφῃ τις περὶ τὸν σκοπὸν τοῦτον, σπουδάζει ποιεῖν, ὡς εἶπον οἱ πατέρες· καὶ ὅτε μὲν κάθηται ἐν τῷ κελλίῳ, εὔχεται, μελετᾷ, ποιεῖ μικρὸν ἐργόχειρον, φροντίζει κατὰ δύναμιν τῶν λογισμῶν· ὅτε δὲ πάλιν παραβάλλει πώποτε, κατανοεῖ καὶ βλέπει τὴν κατάστασιν αὐτοῦ, εἰ ὠφελεῖται

salvet. Quare in cunctis, ut ait apostolus, eius bonitati gratias agere debemus, atque in nullo contristari, aut deficere, vel minimum, quaecumque nobis acciderint, sed omnia intrepide advenientia suscipere cum humilitate et spe in Deum, certo persuasi, ut dixi, quod quidquid nobiscum agit Deus, id sua bonitate et benevolentia erga nos agat. Neque enim decet ea aliter bene fieri, quam ut sic misereatur Deus. Nam si quis amicum habeat, et certissimus sit ab eo diligi, quamquam aliquid ab eo patiatur interdum molesti, id tamen putat amanter factum, neque persuaderi potest ullo modo nocendi animum amicum habuisse. At quanto magis de Deo, qui nos plasmavit, qui cum non essemus, fecit ut essemus, qui pro nobis incarnatus, pro nobis mortuus est, debemus credere cum bonitate nobiscum agere et cum amore nos tractare.

1091 16, 1. Dicunt patres nostri quod in cella sedere dimidium quoddam, et cum senioribus congredi dimidium est. Videtur nobis hic sermo innuere, et in cella et extra cellam custodia nobis opus esse et diligentia; ut scilicet noverimus quare in cella quiescendum, et quare seniores et fratres adeundi sint. Si enim quisque in hac consideratione frequens et diligens fuerit, ea studebit facere quae iampridem sint a patribus factitata; cumque in cella fuerit, orabit, meditabitur; non erit otiosus manibus, cogitationes suas quascumque, quales fuerint, scrutabitur. Cum vero animadverterit ubi sit, considerabit pariter et agnoscet statum suum, intellegetque lu-

1091. MG 88, 1793 C.

ἐκ τῆς ἀπαντήσεως τῶν ἀδελφῶν, ἢ οὔ, καὶ εἰ δύναται ἀβλαβῶς, ἀνακάμψει εἰς τὸ κελλίον αὐτοῦ. Καὶ ἐὰν ἴδῃ αὐτὸν εἴς τι βλαβέντα, μανθάνει τὴν ἀσθένειαν ἑαυτοῦ· μανθάνει ὅτι ἀκμὴν οὐδὲν ἐκτήσατο ἐκ τῆς ἡσυχίας, καὶ ἀποστρέφει τεταπεινωμένος εἰς τὸ ἴδιον κελλίον, καὶ κλαίων, μετανοῶν, παρακαλῶν τὸν Θεὸν ὑπὲρ τῆς ἀσθενείας αὐτοῦ, καὶ οὕτως λοιπὸν καθέζεται προσέχων ἑαυτῷ. Εἶτα πάλιν ἔρχεται πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ βλέπει ἑαυτὸν εἰ ἔμεινεν ἡττωμένος εἰς τὰ πρῶτα, ἢ εἰς ἄλλα, καὶ οὕτως πάλιν ὑποστρέφει εἰς τὸ κελλίον αὐτοῦ, ὁμοίως τὰ αὐτὰ ποιῶν, κλαίων, μετανοῶν, δεόμενος περὶ τῆς καταστάσεως αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ. Τὸ κελλίον γὰρ ὑψοῖ, οἱ δὲ ἄνθρωποι δοκιμάζουσιν. Ὥστε καλῶς εἶπον οἱ πατέρες, ὅτι τὸ καθίσαι εἰς τὸ κελλίον ἥμισύ ἐστι, καὶ τὸ παραβάλλειν γέρουσιν ἥμισύ ἐστι.

Indifferentia. — 19. Ὁ μὴ ἔχων ἴδιον θέλημα, πάντοτε τὸ 1092
ἴδιον ποιεῖ· ἐξώτερον γὰρ ἴδιον οὐκ ἔχει· εἴ τι δ' ἂν καὶ γένηται, ἀναπαύει αὐτόν, καὶ εὑρίσκεται πάντοτε τὸ ἴδιον ποιῶν. Οὐ γὰρ θέλει τὰ πράγματα γίνεσθαι, ὡς θέλει, ἀλλὰ θέλει, ὡς γίνεται.

S. IOANNES CLIMACUS, ca 525 — ca 600.

Scala paradisi.

Definitiones christiani, amici Dei, continentis, monachi. — 1093
Gradus 1. Χριστιανός ἐστιν μίμημα Χριστοῦ κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπων, λόγοις καὶ ἔργοις καὶ ἐννοίᾳ εἰς τὴν Ἁγίαν Τριάδα ὀρθῶς, καὶ ἀμέμπτως πιστεύων. Θεοφιλής ἐστιν ὁ πάντων τῶν

crumne an iacturam fecerit, quo tempore e cella abfuit, et an idem redeat qui ab ea exivit, sine damno scilicet et iactura. Qui si viderit in aliquo iacturam fecisse, discet infirmitatem suam, discet se nihil adhuc lucri consecutum ex quiete atque otio cellae, reverteturque cum humilitate ad eam, paenitentiam agens cum lacrimis, et rogans Deum pro sua imbecillitate et fragilitate; et sic demum sedebit sibi ipsi tantum intentus. Rursus cum exierit ad homines, intuebitur seipsum, sitne superatus ac victus, in quibus primum, an in aliis et diversis, rursumque in cellam rediens faciat quae primo: paenitentiam agat, defleat, rogetque Deum pro suo statu. Cella enim attollit, homines autem probant. Quare probe dictum est a patribus, et sedere in cella dimidium quid esse, et ad seniores advertere alterum dimidium.

19. Qui non habet propriam voluntatem, semper propriam facit; 1092
exterius enim proprium non habet; quodcumque igitur acciderit, ei requiem affert, et ipse invenitur propriam voluntatem faciens. Non enim vult res evenire sicut vult, sed eas vult sicut eveniunt.

1. Christianus est, qui pro sua virili Christum verbis et factis 1093
imitando sequitur, totaque mente in sanctissimam divinitatis Trinitatem recta fide, sine errore et vitio fertur. Amans Dei est, qui

1092. MG 88, 1810 C.

1093. MG 88, 633 B. — Versionem latinam valde verbosam, quae legitur in migniana editione, non raro contraximus.

φυσικῶν καὶ ἀναμαρτήτων ἐν μετουσίᾳ ὑπάρχων, καὶ τῶν κατὰ δύναμιν ἀγαθῶν μὴ ἀμελῶν. Ἐγκρατής ἐστιν ὁ ἐν μέσῳ πειρασμῶν, καὶ παγίδων, καὶ θορύβων ἀπηλλαγμένου τρόπους, πάσῃ δυνάμει μιμεῖσθαι φιλονεικῶν. Μοναχός ἐστιν, τάξις καὶ κατάστασις ἀσωμάτων, ἐν σώματι ὑλικῷ καὶ ῥυπαρῷ ἐπιτελουμένη. Μοναχός ἐστιν ὁ μόνον τῶν τοῦ Θεοῦ ἐχόμενος ὅρων, καὶ λόγων ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ τόπῳ, καὶ πράγματι. Μοναχός ἐστιν βία φύσεως διηνεκὴς καὶ φυλακὴ αἰσθήσεων ἀνελλιπής. Μοναχός ἐστιν ἡγνισμένον σῶμα, καὶ κεκαθαρμένον στόμα, καὶ πεφωτισμένος νοῦς. Μοναχός ἐστιν κατώδυνος ψυχὴ ἐν διηνεκεῖ μνήμῃ θανάτου ἀδολεσχοῦσα, καὶ ὑπνώττουσα, καὶ γρηγοροῦσα. Ἀναχώρησις κόσμου ἐστὶν ἑκούσιον μῖσος ἐπαινουμένης ὕλης, καὶ ἄρνησις φύσεως δι' ἐπιτυχίαν τῶν ὑπὲρ φύσιν. Πάντες οἱ τὰ τοῦ βίου προθύμως καταλιπόντες, πάντως ἢ διὰ τὴν μέλλουσαν βασιλείαν, ἢ διὰ πλῆθος ἁμαρτημάτων, ἢ διὰ τὴν εἰς Θεὸν ἀγάπην τοῦτο πεποιήκασιν. Εἰ δ' οὐδεὶς τῶν προειρημένων σκοπῶν αὐτοῖς προηγήσατο, ἄλογος ἡ τούτων ἀναχώρησις καθέστηκε.

1094 *Virtutes initio renuntiationis.* — 1. Πάντα ἀπαρνήσονται, πάντα καταφρονήσουσι, πάντα καταγελάσονται, πάντα ἐκτινάξονται οἱ προσερχόμενοι, ἵνα καλὸν θεμέλιον καταβάλωνται. Καλὸς τρίδομος καὶ τρίστυλος θεμέλιος· ἀκακία, νηστεία, σωφροσύνη. Πάντες οἱ ἐν Χριστῷ νήπιοι διὰ τούτων ἀρχέσθωσαν,

rebus omnibus a natura datis et lege permissis utitur, nec bona quae facere potest praetermittit. Continens est, qui in medio turbine tentationum, procellisque tumultuum ac turbarum, necnon insidiis laqueorum, mores eius qui extra pericula positus est, totis viribus studet imitari. Monachus est, qui in terrestri et inquinato corpore tamquam extra corpus, caelestium statum et vitam aemulatur. Monachus est, qui nullo tempore, loco, negotio, occasione a Dei nutu et praeceptis vel latum unguem recedit. Monachus est violentus et assiduus naturae domitor, et inconivens pervigilque sensuum custos. Monachus est, qui corpus sanctum, linguam puram mentemque divinitus illustratam habet. Monachus est, qui vigilans ac dormiens, in assiduo luctu et mortis meditatione versatur. Secessus ab saeculo est voluntarium adversus id omne, quod saeculares laudant, odium ac totius naturae, propter spem rerum quae supra naturam sunt, abdicatio. Omnes qui praesentis vitae commoda sponte prompteque abiecerunt, id vel ob spem futuri regni, vel ob ingentem sarcinam peccatorum, vel propter Dei summi boni amorem fecerunt. Qui nullam ex his propositam habuit metam, is quasi nulla ductus ratione vitam deseruit communem.

1094 1. Quicumque se ad religiosam vitam conferunt, omnibus rebus nuntium remittent, omnia contemnent, omnia ridebunt, omnia abicient, ut praeclarum fundamentum iaciant. Praeclarum porro fundamentum triplici structura columnaque constans est: innocentia, ieiunium, temperantia. Omnes qui in Christo sunt infantes, ab iis

1094. MG 88, 636 D.

τεκμήριον λαμβάνοντες τὰ αἰσθητὰ νήπια. Οὐδὲν γίνεται παρὰ ἐκείνοις δεινόν, οὐδὲν ὕπουλον εὑρεθήσεταί ποτε, οὐ κόρος ἀκόρεστος, οὐ γαστὴρ ἀχόρταστος, οὐ σῶμα πυρούμενον. Ἴσως γὰρ κατὰ τὴν αὔξησιν τῆς τροφῆς λοιπὸν προκόπτονται, καὶ τὴν πύρωσιν προσλαμβάνονται. Μισητὸν ἀληθῶς καὶ ἐπικίνδυνον τὸ ἐξ εἰσόδου τῆς πάλης χαυνωθῆναι τὸν παλαίοντα, πᾶσι διδόντα τεκμήριον τῆς ἑαυτοῦ σφαγῆς. Ἔστω ἡμῖν πάντως ἐκ τῆς στεῤῥᾶς ἀρχῆς, καὶ ἐν τῇ μετ' αὐτὴν χαυνώσει ὠφέλεια. Ψυχὴ γὰρ ἀνδρισαμένη, καὶ ὑποχαλάσασα, ὑπὸ τῆς μνήμης τῆς ἀρχαίας σπουδῆς, ὡς ὑπὸ κέντρου, πλήσσεται. Διὸ καὶ ἐκ τούτου πολλάκις τινὲς ἑαυτοὺς ἀνεπτέρωσαν. Ὁπότ' ἂν ἡ ψυχὴ ἑαυτὴν προδοῦσα τὴν θέρμην ἀπολέσῃ τὴν μακαρίαν καὶ ἐπήρατον, ζητησάτω ἐπιμελῶς ἐκ ποίας αἰτίας αὐτῆς ἐστέρηται, καὶ κατ' ἐκείνης ὅλον τὸν πόθον, καὶ τὴν σπουδὴν ἀναλαβέτω. Οὐκ ἔστι γὰρ δι' ἑτέρας πύλης αὐτὴν ἐπαναστρέψαι, εἰ μὴ δι' ἧς καὶ ἐξελήλυθεν.

Vocationes speciales. — 1. Μηδὲ τὰς περιστατικὰς ἀποταγὰς 1095
βδελυζώμεθα ἢ κατακρίνωμεν. Εἶδον γάρ τινας φεύγοντας, καὶ ἀκουσίως τῷ βασιλεῖ προσερχομένους, καὶ ἀπαντῶντας προσερχομένῳ, καὶ τούτῳ λοιπὸν ἀκουσίως ὀψικεύσαντας, καὶ ἐν τῷ παλατίῳ αὐτῷ συνεισελθόντας, καὶ τούτῳ συναριστήσαντας. Εἶδον σπόρον ἐν γῇ ἀκουσίως ἐκπεσόντα, καὶ καρπὸν πολὺν καὶ εὐθαλῆ πεποιηκότα· ὥσπερ καὶ ἔμπαλιν εἶδον ἐν ἰατρείῳ

ducant initium; et ex illis ipsis, qui infantes corpore sunt, exemplum capiant. Nihil apud infantes malitiosum, nihil subdolum, non inexplebilis cibi satietas, non avarus venter, non inflammatum cupidine corpus. Fortasse cum auctiore victu augent et vitia corporis, venerisque ardores accenduntur. Digna certe res odio et periculo proxima, athletam in ipso luctae aditu languescere certissimo secuturae ruinae suae argumento. Ex firmo religiosae vitae principio ingens nobis fructus exsistat, quamvis postea languor aliquis subrepat. Animus generosus et inflammatus, ubi olim incipit fatiscere, memoria primae virtutis veluti calcaribus admotis exstimulatur. Hinc saepe nonnulli seipsos rursum ad fervorem excitarunt. Quoties anima sui proditrix a primo ac beato et gratissimo religionis ardore refrixit, diligentissime causas et fontes illius remissionis inquirat, quibus deprehensis, toto conatu adversus eos exsurgat. Neque enim fieri potest, ut mens ad pristinum virtutis ardorem et vigorem nisi per illam portam, qua exivit, revertatur.

1. Nec illos quidem horreamus vel condemnemus, quos casus 1095
aliquis compulit, ut mundo renuntiarent. Observavi enim quosdam refugitantes, cum imperatori non nisi coacti occurrissent, tandem eius se obsequio invitos addixisse, cum eoque in regiam ingressos esse, et cum illo familiariter ad mensam accubuisse. Vidi sementem casu, non consilio, in terram prolapsam, in laetissimam tamen segetem profecisse. Quemadmodum et alias notavi non neminem, omnem aliam ob causam potius, quam ut curaretur, in officinam

1095. MG 88, 637 D.

τινὰ κατά τινα ἑτέραν χρείαν παραγενόμενον, καὶ ὑπὸ τοῦ ἰατροῦ ἀστειότητι κρατηθέντα, καὶ ἀποστυφθέντα, καὶ τὴν ἐπικειμένην τῷ φωτὶ αὐτοῦ ἀχλὺν ἀποβαλόντα· καὶ γέγονε τὰ ἀκούσια τῶν ἔν τισιν ἑκουσίων βεβαιότερα καὶ κυριώτερα.

1096 *Exemplum regis terreni vocantis.* — 1. Εἰ βασιλέως ἐπιγείου καλέσαντος, καὶ εἰς τὴν κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ δουλείαν στρατεῦσαι θελήσαντος, οὐκ ἀναμένομεν, οὐ προφασιζόμεθα· ἀλλὰ πάντα καταλείψαντες προθύμως αὐτὸν καταφθάνομεν· πρόσχωμεν ἑαυτοῖς, μή πως «τοῦ Βασιλέως τῶν βασιλέων, καὶ Κυρίου τῶν κυρίων, καὶ Θεοῦ τῶν θεῶν» [1 Tim 6, 15] καλοῦντος ἡμᾶς εἰς τὴν οὐράνιον ταύτην τάξιν, ἐξ ὀκνηρίας καὶ ῥαθυμίας παραιτησώμεθα, καὶ ἐν τῷ μεγάλῳ βήματι εὑρεθῶμεν ἀναπολόγητοι.

1097 *Vocatio cum patre spirituali examinanda.* — 1. Πρὸ πάντων τοῦτο καὶ ζητήσουσι, καὶ ποιήσουσιν οἱ ἐν Χριστῷ γνησίως δουλεῦσαι βουλόμενοι, ἵνα καὶ τοὺς τόπους, καὶ τοὺς τρόπους, καὶ τὰ καθίσματα, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα, διὰ πνευματικῶν πατέρων καὶ οἰκείας ἐπιγνώσεως, ἁρμόζοντα ἑαυτοῖς ἐπιλέξωνται. Οὐ γὰρ πάντων τὰ κοινόβια, διὰ τὸ λιχνῶδες· οὐδὲ πάντων τὰ ἡσυχαστήρια, διὰ τὸ θυμῶδες· ἕκαστος δὲ ἐπισκέψεται ἐν ποίῳ πεποίωται. Ἐν τρισὶ γενικωτάταις καταστάσεσι καθισμάτων ἅπασα ἡ μοναχικὴ πολιτεία περιέχεται· ἢ ἐν ἀθλητικῇ ἀναχωρήσει, καὶ μονίᾳ· ἢ μετὰ ἑνός, ἢ πολὺ δύο ἡσυχάζειν· ἢ ἐν κοινοβίῳ ὑπομονητικῶς καθέζεσθαι.

---

medicam ingressum, et a medico quadam urbanitate circumventum, et ad mentem revocatum, offusam luci oculorum nebulam abstersisse. Ita in multis usu venit, uti firmiora saepe certioraque sint ea quae forte facta sunt, quam quae consilio et deliberata voluntate.

1096 1. Quando mortalis imperator ipsemet coram expeditionem suscepturus ad suum nos obsequium evocat, statim ad nomen respondemus, sineque ulla tergiversatione aut excusatione aut mora, neglectis omnibus, promptissimis animis nomina daturi accurrimus. Caveamus ergo, ne *regum Rege, et Domino dominantium, Deoque deorum,* nos ad caelestem hanc militiam citante, ex inertia et vecordia illam detrectemus, olimque ad supremum tribunal adducti, indefensi deprehendamur.

1097 1. Ante omnia germani Dei famuli quaerant studeantque per spirituales patres suumque ipsorum cuiusque iudicium, quae loca, quos mores, quam domum aut sedem, quas exercitationes sibi opportunas potissimum deligant. Neque enim e re delicatorum est, in coenobio degere; neque iracundorum in solitudine vivere. Proinde singuli dispiciant, quod genus vitae sibi aptissimum arbitrentur. Triplex omnino est omnis religiosae et generosae vitae ratio: vel ut solus et solitarius decertando vivas; vel cum uno alterove sodali; vel ut in coenobio per patientiam conquiescas.

1096. MG 88, 640 A. 1097. MG 88, 641 C.

Triplex renuntiatio. — 1. Οὐδεὶς ἐν τῷ οὐρανίῳ νυμφῶνι 1098
στεφανηφορῶν ἐλεύσεται, μὴ τὴν πρώτην, καὶ δευτέραν, καὶ τρίτην ἀποταγὴν ἀποταξάμενος· λέγω δὴ τὴν πάντων πραγμάτων, καὶ ἀνθρώπων, καὶ γονέων, καὶ τὴν ἐκκοπτὴν τοῦ ἰδίου θελήματος· καὶ τρίτην ἀποταγὴν τῆς κενοδοξίας, τῆς ἐπακολουθούσης τῇ ὑπακοῇ· «Ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῶν, καὶ ἀφορίσθητε· καὶ ἀκαθαρσίας κόσμου μὴ ἅπτεσθε» [ἄφησθε] [Is 52, 11], λέγει Κύριος. Τίς γὰρ παρ' ἐκείνοις θαύματα πεποίηκε πώποτε; Τίς νεκροὺς ἤγειρε; Τίς δαίμονας ἀπήλασεν; Οὐδείς. Ταῦτα γὰρ πάντα μοναχῶν τὰ ἔπαθλα, ἃ ὁ κόσμος χωρῆσαι οὐ δύναται. Εἰ γὰρ ἠδύνατο, περὶ τί ἡ ἄσκησις, ἤγουν ἡ ἀναχώρησις;

Peregrinatio, quae est fuga saeculi. — 3. Ξενιτεία ἐστὶ 1099
κατάλειψις ἀνεπίστροφος πάντων τῶν ἐν τῇ πατρίδι, πρὸς τὸν τῆς εὐσεβείας σκοπὸν ἡμῖν ἀντιπραττόντων.... Ξενιτεύων ἀσφαλίζου τὸν γυρευτήν, καὶ φιλήδονον δαίμονα. Ἡ γὰρ ξενιτεία ἀφορμὴν αὐτῷ δίδωσι. Καλὴ ἡ ἀπροσπάθεια, ταύτης δὲ ξενιτεία μήτηρ. Ὁ ξενιτεύσας διὰ τὸν Κύριον, οὐκ ἔτι σχέσεις ἔσχηκεν, ἵνα μὴ φανῇ διὰ πάθη πλαζόμενος. Ὁ κόσμου ξενιτεύων, μηκέτι κόσμου προσψαύσῃς. Πεφύκασι γὰρ τὰ πάθη φιλεπίστροφα εἶναι.... Ἡ τῶν τόπων ἡμῶν ἀναχώρησις ἔστω, εἰς τὰ ἀπαρακλητικώτερα, καὶ ἀκενοδοξότερα, καὶ ταπεινότερα μέρη· εἰ δὲ μή, μετὰ πάθους πετόμεθα. Ἀπόκρυπτε εὐγένειαν, καὶ εὐδοξίαν μὴ ἀναπόμπευε, μή πως εὑρεθῇς ἕτερος μὲν ἐν τῷ σώματι, ἕτερος δὲ ἐν τοῖς πράγμασι διακείμενος.

---

1. Nullus religiosus in caelestem thalamum ad coronam immor- 1098
talitatis referendam admittetur, qui non et primam et alteram et tertiam abdicandi se rationem observat: ut omnibus, inquam, rebus, hominibus, parentibusque nuntium remittat et voluntatem suam recidat, ac demum inanem gloriam, quae ex oboedientiae obsequio nasci solet, retundat. *Exite e medio eorum, separamini, et immunda saeculi nolite tangere,* inquit Dominus. Quis enim apud illos umquam admiranda aliqua perpetravit? Quis mortuis vitam reddidit? Quis daemones profligavit? Nemo. Haec enim omnia religiosorum virorum sunt praemia, quae mundus capere non potest. Nam si posset, ad quid religiosa exercitatio? Quorsum ab saeculo secessio?

3. Peregrinatio est omnium commodorum, quae ab destinata 1099
pietatis meta nos praepediunt, in omnem vitam repudiatio.... Peregrinabundus, cave vagabundum et voluptarium daemonem; peregrinatio enim illi occasionem praebet. Praeclara est indifferentia, eiusque mater est peregrinatio. Qui Christi causa peregrinatur nullius rei desiderio trahitur, ita ut propter passiones vacillare non videatur. Qui mundum deseruisti, quae mundi sunt ne contigeris. Amant enim sopita desideria reviviscere.... Secedendum autem nobis est in ea loca, quae minus celebritatis, consolationis et gloriae habent; alioqui cum cupiditatibus nostris avolabimus. Tege generis nobilitatem et nominis claritudinem noli iactare, ne aliud corpore, aliud actionibus profitearis.

1098. MG 88, 657 A. 1099. MG 88, 664 B.

1100 *Oboedientia.* — 4. Ὑπακοή ἐστιν ἄρνησις ψυχῆς οἰκείας παντελής, διὰ σώματος ἐπιδεικνυμένη ἐνεργῶς. Ἢ τάχα τὸ ἔμπαλιν, ὑπακοή ἐστι νέκρωσις μελῶν ἐν ζώσῃ διανοίᾳ. Ὑπακοή ἐστιν ἀνεξέταστος κίνησις, ἑκούσιος θάνατος, ἀπερίεργος ζωή, ἀμέριμνος κίνδυνος, ἀμελέτητος Θεοῦ ἀπολογία, ἀφοβία θανάτου, ἀκίνδυνος πλοῦς, ὑπνοῦσα ὁδοιπορία. Ὑπακοή ἐστι μνῆμα θελήσεως, καὶ ἔγερσις ταπεινώσεως· οὐκ ἀντερεῖ, ἢ διακρίνει νεκρὸς ἐν ἀγαθοῖς, ἢ τὸ δοκεῖν πονηροῖς. Ὁ γὰρ θανατώσας αὐτοῦ εὐσεβῶς τὴν ψυχήν, ὑπὲρ πάντων ἀπολογήσεται. Ὑπακοή ἐστιν ἀπόθεσις διακρίσεως ἐν πλούτῳ διακρίσεως, ἀρχὴ μὲν νεκρώσεως, καὶ ψυχῆς θελήματος, καὶ μέλους σώματος πόνος· μεσότης δέ ποτε μὲν πόνος, ποτὲ δὲ ἀπονία· τέλος δὲ ἀναισθησία λοιπὸν πᾶσα, καὶ ἀκινησία πόνου· τότε πονῶν ὁρᾶται, καὶ ἀλγυνόμενος ὁ ζῶν νεκρὸς οὗτος ὁ μακαρίτης, ὅταν ἑαυτὸν ὄψεται τὸ οἰκεῖον ποιοῦντα θέλημα, δεδοικότα τὴν βασταγὴν τοῦ ἑαυτοῦ κρίματος. Ὅσοι πρὸς τὸ στάδιον τῆς νοερᾶς ὁμολογίας ἐπεχειρήσατε ἀποδύσασθαι· ὅσοι τὸν τοῦ Χριστοῦ ζυγὸν ἐπὶ τὸν οἰκεῖον αὐχένα ἆραι βούλεσθε· ὅσοι ἐκ τούτου τὸ ἑαυτῶν φορτίον ἐπὶ τὸν τοῦ ἑτέρου τράχηλον ἐπιθεῖναι σπουδάζετε· ὅσοι τὰς ἑαυτῶν ὠνὰς γράψαι ἑκουσίως σπεύδετε, καὶ ἀντ' ἐκείνων ἐλευθερίαν γραφῆναι ὑμῖν βούλεσθε· ὅσοι χερσὶν ἑτέρων ἀνυψούμενοι νηχόμενοι τὸ μέγα τοῦτο περαιοῦσθε πέλαγος, γνῶτε ὡς σύντομόν τινα, καὶ τραχεῖαν ὁδὸν βαδίζειν ἐπεχειρήσατε, μίαν πλάνην καὶ μόνην ἐν

1100 4. Oboedientia est perfecta animae propriae per corporis officia demonstrata abdicatio. Aut contra fortasse, oboedientia est sensuum in anima viva mactatio. Oboedientia est motus inexcussus, voluntaria mors, incuriosa vita, securum periculum, expedita apud Deum defensio, mortis securitas, navigatio sine periculo, dormiens peregrinatio. Oboedientia est sepultura voluntatis, excitatio humilitatis; non obloquitur, non diiudicat, nec bona tamquam mortua, nec vulgi opinione mala sentit. Qui enim animam suam religiose mortificaverit, in omnibus excusabitur. Oboedientia est iudicii cum summo iudicio abdicatio, principium religiosae mortis et voluntatis animi et corporis membrorum labor. Medium alias adhuc laboriosum est, alias caret labore; finis iam vacat omni sensu laboris et motu perturbationis. Tum beatus hic idemque vivus atque mortuus sentit dolorem, cum animadvertit suum se voluntatis sensum secutum, ex quo sui pondus iudicii reformidat. Quicumque ad religiosae professionis stadium decurrendum vestem paratis ponere; quicumque iugum Christi in cervicem vestram vultis tollere; quicumque ab hoc tempore impedimenta sarcinarum in alterius humeros reicere conamini; quicumque vos in servitutem emancipare properatis, ut pro illa in libertatem asseramini; quicumque manibus alienis levati, hoc ingens mundi pelagus traicere cupitis: scitote vos asperam quidem, sed compendiosam viam insistere, quae unum dumtaxat, et unicum in se continet erroris labyrinthum ἰδιορυθμίαν

1100. MG 88, 680 A.

αὐτῇ κεκτημένοι, αὕτη δὲ καλεῖται ἰδιορυθμία· ὁ γὰρ ταύτην εἰς ἅπαν ἀπαρνησάμενος, ἐν οἷς δοκεῖ εἶναι καλοῖς, καὶ πνευματικοῖς, καὶ θεαρέστοις πρὸ τοῦ βαδίζειν ἔφθασεν. Ὑπακοὴ γάρ ἐστιν ἀπιστία ἑαυτῷ ἐν τοῖς καλοῖς ἅπασι μέχρι τέλους ζωῆς. ... Μετὰ δὲ τὴν ἐν τῷ σταδίῳ λοιπὸν τῆς εὐσεβείας, καὶ ὑποταγῆς εἴσοδον, μηκέτι τὸν καλὸν ἡμῶν ἀγωνοθέτην ἔν τινι τὸ σύνολον ἀνακρίνωμεν, κἂν τινα ἐν αὐτῷ ὡς ἐν ἀνθρώπῳ ἴσως ἔτι βραχέα πλημμελήματα θεασώμεθα. Εἰ δὲ μή, οὐδὲν ἐκ τῆς ὑποταγῆς οἱ ἀνακρίνοντες ὠφελούμεθα. Ἀνάγκη πᾶσα, τοὺς βουλομένους ἐν τοῖς ἐπιστατοῦσι πίστιν ἀδίστακτον διὰ παντὸς κατέχειν, τὰ τούτων κατορθώματα ἐν τῇ αὐτῶν καρδίᾳ ἀνεξάλειπτα, καὶ ἀείμνηστα φυλάττειν, ἵνα ὅτε οἱ δαίμονες ἡμῖν ἀπιστίαν πρὸς αὐτοὺς σπείρωσιν, ἐκ τῶν ἐν ἡμῖν μνημονευομένων ἀποφιμώσωμεν. Καθόσον γὰρ ἡ πίστις θάλλει ἐν τῇ καρδίᾳ, κατὰ τοσοῦτον καὶ τὸ σῶμα σπεύδει ἐν τῇ διακονίᾳ. Ἐπὰν δὲ εἰς ἀπιστίαν προσκόψῃ, ἔπεσε. «Πάντως γὰρ ὃ οὐκ ἐκ πίστεως, ἁμαρτία ἐστίν» [Rom 14, 23]. Ἐπάν σε ὁ λογισμὸς ἀνακρῖναι, ἢ κατακρῖναι τὸν προηγούμενον ὑποβάλλῃ, ὡς ἀπὸ πορνείας ἀποπήδησον· μηδ' ὅλως τῷ ὄφει τούτῳ παράσχῃς ἄδειαν· μὴ τόπον, μὴ εἴσοδον, μὴ ἀρχήν. Φθέγγου δὲ πρὸς τὸν δράκοντα· Ὦ ἀπατεών, οὐκ ἐγὼ τοῦ ἄρχοντος, ἀλλ' αὐτὸς τὸ ἐμὸν κρῖμα ἀνεδέξατο· οὐκ ἐγὼ ἐκείνου, ἀλλ' αὐτὸς ἐμοῦ κριτὴς καθέστηκεν.

Distractiones in oratione. — 4. Πάλαιε ἐννοίᾳ ἀδιαλείπτως, 1101
ταύτην ῥεμβομένην ἐπισυνάγων πρὸς ἑαυτόν. Οὐ γὰρ ἀρέμβαστον

dictum; quam qui cautus omnino declinarit, hic priusquam iter est ingressus, iam ad metam eorum, quae honesta, religiosa et Deo grata videntur, pervenit. Oboedientia quippe est sui ipsius in omnibus per omnem vitam ad mortem usque diffidentia. ... Ceterum ubi stadium pietatis et oboedientiae ingressi fuerimus, bonum praesidem nostrum nequaquam amplius iudicabimus, quamvis nonnullas, ut in homine, labes maculasve exiguas notaverimus; alioqui nullum ex obsequendi studio fructum operae referemus. Prorsus necesse est, ut qui bonae mentis constantiam erga suos maiores inconcussam tueri statuit, recte facta illorum intimis animi sensibus reponat, nec umquam ex memoria deleat; ut si quando daemones diffidentiam contra coenobii antistites in nobis sparserint, ex praeteritae vitae recordatione eorum ora retundamus. Nam quo magis fides in animo effloruerit, hoc promptius ad omnia corpus officia discurret. Quicumque vero ad diffidentiae scopulum offenderit, iam lapsus est. *Quidquid enim non est ex fide, peccatum est.* Ubi te cogitatio impulerit, ut in praesidem tuum aut inquiras aut eum damnes, tamquam ab stupro resili; neque deceptus huic viperae ullam fidem praebe, neque locum da, nec aditum, nec ullum principii vestigium. Quin tu excetram illam sic compella: O deceptor, non ego praesidis in me iudicium, sed meum ipse in se suscepit; non illius ego, sed meus ille iudex est.

4. Sine cessatione contende animo, ut mentem vagabundam ad 1101
te recolligas. Ceterum Deus ab discipulis oboedientiae non tam

1101. MG 88, 713 D.

ὁ Θεὸς τοὺς ὑπηκόους ἀπαιτεῖ προσευχήν· μὴ ἀθύμει κλεπτόμενος· ἀλλὰ θύμει, τὸν νοῦν ἀεὶ ἀνακαλούμενος.

1102 *Oboedientiae difficultas.* — 4. Πιστευτέον ἀμερίμνως τοῖς ἐν Κυρίῳ τὴν ἡμῶν ἀναδεξαμένοις ἐπιμέλειαν, κἂν ἐναντία τινὰ τῷ δοκεῖν καὶ τῇ σωτηρίᾳ ἡμῶν ἐναντιούμενα ἐπιτάττωσι· τότε γὰρ ἡ πρὸς αὐτοὺς ἡμῶν πίστις, ὡς ἐν χωνευτηρίῳ ταπεινώσεως, δοκιμάζεται. Τοῦτο γὰρ πίστεως ἀληθεστάτης γνώρισμα, τὸ τὰ ἐναντία ἐλπιζομένων γινόμενα θεωροῦντας, τοῖς προστάττουσι πείθεσθαι ἀδιστάκτως.

1103 *Observatio sui.* — 4. Ἀδύνατον τοὺς τέχνην μανθάνοντας ὁλοψύχως μὴ καθ' ἡμέραν προκόπτειν ἐν αὐτῇ· ἀλλ' οἱ μὲν τὴν προκοπὴν ἐπιγινώσκουσιν, οἱ δὲ οἰκονομικῶς ἀγνοοῦσιν. Ἄριστος τραπεζίτης καθ' ἑσπέραν τὸ τῆς ἡμέρας κέρδος ἢ ζημίαν πάντως ψηφίζει· οὐ δύναται δὲ σαφῶς γνῶναι, εἰ μὴ καθ' ὥραν ἐν τῷ πινακιδίῳ σημειοῦται. Τὰ γὰρ καθ' ὥραν λογοθέσια τὸ καθημερινὸν φωτίζουσι [φωτίζει].

1104 *Electio directoris.* — 4. Πρὸς τὰς ποιότητας ἡμῶν τῶν παθῶν, καὶ τὰς ὑποταγὰς διακρίνωμεν, καὶ ἐκλεξώμεθα πρεπόντως. Ἔστω σοι περὶ τὸ λάγνον ἀκρατῶς ἔχοντι καὶ ῥέποντι γυμναστής, ἀσκητής, καὶ ἀπαράκλητος πρὸς τροφήν, καὶ μὴ μᾶλλον θαυματοποιός, καὶ ἕτοιμος παντὶ εἰς ὑποδοχὴν καὶ τράπεζαν. Ἔστω σοι ὑψαύχενι ὄντι ὀξὺς καὶ ἀπαραχώρητος, καὶ μὴ πρᾶος καὶ φιλάνθρωπος. Μὴ ζητῶμεν προγνώστας, μηδὲ προβλέπτας, ἀλλὰ πρὸ

---

attentas preces reposcit. Ne concidas animo, quasi furto subducaris; sed habe bonum animum, mentem semper revocando.

1102 4. Sine omni cura fidendum est iis qui salutis nostrae curam in Domino susceperunt, etiamsi quandoque in speciem contraria saluti nostrae imperare videantur. Tunc enim nostra in eos fiducia velut in camino submissionis probatur. Hoc enim est verissimae fidei argumentum, cum ii, qui praeter spem sibi imperata vident, illa nihilominus sine dubitatione exsequuntur.

1103 4. Fieri non potest ut qui se opificio totum addicit, in eo non cotidie proficiat; quem quidem profectum alii sentiunt, alii vero, pro Dei providentia, non animadvertunt. Optimus ille mensarius est, qui cotidie sub vesperam lucri damnive rationes computat. Quod accurate fieri non potest, nisi per omnes horas in pugillaribus rationes adnotes. Singularum enim horarum observatio totius diei statum ostendit.

1104 4. Pro ratione vitiorum nostrorum convenienter nobis quaeramus et deligamus statum oboedientiae. Qui te ad corporis voluptates propendere sentis, virtutis magistrum, ascetam et circa victum moderatorem inexorabilem inquire, non thaumaturgum, non hospitalem et cuivis mensam apparantem. Elatus deligat rectorem tetricum, nec quidquam cedentem, sed inclementem et inhumanum. Non quaeramus qui nobis de rebus futuris oracula edant, aut multa praevideant, sed doctores qui ante omnia humilitatis exempla

---

1102. MG 88, 717 B. 1103. MG 88, 724 D. 1104. MG 88, 725 C.

πάντων πάντως ταπεινόφρονας, καὶ τῇ ἐν ἡμῖν νόσῳ ἁρμοδίους ἐκ τρόπου καὶ τοῦ καθίσματος.

Quid paenitentia? — 5. Μετάνοιά ἐστιν ἀνάκλησις βαπτίσ- 1105
ματος. Μετάνοιά ἐστι συνθήκη πρὸς Θεὸν δευτέρου βίου. Μετάνοιά ἐστι ταπεινώσεως ἀγοραστής. Μετάνοιά ἐστι σωματικῆς κατακλήσεως διηνεκὴς ἀνελπιστία. Μετάνοιά ἐστι αὐτοματόκριτος λογισμός, καὶ ἀμέριμνος αὐτομέριμνος. Μετάνοιά ἐστι θυγάτηρ ἐλπίδος, καὶ ἄρνησις ἀνελπιστίας. Μετανοῶν ἐστι κατάδικος ἀκαταίσχυντος. Μετάνοιά ἐστι διαλλαγὴ Κυρίου, διὰ τῆς τῶν ἐναντίων τοῖς πταίσμασιν ἀγαθῶν ἐργασίας. Μετάνοιά ἐστι συνειδότος καθαρισμός. Μετάνοια ἑκούσιος πάντων τῶν θλιβερῶν ὑπομονή. Μετανοῶν ἐστι δημιουργὸς οἰκείων κολάσεων. Μετάνοιά ἐστι θλίψις γαστρὸς ἰσχυρά, καὶ ψυχῆς πλῆξις ἐν αἰσθήσει κραταιᾷ.

Tristitia post culpam. — 5. Οἱ πεσόντες πρὸ πάντων μαχη- 1106
σώμεθα πρὸς αὐτόν [τὸν τῆς λύπης δαίμονα]· αὐτὸς γὰρ παρὰ τὸν καιρὸν τῆς προσευχῆς ἡμῶν παριστάμενος, καὶ τῆς προτέρας ἡμῶν παῤῥησίας ὑπομιμνήσκων καταργῆσαι ἡμᾶς τῆς εὐχῆς βούλεται. Μὴ θαμβηθῇς καθ' ἡμέραν πίπτων, μηδὲ ἀποπήδα, ἀλλὰ στῆθι ἀνδρείως, καὶ πάντως αἰδεσθήσεταί σου τὴν ὑπομονὴν ὁ φυλάσσων σε ἄγγελος. Ὡς νεαρὸν καὶ ζέον τὸ τραῦμα εὐΐατον εἶναι πέφυκε· τὰ γὰρ χρόνια καὶ ἠμελημένα καὶ κεχερσωμένα δυσίατα, καὶ πολλοῦ τοῦ κόπου, καὶ σιδήρου καὶ ξηρίου, καὶ τοῦ πυρὸς ἐνταῦθα πρὸς ἰατρείαν δεόμενα. Πολλὰ τῷ χρόνῳ ἀνίατα,

---

prae se ferant et ad morbos animi nostri se accommodent eosque curent.

5. Paenitentia est revocatio baptismatis. Paenitentia est pactum 1105
cum Deo initum de vita nova. Paenitentia est procuratrix humilitatis. Paenitentia est omnium gaudiorum corporis perpetua abdicatio. Paenitentia est sui ipsius iudex, et secura sui ipsius cura. Paenitentia est filia spei, et abnegatio desperationis. Paenitens est reus ab omni infamia liber. Paenitentia est reconciliatio cum Deo per bonorum operum peccatis contrariorum exercitationem. Paenitentia est conscientiae repurgatio. Paenitentia est voluntaria omnium afflictionum tolerantia. Paenitens est propriarum castigationum artifex. Paenitentia est grave tormentum ventris, et animae in forti sensu obiurgatio.

5. Nos qui cecidimus, ante omnia pugnemus adversus hunc 1106
[tristitiae daemonem], qui tempore, quo precandum est, astat nobis, et revocato nobis priore innocentiae statu, vult ut ab oratione desistamus. Nec percellaris, etiamsi cotidie labaris, nec concidas, sed fortiter persta, et angelus tuus tutelaris reverebitur tuam patientiam. Dum vulnus recens est et adhuc calet, facilem habet curationem; ubi tempore inveteravit et neglectum corruptumque est, aegerrime curatur, multoque labore, ferro, pharmaco, igne et cauterio indiget. Multa longo tempore in usum deducta mala sunt

---

1105. MG 88, 764 B. 1106. MG 88, 777 D.

παρὰ δὲ Θεῷ πάντα δυνατά. Πρὸ μὲν τοῦ πτώματος φιλάνθρωπον, μετὰ δὲ τὸ πτῶμα ἀπότομον τὸν Θεὸν λέγουσιν οἱ δαίμονες. Μὴ πείθου τῷ λέγοντι μετὰ τὸ πτῶμα ἐπὶ τοῖς μικροῖς ἐλαττώμασιν· Εἴθε τόδε μὴ ἐποίησας· τοῦτο γὰρ οὐδέν ἐστι. Πολλάκις γὰρ μικρὰ δῶρα πολὺν θυμὸν κριτοῦ κατέπαυσαν.

1107 *Memoria mortis.* — 6. Παντὸς λόγου προηγεῖται ἔννοια. Μνήμη δὲ θανάτου καὶ πταισμάτων προηγεῖται κλαυθμοῦ καὶ πένθους· διὸ κατὰ τὴν οἰκείαν τάξιν καὶ ἐν τῷ λόγῳ τέθειται. Μνήμη θανάτου ἐστὶ καθημερινὸς θάνατος, μνήμη δὲ ἐξόδου κάθωρος στεναγμός. Δειλία μὲν θανάτου ἐστὶν ἰδίωμα φύσεως ἐκ παρακοῆς προσγενόμενον, τρόμος δὲ θανάτου ἐστὶν ἀμετανοήτων πταισμάτων τεκμήριον. Δειλιᾷ Χριστὸς θάνατον, οὐ τρέμει, ἵνα τῶν δύο φύσεων τὰ ἰδιώματα σαφῶς ἐμφανίσῃ. Ὡς πασῶν τροφῶν ὁ ἄρτος ἀναγκαιότερος, οὕτως πασῶν ἐργασιῶν ἡ τοῦ θανάτου ἔννοια. Μνήμη θανάτου γεννᾷ ἐν μὲν τοῖς ἐν μέσῳ πόνους καὶ ἀδολεσχίας, μᾶλλον δὲ ἀτιμίας ἡδύτητα· παρὰ δὲ τοῖς ἐκτὸς θορύβου φροντίδων ἀπόθεσιν καὶ εὐχὴν διηνεκῆ καὶ νοὸς φυλακήν.... Παρὰ ἀνθρώποις οὐκ ἔστι, φησίν, οὐκ ἔστι τὴν ἐνστῶσαν ἡμέραν εὐσεβῶς διεξιέναι, εἰ μὴ αὐτὴν ἐσχάτην παντὸς τοῦ βίου λογισώμεθα. Καὶ θαῦμα ὄντως πῶς καὶ Ἕλληνές τι τοιοῦτον ἐφθέγξαντο, ἐπεὶ καὶ φιλοσοφίαν τοῦτο εἶναι ὁρίζονται, μελέτην θανάτου.

---

immedicabilia; a Deo tamen, cui nihil impossibile, curari possunt. Ante lapsum daemones Deum nobis benignum, post perpetratum peccatum inexorabilem dicunt. Ne tu credideris ei, qui tibi post gravius peccatum de minutis suggerit: Utinam hoc non fecisses; nam hoc parvum nihil est. Nam saepenumero exigua dona ingentem iudicis iram sedaverunt.

1107 6. Omne verbum praecedit cogitatio. Mortis vero et delictorum recordatio ducit hominem in lacrimas et luctum. Proinde iusto ordine haec in hoc libro sunt collocata. Mortis memoria cotidiana mors est; extremi vero exitus recordatio assiduus est gemitus. Metus mortis a natura proficiscitur ex inoboedientia natus; tremor autem mortis argumentum est animi per paenitentiam non expiati. Expavescit Christus mortem, non tremiscit, ut duarum in se naturarum proprias affectiones demonstraret. Quemadmodum omnium ciborum panis est maxime necessarius, ita omnium actionum meditatio mortis. Mortis recordatio in iis quidem, qui in medio fratrum versantur, parit labores et pias exercitationes, immo vero contemptus dulcedinem. Iis vero qui extra turbas degunt, affert curarum neglectum, et suggerit perpetuas preces mentisque custodiam.... Fieri non potest, ait quidam, fieri non potest inter mortales, ut praesentem diem religiose transigamus, nisi illum ipsum diem totius vitae supremum existimemus. Et sane permirum est, quomodo et Graeci aliquid id genus pronuntiarint, qui studium sapientiae nihil aliud esse dixerunt quam meditationem mortis.

1107. MG 88, 793 B.

Non citius eundum ad contemplationem. — 7. Μὴ πρόστρεχε 1108
θεωρίᾳ ἐν οὐ καιρῷ θεωρίας, ἵνα σου τοῦ κάλλους τῆς ταπεινώσεως καταδιώξηται καὶ καταλήψηται, καὶ εἰς αἰῶνα αἰώνων συναφθήσεταί σοι ἐν πανάγνῳ γάμῳ. Ἐν ἀρχαῖς μὲν αὐταῖς γνωρίζων ὁ νήπιος τὸν πατέρα, χαρᾶς ὅλος πεπληρωμένος γίνεται· τούτου δὲ πρὸς χρόνον οἰκονομικῶς ἀποδημοῦντος, εἶτα πάλιν ἐπιδημοῦντος, χαρᾶς ὁ παῖς καὶ λύπης ἀνάμεστος γίνεται· χαρᾶς μέν, ὡς τὸν ποθούμενον ἰδών· λύπης δέ, διὰ τὴν τοῦ τοσούτου χρόνου τοῦ καλοῦ κάλλους στέρησιν. Κρύπτει μήτηρ ἑαυτὴν τοῦ νηπίου, καὶ τούτου ἐνοδύνως ἐπιζητοῦντος αὐτὴν ὁρῶσα, τέρπεται, παιδεύουσα, αὐτὸ διηνεκῶς προσκολλᾶσθαι αὐτῇ· καὶ τὸ φίλτρον αὐτοῦ τὸ πρὸς ἑαυτὴν σφοδρῶς ἀναφλέγουσα.

Victoria irae. — 8. Ἀοργησία τοίνυν ἐστὶν ἔφεσις ἀτιμίας 1109
ἀκόρεστος, ὡς ἐν τοῖς κενοδόξοις εὐφημίας ἀπέραντος. Ἀοργησία ἐστὶ φύσεως ἧττα, ἐν ἀναισθησίαις ὕβρεων ἐξ ἀγώνων καὶ ἱδρώτων προσγινομένη. Πραότης ἐστὶν ἀκίνητος ψυχῆς κατάστασις, ἐν ἀτιμίαις καὶ εὐφημίαις ὡσαύτως ἔχουσα. Ἀρχὴ μὲν ἀοργησίας, σιωπὴ χειλέων ἐν ταραχῇ καρδίας· μεσότης δὲ σιωπὴ λογισμῶν ἐν ψιλῇ ταραχῇ ψυχῆς· τέλος δὲ πεπηγμένη γαλήνη ἐν πνοῇ ἀνέμων ἀκαθάρτων.

Gradus patientiae. — 8. Ἀρχὴ τῆς μακαρίας ἀνεξικακίας ἐν 1110
πικρίᾳ καὶ ὀδύνῃ ψυχῆς τὰς ἀτιμίας καταδέχεσθαι. Μεσότης δὲ ἀλύπως ἐν ταύταις διακεῖσθαι. Τελείωσις δέ, εἴπερ καὶ ἔστιν,

---

7. Noli praepropere affectare non suo tempore contemplationem, 1108
uti te potius ob humilitatis elegantiam insequatur et occupet, et castissimis nuptiis tibi in omnem aeternitatem copulabitur. Infans simul ac patrem agnoscit, incredibili gaudio perfunditur; parente vero ad tempus suas ob rationes peregrinante, et peregre rursum adveniente gaudio simul et maerore repletur; gaudio, quod diu desideratum videat; maerore, quod tanto tempore sereno patris aspectu fuerit privatus. Mater se ab infante subducit, et cum se videt ab eo cum dolore quaeri, magnopere delectatur, quo ipso filiolum docet, ne umquam se ab eius praesentia patiatur avelli, magisque ac magis amorem illius in se accendat.

8. Irae ergo victoria est inexplebilis ignominiae desiderium, uti 1109
contra in captatoribus vanae gloriae est immensa laudis cupido. Irae vacuitas est ruina naturae, quae nullo iam iniuriarum sensu tacta ex certaminibus et sudoribus exsistit. Mansuetudo est immotus animi status, qui nulla vel contumelia vel laude dimoveri potest. Primum irae vincendae tirocinium est silentio continere verborum impetum, quantumvis cor tumultuetur; quasi media virtus est cogitationum sedatio cum exigua adhuc animi perturbatione; absoluta demum irae victoria est inter immanium turbinum flatus tranquilla animi serenitas.

8. Initium beatae patientiae est contumelias cum animi acerbi- 1110
tate et dolore tolerare. Mediocritas est easdem sine molestia sustinere. Perfectio, si tamen exsistit, est ignominias pro laudibus

---

1108. MG 88, 813 C. 1109. MG 88, 828 C. 1110. MG 88, 832 D.

ὡς εὐφημίας ταύτας λογίζεσθαι. Χαίροις ὁ πρότερος, ἔρρωσο ὁ δεύτερος, μακάριος ἐν Κυρίῳ καὶ ἀγαλλιῶ ὁ τρίτος.... Τρεῖς ἔγωγε ὁμοθυμαδὸν ἑώρακα μοναχοὺς ἀτιμασθέντας· καὶ ὁ μὲν δέδηκται καὶ ἐσιώπησεν· ὁ δὲ ἐχάρη ἑαυτοῦ χάριν, λελύπηται δὲ περὶ τοῦ λοιδορήσαντος· ὁ δὲ τρίτος τὴν τοῦ πλησίον βλάβην ἀνατυπώσας ἐδάκρυσε θερμῶς· καὶ ἦν ἰδεῖν φόβου, καὶ μισθοῦ, καὶ ἀγάπης ἐργάτας.

1111 *Acedia.* — 13. Ἀκηδία ἐστὶ πάρεσις ψυχῆς, καὶ νοὸς ἔκλυσις, ὀλιγωρία ἀσκήσεως, μῖσος τοῦ ἐπαγγέλματος, κοσμικῶν μακαρίστρια, Θεοῦ διαβλήτωρ, ὡς ἀσπλάγχνου καὶ ἀφιλανθρώπου, ἀτονία ψαλμῳδίας, ἐν προσευχῇ ἀσθενοῦσα, ἐν διακονίᾳ σιδηρᾶ, ἐν ἐργοχείρῳ ἄοκνος, ἐν ὑπακοῇ [ἀ]δόκιμος. Ἀνὴρ ὑποτακτικὸς ἀγνώριστος, διὰ τῶν αἰσθητῶν τὰ νοητὰ κατορθωκώς. Κοινόβιον ἀκηδίας ἀντίπαλον· ἀνδρὶ δὲ ἡσυχαστῇ σύζυγος αἰώνιος, πρὸ θανάτου αὐτοῦ οὐ μὴ ἀποστήσεται· καὶ πρὸ τελευτῆς αὐτοῦ καθημέραν παλαίσει. Κέλλαν ἀναχωρητοῦ ἰδοῦσα ἐμειδίασε, καὶ προσεγγίσασα αὐτῷ πλησίον ἐσκήνωσεν. Ἰατρὸς νοσοῦντας ἕωθεν ἐπισκέπτεται· καὶ ἀκηδία ἀσκοῦντας περὶ μέσον ἡμέρας. Ξενοδοχεῖα ἀκηδίας ὑποβολή, καὶ ἐλεημοσύνας δι' ἐργοχείρων δυσωπεῖ ἐργάζεσθαι.... Ἀνδρεία ψυχὴ νοῦν ἀποθανόντα ἀνέστησεν· ἀκηδία δὲ καὶ ὀκνηρία ὅλον τὸν πλοῦτον ἐσκόρπισεν.

1112 *Ciborum varietas.* — 14. Ὁπηνίκα διαφόρων βρωμάτων ἐπιθυμεῖ ἡμῶν ἡ ψυχή, φύσεως ἴδιον ἐπιζητεῖ· διὸ μηχανῇ πρὸς

interpretari. Gaudeat primus, vivat alter, beatus triumphet in Domino postremus.... Tres ergo quondam simul religiosos vidi contumeliis affectos, quorum primus sensit quidem morsum, sed siluit; alter sua quidem causa gaudebat, sed vicem calumniantis dolebat; postremus lacrimas, et calentes quidem, pro offendente, cuius damnum videbat, profundebat. Ubi simul licuit spectare tres virtutis athletas: timoris, mercedis et caritatis.

1111 13. Acedia est animi remissio, mentis enervatio, neglectus religiosae exercitationis, odium professionis, laudatrix rerum saecularium, calumniatrix Dei, tamquam duri et immitis. Languida est in psalmodia, ad preces infirma, ferrea ad ministeria, impigra ad labores externos, ficta ad parendum. Vir oboediens nescit quid sit ignavia, per actiones externas mentem perficit. Coenobium repugnat acediae. Virum solitarium ubique comitatur acedia, nec ante mortem illum deserit, sed ad finem usque vitae cotidie oppugnat. Ubi anachoretae cellam videt, subridet, et propius accedens, iuxta illum sedem ponit. Medicus aegros mane invisit; acedia religiosos sub meridiem. Acedia gaudet frequentia hospitum, et monet anachoretam, ut operae pretium faciat, quo possit eleemosynas largiri.... Generosa mens emortuum animum in vitam revocat; acedia vero et ignavia totum virtutis thesaurum dissipat.

1112 14. Quando mens nostra varias ciborum delicias esurit, quaerit id quod naturae proprium est; proinde ingenio singulari contra

1111. MG 88, 860 A. 1112. MG 88, 865 B.

τὴν παμμήχανον χρησόμεθα· εἴπερ μή, βαρύτατος παρέστη πόλεμος ἢ πτώματος εὐθύναι. Περικόψομεν τέως τὰ λιπαίνοντα, εἶτα τὰ ἐκκαίοντα, εἶθ' οὕτως τὰ ἡδύνοντα. Εἰ δυνατόν, δίδου τῇ σῇ κοιλίᾳ τροφὴν ἐμπιπλῶσαν καὶ εὔπεπτον· ἵνα διὰ μὲν τῆς πλησμονῆς τὴν ἄπληστον αὐτῆς γνώμην ἀποστήσωμεν· διὰ δὲ τῆς ταχείας διαπνεύσεως, τῆς πυρώσεως ὡς μάστιγος λυτρωθῶμεν.

Malus gulae spiritus. — 14. Γίνωσκε, ὅτι περ πολλάκις ὁ 1113
δαίμων τῷ στομάχῳ καθέζεται, καὶ μὴ κορέννυσθαι τὸν ἄνθρωπον παρασκευάζει, κἂν πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον φάγῃ καὶ τὸν Νεῖλον ποταμὸν πίῃ. Μετὰ τὴν τροφὴν ἀναχωρεῖ ὁ ἀνόσιος, καὶ τὸν τῆς πορνείας ἡμῖν ἀποστέλλει, ἀπαγγείλας αὐτῷ τὸ γενόμενον· Κατάλαβε, λέγων, θορύβησον αὐτόν· τῆς κοιλίας γὰρ ἐμπεφορημένης κοπωθήσῃ. Ἐλθὼν ἐμειδίασε, καὶ τῷ ὕπνῳ δήσας ἡμῶν χεῖρας καὶ πόδας, πάντα λοιπὸν ὅσα ἠθέλησεν, ἐποίησεν, τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα ἐν μολυσμοῖς, καὶ φαντασίαις, καὶ ἐκκρίσεσι καταμιάνας. Θαῦμα ἰδέσθαι νοῦν ἀσώματον ὑπὸ σώματος μολυνόμενον καὶ σκοτούμενον· καὶ πάλιν διὰ πηλοῦ τὸ ἄϋλον ἀνακαθαιρόμενον καὶ λεπτυνόμενον. Ἐὰν τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ὁδὸν ὁδεύειν τῷ Χριστῷ συνετάξω, στένωσον τὴν γαστέρα· ταύτης γὰρ θεραπευομένης καὶ πλατυνομένης, τὰς συνθήκας ἠθέτησας.

Quomodo manducandum ad exemplum Domini. — 14. Ἐν 1114
τραπέζῃ ἐδεσμάτων ἀνακλινόμενος, μνήμην θανάτου καὶ κρίσεως εἰς μέσον ἄγε· μόλις γάρ, κἂν οὕτως μικρὸν πάθος ἐμποδίσῃς.

ingeniosissimam gulam utendum est; quod nisi fiat, gravissimum nobis faciet bellum, aut ruinae laqueos intendet. Primum ergo removeamus cibos qui nimium saginant, deinde qui corpus inflammant, postea suaves. Si fieri potest, praebe ventri alimenta quae illum impleant et facile digerantur, ut per satietatem inexplebilem eius aviditatem expleas; per celerem eius secretionem ab ardore nimio tamquam a flagello liberabimur.

14. Scias daemonem stomacho insidere ut satiari homo non 1113
possit, etiamsi totam Aegyptum devoraret, et totum Nilum exhauriret. Post repletum ventrem discedit impius, et immittit in nos impuritatis spiritum statumque illi exponit. Occupa, inquit, illum, et perturba; ventre enim distento, nullo illum negotio vinces. Ergo veniens ridet, et primum per somnum vinctis manibus et pedibus, deinde quidquid libet facit, animamque simul et corpus foedis sordibus et phantasmatis obscenisque humoribus inquinat. Stupendum est videre mentem incorpoream a corpore tamen inquinari et obscurari; et contra per caenum, id quod sine materia est, rursum purgari et extenuari. Si Christo per angustam et asperam viam ambulando adhaesurum te promisisti, coerce ventrem tuum; hunc enim si bene curaveris et saginaveris, pacta rescidisti.

14. Ubi ad capiendum cibum accubueris, in medio pone mortis 1114
et iudicii memoriam; aegre enim vel sic modice gulam refrenabis.

1113. MG 88, 868 C. 1114. MG 88, 868 D.

Τὸ πόμα πίνων, τοῦ ὄξους καὶ τῆς χολῆς τοῦ σοῦ Δεσπότου μὴ παύσῃ ἐννοῶν· καὶ πάντως ἢ ἐγκρατεύσῃ, ἢ στενάξεις, ἢ καὶ ταπεινότερον ποιήσεις τὸ φρόνημα.

1115 *Castitas.* — 15. Ἁγνεία ἐστὶν φύσεως ὑπὲρ φύσιν ὑπερφυὴς ἄρνησις, καὶ ἀσωμάτων σώματος θνητοῦ καὶ φθαρτοῦ παράδοξος ὄντως ἅμιλλα· ἁγνός ἐστιν ὁ ἔρωτι ἔρωτα διακρουσάμενος, καὶ πῦρ πυρὶ ἀΰλῳ ἀποσβέσας. Σωφροσύνη ἐστὶν καθολικὴ πασῶν τῶν ἀρετῶν ἐπωνυμία. Σώφρων ἐστὶν ὁ ἐν αὐτοῖς τοῖς ὕπνοις μηδεμίαν κίνησιν τῆς προσούσης αὐτῷ καταστάσεως αἰσθόμενος· σώφρων ἐστὶν ὁ τελείαν ἀναισθησίαν ἐπὶ διαφορᾷ σωμάτων διὰ παντὸς κτησάμενος. Οὗτος κανὼν καὶ ὅρος τῆς τελείας καὶ πανάγνου ἁγνείας, τὸ ὡσαύτως ἐν ἐμψύχοις τε καὶ ἀψύχοις, λογικοῖς τε καὶ ἀλόγοις διακεῖσθαι. Μηδεὶς τῶν ἁγνείαν ἐξησκηκότων ἑαυτῷ τὴν ταύτης κτῆσιν λογίσοιτο· τὴν γὰρ φύσιν αὐτὴν νικῆσαι τῶν οὐκ ἐνδεχομένων ἐστίν· ὅπου φύσεως ἧττα γέγονεν, ἐκεῖ τοῦ ὑπὲρ φύσιν παρουσία ἐπέγνωσται.... Ὑποκρίνεται μὲν ἀλώπηξ ὕπνον, δαίμων δὲ καὶ σωφροσύνην· ἀλλ' ἡ μὲν ἵνα ὄρνυν ἀπατήσῃ, ὁ δὲ ἵνα ψυχὴν ἀπολέσῃ. Μὴ πιστεύσῃς τῷ πηλῷ ἐν τῇ ζωῇ σου· καὶ μὴ θαῤῥήσῃς αὐτῇ ἄχρι Χριστῷ ὑπαντήσεις· μὴ θάρσει ἐξ ἐγκρατείας μὴ πίπτειν· μηδὲ γὰρ ἐσθίων τις ἐξ οὐρανοῦ ἐῤῥίφη. Ἀποταγήν τινες γνωστικοὶ καλῶς ὡρίσαντο λέγοντες ταύτην ἔχθραν πρὸς σῶμα καὶ μάχην πρὸς κοιλίαν. Ἐν μὲν τοῖς εἰσαγωγικοῖς ἐκ τρυφῆς τὰ πτώματα ἐπίπαν πεφύκασι γίνεσθαι τὰ τοῦ σώματος· ἐν δὲ

Ubi poculum bibiturus sumpseris, aceti et fellis Domini tui numquam oblivisceris, et omnino vel moderate bibes vel ingemisces, vel certe humilior evades.

1115 15. Castitas est eximia naturae supra naturam negatio vereque admirandum corporis mortalis cum immortalibus angelis certamen. Castus autem amorem amore pellit, et ignem corporis igne spiritus exstinguit. Temperantia est commune omnium virtutum cognomen. Temperans est ille qui ne in somno quidem ullum corporis sibi coniuncti motum sentit; temperans est qui nullum penitus in corporum varietate discrimen ullo sensu percipit. Haec regula est descriptioque perfectae et purissimae castitatis, perinde affici erga animata quam inanima, erga homines quam animantes. Nemo eorum qui ascesi castimoniam adepti sunt, eam possessionem sibi attribuat. Vincere enim naturam non est naturae nostrae; victa autem natura certum est adesse auctorem naturae.... Vulpes somnum simulat, daemon autem pudicitiam: ille ut aves capiat, hic ut animam perdat. Numquam, dum vives, credas luto corporis tui, nec fidas illi donec sistaris Christo; nec persuadeas tibi te propter abstinentiam tuam non casurum; nam fuit qui nihil umquam gustavit, et tamen e caelo deiectus est. Abdicationem sapientes definierunt aliud nihil esse quam odium erga proprium corpus et pugnam adversus ventrem. Lapsus carnis in religiosis tironibus ut plurimum solent fieri deliciarum causa; in iis qui iam profecerunt,

1115. MG 88, 880 D.

μέσοις, καὶ ἐξ ὑψηλοφροσύνης, πλὴν ὅτι καὶ ἐν εἰσαγωγικοῖς· ἐν τοῖς δὲ τῇ τελειότητι προσεγγίζουσι, καὶ ἐκ τοῦ κατακρίνειν τοῦ πλησίον καὶ μόνον.... Ἁγνεία Θεοῦ οἰκείωσις καὶ ὁμοίωσις κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώποις. Μήτηρ μὲν γλυκύτητος, γῆ καὶ δρόσος· μήτηρ δὲ ἁγνείας, ἡσυχία σὺν ὑπακοῇ.... Ὁ μετὰ γαστριμαργίας καὶ κόρου τὸν τῆς πορνείας νικῆσαι βουλόμενος δαίμονα, ὅμοιός ἐστι τῷ μετὰ ἐλαίου σβεννύοντι ἐμπρησμόν. Ὁ μετὰ ἐγκρατείας καὶ μόνης πόλεμον δοκιμάσας καταπαῦσαι, ὅμοιός ἐστι τῷ μιᾷ χειρὶ νηχομένῳ, καὶ πελάγους λυτροῦσθαι φιλονεικοῦντι. Σύζευξον ἐγκρατείᾳ ταπείνωσιν· ἐκτὸς γὰρ τῆς δευτέρας ἡ προτέρα ἀνωφελὴς εὑρίσκεται.

Religiosa paupertas. — 17. Ἀκτημοσύνη ἐστὶ φροντίδων ἀπό- 1116
θεσις, ἀμεριμνία βίου, ὁδοιπόρος ἀνεμπόδιστος, πίστις ἐντολῶν, λύπης ἀλλότριος. Ἀκτήμων μοναχὸς δεσπότης κόσμου, τῷ Θεῷ τὴν φροντίδα πιστεύων, καὶ διὰ πίστεως πάντας δούλους κεκτημένος· οὐκ ἐρεῖ ἀνθρώπῳ περὶ χρείας αὐτοῦ· τὰ δὲ ἐρχόμενα ὡς ἐκ χειρὸς Κυρίου δέξεται. Ἀκτήμων ἐργάτης, ἀπροσπαθείας υἱός, τὰ προσόντα αὐτῷ ὡς μὴ ὄντα λογιζόμενος, ἀναχωρήσεως καταλαβούσης ἡγήσατο πάντα σκύβαλα. Εἰ δὲ λυπεῖται ἔν τινι, οὔπω ἀκτήμων γέγονεν. Ἀκτήμων ἀνὴρ ἐν προσευχῇ καθαρός, ὁ δὲ φιλοκτήμων εἰκόνας ὕλης προσεύχεται.

Daemones in oratione. — 18. Ἐπιτηρήσωμεν καὶ εὑρήσομεν 1117
τῆς πνευματικῆς σάλπιγγος σημαινούσης ὁρατῶς μὲν ἀθροιζομένους ἀδελφούς, ἀοράτως δὲ συναγομένους τοὺς ἐχθρούς· διὸ

ex animi quoque elatione, quamquam et novitiis id soleat usu venire; in iis qui iam ad perfectionem aspirant, tantum ex eo quod soleant alios temere iudicare.... Castitas nos Deo familiares, et quantum humana natura patitur, similes efficit. Procreatrix dulcedinis est terra irrigata rore; castitatis parens est religiosa quies cum oboedientia coniuncta.... Qui satur ventre bene saginato vult spiritum luxuriae vincere, prorsus facit, quod is qui incendium conatur oleo exstinguere. Qui sola abstinentia bellum hoc componere sibi posse videtur, imitatur illum qui una manu e pelagi fluctibus natando conatur eluctari. Coniunge cum abstinentia humilitatem; sine altera enim prima nihil proficit.

17. Paupertas est curarum abdicatio, libera a curis vitae, via- 1116
trix expedita, observantia praeceptorum, ab omni molestia aliena. Pauper religiosus est dominus mundi, qui omnes curas reiecit in Deum, quippe per fidem omnes suos efficit servos. Ubi re aliqua egebit, non dicet homini; quae vero illi praebentur, tamquam e manu Domini recipiet. Pauper religiosus alumnus est tranquillitatis animi, qui non magis curat praesentia quam absentia, solitudinem ingressus omnia arbitrabitur ut stercora. Quod si quapiam re indigens doleat, nondum est pauper. Vir pauper puras Deo preces sternit; avarus simulacra rerum in oratione quaerit.

18. Observemus et intellegemus, signo sacrae tubae canente, 1117
palam cogi fratrum coetus, in occulto autem hostes concurrere,

1116. MG 88, 928 B. 1117. MG 88, 937 B.

οἱ μὲν ἐπὶ τὴν κλίνην ἐπιστάντες μετὰ τὴν ἀνέγερσιν, πάλιν ἡμᾶς ἐπὶ ταύτην ἀνακλιθῆναι ὑποτίθενται· Μεῖνον, λέγοντες, ἄχρι συμπληρώσεως τῶν προοιμιακῶν ὕμνων, εἶθ' οὕτως ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πορεύσῃ. Οἱ δὲ ἐν τῇ προσευχῇ παρισταμένους τῷ ὕπνῳ καταβαπτίζουσιν. Ἕτεροι τὴν γαστέρα παρὰ τὴν συνήθειαν ἐπιτεταμένως νύττουσιν· ἄλλοι συντυχίας ποιεῖν ἐν τῷ Κυριακῷ προτρέπονται· ἄλλοι τὸν νοῦν εἰς λογισμοὺς αἰσχροὺς ὑποσύρουσιν· ἕτεροι δὲ τῷ τοίχῳ ἡμᾶς, ὡς ἐξατονήσαντας ἀνακλίνουσιν· ἔστι δὲ ὅτε καὶ χάσμαις πλείοσι περιβάλλουσι· τινὲς μὲν αὐτῶν γέλωτα πολλάκις ἐν τῷ τῆς προσευχῆς καιρῷ γενέσθαι ἐποίησαν, ἵνα δι' ἐκείνου τὸν Θεὸν καθ' ἡμῶν εἰς ἀγανάκτησιν διεγείρωσιν· ἄλλοι σπεύδειν ἡμᾶς ἐν τῇ ἐκ ῥᾳθυμίας βιάζονται· ἄλλοι σχολαιότερον ψάλλειν ἐκ φιληδονίας προτρέπονται. Ἔστι δὲ ὅτε καὶ τῷ στόματι παρακαθήμενοι, κεκλεισμένον τοῦτο καὶ δυσάνοικτον ἀπεργάζονται. Ὁ Θεῷ παρίστασθαι λογιζόμενος, ἐν αἰσθήσει καρδίας, ἐν προσευχῇ στύλος ἀκίνητος εὑρεθήσεται, ὑπ' οὐδενὸς τῶν προειρημένων ἐμπαιζόμενος.

1118 *Timiditas.* — 21. Δειλία ἐστὶ νηπιῶδες ἦθος ἐν γηραλέᾳ κενοδόξῳ ψυχῇ· δειλία ἐστὶν ἐκτροπὴ πίστεως ἐπὶ προσδοκίᾳ ἀδοκήτων· φόβος ἐστὶ προμελετώμενος κίνδυνος. Ἢ πάλιν φόβος ἐστὶ σύντρομος αἴσθησις καρδίας περὶ ἀδήλων συμφορῶν κλονουμένη, καὶ ἀσχάλλουσα· φόβος ἐστὶ πληροφορίας στέρησις. Ὑπερήφανος ψυχή ἐστι δειλίας δούλη ἐφ' ἑαυτῇ πεποιθυῖα, καὶ κτύπους κτισμάτων καὶ σκιὰς δεδιῶσα. Οἱ μὲν πενθοῦντες καὶ ἀπηλγηκότες δειλίαν οὐ κέκτηνται· ἔκστασιν δὲ πολλάκις δειλαινό-

qui ad lectum astant, et nos, postquam evigilavimus, rursum conantur in lectum deicere. Mane, inquiunt, tantisper, dum primi psalmodiae hymni absolvantur, et tum satis adhuc mature ad ecclesiam descendes. Alii precibus vacantes circumstant, ut somno mergant. Alii praeter morem alvum vehementius urgent; alii nos ad fabulas in templo conserendas incitant; alii mentem ad impuras cogitationes pertrahunt; alii nos in parietem veluti exhaustos inclinant; alii crebris nos oscitationibus fatigant; nonnulli risum etiam ipso precandi tempore nobis movent, ut irati numinis indignationem adversus nos concitent; alii nos ad praecipitandos psalmorum versus ex ignavia impellunt; alii ut tardius cum quadam delectatione pronuntiemus hortantur; alii denique quasi os obsiderent, occludunt ut aegre labia aperiamus. Qui Deo assistere se cogitat, in intimo sensu cordis inter preces tamquam immobilis columna reperietur, nulla re eorum quae sunt enarrata delusus.

1118 21. Timiditas est puerilis in senili et vanae gloriae obnoxia anima affectus; timiditas est defectio fidei ex rerum inopinatarum exspectatione nata; metus est praemeditatum periculum. Aut metus est trepidus cordis sensus ex incertis calamitatibus conceptus et afflictus; timor est confidentiae perfectae privatio. Anima superba est serva timiditatis sibi praefidens et ad sonum ipsius umbrae pavens et tremens. Qui vere lugent et dolere desierunt, pavorem

1118. MG 88, 945 B.

μενοι ὑπομεμενήκασι· καὶ εἰκότως. Δικαίως γὰρ τοὺς ὑπερηφάνους ἐγκαταλιμπάνει Κύριος, ἵνα καὶ οἱ λοιποὶ παιδευθῶμεν μὴ ἐπαίρεσθαι. Πάντες μὲν οἱ δειλιῶντες κενόδοξοι· οὐ πάντες δὲ οἱ μὴ δειλιῶντες ταπεινόφρονες, ἐπεὶ καὶ λῃσταὶ καὶ τυμβωρύχοι οὐ δειλιαίνονται ὡς ἔτυχεν. Ἐν οἷς ἐκδειματοῦσθαι εἴωθας τόποις ἀωρίᾳ μὴ ὄκνει παραγίνεσθαι. Εἰ δὲ ὑποχαλάσεις ὀλίγον, συγγηράσει σοι τοῦτο τὸ νηπιῶδες πάθος καὶ γελοῖον. Πορευόμενος, προσευχῇ ὁπλίζου· καταλαβών, τὰς χεῖρας διαπέτασον, Ἰησοῦ ὀνόματι μάστιζε πολεμίους· οὐ γάρ ἐστιν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς ἰσχυρότερον ὅπλον. Ἀπαλλαγεὶς τῆς νόσου ἀνύμνει τὸν λυτρωσάμενον· εὐχαριστούμενος γὰρ εἰς αἰῶνα σκεπάσει σε.

Superbia et vana gloria. — 22. Τινὲς μὲν ἰδιαιρέτῳ τάξει 1119
καὶ λόγῳ τὴν κενοδοξίαν παρὰ τὴν ὑπερηφανίαν φιλοῦσιν ὁρίζειν· ὅθεν καὶ ὀκτὼ τοὺς τῆς κακίας λογισμοὺς πρωτεύοντας καὶ ἐπιτρόπους λέγουσιν εἶναι. Ὁ δὲ Θεολόγος Γρηγόριος καὶ ἕτεροι ἑπτὰ πάλιν τούτους ἐξέδωκαν· οἷς ἔγωγε μάλιστα συντίθεσθαι πείθομαι. Τίς γὰρ κενοδοξίαν νικήσας ὑπερηφανίαν κέκτηται; Τοσαύτην δὲ μόνον πρὸς ἀλλήλας τὴν διαφορὰν κέκτηνται, ὅσην ἔχει τῇ φύσει ὁ παῖς παρὰ τὸν ἄνδρα, καὶ ὁ σῖτος παρὰ τὸν ἄρτον. Ἀρχὴ μὲν γὰρ τὸ πρότερον, τέλος δὲ τὸ δεύτερον.... Σκώληξ πολλάκις αὐξηθεὶς πτεροφυήσας ἀνηνέχθη εἰς ὕψος, καὶ κενοδοξία τελεσθεῖσα ὑπερηφανίαν ἔτεκε, τὴν πάντων τῶν κακῶν ἀρχηγὸν καὶ τελειωτήν.

abiecerunt; pavidi vero saepe in mentis stuporem incidunt, nec sane immerito. Iuste enim Deus superbos derelinquit, uti nos ceteri erudiamur neque extollamur. Omnes quidem timidi sunt vanae gloriae obnoxii; sed non omnes timoris expertes sunt humiles; nam et latrones et violatores sepulcrorum aliquando non timent. Quibus in locis terreri soles, haec intempesta nocte adire nil cuncteris. Si vero vel modicum indulseris, puerilis hic et ridiculus affectus tecum consenescet. Ad illa loca progrediens, vade precibus armatus; quando eo perveneris, passis manibus implorato nomine Iesu hostes caede; neque enim in caelo neque in terra sunt potentiora arma. Ubi evaseris ex hoc morbo, gratulare liberatori tuo; cui enim gratias egeris, ille proteget te semper.

22. Sunt qui seorsum ab superbia, singulari capite et sermone 1119
de vana gloria solent tractare, unde et octo capitalia et primaria vitia affirmant. Sed Gregorius theologus et alii septem dumtaxat descripsere, ad quorum sententiam meam quoque adiungo. Etenim quis vanae gloriae victor superbiae sit obnoxius? Differunt autem inter se tantum, quantum puer a viro, et frumentum a pane. Vana gloria est initium, superbia finis.... Vermis dum crescit, alis tandem natis in sublime tollitur, et vana gloria ubi ad supremum gradum pervenit, superbiam parit omnium malorum effectricem et perfectricem.

1119. MG 88, 948 D.

1120 *Monachus et superbia.* — 23. Μοναχὸς κυρίως ἐστὶν ἀμετεώριστον ὄμμα ψυχῆς, καὶ ἀκίνητος σώματος αἴσθησις. Μοναχός ἐστιν ὁ τοὺς πολεμίους, δίκην θηρῶν, προσκαλούμενος, καὶ ἐρεθίζων ἐν τῷ φεύγειν ἀπ' αὐτοῦ. Μοναχός ἐστιν ἀδιάστατος ἔκστασις, καὶ λύπη ζωῆς. Μοναχός ἐστιν ὁ ποιωθεὶς ταῖς ἀρεταῖς, ὡς ἄλλος ταῖς ἡδοναῖς. Μοναχός ἐστιν ἄληκτον φῶς ἐν ὀφθαλμῷ καρδίας. Μοναχός ἐστιν ἄβυσσος ταπεινώσεως, ἐν αὐτῇ πᾶν πνεῦμα κρημνίσας καὶ ἀποπνίξας. Λήθην πταισμάτων τῦφος ἐργάζεται· ἐκείνων γὰρ μνήμη ταπεινοφροσύνης πρόξενος. Ὑπερηφανία ἐστὶν ἐσχάτη πενία ψυχῆς· πλοῦτον ἐν σκοτείᾳ οἰομένη οὐ μόνον προβαίνειν οὐκ ἐᾷ ἡ μιαρά, ἀλλὰ καὶ τοῦ ὕψους ἀποῤῥίπτει. Ὑπερηφανία ἐστὶ ῥοιὰ ἔσωθεν σεσηπυῖα, ἔξωθεν δὲ τῇ ὥρᾳ ἀποστίλβουσα. Μοναχὸς ὑπερήφανος οὐ δεηθήσεται δαίμονος· αὐτὸς γὰρ λοιπὸν ἑαυτῷ δαίμων καὶ πολέμιος γέγονεν· ἀλλότριον μὲν τοῦ φωτὸς τὸ σκότος· ἀλλότριος δὲ καὶ ὑπερήφανος παντοίας ἀρετῆς. Ἐν ὑπερηφάνων καρδίαις γεννηθήσονται βλασφημίας ῥήματα· ἐν ταπεινῶν δὲ ψυχαῖς, οὐράνια θεωρήματα. Βδελύττεται ἥλιον κλέπτης, ὑπερήφανος δὲ πραεῖς ἐξουδενώσει.

1121 *Mansuetudo.* — 24. Πραΰτης ἐστὶν ἀμετάθετος νοὸς κατάστασις, ἐν τιμαῖς καὶ ἀτιμίαις ὡσαύτως ἔχουσα. Πραΰτης ἐστὶν ἐν ταραχαῖς τοῦ πλησίον ἀνεπαισθήτως καὶ εἰλικρινῶς ὑπὲρ αὐτοῦ προσεύχεσθαι. Πραΰτης ἐστὶν ὑπερκειμένη τῆς τοῦ θυμοῦ θαλάττης πέτρα, πάντα τὰ προσρήσσοντα κύματα διαλύουσα, καὶ οὐδαμῶς κλόνον ὑπομένουσα. Πραΰτης ἐστὶν ὑπομονῆς

1120 23. Monachus proprie ille est, qui mentis oculum numquam extollit, et corporis sensum immotum custodit. Monachus est qui hostes, ferarum ritu, ad pugnam provocat et irritat, dum illae profugiunt ab eo. Monachus est perpetuus mentis excessus et vitae luctus. Monachus ita virtutibus est affectus, ut alius voluptatibus corruptus. Monachus est inexstinctum in oculo cordis lumen. Monachus est infinitum humilitatis profundum, quo omnis improbus spiritus hauritur et suffocatur. Superbiae fumus peccatorum memoriam delet, quorum recordatio parit humilitatem. Superbia est extrema animae inopia; sibi divitias in tenebris fingens, illa pestis non solum progredi non sinit ascendentem, sed ex alto etiam deturbat. Superbia malum est intus putre, foris nitens et florens. Monachus superbus non indiget alio daemone; ipse enim sibi est iam daemon et hostis factus; ut tenebrae alienae sunt ab luce, ita superbus ab omni virtute est alienus. In corde superborum nascuntur blasphema verba; in corde humilium, caelestes illustrationes. Uti solem fur aversatur, ita superbus mansuetos contemnit.

1121 24. Mansuetudo est immutabilis animi status, qui in honoribus et contumeliis aequanimiter se conservat. Mansuetudo est pro aliis te perturbantibus sine perturbatione et ex animo precari. Mansuetudo est prominens adversus iram maris rupes, quae omnes illisos fluctus dissolvit ac frangit nec ipsa movetur ullatenus. Mansuetudo

1120. MG 88, 969 A. 1121. MG 88, 980 D.

στήριγμα, ἀγάπης θύρα, μᾶλλον δὲ μήτηρ, διακρίσεως ὑπόθεσις· «διδάξει γάρ, φησί, Κύριος πραεῖς ὁδοὺς αὐτοῦ» [Ps 24, 9]· ἀφέσεως πρόξενος, παῤῥησία ἐν προσευχῇ, Πνεύματος Ἁγίου χωρίον· «ἐπὶ τίνας γὰρ ἐπιβλέψω, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὸν πρᾶον καὶ ἡσύχιον;» [Is 66, 2.] Πραΰτης ὑπακοῆς συνεργός, ἀδελφότητος ὁδηγός, μαινομένων χαλινός, θυμουμένων ἐκκοπή, καὶ χαρᾶς χορηγός· Χριστοῦ μίμημα, ἀγγέλων ἰδίωμα, δαιμόνων δεσμός, καὶ πικρίας θυρεός. Ἐν καρδίαις πραέων ἐπαναπαύσεται Κύριος· ψυχὴ δὲ ταραχώδης διαβόλου καθέδρα· «Οἱ πραεῖς κληρονομήσουσι γῆν» [Mt 5, 4]· μᾶλλον δὲ κατακυριεύσουσι γῆς· μεμηνότες δὲ ἄνδρες ἐκπορθοῦνται ἀπὸ γῆς αὐτῶν. Ψυχὴ πραεῖα, θρόνος ἁπλότητος· νοῦς δὲ ὀργίλος δημιουργὸς πονηρίας.

Discretio. — 26. Διάκρισίς ἐστιν ἐν μὲν τοῖς εἰσαγομένοις ἡ 1122
τῶν καθ' ἑαυτοὺς ἀληθὴς ἐπίγνωσις· ἐν τοῖς δὲ μέσοις ἡ τὸ κυρίως ἀγαθὸν ἐκ τοῦ φυσικοῦ καὶ τοῦ ἐναντίου ἀπταίστως διακρίνουσα νοερὰ αἴσθησις· ἐν τοῖς δὲ τελείοις ἡ διὰ θείας ἐλλάμψεως ἐνυπάρχουσα γνῶσις, ἥτις καὶ τὰ ἐν ἄλλοις σκοτεινῶς ἐνυπάρχοντα τῷ ἑαυτῆς λύχνῳ καταφωτίζειν ἰσχύουσα. Ἢ τάχα καθολικῶς τοῦτο καὶ ἔστι καὶ γνωρίζεται διάκρισις, ἡ τοῦ θείου θελήματος ἀσφαλὴς κατάληψις ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ τόπῳ, καὶ πράγματι, ἥτις ἐνυπάρχει μόνοις τοῖς καθαροῖς τῇ καρδίᾳ, καὶ τῷ σώματι, καὶ τῷ στόματι.

Tres gradus vitae spiritualis. — 26. Γνώριμα καθεστήκασι 1123
τοῖς γράμματα παιδευομένοις, ποῖα μὲν εἰσαγομένων, ποῖα δὲ μέσων, ποῖα δὲ διδασκάλων τυγχάνουσι τὰ μαθήματα. Πρόσχωμεν

est stabilimentum patientiae, caritatis ianua, immo vero parens, prudentiae argumentum: *docebit* enim, inquit Dominus, *mites vias suas;* procuratrix veniae peccatorum, fiducia in precibus, Spiritus Sancti domicilium: *super quos enim respiciam, nisi super mansuetum et quietum?* Mansuetudo est adiutrix oboedientiae, dux religiosae societatis, furentium frenum, irascentium expultrix, magistra gaudii, imitatrix Christi, caelitum proprietas, vinculum daemonum, scutum adversus amaritudinem. In cordibus mansuetorum requiescet Dominus. Anima autem turbulenta nidus est diaboli: *Mites hereditabunt terram,* vel potius dominabuntur terrae, furiosi autem exterminabuntur a terra sua. Anima mansueta est thalamus simplicitatis; animus autem iracundus est architectus improbitatis.

26. Discretio in tironibus est vera status sui interioris cognitio; 1122
in proficientibus est sensus quidam animi, qui bonum proprie dictum a physico et eius contrario sine errore diiudicat; in perfectis est cognitio, ex divina illustratione orta, quaeque et in aliis obscura suo lumine illustrare potest. Aut fortasse generatim hoc et est et intellegitur esse discretio, divinae nimirum voluntatis firma comprehensio, quovis tempore, quocumque in loco et negotio, quam tantum possident mundi corde, corpore et ore.

26. Norunt omnes litterati, quae disciplinae rudibus, quae pro- 1123
ficientibus, quae ipsis magistris conveniant. Diligenter attendamus,

1122. MG 88, 1013 A. 1123. MG 88, 1017 A.

νουνεχῶς, μήπως ἐν τῇ μαθήσει χρονίσαντες, ἔτι ἐν τοῖς εἰσαγωγικοῖς διατρίβωμεν ἐπαγγέλμασι· ὅπερ αἰσχύνη πᾶσι γνωρίζεται γηραλέον ἰδέσθαι εἰς παιδευτήριον πορευόμενον. Ἀρίστη πᾶσιν ἀλφάβητος αὕτη· Α ὑπακοή, Β νηστεία, Γ σάκκος, Δ σποδός, Ε δάκρυα, Ζ ἐξομολόγησις, Η σιωπή, Θ ταπείνωσις, Ι ἀγρυπνία, Κ ἀνδρεία, Λ ψύχος, Μ κόπος, Ν ταλαιπωρία, Ξ ἐξουδένωσις, Ο συντριβή, Π ἀμνησικακία, Ρ συναδελφία, Σ ἠπιότης, Τ πίστις ἁπλῆ καὶ ἀπερίεργος, Υ ἀμεριμνία κόσμου, Φ μῖσος ἄμισον γονέων, Χ ἀπροσπάθεια, Ψ ἁπλότης σὺν ἀκακίᾳ, Ω ἑκούσιος εὐτέλεια. Κατάληψις καὶ ψῆφος προκοπτόντων ἀκενοδοξία, ἀοργησία, εὐελπιστία, ἡσυχία, διάκρισις, κρίσεως μνήμη παγία, εὐσπλαγχνία, φιλοξενία, νουθεσία σύμμετρος, προσευχὴ ἀπαθής, ἀφιλαργυρία. Οὗτος ὅρος, λόγος τε καὶ νόμος πνευμάτων καὶ σωμάτων ἐν σαρκὶ εὐσεβῶς τελειουμένων· ἀναιχμαλώτιστος Α καρδία, Β τετελειωμένη ἀγάπη, Γ ταπεινοφροσύνης πηγή, νοὸς Δ ἐκδημία, Χριστοῦ Ε ἐνδημία, φωτὸς καὶ Ζ προσευχῆς ἀσυλία, ἐλλάμψεως Η Θεοῦ περιουσία, πόθος Θ θανάτου, μῖσος Ι ζωῆς, φυγὴ Κ σώματος, κόσμου Λ πρέσβυς, Θεοῦ Μ βιαστής, ἀγγέλων Ν συλλειτουργός, γνώσεως Ξ ἄβυσσος, μυστηρίων Ο οἶκος, ἀῤῥήτων Π φύλαξ, ἀνθρώπων Ρ σωτήρ, δαιμόνων Σ θεός, παθῶν Τ κύριος, δεσπότης Υ σώματος, φύσεως Φ ἐπίτροφος, ἁμαρτίας Χ ξένος, ἀπαθείας Ψ οἶκος, μιμητὴς Ω Δεσπότου, ἐκ βοηθείας Δεσπότου, οὐ μικρᾶς ἡμῖν. Ὅτε τὸ σῶμα νοσεῖ, χρεία τῆς νήψεως.

ne diu litteris immorati adhuc in rudimentis deprehendamur, quod omnibus turpe non ignoratur, videre senem in ludum litterarium itantem. Optimum omnium elementorum alphabetum hoc est: A oboedientia, B ieiunium, C cilicium, D cinis, E lacrimae, F confessio, G silentium, H humilitas, I vigiliae, K fortitudo, L frigus, M labor, N aerumna, O contemptus, P contritio, Q iniuriarum oblivio, R fraterna caritas, S lenitas, T fides simplex et incuriosa, U mundi neglectus, X parentum odium minime odiosum, Y liber ab omnibus rebus affectus, Z simplicitas cum innocentia coniuncta et voluntaria vilitas. Proficientium vero sors et ratio est de inani gloria et iracundia victoria, bona spes salutis, quies animi, discretio, firma iudicii extremi memoria, misericordia, hospitalitas, modesta obiurgatio, oratio omni vitioso carens affectu, contemptus pecuniae. Perfectorum ratio, finitio, et lex animorum et corporum religiose in carne versantium haec est: Cor A ab omni captivitate liberum, perfecta B caritas, fons C humilitatis, mentis D emigratio, Christi E immigratio, lucis et orationis F thesaurus inviolatus, illustrationis divinae G copia, mortis H desiderium, odium I vitae, corporis K fuga, legatus L mundi, qui M Deum cogere possit, angelorum N collega, profundissima scientiae O altitudo, mysteriorum P domicilium, custos Q divinorum arcanorum, hominum R salus, daemonum S deus, vitiorum T dominus, imperator U corporis, procurator X naturae, alienus Y a peccato, sedes Z tranquilli animi, et imitator Domini, Domini ipsius auxilio. Valde nobis sobrie advigilandum est, quando corpus aegrotat.

Signum divinae voluntatis. — 26. Τύπος σοι καὶ κανὼν 1124
ἔστω οὗτος ἐν πάσαις σου ταῖς ἐγχειρήσεσι, καὶ πολιτείαις, ὑποτακτικαῖς τε καὶ ἀνυποτάκτοις, ὁρωμέναις τε καὶ νοουμέναις, εἰ κατὰ Θεὸν κυρίως καθεστήκασι· λέγω δή, ὁπόταν τὸ οἱονοῦν ἐπιτηδεύωμεν, οἱ εἰσαγόμενοι, λέγω, ἐγχείρημα, καὶ μὴ ἐκ τῆς τούτου ἐργασίας ταπείνωσιν, ἧς κεκτήμεθα, προσλαμβάνωμεν πλέον ἐν ψυχῇ, οὐ δοκεῖ μοι κατὰ Θεὸν ἡμᾶς αὐτὸ κατεργάζεσθαι, εἰ μικρὸν ἢ μέγα καθέστηκεν. Ἐν μὲν γὰρ ἡμῖν τοῖς νηπιωδεστέροις αὕτη ἡ τοῦ Κυριακοῦ θελήματος πληροφορία· ἐν δὲ μέσοις, ἡ τῶν πολέμων ἴσως ἀναχώρησις· ἐν δὲ τελείοις, ἡ τοῦ θείου φωτὸς προσθήκη καὶ περιουσία. Τὰ μὲν μικρὰ παρὰ τοῖς μεγάλοις ἴσως οὐ μικρά.... Ὁ μὲν τελείως καθαρθείς, αὐτήν, ἢ καὶ οὐκ αὐτὴν τὴν ψυχήν, ἐν ποίοις διάκειται τοῦ πλησίον ὁρᾷ. Ὁ δὲ προκόπτων ἔτι, διὰ τοῦ σώματος ταύτην τεκμαίρεται. Πῦρ μικρὸν πολλάκις πᾶσαν τὴν ὕλην ἐκάθηρεν, ὥσπερ καὶ ὀπὴ μικρὰ ὅλον τὸν κόπον διέφθειρεν.

Daemon vespertinus et matutinus. — 26. Ἔστι δαίμων ἐπὰν 1125
ἐν τῇ κλίνῃ ἀναπέσωμεν, πρὸς ἡμᾶς παραγενόμενος καὶ πονηραῖς ἡμᾶς καὶ ῥυπαραῖς κατατοξεύων ἐνθυμήσεσιν, ἵνα τῇ ὀκνηρίᾳ εἰς προσευχὴν τότε κατ' αὐτοῦ μὴ ὁπλισάμενοι ἐν ῥυπαραῖς ἐννοίαις ἀφυπνώσαντες, ῥυπαρὰ καὶ τὰ ἐνύπνια κτησώμεθα. Ἔστιν πνευμάτων πρόδρομος καλούμενος, ἐξ ὕπνου ἡμᾶς εὐθέως δεχόμενος, καὶ τὴν πρωτόνοιαν ἡμῶν καταμολύνων. Δίδου σῆς ἡμέρας ἀπαρχὰς Κυρίῳ· τοῦ γὰρ προποιοῦντος ἔσται. Ἀξιάκουστόν μοι λόγον ἐργάτης ἄριστος ἔφρασεν. Ἐξ αὐτῆς γάρ, μοὶ ἔφη, τῆς

26. Norma haec tibi sit in omnibus rebus tuis, quas aggrederis, 1124
vitaeque studiis, alteri subiectis sive non subiectis, tam quae ad corpus quam quae ad animum pertinent, an cum lege divina vere conveniant. Dico igitur quando qualecumque opus nos novitii suscipimus, nisi ex illo opere maiorem, quam ante habuimus, humilitatem inde in anima acquisiverimus, non videtur illud opus, seu parvum seu magnum fuerit, convenienter legi divinae factum. Atque in nobis adhuc rudioribus hoc quasi divinae voluntatis signum est; in mediis autem, quies fortasse ab impugnationibus; in perfectis autem, divini luminis augmentum et copia. Quae parva iudicantur a magnis, fortasse non sunt parva.... Qui perfecte purgatus est, ipsam alterius animam, etsi non ipsam penitus, videt, quomodo affecta sit. Qui autem adhuc inter proficientes est, per corpus de anima coniecturam facit. Parvus ignis saepe totam silvam repurgat, et parva rima universum laborum fructum corrumpit.

26. Est daemon qui nobis iam in lecto recumbentibus adest, 1125
atque improbarum et impurarum cogitationum telis nos infestat, ut ex pigritia tum oratione non obarmati in obscenis cogitationibus obdormiamus, foedis etiam insomniis occupemur. Est e spiritibus praecursor dictus, qui nos e somno experrectos statim excipit, et primitias cogitationum nostrarum inquinat. Offeras Domino diei tui primitias; eius enim erunt qui anteverterit. Dignum auditu

1124. MG 88, 1033 A. 1125. MG 88, 1036 A.

πρωΐας τὸν ἅπαντά μου δρόμον τῆς ἡμέρας προεπίσταμαι. Πολλαὶ καὶ τῆς εὐσεβείας καὶ ἀπωλείας αἱ ὁδοιπορίαι· διόπερ πολλάκις ὁ τῷ ἑτέρῳ ἀντιτασσόμενος, ἄλλῳ γνησίως συνέρχεται, καὶ ὁ τῶν ἀμφοτέρων σκοπός ἐστι Κυρίῳ εὐάρεστος.

1126 *Cognitio divinae voluntatis.* — 26. Ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ ἡ ἔλαφος φλεγομένη τὰ νάματα, οὕτως παρὰ μοναχοῖς ἐπιποθεῖται ἡ τοῦ θείου καὶ ἀγαθοῦ θελήματος κατάληψις.... Ὅσοι τὸ τοῦ Κυρίου μαθεῖν ἠβουλήθησαν θέλημα, ἐν αὐτοῖς θανεῖν κεχρεωστήκασιν· πίστει τοίνυν καὶ ἀπονήρῳ ἁπλότητι προσευξάμενοι, καὶ ψυχὰς πατέρων ἢ καὶ ἀδελφῶν ἐν ταπεινώσει καὶ ἀνενδοιάστῳ καρδίᾳ ἐρωτήσαντες, ὡς ἐκ Θεοῦ στόματος τὰ παρ' αὐτῶν συμβουλευόμενα δεχέσθωσαν· εἰ καὶ ἐναντία τῷ ἑαυτῶν σκοπῷ τὰ εἰρημένα τυγχάνουσιν, εἰ καὶ μὴ πάνυ πνευματικοὶ οἱ ἐρωτηθέντες καθεστήκασιν. Οὐκ ἔστι γὰρ ἄδικος ὁ Θεὸς ψυχὰς πίστει καὶ ἀκακίᾳ ἑαυτὰς τῇ τοῦ πλησίον συμβουλῇ καὶ κρίσει ταπεινωσάσας ἀπατῆσαι, κἂν ἄλογοι οἱ ἐρωτηθέντες τυγχάνωσιν· ἀλλ' ὁ λαλῶν ἄϋλος καὶ ἀόρατος.

1127 *Necessitas directoris.* — 26. Ὥσπερ πλοῖον, ἀγαθὸν κυβερνήτην ἔχων ἀκινδύνως εἰς λιμένα, Θεοῦ συνεργοῦντος, εἰσέρχεται· οὕτως καὶ ψυχὴ ἀγαθὸν ποιμένα ἔχουσα εὐχερῶς εἰς οὐρανὸν ἀνέρχεται, κἂν πολλὰ κακὰ διαπραξαμένη καθέστηκεν.

Ὥσπερ μὴ ἔχων ὁδηγὸν εὐχερῶς ἐν τῇ ὁδῷ πλανᾶται, κἂν λίαν φρόνιμος καθέστηκεν· οὕτως καὶ ὁ αὐτεξουσίως τὴν μοναδικὴν ὁδὸν πορευόμενος, εὐχερῶς ἀπόλλυται, κἂν πᾶσαν τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου ἐπίσταται.

---

sermonem mihi quidam Dei servus rettulit: Ex primis, inquit, diei auspiciis, totius diei statum conicio. Multae sunt pietatis et exitii viae; quapropter saepe hic qui alteri opponitur, cum altero optime convenit, et tamen utriusque finis Deo placet.

1126 26. Quemadmodum ardens aestu cervus anhelat fontes aquarum, ita ab religiosis viris desideratur cognitio bonae et divinae voluntatis.... Quicumque Domini voluntatem cognoscere voluerunt, suam prius mactare debuerunt, et cum fide et simplicitate sine malitia precari, et patres fratresve cum humilitate et sine ulla cordis dubitatione interrogare, quorum consilia tamquam ab ore Dei suscipienda sunt; quamvis contraria destinato fini quaerentis dicta videantur aut interrogati non valde religiosi sint. Deus enim non est iniquus, ut animas, quae per fidem et simplicitatem alterius consilio et iudicio humiliter se subiciunt, decipi patiatur, etiamsi illi qui consuluntur, imprudentes fuerint; est tamen ille qui per illos loquitur sine corpore, nec cculis subiectus.

1127 26. Quemadmodum navis, quae bonum habet gubernatorem, Deo adiuvante sine periculo in portum defertur; ita anima, quae bonum habet pastorem, facile caelum conscendit, quamvis antea mala multa perpetraverit.

Sicut qui duce caret viae, facile exerrat a via, quantumvis alioqui prudens sit; ita qui suo arbitratu in monastico statu progreditur, facile perit, etiamsi omnem saeculi sapientiam percalleat.

1126. MG 88, 1056 D. 1127. MG 88, 1089 B.

Orationis definitio et efficacia. — 28. Προσευχή ἐστι κατὰ 1128
μὲν τὴν αὐτῆς ποιότητα συνουσία καὶ ἕνωσις ἀνθρώπου καὶ Θεοῦ· κατὰ δὲ τὴν ἐνέργειαν, κόσμου σύστασις, Θεοῦ καταλλαγή, δακρύων μήτηρ καὶ πάλιν θυγάτηρ, ἁμαρτημάτων ἱλασμός, πειρασμῶν γέφυρα, θλίψεων μεσότοιχον, πολέμων θραῦσις, ἀγγέλων ἔργον, ἀσωμάτων πάντων τροφή, ἡ μέλλουσα εὐφροσύνη, ἀπέραντος ἐργασία, ἀρετῶν πηγή, χαρισμάτων πρόξενος, προκοπὴ ἀόρατος, τροφὴ ψυχῆς, νοῦ φωτισμός, ἀπογνώσεως πέλυξ, ἐλπίδος ἀπόδειξις, λύπης λύσις, πλοῦτος μοναχῶν, ἡσυχαστῶν θησαυρός, θυμοῦ μείωσις, ἔσοπτρον προκοπῆς, μέτρων ἐμφάνεια, καταστάσεως δήλωσις, τῶν μελλόντων μηνυτής, κλέους σημασία. Προσευχή ἐστι τῷ ὄντως εὐχομένῳ δικαστήριον καὶ κριτήριον, καὶ βῆμα Κυρίου πρὸ τοῦ βήματος μέλλοντος.... Ἀρχὴ μὲν προσευχῆς προσβολαὶ μονολογίστως διωκόμεναι ἐκ προοιμίων αὐτῶν. Μεσότης τὸ ἐν τοῖς λεγομένοις ἢ νοουμένοις μόνοις εἶναι τὴν διάνοιαν. Τὸ δὲ ταύτης τέλειον ἁρπαγὴ πρὸς Κύριον. Ἄλλη ἡ ἀγαλλίασις ἡ ἐν προσευχῇ τοῖς ἐν συνοδίᾳ διάγουσιν ἐπισυμβαίνουσα, καὶ ἑτέρα ἡ τοῖς καθ' ἡσυχίαν προσευχομένοις προσγινομένη. Ἡ μὲν γὰρ ἴσως πεφάντασται μικρόν· ἡ δὲ ὅλη ταπεινοφροσύνης πεπλήρωται.

Tranquillitas animi. — 29. Οὐδὲν γὰρ ἕτερόν τι ἔγωγε ἀπά- 1129
θειαν ὑπείληφα εἶναι, ἀλλ' ἢ ἐγκάρδιον νοὸς οὐρανόν, τὰς τῶν δαιμόνων πανουργίας, ἀθύρματα λοιπὸν λογιζόμενον. Ἀπαθὴς μὲν οὖν κυρίως καὶ ὑπάρχει, καὶ γνωρίζεται, ὁ τὴν σάρκα μὲν

---

28. Oratio, si ipsius qualitatem spectes, est conversatio et con- 1128
iunctio hominis cum Deo; si autem efficaciam, mundi conservatio, Dei reconciliatio, mater lacrimarum et iterum filia, propitiatio peccatorum, pons tentationum, propugnaculum adversus afflictiones, bellorum exstinctio, officium angelorum, omnium spirituum alimentum, futura laetitia, actio sempiterna, virtutum scaturigo, gratiarum conciliatrix, profectus spiritualis, nutrimentum animae, mentis illustratio, securis desperationis, spei demonstratio, tristitiae solutio, divitiae monachorum, thesaurus solitariorum, irae diminutio, speculum profectus, dimensionum index, status declaratio, futurorum significatio, gloriae futurae indicium. Oratio est vere precantis curia, locus iudicii et Domini ante generale iudicium tribunal.... Principium orationis est mentis distractiones, statim ab initio, solo mentis nutu repellere. Medium vero est cum mens in iis tantum haeret, quae meditanda et tractanda proposuit. Finis est raptus in Deum. Alia est laetitia orationis eorum qui in plurium coetu degunt; alia autem, quae solitariis precantibus usuvenire solet. Illa quippe fortasse nonnullis phantasmatis laborat: haec vero humilitate completur.

29. Ego enim ἀπάθειαν sive tranquillitatem animi nihil aliud esse 1129
existimo, quam mentis in corde caelum, quod improbas daemonum artes deinceps pro ludibrio habet. Victor ergo perturbationum is vere et est et agnoscitur, qui carnem suam incorruptam reddidit,

---

1128. MG 88, 1129 A. 1129. MG 88, 1147 B.

ἄφθαρτον ποιήσας, τὸν δὲ νοῦν τῆς κτίσεως ἀνυψώσας, τὰς δὲ πάσας αἰσθήσεις τούτῳ ὑποτάξας, τῷ δὲ προσώπῳ Κυρίου τὴν ψυχὴν παραστήσας ὑπὲρ τὴν ἑαυτῆς ἰσχὺν πρὸς αὐτὸν ἀεὶ ἐπεκτεινομένης. Τινὲς δὲ πάλιν ἀπάθειαν εἶναι ὁρίζονται ἀνάστασιν ψυχῆς πρὸ τοῦ σώματος· ἄλλοι δὲ ἐπίγνωσιν Θεοῦ τελείαν, ἀγγέλων δευτέραν. Αὕτη οὖν ἡ τελεία τῶν τελείων ἀτέλεστος τελειότης, καθά μοί τις αὐτῆς γευσάμενος ὑφηγήσατο, οὕτω λοιπὸν τὸν νοῦν ἁγιάζει, καὶ τῶν ὑλῶν ἀφαρπάζει, ὡς τὸ πολὺ τῆς ἐν σαρκὶ ζωῆς, μετὰ τὴν κατάληψιν μέντοι τοῦ οὐρανίου λιμένος, ἐν οὐρανῷ ἐξεστηκότα αὐτὸν πρὸς θεωρίαν ἀνυψοῖ.

1130 *Caritas.* — 30. Ἀγάπη κατὰ μὲν ποιότητα ὁμοίωσις Θεοῦ, καθ' ὅσον βροτοῖς ἐφικτόν· κατὰ δὲ ἐνέργειαν μέθη ψυχῆς· κατὰ δὲ τὴν ἰδιότητα πηγὴ πίστεως, ἄβυσσος μακροθυμίας, θάλασσα ταπεινώσεως. Ἀγάπη ἐστὶ κυρίως ἀπόθεσις παντοίας ἐναντίας ἐννοίας· εἴπερ ἡ ἀγάπη οὐ λογίζεται τὸ κακόν. Ἀγάπη, καὶ ἀπάθεια, καὶ υἱοθεσία, τοῖς ὀνόμασι, καὶ μόνοις διακέκριται· ὡς φῶς, καὶ πῦρ, καὶ φλὸξ εἰς μίαν συντρέχουσιν ἐνέργειαν, οὕτω καὶ περὶ τούτων νόει.

S. GREGORIUS MAGNUS, 540—604.

Moralia, 578—595.

1131 *Scripturae sacrae utilitas.* — L. 2, c. 1, n. 1. Scriptura sacra mentis oculis quasi quoddam speculum opponitur, ut interna nostra facies in ipsa videatur. Ibi etenim foeda, ibi pulchra nostra cognoscimus. Ibi sentimus, quantum proficimus, ibi a provectu quam longe distamus. Narrat autem gesta sanctorum et ad imitationem corda provocat infirmorum. Dumque

mentem autem supra creatam naturam extulit, et omnes sensus menti subiecit, animam vero ipsam coram Domini facie stitit, quam ultra naturae vires ad ipsum extendit. Alii hanc animi tranquillitatem affirmarunt esse reditum in vitam ante resurrectionem corporis; alii perfectam Dei cogitationem, similem angelis. Haec ergo perfecta perfectorum infinita perfectio, quemadmodum mihi qui istius gustum percepit, enarravit, adeo deinceps mentem sanctam reddit, et a materia abstrahit, ut maximam huius mortalis vitae partem post occupatum caelestem portum, in caelum per mentis excessum ad Deum contemplandum extollat.

1130 30. Caritas secundum qualitatem est similitudo Dei, quantum mortales assequi possunt; secundum efficaciam autem est quaedam ebrietas animae; secundum proprietatem denique est fons fidei, abyssus patientiae, pelagus humilitatis. Caritas proprie est abdicatio omnis contrariae cogitationis; malum enim non cogitat caritas. Caritas et animi tranquillitas et adoptio filiorum Dei nominibus iisque solis inter se discrepant: non secus ac lumen et ignis et flamma in unam concurrunt actionem, ita de his cogita.

1130. MG 88, 1156 B. 1131. ML 75, 553 D.

illorum victricia facta commemorat, contra vitiorum proelia, debilia nostra confirmat.... Nonnumquam vero non solum nobis eorum virtutes asserit, sed etiam casus innotescit; ut et in victoria fortium quod imitando arripere, et rursum videamus in lapsibus quod debeamus timere.

Passiones et posteriores gloriae. — 3, 7, 11. Quid est ergo 1132
quod Iob Dei testimonio praefertur et tamen plagis usque ad sterquilinium sternitur? Quid est quod Ioannes Dei voce laudatur et tamen pro temulenti verbis in saltationis praemium moritur? Quid est quod omnipotens Deus sic vehementer in hoc saeculo despicit, quos sic sublimiter ante saecula elegit, nisi hoc, quod pietati fidelium patet, quoniam idcirco sic eos premit in infimis, quia videt quomodo remuneret in summis, et foras usque ad despecta deicit, quia intus usque ad incomprehensibilia perducit?

Vitia ad virtutis usum possunt famulari. — 3, 37, 70. Saepe 1133
autem si forti nos studio contra vitiorum incentiva stringimus, ipsa etiam vitia ad usum virtutis immutamus. Nonnullos namque ira possidet; sed hanc, dum rationi subiciunt, in sancti zeli ministerium vertunt. Nonnullos superbia erigit; sed dum divinae formidini animum inclinant, hanc ad defensionem iustitiae in vocem liberae auctoritatis immutant. Nonnullos fortitudo carnis illecebrat; sed dum exercendis piis operibus corpus subdunt, unde iniquitatis stimulum passi sunt, inde pietatis lucra mercantur.

Ex actione humilitas et zelus. — 5, 4, 5. Mira enim divini- 1134
tatis pietate agitur, cum is qui perfecto corde ad contemplationem tendit, humanis ministeriis occupatur; ut et multis infirmioribus eius mens perfecta proficiat, et quo se ipse imperfectum respicit, inde ad humilitatis culmen perfectior assurgat. Nonnumquam etenim sancti viri unde desideriorum suorum detrimenta tolerant, inde maiora lucra, conversis aliis, reportant; quia dum iis vacare ut appetunt non licet, rapere secum alios, quibus admiscentur, libet.

Providentia. — 5, 18, 35. Saepe diu tolerat [Deus] quos in 1135
perpetuum damnat; nonnumquam vero concite percutit, qui pusillanimitati innocentium consolando concurrit. Aliquando ergo omnipotens Deus diu praevalere iniquos patitur, ut iustorum mundius vita purgetur. Aliquando vero iniustos celeriter trucidat, eorumque interitu innocentium corda confirmat. Si enim nunc omnes male agentes percuteret, extremum iam iudicium quibus exhiberet? Si autem nullum omnino percuteret, quis Deum res humanas curare credidisset?

Adversitas Dei gratia. — 5, 40, 72. Sunt nonnulli qui bona 1136
vitae praesentis diligunt, sed tamen haec nullatenus assequun-

1132. ML 75, 604 B. 1133. ML 75, 632 D. 1134. ML 75, 682 C.
1135. ML 75, 698 D. 1136. ML 75, 720 D.

tur; qui rebus temporalibus totis desideriis inhiant, mundi gloriam quaerunt, sed adipisci nequaquam possunt. Hos, ut ita dixerim, cor ad mundum pertrahit, mundus ad cor repellit. Nam saepe contingit, ut ipsis suis adversitatibus fracti ad mentem redeant et in semetipsis reversi considerent, quam sint inania quae quaerebant, seseque pro tam stulto desiderio protinus ad lamentum vertant; et tanto valentius aeterna desiderent, quanto se stultius laborasse pro temporalibus dolent.

1137 *Quies orationi necessaria.* — 5, 45, 82. Numquam vero commotioni contemplatio iungitur, nec praevalet mens perturbata conspicere, ad quod vix tranquilla valet inhiare, quia nec solis radius cernitur, cum commotae nubes caeli faciem obducunt, nec turbatus fons respicientis imaginem reddit, quam tranquillus proprie ostendit, quia quo eius unda palpitat, eo in se speciem similitudinis obscurat.

1138 *Invidiae effigies et remedium.* — 5, 46, 85. Cum devictum cor livoris putredo corruperit, ipsa quoque exteriora indicant, quam graviter animum vesania instigat. Color quippe pallore afficitur, oculi deprimuntur, mens accenditur et membra frigescunt, fit in cogitatione rabies, in dentibus stridor; cumque in latebris cordis crescens absconditur odium, dolore caeco terebrat conscientiam vulnus inclusum. Nil laetum de propriis libet, quia tabescentem mentem sua poena sauciat, quam felicitas torquet aliena.... 86. Qui ergo livoris peste plene carere desiderat, illam hereditatem diligat, quam coheredum numerus non angustat, quae et omnibus una est et singulis tota, quae tanto largior ostenditur, quanto ad hanc percipientium multitudo dilatatur. Imminutio ergo livoris est affectus surgens internae dulcedinis, et plena mors est eius, perfectus amor aeternitatis.

1139 *Providentia humanae sapientiae victrix.* — 6, 18, 28. Saepe enim nonnulli humana sapientia inflati, dum desideriis suis divina iudicia contraire conspiciunt, astutis iis reluctari machinationibus conantur; et quo ad votum suum vim supernae dispensationis intorqueant, callidis cogitationibus insistunt, subtiliora consilia exquirunt; sed inde voluntatem Dei peragunt, unde hanc immutare contendunt; atque omnipotentis Dei consilio, dum resistere nituntur, obsequuntur.... 29. Ideo ab iis [fratribus] venditus fuerat Ioseph, ne adoraretur; sed ideo est adoratus, quia venditus.... Sic divinum consilium dum devitatur, impletur; sic humana sapientia dum reluctatur, comprehenditur.

1140 *Caritas custos castitatis.* — 6, 34, 53. Quid prodest per continentiam carnem restringere, si mens se per compassionem nesciat in proximi amore dilatare? Nulla namque est castitas carnis quam non commendat suavitas mentis.

1137. ML 75, 727 A. 1138. ML 75, 728 B. 1139. ML 75, 745 A. 1140. ML 75, 758 C.

Exemplum praedicatoris. — 6, 35, 54. Cum vero a vitiis caro restringitur, cum mens virtutibus exercetur, restat ut loquendo quisque doceat vitam quam moribus servat. Ille namque uberes fructus praedicationis colligit, qui semina bonae operationis praemittit. 1141

Virtutes fictae. — 7, 28, 34. Esse quippe humiles, sed tamen sine despectu; esse contenti propriis, sed sine necessitate; esse casti, sed sine maceratione corporis; esse patientes, sed sine contumeliis [reprobi] volunt; cumque adipisci virtutes quaerunt, sed labores virtutum fugiunt, quid aliud quam et belli certamina in campo nesciunt et triumphare in urbibus de bello concupiscunt? 1142

Relinquendi proximi. — 7, 30, 41. Ille enim scire Deum familiarius appetit, qui prae amore pietatis nescire desiderat quos carnaliter scivit. Gravi etenim damno scientia divina minuitur, si cum carnis notitia partitur. Extra cognatos ergo quisque ac proximos debet fieri, si vult parenti omnium verius iungi. 1143

Humilitas in reprehensione aliorum servanda. — 7, 35, 55. Culpas quippe delinquentium etsi ex alto increpantes feriunt [sancti viri], semetipsos tamen apud se subtilius iudicantes, quasi in abiectis ponunt; et quo prava in aliis insequuntur, eo ad reprimendos se atrociores redeunt; rursusque quo sibimet meliora agentibus nequaquam parcunt, eo vigilantius aliena facta reprehendunt. Quid enim de humana potentia mirari exterius poterunt, qui semetipsos quoque despiciunt? 1144

Humilitas in agendo bonum. — 8, 48, 84. Tunc solum namque innoxie hominibus laudabile opus ostenditur, cum per despectum mentis veraciter laus impensa calcatur. Quam quia infirmi quique perfecte contemnendo non superant, restat necesse est, ut bonum quod operantur abscondant. Saepe enim ab ipso ostensionis exordio propriam laudem quaerunt. Saepe vero in ostensione operis auctoris patefacere gloriam cupiunt; sed excepti favoribus, in laudis propriae cupiditatem rapiuntur; cumque semetipsos diiudicare interius neglegunt, sparsi exterius ignorant quod agunt, eorumque opus suae elationi militat, atque hoc se impendere obsequio largitoris putant. 1145

Praesentia iusti spernunt. — 8, 54, 92. Iusti nec oblata bona hic pro magno suscipiunt, nec illata mala valde pertimescunt. Sed et cum bonis praesentibus utuntur, ventura mala metuunt; et cum de malis praesentibus gemunt, bonorum sequentium amore consolantur. Sicque temporali refoventur subsidio, sicut viator in stabulo utitur lecto: pausat et recedere festinat; quiescit corpore, sed ad aliud tendit mente. Non- 1146

1141. ML 75, 759 C. 1142. ML 75, 785 B. 1143. ML 75, 790 C. 1144. ML 75, 798 C. 1145. ML 75, 853 D. 1146. ML 75, 857 D.

numquam vero et adversa perpeti appetunt, in transitoriis prosperari refugiunt, ne delectatione itineris a patriae perventione tardentur, ne gressum cordis in via peregrinationis figant et quandoque ad conspectum caelestis patriae sine remuneratione perveniant. Gaudent despici, nec dolent necessitatibus affligi.

1147 *Pax iis qui Deo oboediunt.* — 9, 5, 5. Qui enim cuncta mirabiliter creat, ipse ut creata sibimet conveniant ordinat. In quo ergo conditori resistitur, pacis conventio dissipatur, quia ordinata esse nequeunt, quae superni moderaminis dispositionem perdunt. Quae enim subiecta Deo in tranquillitate persisterent, ipsa se sibimet dimissa confundunt, quia in se pacem non inveniunt, cui venienti desuper in auctore contradicunt. Sic summus ille angelicus spiritus, qui subiectus Deo in culmine stare potuisset, semetipsum repulsus patitur, quia per naturae suae inquietudinem foras vagatur. Sic primus humani generis parens, quia auctoris praecepto restitit, carnis protinus contumeliam sensit; et quia subesse conditori per oboedientiam noluit, sub semetipso prostratus, et pacem corporis protinus amisit. Bene ergo dicitur: *Quis restitit ei et pacem habuit?* [Ib 9, 4], quia perversa mens unde se contra auctorem erigit, inde se in semetipsa confundit.

1148 *Homo non discernit dona Dei.* — 9, 13, 20. Saepe enim donum gratiae est, quod iram deputat, et saepe divinae districtionis ira est, quod gratiam putat. Nam plerumque gratiam aestimat dona virtutum, et tamen iisdem donis elatus corruit. Plerumque velut iram metuit adversa tentationum, et tamen iisdem tentationibus pressus ad virtutum custodiam cautior exsurgit. Quis enim Deo se propinquare non aestimet, cum supernis excrescere se muneribus agnoscit, cum vel prophetiae donum, vel doctrinae magisterium percipit, vel ad exercendam curationis gratiam convalescit? Et tamen saepe mens, dum de virtutis suae securitate resolvitur, insidiante adversario, inopinatae culpae telo perforatur; et inde a Deo in aeternum longe fit, unde ei ad tempus sine cautelae custodia propinquavit. Et quis se derelictum iam gratia divina non deputet, cum post experimentum munditiae lacessiri se carnis tentationibus videt, inhonesta ad animum congeri et ante cogitationis oculos nonnulla improba et immunda versari? Et tamen cum fatigant ista, nec superant, nequaquam per pollutionem trucidant, sed per humilitatem servant, ut infirmum se animus in tentatione deprehendens, totum se ad divinitatis adiutorium conferat et sui fiduciam funditus amittat.

1149 *Humilitas erga providentiam.* — 9, 15, 22. Auctoris facta semper indiscussa veneranda sunt, quia iniusta esse nequaquam

1147. ML 75, 861 A. 1148. ML 75, 870 B. 1149. ML 75, 871 C.

possunt.... Qui ergo in factis Dei rationem non videt, infirmitatem suam considerans, cur non videat, rationem videt.

Humilitas precibus innitatur. — 9, 18, 28. Preci itaque 1150
innitendum est, cum recta agimus, ut omne quod iuste vivimus, ex humilitate condiamus.

Humilitatis difficultas. — 9, 25, 37. Plerumque si scimus 1151
bona quae agimus, ad elationem ducimur; si nescimus, minime servamus. Quis enim aut de virtutis suae conscientia non quantulumcumque superbiat? Aut quis rursum bonum in se custodiat, quod ignorat? Sed contra utraque quid superest, nisi ut recta quae agimus sciendo nesciamus, ut haec et recta aestimemus et minima?

Adversitates ex invidia maligni spiritus. — 9, 46, 71. Hoc 1152
indesinenter contra bonos consilium maligni spiritus ineunt, ut hi, quos servire Deo innocue in tranquillitate conspiciunt, vexati adversitatibus ad voraginem culpae rapiantur.

Correptio iustorum et malorum. — 10, 3, 3. Sicut enim recti 1153
de quibusdam, quae ab iis non recte gesta sunt, correptionis vocem ministerium caritatis aestimant, sic perversi contumeliam derisionis putant. Illi se protinus ad oboedientiam sternunt, isti ad insaniam suae defensionis eriguntur. Illi correptionis adiutorium vitae suae patrocinium deputant, per quod, dum praesentis vitae culpa corripitur, venturi iudicis ira temperatur; isti cum se impeti redargutione conspiciunt, gladium percussionis credunt, quia dum per correptionis vocem culpa detegitur, praesentis gloriae opinio foedatur.

Consolatio et desolatio quasi simultaneae.—10, 10, 17. Saepe 1154
namque contigit ut ad summa iam mentem spiritus elevet, sed tamen hanc importunis caro tentationibus impugnet. Cumque ad contemplanda caelestia animus ducitur, obiectis actionis illicitae imaginibus reverberatur. Nam carnis repente hunc stimulus sauciat, quem extra carnem contemplatio sancta rapiebat.

Levare faciem absque macula in oratione. — 10, 15, 27. 1155
Interna quippe facies hominis mens est, in qua nimirum recognoscimur, ut ab auctore nostro diligamur. Quam scilicet faciem levare est in Deo animum per studia orationis attollere. Sed elevatam faciem macula inquinat, si intendentem mentem reatus sui conscientia accusat, quia a spei fiducia protinus frangitur, si intenta precibus necdum devictae culpae memoria mordetur. Diffidit namque accipere se posse quod appetit, quae profecto reminiscitur nolle se adhuc facere quod divinitus audivit.... 28. Qua in re hoc est salubre remedium, ut cum se mens ex memoria culpae reprehendit, hoc prius in oratione

1150. ML 75, 875 C. 1151. ML 75, 878 D. 1152. ML 75, 898 B.
1153. ML 75, 920 A. 1154. ML 75, 931 A. 1155. ML 75, 936 B.

defleat, quod erravit; quatenus erroris macula cum fletibus tergitur, in petitione sua cordis facies ab auctore munda videatur.

1156 *Ante orationem terrenae cogitationes repellendae.* — 10, 15, 29. Ut ergo ad precem facies sine macula levetur, ante orationis semper tempora debet sollicite conspici quidquid potest in oratione reprobari; talemque se mens et cum ab oratione cessat exhibere festinet, qualis apparere iudici in ipso orationis tempore exoptat. . . . Saepe curis mundi libenter occupamur. Cumque post haec studio orationis intendimus, nequaquam se mens ad caelestia erigit, quia pondus hanc terrenae sollicitudinis in profundum mersit; et in prece facies munda non ostenditur, quia cogitationis infimae luto maculatur.

1157 *Indifferentia solius est iusti.* — 10, 21, 39. Quisquis praesentem gloriam quaerit, profecto despectum metuit. Qui semper ad lucra inhiat, semper videlicet damna formidat. Cuius enim perceptione reficitur, eius rei procul dubio et amissione sauciatur; et quo obligatus mutabilibus ac perituris inhaeret, eo longe in infimis ab arce securitatis iacet. At contra quisquis in solo aeternitatis desiderio figitur, nec prosperitate attollitur, nec adversitate quassatur; dum nil habet in mundo quod appetat, nihil est quod de mundo pertimescat.

1157* *Sapientia mundi et sapientia iustorum.* — 10, 29, 48. Cf. Breviar. Rom., Comm. Conf. non Pont. 2º loco, lect. IV et V.

1158 *Timor poenalis reducit ad amorem.* — 11, 43, 59. Humanum genus contemplationem lucis intimae habuit in paradiso; sed sibimetipsi placens, quo a se recessit, lumen conditoris perdidit eiusque faciem; ad ligna paradisi fugit, quia post culpam videre metuebat quem amare consueverat. Sed ecce post culpam venit in poenam, ex poena autem ad amorem redit, quia quis fuerit culpae fructus invenit; atque illam faciem, quam timuit in culpa, excitatus requirit ex poena, ut iam caliginem caecitatis suae fugiat, atque hoc ipsum, quod auctorem suum non videt, graviter perhorrescat.

1159 *Profectuum modus.* — 12, 2, 3. Nonnumquam in virtutibus proficere conamur et quaedam dona percipimus, a quibusdam vero repulsi in imis iacemus. Nemo enim est, qui tantum virtutis apprehendat quantum desiderat, quia omnipotens Deus, interiora discernens, ipsis spiritalibus provectibus modum ponit, ut ex hoc homo, quod apprehendere conatur et non valet, in illis se non elevet quae valet. Unde ille quoque egregius praedicator, qui raptus ad tertium caelum fuerat, paradisi arcana penetraverat, esse post revelationem tranquillus atque intentatus non valebat [cf. 2 Cor 12, 3].

1156. ML 75, 937 A. 1157. ML 75, 942 B. 1158. ML 75, 979 C.
1159. ML 75, 987 B.

Perfecta vita imitatio mortis. — 13, 29, 33. Qui enim con- 1160
siderat qualis erit in morte, semper fit timidus in operatione; atque unde in oculis suis iam quasi non vivit, inde veraciter in oculis sui conditoris vivit. Nil quod transeat appetit, cunctis praesentis vitae desideriis contradicit; et paene mortuum se considerat, quia moriturum minime ignorat. Perfecta enim vita est mortis imitatio, quam dum iusti sollicite peragunt, culparum laqueos evadunt.

Aerumnae vitae poenae peccati. — 13, 32, 36. Hoc ipsum 1161
namque in hac vita corruptioni nos esse subiectos, iam de flagello disciplinae est. Aestu enim et frigore, fame sitique turbari, morbis affici, quandoque etiam exstingui, quid sunt haec aliud quam flagella peccati? Sed sunt nonnulli qui et flagella tolerant et tamen mentem ad flagellantis metum minime reformant. Unde recte nunc dicitur: *Cor eorum longe fecisti a disciplina* [Ib 17, 4]. Quia etsi corpus sub disciplina est, cor sub disciplina non est, dum et flagellatur quisque et tamen ad humilitatem mentis non reducitur.

Consolatio iustorum ex prosperitate malorum. — 13, 38, 43. 1162
Considerato quippe hypocrita, iustus viam suam tenet, quia dum illum ex perversa voluntate obtinere ea quae mundi sunt intuetur, ipse ad amorem caelestium robustius stringitur, sciens quia bonis desideriis praemia aeterna non deerunt, dum et pravis et duplicibus cordibus bona temporalia non negantur. Qua ex re mundis quoque manibus addit fortitudinem, quia conspiciens perversos obtinere terrenam gloriam, bona sua opera provehit ad perfectionem; et tanto altius temporalia despicit, quanto haec abundare etiam malis cernit. Quam enim sint despicienda considerat, quae Deus omnipotens etiam perversis praestat.

Tentatio indoli hominis conformis. — 14, 13, 15. Intuetur 1163
ergo inimicus generis humani uniuscuiusque mores, cui vitio sint propinqui, et illa opponit ante faciem ad quae cognoscit facilius inclinari mentem, ut blandis ac laetis moribus saepe luxuriam, nonnumquam vanam gloriam; asperis vero mentibus iram, superbiam vel crudelitatem proponat. Ibi ergo decipulam ponit, ubi esse semitam mentis conspicit.

Tristitiae causae. — 15, 36, 42. Omnis qui Deo placens 1164
hominibus displicet, causas tristitiae nullas habet. Qui autem aut hominibus placens Deo displicet, aut simul Deo et hominibus displicere se credit, si hunc tristitia non afficit, a virtute sapientiae alienus exsistit.

Quid in oratione poscendum. — 15, 47, 53. Cum Deus in 1165
oratione non quaeritur, citius in oratione animus lassatur;

1160. ML 75, 1032 B. 1161. ML 75, 1033 B. 1162. ML 75, 1036 A.
1163. ML 75, 1048 A. 1164. ML 75, 1103 A. 1165. ML 75, 1107 C.

quia cum illa quisque postulat, quae fortasse iuxta occultum iudicium Deus tribuere recusat, ipse quoque venit in fastidium, qui non vult dare quod amatur. Sed se magis Dominus quam ea quae condidit, vult amari, aeterna potius quam terrena postulari, sicut scriptum est: *Quaerite primum regnum Dei et iustitiam eius, et haec omnia adicientur vobis* [Mt 6, 33]. Qui enim non ait: dabuntur, sed *adicientur,* profecto indicat aliud esse quod principaliter datur, aliud quod superadditur. Quia enim nobis in intentione aeternitas, in usu vero temporalitas esse debet, et illud datur et hoc nimirum ex abundanti superadditur. Et tamen saepe homines, cum bona temporalia postulant, aeterna vero praemia non requirunt, petunt quod adicitur et illud non desiderant ubi adiciatur. Nec lucrum suae esse petitionis deputant, si hic sint temporaliter pauperes et illic beatitudine divites in aeternum vivant; sed solis, ut dictum est, visibilibus intenti, labore postulationis renuunt invisibilia mercari. Qui si superna quaererent, iam cum fructu laborem exhiberent; quia cum mens in precibus ad auctoris sui speciem anhelat, divinis desideriis inflammata, supernis coniungitur, ab inferioribus separatur, amore fervoris sui se aperit ut capiat, et capiens inflammat; et superiora amare iam sursum ire est; dumque magno desiderio ad caelestia inhiat, miro modo hoc ipsum, quod accipere quaerit, degustat.

1166 *Dei providentia.* — 16, 8, 12. Omnipotens sic intendit omnibus, ut adsit singulis; sic adest singulis, ut simul omnibus numquam desit. Nam etsi quosdam peccantes deserit, iisdem tamen ipsis adest per iudicium, quibus deesse cernitur per adiumentum. Sic itaque exteriora circumdat, ut interiora impleat; sic interiora implet, ut exteriora circumdet; sic summa regit, ut ima non deserat; sic imis praesens est, ut a superioribus non recedat; sic latet in sua specie, ut tamen cognoscatur in operatione; sic cognoscitur in suo opere, ut tamen comprehendi non valeat a cognoscentis aestimatione; sic adest, ut videri nequeat; sic videri non valet, ut tamen eius praesentiam ipsa sua iudicia testentur; sic se nobis intellegendum praebet, ut tamen ipsum nobis radium sui intellectus obnubilet; et rursum sic caligine nos ignorantiae reprimit, ut tamen menti nostrae radiis suae claritatis intermicet, quatenus et sublevata quidpiam videat et reverberata contremiscat, et quia, cum sicuti est videre non potest, aliquatenus videndo cognoscat.

1167 *Removendae distractiones.* — 16, 42, 53. Saepe enim etiam corda iustorum subortae cogitationes polluunt, terrenarum rerum delectationibus tangunt; sed dum citius manu sanctae discretionis abiguntur, festine agitur, ne cordis faciem caligo operiat,

1166. ML 75, 1126 C. 1167. ML 75, 1146 C.

quae hanc iam ex illicita delectatione tangebat. Nam saepe in ipso orationis sacrificio importunae se cogitationes ingerunt, quae hoc rapere vel maculare valeant, quod in nobis Deo flentes immolamus. Unde Abraham, cum ad occasum solis sacrificium offerret, insistentes aves pertulit, quas studiose, ne oblatum sacrificium raperent, abegit [cf. Gn 15, 11]. Sic nos, cum in ara cordis holocaustum Deo offerimus, ab immundis hoc volucribus custodiamus, ne maligni spiritus et perversae cogitationes rapiant quod mens nostra offerre se Domino utiliter sperat.

Vim tentationum Deus moderatur. — 18, 2, 4. Omnis vo- 1168
luntas diaboli iniusta est, et tamen permittente Deo omnis potestas iusta. Ex se enim tentare quoslibet iniuste appetit, sed eos qui tentandi sunt, prout tentandi sunt, non nisi tentari Deus iuste permittit. Unde etiam in libris Regum de diabolo scriptum est: *Quia spiritus Domini malus irruebat in Saul* [1 Rg 18, 10]. Ubi iuste quaeritur: si Domini, cur malus? et si malus, cur Domini dicatur? Sed duobus verbis comprehensa est et potestas iusta in diabolo, et voluntas iniusta. Nam et ipse dicitur spiritus malus per nequissimam voluntatem; et idem spiritus Domini per acceptam iustissimam potestatem.

Orationi cooperandum. — 18, 5, 10. Valde namque apud 1169
Deum utraque haec sibi necessario congruunt, ut et oratione operatio, et operatione fulciatur oratio. Hinc enim Ieremias ait: *Scrutemur vias nostras, et quaeramus, et revertamur ad Dominum. Levemus corda nostra cum manibus ad Deum in caelos* [Thr 3, 40]. Vias etenim nostras scrutari est cogitationum interna discutere. Corda vero cum manibus levat, qui orationem suam operibus roborat. Nam quisquis orat, sed operari dissimulat, cor levat, et manus non levat. Quisquis vero operatur et non orat, manus levat et cor non levat. Iuxta ergo Ioannis vocem, tunc cor fiduciam in oratione accipit, cum sibi vitae pravitas nulla contradicit.

Varia Dei consilia. — 18, 26, 43. Pensandum praeterea est, 1170
quod occulto consilio omnipotens Deus quosdam ab ipsis exordiis suis innocentes custodiens, usque ad virtutum provehit summa, ut aetate crescente simul in iis proficiat et annorum numerositas et celsitudo meritorum. Alios vero in exordiis suis deserens scaturientibus vitiis ire per abrupta permittit. Plerumque tamen etiam eos respicit et ad sequendum se sancti amoris igne succendit atque inolitas in eorum cordibus prurigines vitiorum vertit in fervorem virtutum, et eo magis ignescunt ad desiderium requirendae pietatis Dei, quo magis erubescunt memoriam iniquitatis suae, sicut saepe contingit, ut

1168. ML 76, 40 A. 1169. ML 76, 42 D. 1170. ML 76, 60 A.

in pugnae certamine miles ante ducis sui oculos constitutus hostili virtuti turpiter cedat et eneviter praebens terga feriatur; qui tamen hoc ipsum quod turpiter gessit erubescens, ante ducis sui oculos maiores ex ipsa verecundia vires sumit, tantoque post fortia exercet, quantum et praesentem gloriam virtutis peragat et praeteritam ignominiam debilitatis tegat.

1171 *Humilitas efficit Deo carum.* — 18, 38, 59. Sciendum magnopere est, quia tanto unaquaeque anima fit pretiosior ante oculos Dei, quanto prae amore veritatis despectior fuerit ante oculos suos. Hinc ad Saul dicitur: *Nonne cum parvulus esses in oculis tuis, caput te constitui in tribubus Israel?* [1 Rg 15, 17.] Ac si aperte diceret: Magnus mihi fuisti, quia despectus tibi; sed nunc quia magnus tibi es, factus es despectus mihi. Unde et per prophetam dicitur: *Vae qui sapientes estis in oculis vestris et coram vobismetipsis prudentes!* [Is 4, 21.] Tanto ergo fit quisque vilior Deo, quanto pretiosior sibi; tanto pretiosior Deo, quanto propter eum vilior sibi: *Quia humilia respicit, et alta a longe cognoscit* [Ps 137, 6].

1172 *Sancti ex cognitione Dei humiliores.* — 18, 50, 82. Sancti omnes quanto in Dei visione proficiunt, quanto magis divinitatis interna conspiciunt, tanto magis se nihil esse cognoscunt. Nusquam quippe legitur quod Abraham cinerem et pulverem se esse professus est, nisi cum habere Dei meruit collocutionem. Ait enim: *Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis et cinis* [Gn 18, 27].

1173 *Humilitas ex propria infirmitate.* — 19, 6, 12. Aperta ergo voce Dei ostenditur quia custos est virtutis infirmitas. Tunc quippe bene interius custodimur, cum per dispensationem Dei tolerabiliter tentamur exterius, aliquando vitiis, aliquando pressuris. Nam iis quoque quos viros novimus fuisse virtutum, tentationes atque certamina non defuere vitiorum. Hinc est enim quod ad consolationem nostram idem praedicator egregius de se quaedam talia prodere dignatur, dicens: *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, et captivum me ducentem in lege peccati, quae est in membris meis* [Rom 7, 23]. Ad ima quippe pertrahit caro, ne extollat spiritus, et ad summa trahit spiritus, ne prosternat caro. Spiritus levat ne iaceamus in infimis; caro aggravat, ne extollamur ex summis. Si non sublevante spiritu nos caro tentaret, perfectione procul dubio tentationis suae in ima deiceret. Rursum vero si non tentante carne ad summa nos spiritus sublevaret, in superbiae casu ipsa nos peius sublevatione prosterneret. Sed fit certo moderamine, ut dum unusquisque sanctorum iam quidem interius ad summa rapitur, sed adhuc tentatur exterius, nec desperationis lapsum, nec elationis incurrat.

1171. ML 76, 70 C. 1172. ML 76, 87 B. 1173. ML 76, 102 D.

Undique vigilandum. — 19, 21, 33. Cordis ergo oculis 1174
circumquaque porrectis, undique nobis adhibenda custodia est. Unde recte quoque per Salomonem dicitur: *Omni custodia serva cor tuum, quia ex ipso vita procedit* [Prv 4, 23]. Dicturus enim *custodia,* praemisit *omni,* ut videlicet unusquisque hinc inde se diligenter inspiciat, et quamdiu in hac vita est, contra spiritales inimicos in acie se positum sciat, ne mercedem, quam per has actiones colligit, per alias amittat, ne hinc hosti fores obstruat et aliunde aditum pandat. Si qua enim civitas contra insidiantes inimicos magno valletur aggere, fortibus cingatur muris, ex omni parte insomni muniatur custodia, unum vero in ea foramen tantummodo immunitum per neglegentiam relinquatur, inde procul dubio hostis ingreditur, qui undique exclusus videbatur. Pharisaeus namque ille, qui in templum oraturus ascendit, civitatem mentis suae quanta munitione vallaverit, audiamus: *Ieiuno,* inquit, *bis in sabbato, decimas do omnium quae possideo* [Lc 18, 12]. Qui praemisit: *Gratias ago tibi,* magna certe munimina adhibuit. Sed videamus ubi insidianti hosti immunitum foramen reliquit: *Quia non sum sicut publicanus iste* [ib. 11]. Ecce civitatem cordis sui insidiantibus hostibus per elationem aperuit, quam frustra per ieiunium et eleemosynas clausit. Incassum munita sunt cetera, cum locus unus, de quo hosti patet aditus, munitus non est. Gratias recte egit, sed perverse se super publicanum extulit. Civitatem cordis sui extollendo prodidit, quam abstinendo et largiendo servavit.

Humilitas et aedificatio. — 19, 23, 36. Aliquando sancti 1175
viri et coram hominibus compelluntur bona facere, aut eadem hominibus sua facta narrare; sed ad eum finem omnia referentes, ut non ipsi iisdem operibus, sed Pater eorum, qui in caelis est, debeat glorificari. Dum enim sancta praedicant, ipsa praedicatio eorum fortasse despicitur, quorum vita nescitur. Compelluntur ergo vitam suam dicere, ut auditorum suorum valeant vitam mutare. Et facta sua referunt, ut venerationi sint; venerari appetunt, ut reverenter audiantur.... 37. Hinc est ergo quod praedicatores boni et honorem propter elationem fugiunt et honorari tamen propter imitationem volunt. Sic nimirum Paulus apostolus, discipulis loquens, et honorem fugit, et tamen quantum esset honorandus ostendit.

Inveterari et renovari. — 19, 30, 53. A fervore etenim 1176
mentis vel inter spiritales inimicos, vel inter carnales quosque proximos ipso aliquo modo vivendi usu veterascimus et assumptae novitatis speciem fuscamus. A qua tamen vetustate cotidie si studia circumspectionis invigilent, orando, legendo, bene vivendo, renovamur, quia vita nostra, dum lacrimis la-

1174. ML 76, 118 C. 1175. ML 76, 121 A. 1176. ML 76, 132 D.

vatur, bonis operibus exercetur, sanctis meditationibus tenditur, ad novitatem suam sine cessatione reparatur.

1177 *Laus Scripturae sacrae.* — 20, 1, 1. Ut taceam quod vera praedicat, quod ad caelestem patriam vocat, quod a terrenis desideriis ad superna amplectenda cor legentis immutat, quod dictis obscurioribus exercet fortes et parvulis humili sermone blanditur; quod nec sic clausa est ut pavesci debeat, nec sic patet ut vilescat; quod usu fastidium tollit et tanto amplius diligitur, quanto amplius meditatur; quod legentis animum humilibus verbis adiuvat, sublimibus sensibus levat; quod aliquo modo cum legentibus crescit, quod a rudibus lectoribus quasi recognoscitur et tamen doctis semper nova reperitur; ut ergo de rerum pondere taceam, scientias tamen omnes atque doctrinas ipso etiam locutionis suae more transcendit, quia uno eodemque sermone dum narrat textum, prodit mysterium.

1178 *In abstinentia discretio.* — 20, 41, 78. Pensandum quoque est, quod chorda in cithara si minus tenditur, non sonat; si amplius, raucum sonat; quia nimirum virtus abstinentiae aut omnino nulla est, si tantum quisque corpus non edomat quantum valet; aut valde inordinata est, si corpus atterit plus quam valet. Per abstinentiam quippe carnis vitia sunt exstinguenda, non caro.

1179 *Modestia oculorum.* — 21, 2, 4. Ut enim cogitationes cordis caste servare potuisset [Iob], foedus cum oculis pepigit [cf. Ib 31, 1], ne prius incaute aspiceret quod postmodum invitus amaret. Valde namque est quod caro deorsum trahit, et semel species formae cordi per oculos illigata vix magni luctaminis manu solvitur. Ne ergo quaedam lubrica in cogitatione versemus, providendum nobis est; quia intueri non decet quod non licet concupisci.

1180 *Timor iudicii.* — 21, 5, 10. Sancti viri tanto se subtilius in cogitatione constringunt, quanto a superno iudice districtius considerari conspiciunt. Mentem quippe discutiunt, invenire si qua dereliquerint quaerunt, ut tanto fiant irreprehensibiles iudici, quanto semetipsos cotidie et sine cessatione reprehendunt.

1181 *Non est opus bonum sine castitate.* — 21, 12, 19. Nulla quippe ante omnipotentis Dei oculos iustitiae pietatisque sunt opera, quae corruptionis contagio monstrantur immunda. Quid enim prodest si pie quisquam necessitati compatitur proximi, quando impie semetipsum destruit habitationem Dei? Si ergo per cordis munditiam libidinis flamma non exstinguitur, incassum quaelibet virtutes oriuntur.

1177. ML 76, 135 C. 1178. ML 76, 185 C. 1179. ML 76, 190 B.
1180. ML 76, 195 C. 1181. ML 76, 201 C.

Humilitas ex aspectu pauperum. — 21, 19, 30. Minus quippe 1182
inops est qui vestem non habet, quam qui humilitatem. Unde necesse est ut, cum naturae nostrae consortes exteriora non habere conspicimus, quam multa nobis desint bona interiora pensemus; quatenus sese super inopes cogitatio non elevet, cum sollerter videt quia nos tanto verius quanto et interius indigentes sumus.

Timor suadet abnegationem. — 21, 22, 35. Fluctus etenim 1183
cum tumentes desuper imminent cumque eam quam deferunt mortem minantur, nulla tunc navigantibus rerum cura temporalium, nulla carnis delectatio ad mentem reducitur; ea ipsa quoque ex navi proiciunt, pro quibus longa navigia sumpserunt; cunctae res in despectum mentis veniunt amore vivendi. Quasi ergo tumentes super se fluctus Deum metuit, qui dum veram vitam desiderat, omnia despicit, quae hic possidens portat. Nam velut tempestate deprehensi pondus navis abicimus, quando ab oppressa mente desideria terrena removemus. Fitque ut sublevata navis enatet, quae mergebatur onerata, quia nimirum curae, quae in hac vita deprimunt mentem, in profundum trahunt.

Abnegatio terrenorum. — 22, 2, 4. Prius itaque curandum 1184
est, ne quis temporalia diligat, ac deinde, ne in iisdem temporalibus, quae non ad delectationem sibi, sed ad usum retinet, fiduciam ponat; quoniam coniunctus decurrentibus mox statum suum animus perdit. Nam vitae praesentis fluctus trahit quem levat, et valde demens est qui in unda volvitur et plantam figere conatur. Sed sunt plerique, qui etsi in rebus transeuntibus fiduciam nequaquam ponunt, cum tamen sibimet ad usus necessarios abunde adsunt, mente tacita laetantur. Qua in re dubium non est, quia tanto quisque minus dolet, quod desint aeterna, quanto magis gaudet, quod adsint temporalia; et qui minus dolet, quod desint temporalia, certius exspectat, ut adsint aeterna.

Abnegatio dat pacem. — 22, 16, 35. Magna est securitas 1185
cordis nil concupiscentiae habere saecularis. Nam si ad terrena adipiscenda cor inhiat, securum tranquillumque esse nullatenus potest, quia aut non habita concupiscit ut habeat, aut adepta metuit ne amittat; et dum in adversis sperat prospera, in prosperis formidat adversa, huc illucque quasi quibusdam fluctibus volvitur ac per modos varios rerum alternantium mutabilitate versatur. Si vero semel in appetitione supernae patriae forti stabilitate animus figitur, minus rerum temporalium perturbatione vexatur. A cunctis quippe externis motibus eamdem intentionem suam quasi quemdam secretissimum

1182. ML 76, 208 A. 1183. ML 76, 210 B. 1184. ML 76, 214 A.
1185. ML 76, 233 C.

secessum petit, ibique incommutabili inhaerens et mutabilia cuncta transcendens, ipsa iam tranquillitate quietis suae in mundo extra mundum est.

1186 *Oratio vera desiderium cordis.* — 22, 17, 43. Vera quippe postulatio non in oris est vocibus, sed in cogitationibus cordis. Valentiores namque voces apud secretissimas aures Dei non faciunt verba nostra, sed desideria. Aeternam etenim vitam si ore petimus nec tamen corde desideramus, clamantes tacemus. Si vero desideramus ex corde, etiam cum ore conticescimus, tacentes clamamus.... Intus ergo in desiderio est clamor secretus, qui ad humanas aures non pervenit et tamen auditum conditoris replet.

1187 *Praedicator bonus.* — 23, 1, 8. Sanctae universalis Ecclesiae spiritalis quisque praedicator ... studet summopere contra maledicos rumores adversantium et defendere loquendo quod vivit, et ornare vivendo quod dicit.... Scit enim quod bona, quae innotescunt hominibus, sine periculo esse vix possunt. Et quamvis sapientem se esse sentiat, vellet tamen esse sapiens, nec videri.

1188 *Humilitas per sui cognitionem.* — 23, 17, 31. Obstaculum namque veritatis est tumor mentis, quia dum inflat obnubilat.... Vera autem scientia afficit, non extollit; nec superbientes quos repleverit, sed lamentantes facit. Qua quisque cum repletus fuerit, primo loco se scire appetit; et iam sui conscius, tanto per illam robustius sapit, quanto se infirmum in illa verius recognoscit.

1189 *Per humilitatem patientia.* — 23, 18, 33. Quisquis etiam pro peccato percutitur, nisi murmurando renitatur, eo ipso iam iustus esse incohat, quo ferientis iustitiam non accusat. Homo namque sub Deo est conditus et ad condicionis ordinem redit, quando sibi aequitatem iudicis sui, etiam quam non intellegit, anteponit.

1190 *Scripturae sacrae utilitas.* — 23, 19, 34. In Scripturae quippe eius [Dei] eloquio causas nostras singuli si requirimus, invenimus; nec opus est ut in eo quod specialiter quisque tolerat, responderi sibi divina voce specialiter quaerat. Ibi enim nobis omnibus in eo quod specialiter patimur, communiter respondetur, ibi vita praecedentium fit forma sequentium.

1191 *Remotis externis facilior oratio.* — 23, 20, 37. Si ergo interna contemplari volumus, ab externa implicatione dormiamus. Vox videlicet Dei quasi per somnium auditur, quando tranquilla mente ab huius saeculi actione quiescitur et in ipso mentis silentio divina praecepta pensantur.

1186. ML 76, 238 C. 1187. ML 76, 255 B. 1188. ML 76, 269 C.
1189. ML 76, 270 D. 1190. ML 76, 271 C. 1191. ML 76, 273 B.

Desideria caelestia in mente purgata. — 24, 6, 11. Menti enim nostrae de consideratione caecitatis suae prius ignis tribulationis immittitur, ut omnis vitiorum aerugo concremetur; et tunc mundatis oculis cordis illa laetitia patriae caelestis aperitur, ut prius purgemus lugendo quod fecimus, et postmodum manifestius contemplemur per gaudia quod quaeramus. 1192

Vitae sanctorum lectio. — 24, 8, 15. Iustorum ergo debemus vitam conspicere, ut subtiliter deprehendamus nostram. Illorum videlicet species quasi quaedam forma nobis imitanda proponitur. 16. Viva lectio est vita bonorum.... 19. Magna namque sollicitudine ad curam nostrae meliorationis accingimur, quando id virtutis in aliis cernimus, quod non habemus. 1193

Perfectionis varia tempora. — 24, 11, 28. Tres quippe modi sunt conversorum, incohatio, medietas atque perfectio. In incohatione autem inveniunt blandimenta dulcedinis, in medio quoque tempore certamina tentationis, ad extremum vero perfectionem plenitudinis. 1194

Mundani ad tentationes suas parum advertunt. — 24, 11, 30. Carduus namque si nascatur in via, itinerantium pedibus teritur, atque ipso usu transeuntium eius superficies ne appareat confricatur. Sed quamvis desuper fruticantes spinae non appareant, subter tamen radix occulta perdurat. Si autem eum transeuntium pedes terere et calcare cessaverint, mox in superficiem surgendo progreditur et per spinam prodit in publicum quidquid in radice vivebat occultum. Ita et in corde saecularium saepe occulta quaedam tentationum radix non facile apparet exsurgere, quia velut in via actionum sita transeuntium teritur pede cogitationum et per innumeras curas quasi multis itinerantibus premitur, ne videatur. Si autem per conversionis gratiam a via cordis curarum turba removetur, ut nulla actionum insolentia conterat, nullus cogitationum tumultus premat, tunc quod occultum latebat agnoscitur, tunc de radice vitiorum pungit libere spina tentationum. 1195

Praedicatio superborum dura. — 24, 16, 40. Haec esse propria arrogantium praedicatorum solent, ut etiam afflictos auditores suos magis districte corripere appetant quam blande refovere. Plus enim student, ut mala obiurgando increpent, quam bona laudando confirment. Superiores quippe videri desiderant, et magis gaudent cum eorum animum ira elevat, quam cum caritas exaequat. 1196

Iustus seipsum iudicat. — 25, 7, 13. In hoc secreto interioris iudicii, ipsa mentis suae exsecutione constricti [electi], paenitendo feriunt quod superbiendo commiserunt. Ibi namque adversum se, 1197

1192. ML 76, 292 B. 1193. ML 76, 295 B. 1194. ML 76, 302 A.
1195. ML 76, 303 C. 1196. ML 76, 310 B. 1197. ML 76, 326 D.

quidque se impugnat, enumerant; ibi ante oculos omne quod defleant, coacervant; ibi quidquid per iram districti iudicis decerni possit, intuentur; ibi tot patiuntur supplicia, quot pati timent; nec deest in hoc iudicio mente concepto omne ministerium, quod punire reos suos plenius debeat. Nam conscientia accusat, ratio iudicat, timor ligat, dolor excruciat.

1198 *Lectio spiritualis.* — 25, 7, 15. Quia etenim interna novitas nostra ipsa cotidie huius vitae conversatione veterascit, ignis iste adhibitis lignis nutriendus est, ut dum per usum se nostrae vetustatis extenuat, per patrum testimonia et exempla reviviscat.

1199 *Vias Dei intellegere.* — 25, 12, 30. Vias itaque Dei intellegere est et humiliter tolerare transitoria et perseveranter exspectare mansura, ut exemplo Domini coaeterna quaeratur gloria opprobriis temporalibus comparata, et non quod hic quisque tolerat, sed in id quod exspectat intendat.

1200 *Spes legitima.* — 26, 20, 36. Pensandum est igitur quanti est periculi transacta munera cernere et futura desperare; quanti est periculi, si in hac procella tribulationum desperationis naufragio frangimur, qui ad portum spei velut immensis funibus praeteritis donis ligamur.

1201 *Caute per temporalia procedendum.* — 26. 26, 44. Dum tenetur quod non nocet, ex rebus iuxta positis committitur plerumque quod nocet; sicut saepe rectum mundumque iter pergimus, et tamen ortis iuxta viam vepribus per vestimenta retinemur.

1202 *Praelatus imitans Deum.* — 26, 26, 48. Deum quippe imitari desiderat, qui fastigium potentiae alienis intentus utilitatibus et non suis laudibus elatus administrat, qui praelatus ceteris prodesse appetit, non praeesse. Tumoris namque elatio, non ordo potestatis in crimine est. Potentiam Deus tribuit, elationem vero potentiae malitia nostrae mentis invenit.

1203 *Arctae semitae praedicatoris.* — 27, 37, 61. Arcta enim bene vivendi censura non est ampla via, sed semita, in qua praedicator quisque studiose constringitur, quia sub praeceptorum custodia sollicite coangustatur. An non quasi quaedam angustia est itineris, in hoc quidem mundo vivere, sed de huius mundi concupiscentia nihil habere, aliena non appetere, propria non tenere, laudes mundi despicere et pro Deo opprobria amare, gloriam fugere, despectum sequi, adulantes despicere, despicientes honorare, mala nocentium ex corde dimittere et erga eos dilectionis gratiam immobilem in corde retinere?

1204 *Quomodo Deus interrogat hominem.* — 28, 4, 13. Tribus modis nos conditor noster interrogare consuevit, cum aut

1198. ML 76, 328 C. 1199. ML 76, 340 D. 1200. ML 76, 370 B.
1201. ML 76, 374 C. 1202. ML 76, 378 A. 1203. ML 76, 435 D.
1204. ML 76, 453 C.

flagelli districtione nos percutit et quanta nobis insit vel desit patientia, ostendit; aut quaedam quae nolumus praecipit et nostram nobis oboedientiam vel inoboedientiam patefacit; aut aliqua nobis occulta aperit et aliqua abscondit et nobis mensuram humilitatis nostrae innotescit.

Initium conversionis timor. — 28, 9, 20. Huius terrae funda- 1205
mentum iacitur, quando in occultis cordis prima soliditatis causa divinus timor inspiratur. Iste necdum credit aeterna quae audit; huic cum fides datur, ad aedificium subsequentis operis iam fundamentum ponitur. Ille aeterna iam credit, nec tamen metuit, venturi iudicii terrorem despicit, peccatis se carnis et spiritus audenter involvit; huic repente cum futurorum timor infunditur, ut bonae vitae surgat aedificium, iam fundamenta construuntur. Posito itaque prosperae formidinis fundamento, cum virtutum fabrica in altum ducitur, necesse est ut unusquisque proficiens vires suas caute metiatur; ut cum divina constructione magnus esse iam coeperit, semetipsum respiciat sine cessatione quod fuit, quatenus attendens humiliter quod per meritum inventus est, nequaquam sibi arroget quod per gratiam factus est.

Actio et contemplatio uniendae. — 28, 13, 33. Ab activa 1206
enim vita longe contemplativa distat; sed incarnatus Redemptor noster veniens, dum utramque exhibuit, in se utramque sociavit. Nam cum in urbe miracula faceret, in monte vero orando continue pernoctaret, exemplum suis fidelibus praebuit, ut nec contemplationis studio proximorum curam neglegant, nec rursum cura proximorum immoderatius obligati contemplationis studia derelinquant.

Deus solus corda aperit. — 29, 24, 49. Quia quilibet prae- 1207
dicator verba dare auribus potest, corda vero aperire non potest, et nisi per internam gratiam solus omnipotens Deus praedicantium verbis ad corda audientium invisibiliter aditum praestet, incassum praedicatio aure audientis percipitur, quae pervenire ad intima corde surdo prohibetur, se Dominus viam sonanti tonitrui dare asserit [cf. Ib 38, 25], qui cum praedicationis verba tribuit, per terrorem corda compungit. Hanc viam Paulus praedicator egregius, dum superna mysteria terribiliter insonaret, se a se habere non posse conspiciens, discipulos admonebat, dicens: *Orantes simul et pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium verbi ad loquendum mysterium Christi* [Col 4, 3].

Abnegatio in Christo. — 30, 24, 69. Fugit ergo [Christus] 1208
quod omnes appetunt, appetiit quod omnes fugiunt. Sed cum fugit quod omnes appetunt, appetiit quod omnes fugiunt,

1205. ML 76, 459 D. 1206. ML 76, 467 B. 1207. ML 76, 503 C.
1208. ML 76, 562 C.

fecit quod omnes mirarentur, ut et mortuus ipse resurgeret, et morte sua alios de morte resuscitaret. Duae quippe vitae sunt hominis in corpore consistentis: una ante mortem, alia post resurrectionem; quarum unam omnes agendo noverant, alteram nesciebant, et humanum genus soli huic, quam noverat, intendebat. Venit per carnem Dominus, et dum suscepit unam, alteram demonstravit. Dum hanc nobis cognitam suscepit, illam quae nobis est incognita, ostendit. Moriendo quippe vitam exercuit, quam tenemus, resurgendo aperuit quam quaeramus, exemplo suo nos docens quod haec vita, quam ante mortem ducimus, non propter se amanda sit, sed propter alteram toleranda.

1209 *Sancti sibi videntur indigni.* — 32, 1, 1. Sancti viri quo apud Deum altius virtutum dignitate proficiunt, eo subtilius indignos se esse deprehendunt, quia dum proximi luci fiunt, quidquid eos in seipsis latebat inveniunt; et tanto magis foris sibi deformes apparent, quanto nimis pulchrum est quod intus vident. Unusquisque enim sibi, dum tactu veri luminis illustratur, ostenditur, et unde agnoscit quid est iustitia, inde eruditur, ut videat quid est culpa.

1210 *Vita contemplativa paucorum est.* — 32, 3, 4. Pro peccato agna offerri de gregibus sive capra praecipitur [cf. Lv 5, 6]. Quid enim per agnam nisi activae vitae innocentia, quid per capram, quae in summis saepe extremisque rupibus pendens pascitur, nisi contemplativa vita signatur?... Et bene agna de gregibus, capra vero offerri de gregibus non iubetur, quia activa vita multorum est, contemplativa paucorum.

1211 *Scripturae sacrae utilitas.* — 33, 12, 23. De statu ergo suo, David cadente, nemo superbiat; de lapsu etiam suo, David surgente, nemo desperet. Ecce quam mirabiliter Scriptura sacra eodem verbo superbos premit, quo humiles levat.

1212 *Superbi effigies.* — 34, 23, 50. Praelato namque in cogitationibus suggerit [superbia], quia solo vitae merito super ceteros excrevit; et si qua ab eo bene aliquando gesta sunt, haec importune eius animo obicit, et cum hunc Deo singulariter placuisse insinuat, quo facilius suggesta persuadeat, ipsam ad testimonium potestatis traditae retributionem vocat, dicens quia nisi omnipotens Deus te his hominibus meliorem cerneret, omnes hos sub tuo regimine non dedisset; eiusque mox mentem erigit, viles atque inutiles eos, qui subiecti sunt, ostendit, ita ut nullum iam quasi dignum respiciat, cui aequanimiter loquatur.... 51. At contra cum subiectorum cor superbia instigat, hoc summopere nititur agere, ut sua acta considerare funditus neglegant et semper tacitis cogitationibus rectoris sui

---

1209. ML 76, 631 D. 1210. ML 76, 636 A. 1211. ML 76, 687 B.
1212. ML 76, 745 D.

iudices fiant; qui dum in illo, quod reprehendere debeant, importune respiciunt, in semetipsis quod corrigant numquam vident.... Et dum eius facta despiciunt, dum praecepta contemnunt, ad tantam usque insaniam devolvuntur, ut Deum res humanas curare non aestiment, quia ei, qui quasi iure reprehenditur, esse se commissos dolent.... 52. Cunctis namque superba apud se cogitatione tumentibus inest clamor in locutione, amaritudo in silentio, dissolutio in hilaritate, furor in tristitia, inhonestas in actione, honestas in imagine, erectio in incessu, rancor in responsione. Horum mens semper est ad irrogandas contumelias valida, ad tolerandas infirma; ad oboediendum pigra, ad lacessendos vero alios importuna; ad ea, quae facere et debet et praevalet, ignava; ad ea autem, quae facere non debet nec praevalet, parata. Haec in eo quod sponte non appetit, nulla exhortatione flectitur, ad hoc autem quod latenter desiderat, quaerit ut cogatur; quia dum metuit ex desiderio suo vilescere, optat vim in ipsa sua voluntate tolerare.

Oratio ex caritate excellentior. — 35, 11, 21. Etiam pro 1213
semetipso paenitens tanto citius exaudiri meruit [Iob], quanto pro aliis intercessit. Plus enim pro se valere preces suas efficit, qui has et pro aliis impendit.

Cur et quomodo oboediendum. — 35, 14, 28. Oboedientia 1214
quippe victimis iure praeponitur, quia per victimas aliena caro, per oboedientiam vero voluntas propria mactatur. Tanto igitur quisque Deum citius placat, quanto ante eius oculos repressa arbitrii sui superbia, gladio praecepti se immolat.... Si enim quasi ariolandi peccatum est repugnare, et quasi scelus idololatriae nolle acquiescere, sola est quae fidei meritum possidet, sine qua quisque infidelis esse convincitur, etiamsi fidelis esse videatur.... 30. Debet ergo oboedientia et in adversis ex suo aliquid habere, et rursum in prosperis ex suo aliquid omnimodo non habere, quatenus et in adversis tanto sit gloriosior, quanto divino ordini etiam ex desiderio iungitur, et in prosperis tanto sit verior, quanto a praesenti ipsa quam divinitus percipit gloria funditus ex mente separatur.

Regulae pastoralis liber, 591.

Pastoris malum exemplum. — Pars 1, c. 2. Nemo quippe 1215
amplius in Ecclesia nocet, quam qui perverse agens nomen vel ordinem sanctitatis habet. Delinquentem namque hunc redarguere nullus praesumit; et in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reverentia ordinis peccator honoratur.

1213. ML 76, 761 A. 1214. ML 76, 765 B. 1215. ML 77, 16 A.

1216 *Zelus propriae quieti praeponendus.* — 1, 5. Sunt itaque nonnulli, qui magnis, ut diximus, muneribus ditati, dum solius contemplationis studiis inardescunt, parere utilitati proximorum in praedicatione refugiunt, secretum quietis diligunt, secessum speculationis appetunt. De quo si districte iudicentur, ex tantis procul dubio rei sunt, quantis venientes ad publicum prodesse potuerunt. Qua enim mente is qui proximis profuturus enitesceret, utilitati ceterorum secretum praeponit suum, quando ipse summi Patris Unigenitus, ut multis prodesset, de sinu Patris egressus est ad publicum nostrum?

1217 *Pastoris effigies.* — 1, 10. Ille igitur, ille modis omnibus debet ad exemplum vivendi pertrahi, qui cunctis carnis passionibus moriens iam spiritaliter vivit, qui prospera mundi postposuit, qui nulla adversa pertimescit, qui sola interna desiderat; cuius intentioni bene congruens, nec omnino per imbecillitatem corpus, nec valde per contumeliam repugnat spiritus; qui ad aliena cupienda non ducitur, sed propria largitur; qui per pietatis viscera citius ad ignoscendum flectitur, sed numquam plus quam deceat ignoscens, ab arce rectitudinis inclinatur; qui nulla illicita perpetrat, sed perpetrata ab aliis ut propria deplorat; qui ex affectu cordis alienae infirmitati compatitur, sicque in bonis proximi sicut in suis provectibus laetatur; qui ita se imitabilem ceteris in cunctis quae agit insinuat, ut inter eos non habeat quod saltem de transactis erubescat; qui sic studet vivere, ut proximorum quoque corda arentia doctrinae valeat fluentis irrigare; qui orationis usu et experimento iam didicit, quod obtinere a Domino, quae poposcerit, possit; cui prophetica voce iam quasi specialiter dicitur: *Adhuc loquente te, dicam: Ecce adsum* [Is 58, 9]. Si enim fortasse quis veniat, ut pro se ad intercedendum nos apud potentem quempiam virum, qui sibi iratus, nobis vero est incognitus, ducat, protinus respondemus: Ad intercedendum venire non possumus, quia familiaritatis eius notitiam non habemus. Si ergo homo apud hominem, de quo minime praesumit, fieri intercessor erubescit, qua mente apud Deum intercessionis locum pro populo arripit, qui familiarem se eius gratiae esse per vitae meritum nescit? Aut ab eo quomodo aliis veniam postulat, qui utrum sibi sit placatus ignorat?

1218 *Pastoris exemplum.* — 2, 3. Sit rector operatione praecipuus, ut vitae viam subditis vivendo denuntiet, et grex, qui pastoris vocem moresque sequitur, per exempla melius quam per verba gradiatur. Qui enim loci sui necessitate exigitur summa dicere, hac eadem necessitate compellitur summa monstrare. Illa namque vox libentius auditorum cor penetrat, quam dicentis vita commendat, quia quod loquendo imperat, ostendendo adiuvat ut fiat.

1216. ML 77, 19 C. 1217. ML 77, 23 A. 1218. ML 77, 28 B.

Perfectio nisu obtinetur. — 3, 34. Qui ergo nulla adhuc 1219
agere bona coeperunt, a rigiditate antea suae pravitatis, correctionis manu, evertendi sunt, ut ad statum postmodum rectae operationis erigantur, quia et idcirco altum silvae lignum succidimus, ut hoc in aedificii tegmine sublevemus; sed tamen non repente in fabrica ponitur, ut nimirum prius vitiosa eius viriditas exsiccetur, cuius quo plus in infimis humor excoquitur, eo ad summa solidius levatur. At contra admonendi sunt qui incohata bona minime consummant, ut cauta circumspectione considerent, quia dum proposita non perficiunt, etiam quae fuerant coepta convellunt. Si enim quod videtur gerendum sollicita intentione non crescit, etiam quod fuerat bene gestum decrescit. In hoc quippe mundo humana anima quasi more navis est contra ictum fluminis conscendentis: uno in loco nequaquam stare permittitur, quia ad ima relabitur, nisi ad summa conetur.

Praedicatoris typus. — 3, 40. Gallus iste, quem pro ex- 1220
primenda boni praedicatoris specie in locutione sua Dominus assumit [cf. Ib 38, 36], cum iam edere cantus parat, prius alas excutit et semetipsum feriens vigilantiorem reddit, quia nimirum necesse est, ut hi qui verba sanctae praedicationis movent, prius studio bonae actionis evigilent, ne in semetipsis torpentes opere, alios excitent voce.

Homiliae in evangelia, 590/1.

Desiderium caeli. — Hom. 1, n. 3. Qui ergo Deum diligunt, 1221
ex mundi fine gaudere atque hilarescere iubentur, quia videlicet eum quem amant, mox inveniunt, dum transit is quem non amaverunt. Absit enim ut fidelis quisque, qui Deum videre desiderat, de mundi percussionibus lugeat, quem finiri iisdem suis percussionibus non ignorat. Scriptum namque est: *Quicumque voluerit amicus esse saeculi huius, inimicus Dei constituitur* [Iac 4, 4]. Qui ergo appropinquante mundi fine non gaudet, amicum se illius esse testatur, atque per hoc inimicus Dei esse convincitur. Sed absit hoc a fidelium cordibus, absit ab his qui et esse aliam vitam per fidem credunt, et eam per operationem diligunt.... Quid est vita mortalis nisi via? Et quale sit, fratres mei, perpendite, in labore viae lassescere, et tamen eamdem viam nolle finiri.

Orationi officit praeteritorum memoria peccatorum. — 2, 2. 1222
Et qui praeibant, increpabant eum ut taceret [Lc 18, 39].... 3. Quid autem designant isti, qui Iesum venientem praecedunt, nisi desideriorum carnalium turbas tumultusque vitiorum, qui priusquam Iesus ad cor nostrum veniat, tentationibus suis

1219. ML 77, 118 C. 1220. ML 77, 124 D. 1221. ML 76, 1079 B.
1222. ML 76, 1083 B.

cogitationem nostram dissipant et voces cordis in oratione perturbant?... 4. In se, ut suspicor, recognoscit unusquisque quod dicimus: quia dum ab hoc mundo animum ad Deum mutamus, dum ad orationis opus convertimur, ipsa quae prius delectabiliter gessimus, importuna postea atque gravia in oratione nostra toleramus.

1223 *Paenitentia.* — 2, 8. Vita nostra ad tempus amarescat in paenitentia, ne aeternam amaritudinem sentiat in vindicta. Per fletus quippe ad aeterna gaudia ducimur, Veritate pollicente, quae ait: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur* [Mt 5, 5]. Ad fletum vero per gaudia pervenitur, hac eadem Veritate attestante, quae ait: *Vae vobis, qui nunc ridetis, quia lugebitis et flebitis* [Lc 6, 25].

1224 *Mundo saltem labenti abrenuntiandum.* — 4, 2. *Appropinquavit regnum caelorum* [Mt 10, 7]. Hoc iam, fratres carissimi, etiamsi evangelium taceat, mundus clamat. Ruinae namque illius voces eius sunt. Qui enim tot attritus percussionibus a gloria sua cecidit, quasi iam nobis e proximo regnum aliud quod sequitur ostendit. Ipsis iam et a quibus amatur amarus est. Ipsae eius ruinae praedicant quod amandus non est. Si enim ruinam sui domus quassata minaretur, quisquis in illa habitaret fugeret, et qui stantem dilexerat, recedere quantocius a cadente festinaret. Si igitur mundus cadit, et nos eum amando amplectimur, opprimi volumus potius quam habitare.

1225 *Ob finem mundi frequentanda bona opera.* — 4, 5. Si quando enim repentinus ignis habitaculum absumit, quisquis eius possessor exstiterit, rapit quod valuerit et fugit; lucrum deputat, si quid secum ex ignibus tollat. Ecce tribulationum flamma mundum concremat, et cuncta, quae in eo speciosa videbantur, finis iam proximus velut ignis devastat. Lucrum ergo, fratres carissimi, maximum credite, si vobiscum aliquid de illo rapiatis, si quid fugientes tollitis.

1226 *Abnegatio vera.* — 5, 2. Ad vocem dominicam uterque iste piscator [Petrus et Andreas] quid aut quantum dimisit, qui paene nihil habuit? Sed hac in re, fratres carissimi, affectum debemus potius pensare quam censum. Multum reliquit, qui sibi nihil retinuit; multum reliquit qui, quantumlibet parum, totum deseruit. Certe nos et habita cum amore possidemus et ea, quae minime habemus, ex desiderio quaerimus.

1227 *Voluntas bona.* — 5, 3. Nihil quippe offertur Deo ditius voluntate bona. Voluntas autem bona est sic adversa alterius sicut nostra pertimescere, sic de prosperitate proximi sicut de nostro profectu gratulari, aliena damna nostra credere, aliena lucra nostra deputare, amicum non propter mundum,

1223. ML 76, 1085 D. 1224. ML 76, 1090 B. 1225. ML 76, 1092 B.
1226. ML 76, 1093 B. 1227. ML 76, 1094 B.

sed propter Deum diligere, inimicum etiam amando tolerare, nulli quod pati non vis facere, nulli quod tibi iuste impendi desideras denegare, necessitati proximi non solum iuxta vires concurrere, sed prodesse etiam ultra vires velle.

Zelus. — 6, 6. In quantum vos profecisse pensatis, etiam 1228
vobiscum alios trahite; in via Dei socios habere desiderate. Si quis vestrum, fratres, ad forum aut fortasse ad balneum pergit, quem otiosum esse considerat, ut secum veniat, invitat. Ipsa ergo terrena actio vestra vos conveniat, et si ad Deum tenditis, curate ne ad eum soli veniatis.

De talentis unicuique commissis. — 9, 1. Cf. Breviar. Rom., 1228*
Comm. Conf. Pont., lect. VII—IX.

Caelestium desiderium a terrenis liberat. — 11, 2. Qui 1229
caelestis vitae dulcedinem, in quantum possibilitas admittit, perfecte cognoverit, ea quae in terris amaverat, libenter cuncta derelinquit; in comparatione eius vilescunt omnia, deserit habita, congregata dispergit, inardescit in caelestibus animus, nil in terrenis libet, deforme conspicitur quidquid de terrenae rei placebat specie, quia sola pretiosae margaritae claritas fulget in mente.

Non procrastinanda paenitentia. — 12, 6. *Vigilate itaque,* 1230
quia nescitis diem neque horam [Mt 25, 13]. Quia post peccata Deus paenitentiam suscipit, si sciret quisque de praesenti saeculo quo tempore exiret, aliud tempus voluptatibus atque aliud paenitentiae aptare potuisset. Sed qui paenitenti veniam spopondit, peccanti diem crastinum non promisit. Semper ergo extremum diem debemus metuere, quem numquam possumus praevidere.

Vigilantia servorum Dei. — 13, 1 sqq. Cf. Breviar. Rom., Comm. 1230*
Conf. non Pont., lect. VII—IX.

Verbum Dei esurire. — 15, 2. Cibus enim mentis est sermo 1231
Dei, et quasi acceptus cibus stomacho languente reicitur, quando auditus sermo in ventre memoriae non tenetur. Sed quisquis alimenta non retinet, huius profecto vita desperatur. Aeternae igitur mortis periculum formidate, si cibum quidem sanctae exhortationis accipitis, sed verba vitae, id est alimenta iustitiae, in memoria non tenetis.

Fructum afferre in patientia. — 15, 4. Quanto enim quis- 1232
que altius profecerit, tanto in hoc mundo invenit quod durius portet; quia cum a praesenti saeculo mentis nostrae dilectio deficit, eiusdem saeculi adversitas crescit. Hinc est enim quod plerosque cernimus et bona agere et tamen sub gravi tribulationum fasce desudare. Terrena namque iam desideria fugiunt et tamen flagellis durioribus fatigantur. Sed iuxta vocem Domini fructum per patientiam reddunt.

1228. ML 76, 1098 B. 1229. ML 76, 1115 C. 1230. ML 76, 1121 D.
1231. ML 76, 1132 A. 1232. ML 76, 1133 B.

1233 *Tentationibus cum patientia resistendum.* — 16, 3. Tentatus a diabolo Dominus sacri eloquii praecepta respondit, et qui eo verbo, quod erat, tentatorem suum mergere in abyssum poterat, virtutem suae potentiae non ostendit, sola divinae Scripturae praecepta dedit, quatenus suae nobis patientiae praeberet exemplum, ut quoties a pravis hominibus aliquid patimur, ad doctrinam excitemur potius quam ad vindictam.

1234 *Effusio ad exteriora.* — 17, 14. Curis enim saecularibus intenti, tanto insensibiliores intus efficimur, quanto ad ea quae foris sunt studiosiores videmur. Usu quippe curae terrenae a caelesti desiderio obdurescit animus; et dum ipso suo usu durus efficitur per actionem saeculi, ad ea emolliri non valet quae pertinent ad caritatem Dei.

1235 *Fructus digni paenitentiae.* — 20, 8. Per hoc ergo quod dicitur: *Facite dignos fructus paenitentiae* [Lc 3, 8], uniuscuiusque conscientia convenitur; ut tanto maiora quaerat bonorum operum lucra per paenitentiam, quanto graviora sibi intulit damna per culpam.

1236 *Spiritus Christi.* — 24, 6. Pensate quis sit spiritus Christi: profecto ille qui facit amicos et inimicos diligi, terrena despici, pro caelestibus aestuari, carnem propter vitia conteri, mentem a concupiscentiis frenari.

1237 *Misericordia Christi.* — 25, 10. Perpendo enim Petrum, considero latronem, aspicio Zachaeum, intueor Mariam, et nihil in his aliud video nisi ante oculos nostros posita spei et paenitentiae exempla. Fortasse enim in fide lapsus est aliquis; aspiciat Petrum, qui amare flevit quod timide negaverat. Alius contra proximum suum in malitia crudelitatis exarsit; aspiciat latronem, qui et in ipso mortis articulo ad vitae praemia paenitendo pervenit. Alius avaritiae aestibus anhelans aliena diripuit; aspiciat Zachaeum, qui si quid alicui abstulit, quadruplum reddidit. Alius libidinis igne succensus, carnis munditiam perdidit; aspiciat Mariam, quae in se amorem carnis igne divini amoris excoxit. Ecce omnipotens Deus ubique oculis nostris quos imitari debeamus obicit, ubique exempla suae misericordiae opponit.

1238 *Vera caritas erga proximum.* — 27, 1. Ille enim veraciter caritatem habet, qui et amicum diligit in Deo et inimicum diligit propter Deum. Nam sunt nonnulli qui diligunt proximos, sed per affectum cognationis et carnis, quibus tamen in hac dilectione sacra eloquia non contradicunt. Sed aliud est quod sponte impenditur naturae, aliud quod praeceptis dominicis ex caritate debetur oboedientiae.... Proinde cum Dominus diceret: *Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem,* protinus addidit: *Sicut dilexi vos* [Io 15, 12], ac si aperte dicat: Ad hoc amate ad quod amavi vos.

1233. ML 76, 1136 C. 1234. ML 76, 1146 B. 1235. ML 76, 1164 A.
1236. ML 76, 1188 B. 1237. ML 76, 1196 B. 1238. ML 76, 1205 B.

Petere in nomine Iesu. — 27, 6. Ille ergo in nomine Salva- 1239
toris petit, qui illud petit, quod ad veram salutem pertinet. Nam si id quod non expedit petitur, non in nomine Iesu petitur Pater. Unde et iisdem apostolis adhuc infirmantibus Dominus dicit: *Usque modo non petistis quidquam in nomine meo* [Io 16, 23], ac si aperte diceretur: Non petistis in nomine Salvatoris, quia nescitis quaerere aeternam salutem. Hinc est quod et Paulus non exauditur [cf. 2 Cor 12, 9], quia si liberaretur a tentatione, ei non proderat ad salutem.

Probatio dilectionis exhibitio est operis. — 30, 1 sq. Cf. EP 2333 sq. 1239*

Amor ex operibus probatur. — 30, 2. Ad vosmetipsos ergo, 1240
fratres carissimi, introrsus redite; si Deum vere amatis, exquirite; nec tamen sibi aliquis credat, quidquid sibi animus sine operis attestatione responderit. De dilectione conditoris lingua, mens et vita requiratur. Numquam est Dei amor otiosus. Operatur etenim magna, si est; si vero operari renuit, amor non est.

Spiritus Sanctus docet omnia. — 30, 3. Recte promittitur: 1241
Ipse vos docebit omnia [Io 14, 26], quia nisi idem Spiritus cordi adsit audientis, otiosus est sermo doctoris. Nemo ergo docenti homini tribuat quod ex ore docentis intellegit; quia nisi intus sit qui doceat, doctoris lingua exterius in vacuum laborat. Ecce unam loquentis vocem omnes pariter auditis, nec tamen pariter sensum auditae vocis percipitis.

Cor ardet, dum Spiritus Sanctus loquitur. — 30, 5. Otiosus 1242
est sermo docentis, si praebere non valet incendium amoris. Hoc doctrinae incendium ab ipso Veritatis ore conceperant, qui dicebant: *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cum loqueretur in via et aperiret nobis Scripturas?* [Lc 24, 32.] Ex audito quippe sermone inardescit animus, torporis frigus recedit, fit mens in superno desiderio anxia, a concupiscentiis terrenis aliena. Amor verus, qui hanc repleverit, in fletibus cruciat; sed dum tali ardore cruciatur, ipsis suis cruciatibus pascitur. Audire ei libet praecepta caelestia; et quot mandatis instruitur, quasi tot facibus inflammatur; et quae torpebat prius per desideria, ardet postmodum per verba.

Corda immutat Spiritus Sanctus. — 30, 8. Ecce apertis iis- 1243
dem oculis fidei, David, Amos, Danielem, Petrum, Paulum, Matthaeum intueor, et Sanctus iste Spiritus qualis sit artifex, considerare volo, sed in ipsa mea consideratione deficio. Implet namque citharoedum puerum, et psalmistam facit [cf. 1 Rg 16, 18]. Implet pastorem armentarium sycomoros vellicantem,

1239. ML 76, 1208 B. 1240. ML 76, 1221 B. 1241. ML 76, 1222 A.
1242. ML 76, 1223 B. 1243. ML 76, 1225 C.

et prophetam facit [cf. Am 7, 14]. Implet abstinentem puerum, et iudicem senum facit [cf. Dn 13, 46 sq]. Implet piscatorem, et praedicatorem facit [cf. Mt 4, 19]. Implet persecutorem, et doctorem gentium facit [cf. Act 9, 1 sqq]. Implet publicanum, et evangelistam facit [cf. Lc 5, 27 sq]. O qualis est artifex iste Spiritus! Nulla ad discendum mora agitur in omne quod voluerit. Mox ut tetigerit mentem, docet, solumque tetigisse docuisse est.

1244 *Spiritus Sanctus ex operatione sua dignoscitur.* — 30, 10. Cum Deum videre non possumus, habemus aliquid quod agamus, unde iter fiat, quo ad eum nostrae intellegentiae oculus veniat. Certe quem in se videre nullo modo valemus, hunc in servis suis videre iam possumus. Quos dum mira conspicimus agere, certum nobis fit in eorum mentibus Deum habitare. In re autem incorporea a rebus corporalibus usum trahamus. Nemo etenim nostrum orientem clare solem, in sphaeram illius intendendo, valet conspicere, quia tensi in eius radiis oculi reverberantur; sed sole illustratos montes aspicimus, et quia iam sol ortus est, videmus. Quia ergo solem iustitiae in seipso videre non possumus, illustratos montes claritate illius videamus, sanctos videlicet apostolos.

1245 *Terrenus homo ad terrena inclinatur.* — 31, 6. Omnis peccator terrena cogitans, caelestia non requirens, sursum respicere non valet, quia dum desideria inferiora sequitur, a mentis suae rectitudine curvatur, et hoc semper videt, quod sine cessatione cogitat. Ad corda vestra, fratres carissimi, redite; quid horis omnibus in cogitationibus vestris volvatis, semper aspicite. Alius de honoribus, alius de pecuniis, alius de praediorum ambitu cogitat. Haec cuncta in imo sunt, et quando mens talibus implicatur, a status sui rectitudine flectitur.

1245* *Abnegatio.* — 32, 1 sq. Cf. Breviar. Rom., Comm. unius Martyris 2º loco, lect. VII—IX.

1246 *Abnegatio.* — 32, 2. Relinquamus nosmetipsos quales peccando nos fecimus, et maneamus nosmetipsi quales per gratiam facti sumus. Ecce etenim qui superbus fuit, si conversus ad Christum humilis factus est, semetipsum relinquit. Si luxuriosus quisque ad continentiam vitam mutavit, abnegavit utique quod fuit. Si avarus quisque ambire iam desiit et largiri didicit propria qui prius aliena rapiebat, procul dubio semetipsum reliquit. Ipse quidem est per naturam, sed non est ipse per malitiam.... 3. Duobus etenim modis crux tollitur, cum aut per abstinentiam afficitur corpus, aut per compassionem proximi affligitur animus.... E vicino namque abstinentiam carnis nonnumquam vana gloria obsidet, quia dum tenuitas in corpore, dum pallor in vultu respicitur, virtus

1244. ML 76, 1226 C. 1245. ML 76, 1230 C. 1246. ML 76, 1233 C.

patefacta laudatur, et tanto se celerius foras fundit, quanto ad humanos oculos per ostensum pallorem exit.... Compassionem vero animi plerumque latenter obsidet pietas falsa, ut hanc nonnumquam usque ad condescendendum vitiis pertrahat, cum ad culpas quisque non debeat compassionem exercere, sed zelum.

Iniuriarum tolerantia. — 32, 5. Certe enim persecutionis 1247
tempore erubescere poterant fideles, substantiis nudari, de dignitatibus deici, verberibus affligi. Pacis autem tempore quia haec a nostris persecutionibus desunt, est aliud ubi ostendamur nobis. Veremur saepe a proximis despici, dedignamur iniurias verbi tolerare; si contingat iurgium fortasse cum proximo, erubescimus priores satisfacere.

Magdalenae conversio. — 33, 1. Ecce quia turpitudinis 1248
suae maculas aspexit, lavanda ad fontem misericordiae concurrit, convivantes non erubuit. Nam quia semetipsam graviter erubescebat intus, nihil esse credidit quod verecundaretur foris. Quid ergo miramur, fratres, Mariam venientem an Dominum suscipientem? Suscipientem dicam an trahentem? Dicam melius trahentem et suscipientem, quia nimirum ipse eam per misericordiam traxit intus, qui per mansuetudinem suscepit foris.

Magdalenae satisfactio. — 33, 2. Quod ergo sibi turpiter 1249
exhibuerat, hoc iam Deo laudabiliter offerebat. Oculis terrena concupierat, sed hos iam per paenitentiam conterens flebat. Capillos ad compositionem vultus exhibuerat, sed iam capillis lacrimas tergebat. Ore superba dixerat, sed pedes Domini osculans, hoc in Redemptoris sui vestigia figebat. Quot ergo in se habuit oblectamenta, tot de se invenit holocausta. Convertit ad virtutem numerum criminum, ut totum serviret Deo in paenitentia, quidquid ex se Deum contempserat in culpa.

Dei longanimitas. — 33, 8. Ecce peccatores [Deus] videt et 1250
sustinet, resistentes tolerat et tamen cotidie per evangelium clementer vocat.... Ecce vocat, et quos inquinatos denuntiat, hos etiam amplecti quaerit, a quibus desertum esse se queritur. Nemo ergo tantae misericordiae tempus perdat, nemo oblata remedia divinae pietatis abiciat.

Gaudium de peccatore. — 34, 4. Maius ergo de peccatore 1251
converso quam de stante iusto gaudium fit in caelo, quia et dux in praelio plus eum militem diligit, qui post fugam reversus hostem fortiter premit, quam illum qui numquam terga praebuit et numquam aliquid fortiter gessit. Sic agricola illam amplius terram amat, quae post spinas uberes fruges profert,

1247. ML 76, 1236 B. 1248. ML 76, 1239 D. 1249. ML 76, 1240 B. 1250. ML 76, 1244 B. 1251. ML 76, 1248 C.

quam eam quae numquam spinas habuit et numquam fertilem messem producit.

1252 *Dei misericordia.* — 34, 15. Pensemus, si possumus, dispensationem supernae pietatis. Stantibus, si ceciderint, minatur poenam; lapsis vero, ut surgere appetant, promittit misericordiam. Illos terret, ne praesumant in bonis; istos refovet, ne desperent in malis. Iustus es, iram pertimesce, ne corruas; peccator es, praesume de misericordia, ut surgas.

1253 *Satisfactio.* — 34, 16. Cogitandum summopere est, ut qui se illicita meminit commisisse, a quibusdam etiam licitis studeat abstinere, quatenus per hoc conditori suo satisfaciat, ut qui commisit prohibita, sibimetipsi abscindere debeat etiam concessa, et se reprehendat in minimis qui se meminit in maximis deliquisse.

1254 *Patientia multiplex.* — 35, 9. Tribus modis virtus patientiae exerceri solet. Alia namque sunt quae a Deo, alia quae ab antiquo adversario, alia quae a proximo sustinemus. A proximo namque persecutiones, damna et contumelias; ab antiquo vero adversario tentamenta; a Deo autem flagella toleramus. Sed in his omnibus tribus modis vigilanti oculo semetipsam debet mens circumspicere, ne contra mala proximi pertrahatur ad retributionem mali, ne contra tentamenta adversarii seducatur ad delectationem vel consensum delicti, ne contra flagella opificis ad excessum proruat murmurationis.

1255 *Mundi usus.* — 36, 12. Uxorem namque habet, sed quasi non habens, qui sic scit debita carnis exsolvere, ut tamen per eam mundo tota mente non cogatur inhaerere.... Flet quoque, sed tamquam non defleat, qui sic temporalibus damnis affligitur, ut tamen de aeternis lucris semper animum consoletur. Gaudet vero, sed tamquam non gaudeat, qui sic de temporalibus bonis hilarescit, ut tamen semper tormenta perpetua consideret, et in hoc quod mentem gaudio sublevat, hanc continuo pondere providi timoris premat. Emit autem, sed quasi non possidens, qui et ad usum terrena praeparat et tamen cauta cogitatione praevidet, quod haec citius relinquat. Mundo quoque utitur, sed quasi non utatur, qui et necessaria cuncta exterius ad vitae suae ministerium redigit et tamen haec eadem non sinit suae menti dominari, ut subiecta foris serviant et numquam intentionem animi ad alta tendentis frangant.... 13. Si bonum diligitur, mens in bonis melioribus, id est in caelestibus delectetur; si malum metuitur, mala animo aeterna proponantur; ut dum illic esse conspicit et amplius quod diligat et amplius quod pertimescat, hic omnino non haereat.

1252. ML 76, 1256 A. 1253. ML 76, 1256 C. 1254. ML 76, 1264 D.
1255. ML 76, 1273 B.

Animam suam odisse. — 37, 2. Odisse itaque praecipimur 1256
proximos, odisse et animam nostram [cf. Lc 14, 26]. Constat ergo quia amando debet odisse proximum qui sic eum odit sicut semetipsum. Tunc etenim bene nostram animam odimus, cum eius carnalibus desideriis non acquiescimus, cum eius appetitum frangimus, eius voluptatibus reluctamur. Quae ergo contempta ad melius ducitur, quasi per odium amatur.

Mali mixti cum bonis. — 38, 7. Si ergo boni estis, quamdiu 1257
in hac vita subsistitis, aequanimiter tolerate malos. Nam quisquis malos non tolerat, ipse sibi per intolerantiam suam testis est, quia bonus non est. Abel enim esse renuit, quem Caïn malitia non exercet. Sic in tritura areae grana sub paleis premuntur; sic flores inter spinas oriuntur, et rosa, quae redolet, crescit cum spina, quae pungit.

Eleemosyna necessaria. — 40, 3. Nemo ergo securum se 1258
aestimet dicens: Ecce aliena non rapio, sed concessis licite rebus fruor; quia dives iste non idcirco punitus est, quoniam aliena abstulit, sed quia acceptis rebus semetipsum male dereliquit. Hoc quoque fuit quod hunc inferno tradidit, quia in sua felicitate timidus non fuit, quia accepta dona ad usum arrogantiae inflexit, quia viscera pietatis ignoravit, quia peccata sua redimere, etiam cum sibi abundaret pretium, noluit.

Homiliae in Ezechielem, 593.

Examen et discretio spirituum. — L. 1, hom. 5, n. 3. Prima 1259
ergo nos cogitatio in inquisitionem nostri cordis debet excutere, ne ad quaedam quae agimus per apertum carnis impetum ducamur, ne pravis delectationibus animus seductus mala esse cognoscat et tamen faciat. Secunda vero nos cura debet vigilantes reddere, ne se impetus carnis quasi sub impetu spiritus latenter subiciat, et culpas quas agimus nobis virtutes fingat. 4. Sciendum vero est quia graviores culpae sunt, quae superducta specie virtutes imitantur, quia illae in aperto cognitae animum in confusionem deiciunt atque ad paenitentiam trahunt; istae vero non solum in paenitentiam non humiliant, sed etiam mentem operantis elevant, dum virtutes putantur.

Prudentia sanctorum. — 1, 7, 2. Circumspecta est vita sanc- 1260
torum, ne sic sit libera, ut superba sit, quia saepe superbia excedit in verbis et videri appetit libertas puritatis. Ne sic sit humilis, ut formidolosa, quia aliquando timor restringit animum et loqui quae recta sunt non praesumit, sed tamen in ipsa timida cogitatione humilitatem esse se simulat. Ne sic sit parca, ut tenax sit, quia plerumque tenacia parcimonia

---

1256. ML 76, 1276 A. 1257. ML 76, 1286 A. 1258. ML 76, 1305 A.
1259. ML 76, 822 C. 1260. ML 76, 841 B.

appetit aestimari, ut iuste ac necessarie videatur tenere quidquid egenti proximo misericorditer non vult impendere. Ne sic sit misericors, ut effusa sit, quia nonnumquam effusionem esse misericordiam putat.

1261 *Lectio Scripturae sacrae.* — 1, 7, 8. Divina eloquia cum legente crescunt; nam tanto illa quisque altius intellegit, quanto in iis altius intendit.

1262 *Caritatis excellentia.* — 1, 8, 7. Antiquus vero inimicus castitatem in nobis, si sine caritate fuerit, non timet, quia ipse nec carne premitur, ut in eius luxuria dissolvatur. Abstinentiam non timet, quia ipse cibo non utitur, qui necessitate corporis non urgetur. Distributionem terrenarum rerum non timet, si eidem operi caritas desit, quia divitiarum subsidiis nec ipse eget. Valde autem in nobis caritatem veram, id est amorem humilem, quem nobis vicissim impendimus, timet et nimis concordiae nostrae invidet, quia hanc nos tenemus in terra, quam ipse tenere nolens amisit in caelo.

1263 *Tentatio vitari nequit.* — 1, 9, 22. Quia autem loca mentem non muniunt, ipse humani generis primus testatur parens, qui et in paradiso cecidit. Sed minus sunt omnia quae loquimur ex terra. Nam si locus salvare potuisset, Satan de caelo non caderet. Unde psalmista ubique in hoc mundo tentationes esse conspiciens, quaesivit locum quo fugeret, sed sine Deo invenire non potuit munitum.

1264 *Lectio Scripturae sine fructu quibusdam.* — 1, 10, 7. Comedit et non satiatur [cf. Agg 1, 6], qui verba Dei audiens lucra vel gloriam saeculi concupiscit. Bene autem non satiari dicitur, quia aliud mandit et aliud esurit. Bibit et non inebriatur, qui ad vocem praedicationis aurem inclinat, sed mentem non mutat. Solet enim per ebrietatem bibentium sensus mutari. Qui ergo ad cognoscendum Dei verbum devotus est, sed ea quae sunt huius saeculi adipisci desiderat, bibit et debriatus non est. Si enim debriatus esset, procul dubio mentem mutasset, ut iam terrena non quaereret, iam vana et transitoria, quae amaverat, non amaret.

1265 *Nova creatura et vetus homo.* — 1, 10, 9. Nam praesentem mundum despicere, transitoria non amare, mentem medullitus in humilitate Deo et proximo sternere, contra illatas contumelias patientiam servare et, custodita patientia, dolorem malitiae a corde repellere, egenis propria tribuere, aliena minime ambire, amicum in Deo diligere propter Deum, et eos qui inimici sunt amare, de afflictione proximi lugere, de morte eius qui inimicus est non exsultare, haec est nova creatura. . . . 10. Ad veterem quippe hominem pertinet praesentem mundum

---

1261. ML 76, 843 D. 1262. ML 76, 857 C. 1263. ML 76, 880 D.
1264. ML 76, 888 D. 1265. ML 76, 889 B.

quaerere, transitoria ex concupiscentia amare, mentem in superbiam erigere, patientiam non habere, ex dolore malitiae de proximi laesione cogitare, sua indigentibus non dare atque ad multiplicandum aliena quaerere, nullum pure propter Deum diligere, inimicitias inimicitiis reddere, de afflictione proximi gaudere. Cuncta haec vetusti sunt hominis, quae videlicet de radice trahimus corruptionis.

Sanctitas est quae facit disertos. — 1, 10, 13. Ipsi de 1266
omnipotenti Domino sciunt suaviter loqui, qui hunc didicerint in cordis sui visceribus veraciter amare. In eius quippe ore Scriptura sacra dulcis est, cuius vitae viscera mandatis illius replentur, quia ei suavis est ad loquendum, cui interius impressa ad vivendum fuerit.

Divisiones spiritus. — 1, 10, 34. Hoc itaque omnipotens 1267
Deus agit in cordibus hominum, quod facit in regionibus terrarum. Poterat namque uni cuilibet regioni fructus omnes tribuere; sed si una quaelibet regio alterius regionis fructibus non indigeret, communionem cum altera non habuisset. Unde fit ut huic vini, alii vero olei abundantiam tribuat, hanc multitudine pecudum, illam vero ubertate abundare faciat frugum, ut cum illa defert quod ista non habet, et ista reddit quod illa non detulit, per communionem gratiae sibi simul etiam divisae terrae coniunctae sint. Sicut ergo regiones terrarum, ita sunt mentes sanctorum, quae dum vicissim sibi conferunt quod acceperunt, quasi fructus suos regiones regionibus impendunt, ut in una omnes caritate iungantur.

Vita activa et vita contemplativa. — 2, 2, 8. Activa enim 1268
vita est, panem esurienti tribuere, verbum sapientiae nescientem docere, errantem corrigere, ad humilitatis viam superbientem proximum revocare, infirmantis curam gerere, quae singulis quibusque expediant dispensare et commissis nobis qualiter subsistere valeant providere. Contemplativa vero vita est caritatem quidem Dei [et] proximi tota mente retinere, sed ab exteriore actione quiescere, soli desiderio conditoris inhaerere, ut nil iam agere libeat, sed calcatis curis omnibus, ad videndam faciem sui Creatoris animus inardescat; ita ut iam noverit carnis corruptibilis pondus cum maerore portare totisque desideriis appetere illis hymnidicis angelorum choris interesse, admisceri caelestibus civibus, de aeterna in conspectu Dei incorruptione gaudere. . . .

2, 2, 9. Bene has utrasque vitas duae illae mulieres signaverunt, Martha videlicet et Maria, quarum una satagebat circa frequens ministerium, alia vero sedebat ad pedes Domini et audiebat verba de ore eius. Cumque contra sororem Martha quereretur, quod se adiuvare neglegeret, respondit Dominus,

---

1266. ML 76, 890 C. 1267. ML 76, 900 C. 1268. ML 76, 953 A.

dicens: *Martha, occuparis et satagis circa multa; porro unum est necessarium. Maria autem optimam partem elegit, quae non auferetur ab ea* [Lc 10, 41 sq]. Ecce pars Marthae non reprehenditur, sed Mariae laudatur. Neque enim bonam partem elegisse Mariam dicit, sed optimam, ut etiam pars Marthae indicaretur bona. Quare autem pars Mariae sit optima, subinfertur cum dicitur: *Quae non auferetur ab ea.* Activa etenim vita cum corpore deficit. Quis enim in aeterna patria panem esurienti porrigat, ubi nemo esurit? Quis potum tribuat sitienti, ubi nemo sitit? Quis mortuum sepeliat, ubi nemo moritur? Cum praesenti ergo saeculo vita aufertur activa, contemplativa autem hic incipitur, ut in caelesti patria perficiatur, quia amoris ignis, qui hic ardere incohat, cum ipsum quem amat viderit, in amore ipsius amplius ignescet. Contemplativa ergo vita minime aufertur, quia subtracta praesentis saeculi luce perficitur.

2, 2, 10. Has utrasque vitas, sicut et ante nos dictum est, duae beati Iacob mulieres signaverunt, Lia videlicet et Rachel. Lia quippe interpretatur laboriosa, Rachel vero ovis, vel visum principium. Activa autem vita laboriosa est, quia desudat in opere; contemplativa vero simplex ad solum videndum principium anhelat, videlicet ipsum qui ait: *Ego principium, propter quod et loquor vobis* [Io 8, 25]. . . . Erat autem Rachel videns, sed sterilis; Lia vero lippa, sed fecunda; Rachel pulchra et infecunda, quia contemplativa vita speciosa in animo est, sed dum quiescere in silentio appetit, filios non generat ex praedicatione. . . . Lia vero lippa et fecunda est, quia activa vita, dum occupatur in opere, minus videt, sed dum modo per verbum, modo per exemplum ad imitationem suam proximos accendit, multos in bono opere filios generat. . . .

2, 2, 11. Sed sciendum est quia, sicut bonus ordo vivendi est, ut ab activa in contemplativam tendatur, ita plerumque utiliter a contemplativa animus ad activam reflectitur, ut per hoc quod contemplativa mentem accenderit, perfectius activa teneatur. Debet ergo nos activa ad contemplativam transmittere, et aliquando tamen ex eo quod introrsus mente conspeximus, contemplativa melius ad activam revocare. Unde et idem Iacob post Rachelis amplexus ad Liae rediit, quia et post visum principium laboriosa vita boni operis non est funditus deserenda.

2, 2, 12. Est autem in contemplativa vita magna mentis contentio, cum sese ad caelestia erigit, cum in rebus spiritalibus animum tendit, cum transgredi nititur omne quod corporaliter videtur, cum sese angustat ut dilatetur. Et aliquando quidem vincit et reluctantes tenebras suae caecitatis exsuperat, ut de incircumscripto lumine quiddam furtim et tenuiter attingat; sed tamen ad semetipsam protinus reverberata revertitur, atque ab ea luce, ad quam respirando transiit, ad

suae caecitatis tenebras suspirando rediit. Quod bene sacra historia designat, quae beatum Iacob cum angelo luctatum narrat [cf. Gn 32, 24]. . . .

2, 2, 13. Sed notandum quod idem victus angelus nervum femoris Iacob tetigit eumque marcescere statim fecit, atque ab eo tempore Iacob uno claudicavit pede, quia scilicet omnipotens Deus, cum iam per desiderium et intellectum cognoscitur, omnem in nobis voluptatem carnis arefacit.

Angusta porta et iugum suave. — 2, 5, 13. Quomodo ergo 1269
aut lata caritas [cf. Ps 118, 96], si angusta porta [cf. Mt 7, 13], aut quomodo iugum suave est et onus leve [cf. Mt 11, 30], si in praeceptis Dei viae durae sunt, quae custodiuntur? [Cf. Ps 16, 4.] Sed hanc nobis quaestionem citius ipsa caritas solvit, quia via Dei et incohantibus angusta est et perfecte iam viventibus lata Et dura sunt quae contra consuetudinem spiritaliter animo proponimus, et tamen onus Dei leve est, postquam hoc ferre coeperimus, ita ut pro amore eius etiam persecutio placeat et omnis pro eo afflictio in mentis dulcedine veniat, sicut sancti quoque apostoli gaudebant, cum pro Domino flagella tolerabant [cf. Act 5, 41]. Ipsa ergo angusta porta amantibus lata fit, ipsae viae durae spiritaliter currentibus molles et planae fiunt; dum enim scit animus se pro temporalibus doloribus gaudia aeterna recipere, et hoc incipit quod affligitur amare.

Contemplatio requirit humilitatem. — 2, 5, 18. Qui cor 1270
intus habet, ipse quoque lumen contemplationis suscipit. Nam qui adhuc exteriora immoderatius cogitant, quae sint de aeterno lumine rimae contemplationis ignorant. Neque enim cum corporearum rerum imaginibus illa infusio incorporeae lucis capitur, quia dum sola visibilia cogitantur, lumen invisibile ad mentem non admittitur. Sed quisquis iam lumini contemplationis intendit, curare magnopere debet, ut mentem semper in humilitate custodiat, numquam se de gratia qua infunditur extollat, et ipsas quae mentes contemplantium signant, quales sint obliquae fenestrae [cf. Ez 40, 16] consideret. Per obliquas etenim fenestras lumen intrat et fur non intrat, quia hi qui vere speculatores sunt semper sensum in humilitate deprimunt, atque ad eorum mentes intellegentia contemplationis intrat, sed iactantia elationis non intrat. Et patent itaque fenestrae, et munitae sunt, quia et aperta est in mentibus eorum gratia qua replentur, et tamen ad se adversarium ingredi per superbiam non permittunt.

Gratia contemplationis communis. — 2, 5, 19. Non enim 1271
contemplationis gratia summis datur et minimis non datur, sed saepe hanc summi, saepe minimi, saepius remoti aliquando etiam coniugati percipiunt. Si ergo nullum est fide-

1269. ML 76, 993 A. 1270. ML 76, 995 C. 1271. ML 76, 996 A.

lium officium, a quo possit gratia contemplationis excludi, quisquis cor intus habet, illustrari etiam lumine contemplationis potest.

1272 *Etiam peccatoribus datur contemplatio.* — 2, 7, 6. Cum peccator ad vitam post culpas reducitur, saepe lumen contemplationis accipit atque de ipsa memoria iniquitatis suae gratiam magnae humilitatis, bonae quoque operationis efficaciam sumit, ut omne quod fieri praecipitur, in vita eius quasi sculptum esse videatur.

1273 *Ascensus ad Deum per dona Sancti Spiritus.* — 2, 7, 7. Septem gradibus ad portam ascenditur, quia per Sancti Spiritus septiformem gratiam aditus nobis vitae caelestis aperitur.... In mente etenim nostra primus ascensionis gradus est timor Domini; secundus, pietas; tertius, scientia; quartus, fortitudo; quintus, consilium; sextus, intellectus; septimus, sapientia. Est enim timor Domini in mente. Sed qualis est iste timor, si cum eo pietas non est? Qui enim misereri proximo ignorat, qui compati eius tribulationibus dissimulat, huius timor ante omnipotentis Dei oculos nullus est, quia non sublevatur ad pietatem. Sed saepe pietas per inordinatam misericordiam errare solet, si fortasse pepercerit quae parcenda non sunt. Peccata enim, quae feriri gehennae ignibus possunt, disciplinae verbere sunt corrigenda. Sed inordinata pietas, cum temporaliter parcit, ad aeternum supplicium pertrahit. Ut ergo vera et ordinata sit pietas, ad gradum est alium sublevanda, id est ad scientiam, ut sciat vel quid ex iudicio puniat, vel quid ex misericordia dimittat. Sed quid si sciat quid agere quisque debeat, virtutem vero agendi non habeat? Scientia ergo nostra crescat ad fortitudinem, ut cum videt quid agendum sit, hoc agere per mentis fortitudinem possit, ne timore trepidet, et pavore collapsa non valeat bona defendere quae sentit. Sed saepe fortitudo si improvida fuerit et minus contra vitia circumspecta, ipsa sui praesumptione in casum ruit. Ascendat ergo ad consilium, ut praevidendo praemuniat omne quod agere fortiter potest. Sed esse consilium non potest, si intellectus deest, quia qui non intellegit malum quod agentem gravat, quomodo potest bonum solidare quod adiuvat? Itaque a consilio ascendamus ad intellectum. Sed quid si intellectus magno quidem acumine vigilet et moderari se nesciat per maturitatem? Ab intellectu ergo ascendatur ad sapientiam, ut hoc quod acute intellectus invenit, sapientia mature disponat.

1274 *Vitae activae utile experimentum.* — 2, 7, 12. Saepe evenit [sanctis], ut cum se viderint magno caelestis gratiae munere compunctos, iam se perfectos existiment et oboedientes putent, sed quia nullus est, qui dura praecipiat; patientes esse

1272. ML 76, 1016 B. 1273. ML 76, 1016 C. 1274. ML 76, 1020 B.

se credant, sed quia nemo eos per contumelias et adversitates pulsat. Et plerumque contingit, ut spiritale ministerium vel inviti suscipiant atque ad gubernationem fidelium deducantur. Qui cum magnis tribulationibus fuerint hinc inde pulsati, turbati mente, sese imperfectos inveniunt, qui non pulsati perfectos se esse crediderunt.

Fovenda paupertas. — 2, 7, 18. Discamus penuriam pati, 1275
ne ea quae non habemus, habere etiam cum culpa requiramus, nec felices putemus quos rebus onustos cernimus. Nimia valde sunt ea quae sibi quasi in sumptus vitae praesentis praeparant. Multa portant, sed in via brevi. Magna est nobis in hoc itinere socia paupertas, quae animum non angustat, cum deest terrena substantia, de qua aeterno iudici rationes ponamus. Liberius ad patriam tendimus, quia quasi in via pondere caremus.... 19. Discamus satiari, ne in sumendis alimentis corporis gulae magis quam necessitati serviamus. Plus enim concupiscentia quam necessitas petit. Et saepe dum carnis inopiae satisfacere curamus, voluptas subrepit, modum refectionis excedit.... Caro nobis aliquando adiutrix est in bono opere, aliquando autem seductrix in malo. Si igitur ei plus quam debemus tribuimus, hostem nutrimus. Et si necessitati eius quae debemus non reddimus, civem necamus.

Laus Scripturae sacrae. — 2, 10, 1. Cui ergo verbum sacri 1276
eloquii nisi lapidi simile dixerim, in quo ignis latet, qui manu quidem frigidus tenetur, sed percussus ferro, per scintillas micat, atque hoc emittit ignem, qui post ardeat, quod prius manus frigidum tenebat? Sic etenim, sic verba sunt sacri eloquii, quae quidem per narrationem litterae frigida tenentur; sed si quis haec, aspirante Domino, intento intellectu pulsaverit, de mysticis eius sensibus ignem producit, ut in iis verbis post animus spiritaliter ardeat, quae prius per litteram ipse quoque frigidus audiebat.

Dialogi, 593/4.

Lectio vitae sanctorum. — Praef. Sunt nonnulli, quos ad 1277
amorem patriae caelestis plus exempla quam praedicamenta succendunt. Fit vero plerumque audientis animo duplex adiutorium in exemplis patrum, quia si ad amorem venturae vitae ex praecedentium comparatione accenditur, etiam si se esse aliquid existimat, dum meliora de aliis cognoverit, humiliatur.

Vera humilitas in contumelia. — L. 1, c. 5. Qualis enim 1278
quisque apud se lateat, contumelia illata probat. Nam sicut superbi honoribus, sic plerumque humiles sua despectione gratulantur. Cumque se et in alienis oculis viles aspiciunt,

1275. ML 76, 1024 D. 1276. ML 76, 1058 B. 1277. ML 77, 153 A. 1278. ML 77, 180 D.

idcirco gaudent, quia hoc iudicium confirmari intellegunt, quod de se et ipsi apud semetipsos habuerunt.

1279 *De oratione et praedestinatione.* — 1, 8. Obtineri nequaquam possunt quae praedestinata non fuerint; sed ea quae sancti viri orando efficiunt, ita praedestinata sunt, ut precibus obtineantur. Nam ipsa quoque perennis regni praedestinatio ita est ab omnipotenti Deo disposita, ut ad hoc electi ex labore perveniant, quatenus postulando mereantur accipere, quod iis omnipotens Deus ante saecula disposuit donare.

1280 *Ex solitudine facilior oratio.* — 3, 15. Eius [Dei] famuli a terrenis actionibus segregati, otiosa loqui nesciunt et mentem per verba spargere atque inquinare devitant, auctoris sui prae ceteris exauditionem impetrant. Cui, in quantum est possibile, ipsa puritate ac simplicitate cogitationis, quasi ex quadam iam similitudine concordant. Nos autem turbis popularibus admixti, dum frequenter otiosa, nonnumquam vero etiam graviter noxia loquimur, os nostrum omnipotenti Deo tanto longinquum fit, quanto huic mundo proximum. Multum quippe deorsum ducimur, dum locutione continua saecularibus admiscemur.

1281 *Martyrium incruentum.* — 3, 26. Duo sunt, Petre, martyrii genera, unum in occulto, alterum in publico. Nam etsi persecutio desit exterius, martyrii meritum in occulto est, cum virtus ad passionem prompta flagrat in animo.

1282 *In missa dispositio.* — 4, 59. Qui passionis dominicae mysteria celebramus, debemus imitari quod agimus. Tunc ergo vere pro nobis hostia erit Deo, cum nos ipsos hostiam fecerimus.

Epistulae.

1283 *Sacerdotium.* — L. 2, ep. 47 [Dominico episcopo]. Grave namque est pondus sacerdotii. Prius quippe est sacerdoti necesse, ut ceteris ad exemplum vivat, ac deinde servandum, ut mentem per ostensa exempla non elevet. De praedicationis semper ministerio cogitet, intentissimo timore considerans, quod recessurus ad percipiendum regnum Dominus et talenta servis tribuens dicat: *Negotiamini dum venio* [Lc 19, 13]. Quod profecto negotium tunc vere nos agimus, si vivendo et loquendo proximorum animas lucramur, si infirmos quosque, caelestis regni gaudia praedicando, in superno amore roboramus, si protervos ac timidos, gehennae supplicia terribiliter insonando, flectimus, si nulli contra veritatem parcimus, si supernis amicitiis dediti, humanas inimicitias non timemus.

1284 *Legenda Scriptura sacra.* — 4, 31 [Theodoro medico]. Quid est autem Scriptura sacra nisi quaedam epistula omnipotentis Dei ad creaturam suam? Et certe sicubi esset gloria vestra

---

1279. ML 77, 188 B. 1280. ML 77, 256 A. 1281. ML 77, 281 D.
1282. ML 77, 428 A. 1283. ML 77, 587 C. 1284. ML 77, 706 A.

alibi constituta, et scripta terreni imperatoris acciperet, non cessaret, non quiesceret, somnum oculis non daret, nisi prius quid sibi imperator terrenus scripsisset, agnovisset. Imperator caeli, Dominus hominum et angelorum, pro vita tua tibi suas epistulas transmisit, et tamen, gloriose fili, easdem epistulas ardenter legere neglegis. Stude ergo, quaeso, et cotidie Creatoris tui verba meditare. Disce cor Dei in verbis Dei, ut ardentius ad aeterna suspires, ut mens vestra ad caelestia gaudia maioribus desideriis accendatur.

Caritas vinculum perfectionis. — 5, 53 [Virgilio episcopo]. 1285
O quam bona est caritas, quae absentia per imaginem praesentia sibimetipsis exhibet per amorem, divina unit, confusa ordinat, inaequalia sociat, imperfecta consummat! Quam recte praedicator egregius vinculum perfectionis vocat, quia virtutes quidem ceterae perfectionem generant, sed tamen eas caritas etiam ligat, ut ab amantis mente dissolvi iam nequeant!

IOANNES MOSCHUS, † 619.

Pratum spirituale.

Adversus daemones resistentia. — 110. Τῶν δαιμόνων ἔργον 1286
τοῦτό ἐστιν, ἵνα μετὰ τὸ ῥίψαι τὴν ψυχὴν εἰς ἁμαρτίαν, τότε εἰς ἀπόγνωσιν ἡμᾶς ἐμβάλωσιν, ἵνα τελείως ἡμᾶς ἀπολέσωσιν. Ἀεὶ γὰρ οἱ δαίμονες λέγουσιν τῇ ψυχῇ· «Πότε ἀποθανεῖται καὶ ἀπολεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ;» [Ps 40, 6.] Ἐὰν οὖν νήψῃ ἡ ψυχή, καὶ αὐτὴ ἀντιβοήσει πρὸς αὐτοὺς καὶ εἴπῃ· «Οὐκ ἀποθανοῦμαι, ἀλλὰ ζήσομαι, καὶ διηγήσομαι τὰ ἔργα Κυρίου» [Ps 117, 7]. Ἐπειδὴ οὖν πολλὴν ἀναίδειαν ἔχουσιν οἱ δαίμονες, καὶ αὐτοὶ πάλιν ἀντεπιστρέφουσιν λέγοντες· «Μεταναστεύου ἐπὶ τὰ ὄρη, ὡς στρουθίον» [Ps 10, 1]· διὸ καὶ ἡμεῖς ὀφείλομεν πρὸς αὐτοὺς λέγειν· «Καὶ γὰρ αὐτὸς Θεός μου καὶ σωτήρ μου, ἀντιλήπτωρ μου, οὐ μὴ μεταναστεύσω» [Ps 61, 7].

Patientia respectu futurorum. — 141. Ἀδελφὸς παρέβαλεν 1287
τῷ ἀββᾷ Ὀλυμπίῳ εἰς τὴν λαύραν τοῦ ἀββᾶ Γερασίμου πλησίον

---

110. Daemonum opus hoc est, ut cum animam in peccatum 1286
deiecerint, tunc nos in desperationem praecipitent, ut perfecte nos perdant. Semper enim daemones dicunt animae: *Quando morietur et peribit nomen eius?* Si igitur sobria fuerit anima, et ipsa ad eos econtra clamabit et dicet: *Non moriar, sed vivam, et narrabo opera Domini.* Quoniam igitur magnam habent impudentiam daemones, et ipsi rursus clamant dicentes: *Transmigra in montem, velut passer.* Idcirco et nos ad illos dicere debemus: *Nam et ipse Deus meus et salvator meus, adiutor meus, non emigrabo.*

141. Frater quidam venit ad abbatem Olympium in monasterium 1287
abbatis Gerasimi prope Iordanem, et dixit ei: Abba, quomodo

1285. ML 77, 782 B. 1286. MG 87, 3, 2973 C. 1287. MG 87, 3, 3004 B.

τοῦ ἁγίου Ἰορδάνου, καὶ λέγει αὐτῷ· Πῶς κάθῃ ὧδε ἔχων τοσοῦτον καύσωνα καὶ τοσούτους κνίφας; Ἀπεκρίθη δὲ αὐτῷ ὁ γέρων· Ὑπομένω γὰρ τοὺς σκνίφας, ἵνα τὸν σκώληκα τὸν ἀκοίμητον διαφύγω· ὁμοίως δὲ τὸν καύσωνα τοῦτον βαστάζω, δεδοικὼς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον· τοῦτο γὰρ πρόσκαιρον, ἐκεῖνο δὲ τέλος οὐκ ἔχει.

1288 *Remedia contra acediam.* — 142. Ἄλλος ἀδελφὸς παρέβαλεν εἰς τὴν λαύραν τοῦ ἀββᾶ Γερασίμου τῷ ἀββᾷ Ἀλεξάνδρῳ τῷ ἡγουμένῳ, καὶ λέγει αὐτῷ· Ἀββᾶ, θέλω ἀναχωρῆσαι ἐκ τοῦ τόπου οὗ κάθημαι, ὅτι πάνυ ἀκηδιῶ. Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Ἀλέξανδρος· Φύσει, τέκνον, σημεῖόν ἐστι τοῦτο, ὅτι οὐκ ἔχεις κατὰ νοῦν οὔτε τὴν κόλασιν τὴν αἰώνιον, οὔτε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἐπεὶ οὐκ εἶχες ἀκηδιάσαι.

1289 *Non iudicandum, ob sui cognitionem.* — 144. Ἠρωτήθη γέρων ὑπό τινος ἀδελφοῦ· Διατί συνεχῶς κρίνω τοὺς ἀδελφούς; Ἀπεκρίθη ὁ γέρων· Ὅτι οὔπω ἔγνωκας ἑαυτόν. Ὁ γὰρ ἑαυτὸν γινώσκων τὰ τῶν ἀδελφῶν οὐ θεωρεῖ.

1290 *Psalmorum perpetua meditatio.* — 152. Πιστεύσατέ μοι, τέκνα, οὐδὲν οὕτως ταράσσει καὶ διεγείρει καὶ παροξύνει καὶ τραυματίζει καὶ ἀπόλλει καὶ ἀνιᾷ καὶ ἐπιφέρει καθ' ἡμῶν τοὺς δαίμονας καὶ αὐτὸν ἀρχέκακον σατανᾶν, ὡς τὸ μελετᾷν ἡμᾶς διὰ παντὸς τοὺς ψαλμούς. Πᾶσα μὲν γὰρ ἡ ἁγία Γραφὴ ὠφέλιμός ἐστι, καὶ λυπεῖ οὐ μετρίως τοὺς δαίμονας· ἀλλ' οὐχ οὕτως τούτους λυπεῖ, ὡς τὸ ψαλτήριον. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν δημοτῶν, ἐὰν τὸ μέρος τὸ ἓν τὸν βασιλέα εὐφημῇ, τὸ ἄλλο μέρος οὐ

sedes in spelunca ista propter aestus magnitudinem et cynifes? Respondit ei senex: Fili, ista idcirco tolero, ut futuris cruciatibus liberer; ideo cynifes patior, ut immortalem effugiam vermem; similiter et aestum hunc perfero, sempiterni ignis supplicia metuens; haec enim sunt temporalia; illa vero finem nullum habent.

1288 142. Frater alius perrexit ad abbatem Alexandrum, ipsius monasterii abbatis Gerasimi antistitem, et ait illi: Abba, volo ex eo loco, ubi habito, discedere; valde enim acedia et taedio animi laboro. Respondit ei abbas Alexander: Istud, fili, signum est quia nec regnum caelorum, nec aeternum cruciatum in mente habes. Nam si ista sollicita intentione cogitares, nullam in cella tua acediam sentires.

1289 144. Interrogatus est senex a fratre quodam: Cur assidue iudico fratres? Respondit senex: Quia necdum teipsum cognovisti. Nam qui seipsum novit, fratrum vitia non aspicit.

1290 152. Credite mihi, filioli, nihil ita perturbat et concitat et irritat et vulnerat et perdit atque contristat et contra nos commovet daemones ipsumque perditionis auctorem satanam sicut perpetua psalmorum meditatio. Nam omnis quidem divina Scriptura utilis nobis est contristatque non mediocriter daemones, non tamen ita sicut psalterium. Sicut enim in plebe, si una pars laudet imperatorem, alia pars ob id non contristatur neque movetur contra

1288. MG 87, 3, 3004 C. 1289. MG 87, 3, 3008 C. 1290. MG 87, 3, 3017 C.

λυπεῖται, οὐδὲ κινεῖται κατ' αὐτῶν· ἐπὰν δὲ εἰς ὕβρεις τραπῶσιν, τότε διεγείρονται κατ' αὐτῶν· οὕτως καὶ οἱ δαίμονες, οὐ τοσοῦτον λυποῦνται οὐδὲ ταράσσονται ἐπὶ τῆς ἄλλης Γραφῆς, ὡς ἐπὶ τοῖς ψαλμοῖς. Μελετῶντες γὰρ τοὺς ψαλμούς, τὰ μὲν ἑαυτοῖς εὐχόμεθα, τὰ δὲ τοὺς δαίμονας καταρώμεθα.

Castitas proximum Deo facit. — 152. Οὐδὲν οὕτω προσάγει 1291
Θεῷ τοὺς μοναχούς, ὡσεὶ τὸ εὔσχημον καὶ εὐπάρεδρον τῷ Κυρίῳ ἀπερίσπαστον παρέχουσα ἡ καλὴ καὶ σεμνὴ καὶ φιλόθεος ἁγνεία· καθὰ μεμαρτύρηκεν αὐτῇ τὸ πανάγιον Πνεῦμα διὰ τοῦ θείου Παύλου.

Philosophia vera, ascesis. — 156. Δύο φιλόσοφοι παρέβαλον 1292
γέροντι καὶ ἐπερώτησαν αὐτὸν εἰπεῖν αὐτοῖς λόγον ὠφελείας. Ὁ δὲ γέρων ἐσιώπα. Πάλιν οἱ φιλόσοφοι εἶπον· Οὐδὲν ἡμῖν ἀποκρίνῃ, πάτερ; Τότε ὁ γέρων λέγει αὐτοῖς· Ὅτι μὲν φιλόλογοι ἐστέ, οἶδα· ὅτι δὲ οὐκ ἀληθεῖς φιλόσοφοι, μαρτυρῶ. Μέχρις οὗ ποτε μανθάνετε λαλεῖν, οἱ ἀεὶ τὸ λαλεῖν οὐκ εἰδότες; Γενέσθω οὖν ὑμῶν φιλοσοφίας ἔργον, τὸ ἀεὶ μελετᾷν τὸν θάνατον, καὶ τῇ σιωπῇ καὶ ἡσυχίᾳ ἑαυτοὺς φυλάττετε.

Virtus oritur ex pugna vitii oppositi. — 187. Πῶς κτᾶταί 1293
τις ἀρετάς; Καὶ ἀπεκρίθη ὁ γέρων· Ἐὰν θέλει τις ἀρετὴν κτήσασθαι, εἰ μὴ πρῶτον μισήσῃ τὴν ἀντιδιάμετρον αὐτῆς κακίαν, οὐ δύναται κτήσασθαι αὐτήν. Ἐὰν οὖν θέλῃς τὸ πένθος, μίσησον τὸν γέλωτα. Θέλεις ταπείνωσιν ἔχειν; Μίσησον τὴν ὑπερηφανίαν. Θέλεις ἐγκρατὴς εἶναι; Μίσησον τὴν λαιμαργίαν. Θέλεις σώφρων εἶναι; Μίσησον τὴν λαγνείαν.

laudantes; cum vero ad iniurias et contumelias non laudantium conversi fuerint, tunc adversus eos excitantur; ita daemones non ita commoventur neque contristantur in aliis Scripturis, quemadmodum in psalmis. Nam cum psalmos meditamur, partim quidem nobis ipsis Deum laudando oramus, partim vero maledictis insequimur daemones.

152. Nihil ita Deo monachos familiares efficit, ut pulchra et 1291
honesta et Deo gratissima castitas, quae, sicut sanctus et divinus Spiritus testatur per beatum Paulum, honestatem et perseverantiam iugiter vacandi Domino sine distractione praestat.

156. Duo philosophi accesserunt ad senem et rogaverunt eum, 1292
ut verbum spiritalis utilitatis iis diceret. Senex vero tacebat. Rursum philosophi dixerunt: Nihil nobis respondes, pater? Tunc senex ait illis: Quod sitis philologi, scio; quod autem non sitis veri philosophi, attestor. Quamdiu enim loqui discitis, qui loqui semper nescitis? Sit ergo philosophiae vestrae opus, mortem semper meditari, et silentio ac quieti servate vos.

187. Quomodo virtutes possidet quispiam? Respondit senior et 1293
ait: Qui virtutem possidere voluerit, nisi prius oderit virtuti ex diametro contrariam malitiam, eam possidere non potest. Si igitur habere vis luctum, semper odio habeas risum. Si humilitatem habere desideras, superbiam semper exsecrare. Si continens esse cupis, ingluviem odi. Si pudicus, detestare luxuriam.

1291. MG 87, 3, 3021 A. 1292. MG 87, 3, 3024 D. 1293. MG 87, 3, 3065 A.

1294 *Fuga mundi quantum valeat.* — 194. Γέρων τις ἐκάθητο ἐν Σκήτει, καὶ ἀνέβη ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ τὸ ἐργόχειρον αὐτοῦ πωλῆσαι, καὶ θεωρεῖ νεώτερον μοναχὸν εἰσελθόντα εἰς τὸ καπηλεῖον. Ἐπὶ τούτῳ ὁ γέρων ἐθλίβη, καὶ ἀνέμεινεν ἔξω, ἵνα ὅταν ἐξέλθῃ, συντύχῃ αὐτῷ· ὅπερ καὶ γέγονεν. Μετὰ γοῦν τὸ ἐξελθεῖν τὸν νεώτερον, κρατήσας τῆς χειρὸς αὐτοῦ ὁ γέρων, ἔλαβεν αὐτὸν κατ' ἰδίαν, καὶ λέγει αὐτῷ· «Κῦρι ἀδελφέ, οὐκ οἶδας, ὅτι τὸ σχῆμα τὸ ἅγιον περιβέβλησαι; Οὐκ οἶδας, ὅτι νεώτερος εἶ; Οὐκ οἶδας, ὅτι πολλαί εἰσιν αἱ παγίδες τοῦ διαβόλου; Οὐκ οἶδας, ὅτι καὶ δι' ὀφθαλμῶν καὶ δι' ἀκοῆς καὶ διὰ σχημάτων οἱ μοναχοὶ βλάπτονται ἐν ταῖς πόλεσι διάγοντες; Σὺ δὲ εἰς τὰ καπηλεῖα ἀδεῶς εἰσερχόμενος, καὶ ἃ οὐ θέλεις, ἀκούεις, καὶ ἃ οὐ θέλεις, θεωρεῖς, καὶ ἀσέμνως καὶ γυναιξὶ συναναστρέφῃ; Μή, παρακαλῶ, ἀλλὰ φύγε εἰς τὴν ἔρημον, ὅπου δύνῃ ὡς θέλεις σωθῆναι.» Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ νεώτερος· «Ὕπαγε, καλόγηρε, ὁ Θεὸς οὐ χρῄζει εἰ μὴ καρδίαν καθαράν.» Τότε ἐκτείνας τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανόν, εἶπεν ὁ γέρων· «Δόξα σοι ὁ Θεός, ὅτι ἔχω ἐν τῇ Σκήτει πεντήκοντα ἔτη καὶ καρδίαν καθαρὰν οὐκ ἐκτησάμην· καὶ οὗτος εἰς τὰ καπηλεῖα ἀναστρεφόμενος καρδίαν καθαρὰν ἐκτήσατο.» Καὶ στραφεὶς πρὸς τὸν ἀδελφόν, λέγει· «Ὁ Θεὸς καὶ σὲ σώσαι, καὶ ἐμὲ μὴ καταισχύνῃ ἀπὸ τῆς ἐμαυτοῦ ἐλπίδος.»

1295 *Modestiae necessitas.* — 217. Εἶπεν γέρων· Τεκνία, τὸ ἅλας ἐκ τοῦ ὕδατός ἐστιν, καὶ ἐὰν προσεγγίσῃ ὕδατι, λύεται καὶ

1294 194. Senex quidam morabatur in Scythi. Hic die quadam venit Alexandriam, ut opus manuum suarum venderet, viditque ibi iuniorem monachum ingressum esse cauponam. Qua ex re senex vehementer afflictus, manebat foris exspectans, donec egredienti iuveni colloqueretur. Quod et factum est. Mox enim ut egressus est iuvenis, tenuit illum senior per manus, et seorsum illum ducens dixit ei: «An nescis, domine frater, quia habitum angelicum fers? Ignoras quia iuvenis es? Non nosti quia multi sunt inimici nostri laquei? Nescis quia et per oculos et per aures et per figuras varias et habitus monachi in civitatibus laeduntur? Tu autem in cauponas intrepide ingrederis, et quae non vis audis, et quae non vis vides, et inhoneste etiam cum mulieribus coniungeris. Noli, obsecro, sic agere, sed fuge in eremum, ubi cum Dei adiutorio salvari potes.» Respondit ei iunior: «Perge, senior, Deus non quaerit nisi cor mundum.» Tunc expandens in caelum ambas manus suas senex ait: «Gloria tibi Deus! Ecce enim ego habeo in Scythi annos quinquaginta et mundum cor non habeo; hic autem in tabernis conversans cordis munditiam possidet.» Et ad fratrem conversus dixit: «Deus et te servet et me non confundat a spe mea.»

1295 217. Dixit senior: Filioli, sal ex aqua est, et si appropinquaverit aquae, continuo solvitur et deficit. Et monachus similiter ex muliere

---

1294. MG 87, 3, 3076 C. 1295. MG 87, 3, 3108 C.

ἀφανίζεται. Ὁμοίως καὶ ὁ μοναχὸς ἐκ τῆς γυναικός ἐστιν, καὶ ἐὰν προσεγγίσῃ γυναικί, λύεται, καὶ εἰς τὸ μὴ εἶναι μοναχὸς δηλονότι τελευτᾷ.

S. MAXIMUS CONFESSOR, ca 580—662.

Quaestiones ad Thalassium.

Tres gradus: timentes, proficientes, perfecti. — Quaestio 10. 1296
Ἡ καλὴ τῶν θείων Γραφῶν εὐταξία, κατὰ τὸν σωστικὸν τοῦ Πνεύματος θεσμόν, τῶν ἀπὸ τῆς ἐκτὸς κατὰ τὰ πάθη πληθύος ἐπὶ τὴν θείαν ἑνότητα κινουμένων τοὺς βαθμοὺς διορίζουσα, τοὺς μὲν εἰσαγομένους, καὶ ἐπὶ τὰ πρόπυλά που τυγχάνοντας τῆς θείας αὐλῆς τῶν ἀρετῶν, φοβουμένους ἐκάλεσε· τοὺς δὲ κτησαμένους σύμμετρον ἕξιν τῶν κατὰ τὴν ἀρετὴν λόγων τε καὶ τρόπων, οἶδεν ὀνομάζειν προσκόπτοντας· τοὺς δὲ κατὰ αὐτὴν γνωστικῶς ἤδη γεγενημένους, τῆς τῶν ἀρετῶν ἐκφαντικῆς ἀληθείας κορυφήν, προσαγορεύει τελείους.

Liber asceticus.

Quomodo assidue homo Deo vacare possit. — 19. Καὶ ὁ 1297
ἀδελφὸς εἶπε· Καὶ τί ὤφειλέ τις ποιεῖν, πάτερ, ἵνα ἀδιαλείπτως δυνηθῇ σχολάζειν τῷ Θεῷ; Καὶ ἀπεκρίθη ὁ γέρων· Ἀδύνατον τὸ νοῦν τελείως σχολάσαι τῷ Θεῷ, ἐὰν μὴ τὰς τρεῖς ταύτας κτήσηται ἀρετάς· τὴν ἀγάπην λέγω, καὶ τὴν ἐγκράτειαν, καὶ τὴν προσευχήν. Ἡ μὲν γὰρ ἀγάπη ἡμεροῖ τὸν θυμόν· ἡ δὲ ἐγκράτεια μαραίνει τὴν ἐπιθυμίαν· ἡ δὲ προσευχὴ χωρίζει τὸν νοῦν πάντων τῶν νοημάτων καὶ αὐτῷ αὐτὸν παρίστησι γυμνὸν τῷ Θεῷ.

---

est; itaque si appropinquat mulieri, solvitur et ipse, atque in id desinit, ut iam monachus non sit.

10. Divinarum Scripturarum elegans pulchraque ordinis ratio, 1296
iuxta salutarem Spiritus regulam, eorum qui ab exteriori vitiorum affectuumque turba ad divinam unitatem moventur, gradus distinguens, eos quidem qui inducuntur et in atriis, ut sic dicam, divinae virtutum aulae consistunt, timentes vocavit; qui autem moderatum pauloque auctiorem secundum virtutem rationum morumque habitum nacti sunt, proficientes appellare consuevit; eos denique qui spiritali scientia ad ipsum iam veritatis virtutes explanantis culmen evaserunt perfectos nuncupat.

19. Aitque frater: Quidnam vero, pater, aliquis facturus sit, ut 1197
assidue Deo vacare possit? Ad quem senex: Fieri non potest, ut animus perfecte Deo vacet, nisi tres istas virtutes possederit: nempe dilectionem, abstinentiam et orationem. Dilectio enim iram lenit; abstinentia cupiditatem edomat atque macerat; oratio ab omnibus abstrahit cogitationibus ipsique Deo nudum sistit. Hae igitur tres

---

1296. MG 90, 288 B. 1297. MG 90, 925 D.

Αὗται οὖν αἱ τρεῖς ἀρεταὶ συμπεριληπτικαί εἰσι πασῶν τῶν ἀρετῶν· καὶ ἄνευ τούτων ὁ νοῦς οὐ δύναται σχολάζειν τῷ Θεῷ.

1298 *Quomodo oratio ab omnibus abstrahat.* — 24. Παρακαλῶ μαθεῖν καὶ περὶ τῆς προσευχῆς, πῶς χωρίζει τὸν νοῦν πάντων τῶν νοημάτων. Καὶ ἀπεκρίθη ὁ γέρων· Τὰ νοήματα τῶν πραγμάτων εἰσὶ νοήματα· τῶν δὲ πραγμάτων, τὰ μὲν εἰσὶν αἰσθητά, τὰ δέ, νοητά. Ἐν αὐτοῖς οὖν ὁ νοῦς διατρίβων, τὰ νοήματα αὐτῶν περιφέρει· ἡ δὲ χάρις τῆς προσευχῆς, τῷ Θεῷ συνάπτει τὸν νοῦν· τῷ δὲ Θεῷ συνάπτουσα, χωρίζει πάντων τῶν νοημάτων. Τότε ὁ νοῦς γυμνὸς αὐτῷ προσομιλῶν θεοειδὴς γίνεται. Τοιοῦτος δὲ γινόμενος, τὰ πρέποντα παρ' αὐτοῦ αἰτεῖ, καὶ τῆς δεήσεως αὐτοῦ οὐ διαμαρτάνει ποτέ. Διὰ τοῦτο οὖν ὁ ἀπόστολος ‚ἀδιαλείπτως' [1 Thess 5, 17] κελεύει προσεύχεσθαι, ἵνα τὸν νοῦν τῷ Θεῷ συνεχῶς συνάπτοντες, κατὰ μικρὸν ἀποῤῥήξωμεν τῆς τῶν ὑλικῶν προσπαθείας.

Capita de caritate.

1299 *Genealogia virtutum.* — Centuria 1, n. 2. Ἀγάπην μὲν τίκτει ἀπάθεια· ἀπάθειαν δὲ ἡ εἰς Θεὸν ἐλπίς· τὴν δὲ ἐλπίδα ὑπομονὴ καὶ μακροθυμία· ταύτας δὲ ἡ περιεκτικὴ ἐγκράτεια· ἐγκράτειαν δὲ ὁ τοῦ Θεοῦ φόβος· τὸν δὲ φόβον ἡ εἰς τὸν Κύριον πίστις.

1300 *Necessitas liberationis a passionibus.* — 1, 85. Ὥσπερ στρουθίον τὸν πόδα δεδεμένον ἀρχόμενον πέτεσθαι, ἐπὶ τὴν γῆν κατασπᾶται σχοινίῳ ἑλκόμενον· οὕτω καὶ ὁ νοῦς μήπω ἀπάθειαν κτησάμενος, καὶ ἐπὶ τὴν τῶν οὐρανίων γνῶσιν πετόμενος, ὑπὸ

---

virtutes cunctas alias virtutes complectuntur, ac nisi illis fultus, animus Deo vacare non potest.

1298 24. Rogo ut de oratione doceas, qua ratione ab omnibus cogitationibus mentem avellat. Respondit senex: Cogitationes rerum cogitationes sunt; rerum autem aliae sunt quae sub sensum cadunt, aliae quae animo intelleguntur. In his igitur mens moram trahens, eorum cogitationes circumfert; orationis autem gratia mentem Deo coniungit; eaque ipsa ratione quod Deo coniungat, a cunctis cogitationibus abiungit. Tunc nimirum mens nuda cum Deo versans deiformis evadit. Iam vero quae talis exsistat, quae decent ab illo petit, nec umquam frustratur quin accipiat quae oratione oravit. Hinc igitur est cur apostolus *sine intermissione* orare iusserit, ut nempe assidue Deo mentem copulantes, a terrenorum paulatim libidine abrumpamus.

1299 1, 2. Caritatem parit imperturbatio; imperturbationem, spes quae in Deum est; ceterum spem, patientia et longanimitas; has vero, cuius sit tueri, continentia; porro continentiam, Dei timor; timorem, quae in Dominum est fides.

1300 1, 85. Quemadmodum passer pede vinctus cum volare coeperit, funiculo in terram detrahitur; sic quoque mens, necdum imperturbationem nacta, ad caelestium scientiam evolans, affectibus de-

---

1298. MG 90, 929 C. 1299. MG 90, 961 B. 1300. MG 90, 980 C.

τῶν παθῶν καθελκόμενος, ἐπὶ τὴν γῆν κατασπᾶται. 86. Ὅτε νοῦς τελείως τῶν παθῶν ἐλευθερωθῇ, τότε καὶ ἐπὶ τὴν θεωρίαν τῶν ὄντων ἀμεταστρεπτὶ ὁδεύει, ἐπὶ τὴν γνῶσιν τῆς ἁγίας Τριάδος τὴν πορείαν ποιούμενος.

1301 *Contemplatio debet sequi actionem.* — 2, 5. Οὐκ ἀρκεῖ πρακτικὴ μέθοδος πρὸς τὸ τελείως τὸν νοῦν παθῶν ἐλευθερωθῆναι, ὥστε δυνηθῆναι αὐτὸν ἀπερισπάστως προσεύχεσθαι, εἰ μὴ καὶ διάφοροι αὐτὸν διαδέξονται πνευματικαὶ θεωρίαι. Ἡ μὲν γὰρ ἀκρασίας καὶ μίσους μόνον τὸν νοῦν ἐλευθεροῖ· αἱ δέ, καὶ λήθης καὶ ἀγνοίας αὐτὸν ἀπαλλάττουσι· καὶ οὕτω δυνήσεται ὡς δεῖ προσεύξασθαι.

1302 *Duae species mundae orationis.* — 2, 6. Τῆς καθαρᾶς προσευχῆς δύο εἰσὶν ἀκρότατοι καταστάσεις· ἡ μὲν τοῖς πρακτικοῖς· ἡ δέ, τοῖς θεωρητικοῖς ἐπισυμβαίνουσα. Καὶ ἡ μὲν ἐκ φόβου Θεοῦ καὶ ἐλπίδος ἀγαθῆς τῇ ψυχῇ ἐγγίνεται· ἡ δὲ ἀπὸ θείου ἔρωτος καὶ ἀκροτάτης καθάρσεως. Γνωρίσματα δὲ τοῦ μὲν πρώτου μέτρου, τὸ ἐν τῷ συναγαγεῖν τὸν νοῦν ἐκ πάντων τῶν τοῦ κόσμου νοημάτων, καὶ ὡς αὐτῷ αὐτοῦ περισταμένου τοῦ Θεοῦ, ὥσπερ καὶ παρέστη, ποιεῖσθαι τὰς προσευχὰς ἀπερισπάστως καὶ ἀνενοχλήτως· τοῦ δὲ δευτέρου, τὸ ἐν αὐτῇ τῇ ὁρμῇ τῆς προσευχῆς ἁρπαγῆναι τὸν νοῦν ὑπὸ τοῦ θείου καὶ ἀπείρου φωτός, καὶ μήτε ἑαυτοῦ μήτε τινὸς ἄλλου τῶν ὄντων τὸ σύνολον ἐπαισθάνεσθαι, εἰ μὴ μόνου τοῦ διὰ τῆς ἀγάπης ἐν αὐτῷ τὴν τοιαύτην ἔλλαμψιν ἐνεργοῦντος. Τότε δὲ καὶ περὶ τοὺς περὶ Θεοῦ λόγους κινούμενος, καθαρὰς καὶ τρανὰς τὰς περὶ αὐτοῦ λαμβάνει ἐμφάσεις.

---

gravantibus in terram deprimitur. 86. Ubi mens perfecte ab affectibus liberata fuerit, tunc ad rerum contemplationem irreversim procedit, ad sanctae Trinitatis notitiam iter faciens.

1301 2, 5. Non sufficit colendae actionis via ad animum ab affectibus perfecte liberandum, ut indistracte vacare orationi possit, nisi etiam diversae contemplationes spiritales accesserint. Nam actio quidem ab incontinentia atque odio mentem liberat; contemplationes vero, ab oblivione et ignorantia; et sic poterit, ut decet, orare.

1302 2, 6. Mundae orationis duo sunt supremi status; quorum alter colentibus actionem convenit, alter, his qui contemplationi student. Ac prior quidem, ex Dei timore ac bona spe, animo accedit; alterum vero, Dei amor summaque mundities parit. Prioris modi indicia sunt, collecta mente a mundanis omnibus cogitationibus, velutque Deo illi praesente, uti et vere praesens est, indistracte et sine ulla turbatione orare; posterioris vero, sub ipso orationis impetu rapi animum divina et infinita luce ac neque sui neque prorsus aliarum rerum sensum percipere, praeterquam eius dumtaxat, qui per caritatem talem in eo illustrationem afflatu suo operatur. Tuncque adeo etiam circa rationes, quae de Deo sunt, motus, claras de illo ac conspicuas accipit repraesentationes.

1301. MG 90, 985 A. 1302. MG 90, 985 A.

1303 *Genealogia virtutum.* — 2, 25. Μισθὸς τῆς ἐγκρατείας, ἡ ἀπάθεια· τῆς δὲ πίστεως, ἡ γνῶσις· καὶ ἡ μὲν ἀπάθεια τίκτει τὴν διάκρισιν· ἡ δὲ γνῶσις τὴν εἰς Θεὸν ἀγάπην.

1304 *Quid ducat ad bonum, quid ad malum.* — 2, 32. Τρία εἰσὶ τὰ κινοῦντα ἡμᾶς ἐπὶ τὰ καλά· τὰ φυσικὰ σπέρματα, αἱ ἅγιαι δυνάμεις καὶ ἡ ἀγαθὴ προαίρεσις. Καὶ τὰ μὲν φυσικὰ σπέρματα, ὡς ὅταν ὃ θέλομεν ἵνα ποιῶσιν ἡμῖν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ἡμεῖς ὁμοίως ποιῶμεν αὐτοῖς· ἢ ὡς ὅταν ἴδωμέν τινα ἐν στενώσει ἢ ἐν ἀνάγκῃ, καὶ φυσικῶς ἐλεῶμεν. Αἱ δὲ ἅγιαι δυνάμεις, οἷον ὅταν κινούμενοι ἐπὶ καλῷ πράγματι, εὕρωμεν συνεργίαν ἀγαθήν, καὶ κατευοδώμεθα. Ἡ δὲ ἀγαθὴ προαίρεσις, ὡς ὅταν διακρίνοντες ἀπὸ τοῦ κακοῦ τὸ καλόν, αἱρώμεθα τὸ ἀγαθόν. 33. Τρία δὲ πάλιν εἰσὶ τὰ κινοῦντα ἡμᾶς ἐπὶ τὰ κακά· τὰ πάθη, οἱ δαίμονες, καὶ ἡ κακὴ προαίρεσις. Καὶ τὰ μὲν πάθη, ὡς ὅταν ἐπιθυμῶμεν πράγματος παρὰ λόγον· οἷον ἢ βρώματος, παρὰ τὸν καιρόν, ἢ παρὰ τὴν χρείαν, ἢ γυναικὸς παρὰ τὸν σκοπὸν τῆς παιδοποιίας, καὶ τῆς μὴ νομίμου· καὶ πάλιν, ὅταν ὀργιζώμεθα, ἢ λυπώμεθα παρὰ τὸ εἰκός· οἷον, κατὰ τοῦ ἀτιμάσαντος, ἢ ζημιώσαντος. Οἱ δὲ δαίμονες, οἷον ὅταν ἐν τῇ ἀμελείᾳ ἡμῶν, καιροσκοποῦντες ἐπιτίθωνται ἡμῖν ἄφνω μετὰ πολλῆς σφοδρότητος κινοῦντες τὰ προειρημένα πάθη, καὶ τὰ ὅμοια. Ἡ δὲ κακὴ προαίρεσις, οἷον, ὅτε ἐν γνώσει τοῦ καλοῦ, κακῶν ἀνθαιρώμεθα.

1303 2, 25. Continentiae merces animi imperturbatio est; fidei autem, scientia. Ac quidem imperturbatio discretionem, scientia vero caritatem in Deum parit.

1304 2, 32. Tria sunt nos ad ea quae honesta sunt provocantia: naturalia scilicet semina, sanctae virtutes et bona voluntas. Ac quidem naturalia semina, ut, cum id quod volumus ut faciant nobis homines, nos quoque illis similiter faciamus; vel ut, cum aliquem in angustia aut necessitate videmus, illius, naturali ductu atque instinctu, miserti simus. Sanctae autem virtutes, ut, cum honestum aliquid aggressi, bonum adiutorium inveniamus, resque nobis prospere cedat. Bona denique voluntas, ut, cum bonum a malo discernentes, bonum eligamus. 33. Tria rursus sunt quae nos movent ad malum: nempe passiones, daemones et mala voluntas. Ac quidem passiones, ut cum invita ratione, rei alicuius cupiditate ducimur: puta cibi, praeterquam quod vel opportunum tempus, vel iusta necessitas suaserit, vel uxoris alio fine quam suscipiendi liberos, aut non legitimae coniugis; ac rursus, cum aut irae aut tristitiae indulserimus secus ac decet: puta, adversus eum qui probro affecit aut damnum intulit. Daemones vero, ut cum nobis neglegentius agentibus occasionem captantes, derepente magna vehementia ac impetu in nos invaserint, movendo quas dixi passiones, atque his similes. Mala denique voluntas, ut cum cognito quod honestum sit, tamen malum eligimus.

1303. MG 90, 992 B. 1304. MG 90, 993 D.

Monachus. — 2, 54. Μοναχός ἐστιν ὁ τῶν ὑλικῶν πραγμάτων τὸν νοῦν ἀποχωρίσας, καὶ δι' ἐγκρατείας καὶ ἀγάπης καὶ ψαλμῳδίας καὶ προσευχῆς προσκαρτερῶν τῷ Θεῷ. 1305

Oratio summa. — 2, 61. Τὴν τῆς προσευχῆς ἀκροτάτην κατάστασιν ταύτην εἶναι λέγουσι, τὸ ἔξω σαρκὸς καὶ κόσμου γενέσθαι τὸν νοῦν, καὶ ἄϋλον πάντη καὶ ἀνείδεον ἐν τῷ προσεύχεσθαι. Ὁ οὖν ταύτην ἀλώβητον διατηρῶν τὴν κατάστασιν, οὗτος ὄντως ἀδιαλείπτως προσεύχεται. 62. Ὥσπερ τὸ σῶμα ἀποθνῆσκον, πάντων χωρίζεται τῶν τοῦ βίου πραγμάτων· οὕτω καὶ ὁ νοῦς ἐν τῷ ἄκρως προσεύχεσθαι ἀποθνήσκων, πάντων χωρίζεται τῶν τοῦ κόσμου νοημάτων. Ἐὰν γὰρ μὴ τὸν τοιοῦτον θάνῃ θάνατον, μετὰ Θεοῦ εὑρεθῆναι καὶ ζῆσαι οὐ δύναται. 1306

Usus rerum. — 2, 75. Τῶν εἰς χρῆσιν παρὰ Θεοῦ δοθέντων ἡμῖν πραγμάτων, τὰ μὲν ἐν τῇ ψυχῇ, τὰ δὲ ἐν τῷ σώματι, τὰ δὲ περὶ τὸ σῶμα εὑρίσκεται· οἷον, ἐν μὲν τῇ ψυχῇ, αἱ δυνάμεις αὐτῆς, ἐν δὲ τῷ σώματι, τὰ αἰσθητήρια καὶ τὰ λοιπὰ μέλη, περὶ δὲ τὸ σῶμα, βρώματα, κτήματα, καὶ τὰ ἑξῆς. Τὸ οὖν εὖ τούτοις χρήσασθαι ἢ κακῶς, ἢ τοῖς περὶ ταῦτα συμβεβηκόσιν, ἢ ἐναρέτους ἢ φαύλους ἡμᾶς ἀποφαίνει. 76. Τῶν ἐν τοῖς πράγμασι συμβεβηκότων, τὰ μέν εἰσι τῶν ἐν τῇ ψυχῇ, τὰ δὲ τῶν ἐν τῷ σώματι, τὰ δὲ τῶν περὶ τὸ σῶμα πραγμάτων. Καὶ τῶν μὲν ἐν τῇ ψυχῇ, οἷον, γνῶσις καὶ ἄγνοια, λήθη καὶ μνήμη, ἀγάπη καὶ μῖσος, φόβος καὶ θάρσος, λύπη καὶ χαρά, καὶ τὰ ἑξῆς· τῶν δὲ ἐν τῷ σώματι, οἷον, ἡδονὴ καὶ πόνος, αἴσθησις 1307

2, 54. Monachus est, qui mentem suam a terrenis rebus abstraxit, ac qui per continentiam et dilectionem et psalmodiam orandique studium Deo assiduus exsistit. 1305

2, 61. Supremum orationis statum hunc esse dicunt, ut mens carne et mundo excedens extraque omnem materiam, ac nullis imbuta rerum formis, sic orationem peragat. Hunc igitur statum quisquis integrum illaesumque servaverit, hic vere indesinenter orat. 62. Quemadmodum corpus emoriens, a cunctis vitae negotiis rebusque saeculi procul abscedit; ita et mens, summae illius orationis cultu moriens, a mundanis omnibus cogitationibus separatur. Nisi enim eius generis mortem obierit, cum Deo versari ac vivere non potest. 1306

2, 75. Rerum nobis a Deo in usum concessarum, aliae in animo sunt, aliae in corpore, aliae circa corpus: puta in animo, eius vires; in corpore, sensuum organa ac membra reliqua; circa corpus, cibi, possessiones, opes, ac id genus alia. Quod his igitur bene aut male utamur, seu iis quae circa haec accidunt, boni aut mali efficimur. 76. Accidentium in rebus, alia in animo sunt, alia in corpore, alia iis in rebus, quae sunt circa corpus. Ac quidem in animo, veluti scientia ac ignorantia, oblivio et memoria, dilectio et odium, timor et audacia, tristitia et gaudium, atque his similia. In corpore autem, puta voluptas et dolor, sensus et orbitas, valetudo et aegri- 1307

1305. MG 90, 1001 C. 1306. MG 90, 1004 C. 1307. MG 90, 1008 C.

καὶ πήρωσις, ὑγεία καὶ νόσος, ζωὴ καὶ θάνατος, καὶ τὰ τοιαῦτα. Τῶν δὲ περὶ τὸ σῶμα, οἷον, εὐτεκνία καὶ ἀτεκνία, πλοῦτος καὶ πενία, δόξα καὶ ἀδοξία, καὶ τὰ ἑξῆς. Τούτων δέ, τὰ μὲν καλά, τὰ δὲ κακὰ τοῖς ἀνθρώποις νομίζεται, οὐδὲν αὐτῶν κακὸν ὂν τῷ ἰδίῳ λόγῳ· παρὰ δὲ τὴν χρῆσιν, εἴτε κακὰ κυρίως, εἴτε ἀγαθὰ εὑρίσκεται. 77. Καλὴ ἡ γνῶσις τῇ φύσει· ὁμοίως δὲ καὶ ὑγεία· ἀλλὰ τἀναντία τοὺς πολλοὺς ἤπερ ταῦτα ὤνησεν. Τοῖς γὰρ φαύλοις οὐκ εἰς καλὸν ἡ γνῶσις συμβαίνει, εἰ καὶ τῇ φύσει, ὡς εἴρηται, ἐστὶ καλή· ὁμοίως δὲ οὐδὲ ὑγεία, οὐδὲ πλοῦτος, οὐδὲ χαρά. Οὐ γὰρ συμφερόντως τούτοις κέχρηνται. Ἄρα οὖν τἀναντία τούτοις συμφέρει. Οὐκοῦν οὐδὲ ἐκεῖνα κακὰ τῷ ἰδίῳ λόγῳ τυγχάνει, εἰ καὶ δοκεῖ κακὰ εἶναι.

1308 *Triplex tentatio iuxta statum.* — 2, 90. Τοὺς μὲν ἄκρως προσευχομένους πολεμοῦσιν οἱ δαίμονες, ἵνα τὰ νοήματα τῶν αἰσθητῶν πραγμάτων ψιλὰ μὴ ἀναλαμβάνωσι· τοὺς δὲ γνωστικούς, ἵνα ἐγχρονίζωσιν ἐν αὐτοῖς οἱ ἐμπαθεῖς λογισμοί· τοὺς δὲ περὶ τὴν πρᾶξιν ἀγωνιζομένους, ἵνα πείσωσιν αὐτοὺς κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτάνειν· παντὶ δὲ τρόπῳ πρὸς πάντας ἀγωνίζονται, ἵνα ἀπὸ τοῦ Θεοῦ οἱ δείλαιοι τοὺς ἀνθρώπους χωρίσωσι.

1309 *Res malae non sunt, sed usus.* — 3, 4. Οὐ τὰ βρώματα κακά, ἀλλ' ἡ γαστριμαργία· οὐδὲ ἡ παιδοποιία, ἀλλ' ἡ πορνεία· οὐδὲ τὰ χρήματα, ἀλλ' ἡ φιλαργυρία· οὐδὲ ἡ δόξα, ἀλλ' ἡ κενοδοξία. Εἰ δὲ τοῦτο, οὐδὲν ἐν τοῖς οὖσι κακόν, εἰ μὴ ἡ παράχρησις, ἥτις συμβαίνει ἐκ τῆς τοῦ νοῦ ἀμελείας περὶ τὴν φυσικὴν γεωργίαν.

---

tudo, vita et mors, et similia. Circa corpus vero, veluti larga proles eiusque carentia, divitiae et paupertas, gloria et ignominia, ac eiusmodi reliqua. Horum alia bona, alia mala hominum iudicio habentur, cum nihil in iis malum sit propria ipsius ratione; sed penes usum vere aut mala aut bona comperiuntur. 77. Bona est natura scientia; similiter vero etiam sanitas; multis tamen magis profuerunt horum contraria. Malis enim ac improbis non in bonum cedit scientia, tametsi illa, ut dictum est, natura sit bona; parique ratione nec valetudo, nec divitiae, neque gaudium. Non enim his utuntur, ut illis est utile. Igitur conducunt horum contraria. Ergo nec illa mala sunt propria ipsorum ratione, etsi videantur esse mala.

1308 2, 90. Eos qui supremum precandi genus consectantur, impugnant daemones, ne rerum in sensum cadentium nudas rationes apprehendant; studentes autem scientiae, ut libidinosae cogitationes in iis moram trahant; eos denique qui in actione certamen habent, ut ipso opere peccare suadeant. Omni autem modo adversus omnes decertant, ut homines a Deo abiungant scelerati.

1309 3, 4 Non cibi mali sunt, sed gula; nec liberorum procreatio, sed scortatio; nec pecuniae, sed avaritia; neque gloria, sed inanis gloria. Quod si ita est, nihil in rebus malum est nisi abusus, ex eo nempe contingens, quod animus ea quae sunt naturae colere neglegit.

1308. MG 90, 1013 B. 1309. MG 90, 1017 C.

Agere propter Christum. — 3, 47. Πολλοὺς ἔχει ὁ κόσμος 1310
πτωχοὺς τῷ πνεύματι, ἀλλὰ παρὰ τὸ προσῆκον. Καὶ πολλοὺς πενθοῦντας, ἀλλὰ διὰ ζημίας χρημάτων, ἢ ἀποβολὰς τέκνων. Καὶ πολλοὺς πραεῖς, ἀλλὰ πρὸς τὰ ἀκάθαρτα πάθη. Καὶ πολλοὺς πεινῶντας καὶ διψῶντας, ἀλλὰ τὸ ἁρπάζειν τὰ ἀλλότρια, καὶ κερδαίνειν ἐξ ἀδικίας. Καὶ πολλοὺς ἐλεήμονας, ἀλλὰ πρὸς τὸ σῶμα καὶ τὰ τοῦ σώματος. Καὶ καθαροὺς τῇ καρδίᾳ, ἀλλὰ διὰ κενοδοξίαν. Καὶ εἰρηνοποιούς, ἀλλὰ τὴν ψυχὴν τῇ σαρκὶ ὑποτάσσοντας. Καὶ πολλοὺς δεδιωγμένους, ἀλλ' ὡς ἀτάκτους. Καὶ πολλοὺς ὀνειδιζομένους, ἀλλ' ἐπ' αἰσχροῖς ἁμαρτήμασι. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μόνοι μακάριοι οἱ διὰ Χριστὸν καὶ κατὰ Χριστὸν ταῦτα καὶ ποιοῦντες καὶ πάσχοντες. Διατί; «Ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν·» καί, «Αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται» [Mt 5, 3 8], καὶ τὰ ἑξῆς. Ὥστε οὐχ ὅτι ποιοῦσι ταῦτα καὶ πάσχουσι, εἰσὶ μακάριοι, καὶ γὰρ οἱ προειρημένοι τὸ αὐτὸ ποιοῦσιν, ἀλλ' ὅτι διὰ Χριστὸν καὶ κατὰ Χριστὸν ταῦτα καὶ ποιοῦσι καὶ πάσχουσι.

Monachus interior. — 4, 50. Ὁ μὲν τοῖς πράγμασιν ἀποταξά- 1311
μενος, οἷον τῇ γυναικὶ καὶ τοῖς χρήμασι, καὶ τοῖς ἑξῆς, τὸν ἔξω ἄνθρωπον ἐποίησε μοναχόν· οὔπω δὲ καὶ τὸν ἔσω. Ὁ δὲ τοῖς τούτων ἐμπαθέσι νοήμασι, τὸν ἔσω ἄνθρωπον, ὅ ἐστιν ὁ νοῦς. Καὶ τὸν μὲν ἔξω ἄνθρωπον, εὐκόλως τις ποιεῖ μοναχόν, μόνον ἐὰν θελήσῃ· οὐκ ὀλίγος δὲ ἀγών, τὸν ἔσω ἄνθρωπον ποιῆσαι μοναχόν. 51. Τίς ἄρα ἐστὶν ἐν τῇ γενεᾷ ταύτῃ, ὁ παντάπασιν

3, 47. Multos mundus pauperes spiritu habet, sed contra quam 1310
decet. Multos quoque lugentes, sed ob pecuniarum iacturam, vel amissionem liberorum. Multos item mites, sed adversus immundos affectus ac libidines. Etiam multos esurientes ac sitientes, verum ut aliena rapiant, ac iniusta lucra quaerant. Sed et multos misericordes, verum erga corpus et ea quae ad corpus spectant. Multos mundo corde, verum inanis gloriae causa. Multos pacificos, sed qui carni animum subiciant. Multos qui persecutionem patiantur, sed tamquam immorigeri et inordinati. Multos qui probra sustineant ac convicia, sed ob turpia, quae patrant. Verum ii solummodo beati, qui propter Christum ac christiana pietate haec et faciunt ac patiuntur. Quorsum vero? *Quoniam ipsorum est regnum caelorum*, et *quia ipsi Deum videbunt*, etc. Itaque non quia haec faciunt ac patiuntur, sunt beati, cum et ii quos dicebam idipsum faciant, sed quod propter Christum ac christiana pietate haec et faciunt et patiuntur.

4, 50. Qui rebus renuntiavit, nempe uxori, pecuniis ac reliquis, 1311
eum, qui foris est, hominem, monachum fecit; nondum vero etiam eum, qui est intus. Qui autem vitiosis horum cogitatibus, ipsum eum, qui est intus, id est mentem. Ac quidem exteriorem hominem facile quis monachum facit, dum solum voluerit; ut autem interiorem monachum facias, non parvum est certamen. 51. Quis ergo in hac aetate est, qui a vitiosis cogitationibus prorsus liberatus sit,

---

1310. MG 90, 1029 C. 1311. MG 90, 1060 A.

ἀπαλλαγεὶς ἐμπαθῶν νοημάτων, καὶ τῆς καθαρᾶς καὶ ἀΰλου καταξιωθεὶς προσευχῆς, ὅπερ ἐστὶ σημεῖον τοῦ ἔνδον μοναχοῦ;

Capita theologiae et oeconomiae.

1312 *Contemplatio non fit nisi in eo qui est peregre a carne.* — Centuria 2, n. 59. Ἀποδημεῖ σαρκὸς ὁ πρὸς τὴν γνωστικὴν ἕξιν μεταβὰς ἀπὸ τῆς πρακτικῆς· ἁρπαζόμενος ὡς ἐν νεφέλαις, τοῖς ὑψηλοτέροις νοήμασιν, εἰς τὸν διαφανῆ τῆς μυστικῆς θεωρίας ἀέρα· καθ' ὃν σὺν Κυρίῳ εἶναι δυνήσεται πάντοτε. Ἐκδημεῖ δὲ ἀπὸ τοῦ Κυρίου, ὁ μήπω δίχα τῶν κατ' αἴσθησιν ἐνεργειῶν καθαρῷ νοῒ θεωρῆσαι κατὰ τὸ ἐφικτὸν τὰ νοήματα δυνάμενος, καὶ τὸν περὶ τοῦ Κυρίου λόγον ἁπλοῦν χωρὶς αἰνιγμάτων μὴ χωρῶν.

Epistulae.

1313 *Omnia Deo permittenda.* — Ep. 1 [ad Georgium, praefectum Africae]. Οὐ γὰρ ἔλλειψις δόξης παρὰ Θεῷ πάντως ἢ ἀνθρώποις ἐστὶ τὸ μὴ ἄρχειν ἀνθρώπων· ἀλλὰ καὶ μᾶλλον δόξης ἐπίδοσις, ὅσον ταραχῆς καὶ φροντίδος ἡ ψυχὴ παντοίας καθέστηκεν ἐλευθέρα τῆς ἔξωθεν, ὡς ὁ ἐμὸς ἔχει λόγος· καὶ πᾶς εὐσεβῶς τὰ δέοντα συνορῶν, ὡς οἶμαι, συνθήσεται. Πᾶς γὰρ ἀνὴρ ὡς ἀληθῶς ἐνάρετος καὶ φιλόθεος, αὐτάρκης ἑαυτῷ πρὸς πᾶσαν εὐδαιμονίαν ἐστί, μηδεμίας περιβολῆς τῶν ἐκτός, πρὸς τὸ πορίσασθαι ταύτην δεόμενος. Ὁ γὰρ τῶν θείων ἰδιωμάτων ἑαυτοῦ κατὰ τὸν βίον τὰς ἐμφάσεις καταστήσας γνωρίσματα, πάντων ἐντελῶς ἔχει τῶν ἀγαθῶν τὸ πλήρωμα· δι' οὗ πέφυκεν ἐγγίνεσθαι τοῖς ἀνθρώποις ἡ πρὸς τὸν Θεὸν ἀκριβὴς ἐξομοίωσις· πρὸς ἣν οὐδὲν

---

puramque illam nec terreni quidquam habentem nactus orationem, quod interioris monachi signum exsistit?

1312 2, 59. Peregre est a carne, qui ab actione commigravit ad scientiae habitum; qui velut in nubibus rapiatur, sublimibus scilicet sensis, in mysticae contemplationis pellucidum aërem, ubi esse cum Domino semper poterit. Peregre vero est a Domino, qui necdum otiante sensu eiusque submota actione, pura mente, sensa ipsa, quoad homini concessum est, contemplari potest; is denique, qui simplicem de Deo sermonem atque doctrinam absque aenigmatum involucris non capit.

1313 1. Nihil enim eius gloriae, quae apud Deum aut homines est, prorsus detrahitur, quod quis non hominibus praesit; quin potius eius inde maior gloria emergit, quo animus a rerum turba exteriorumque negotiorum cura liber exsistit; ac puto assensurus sit, quisquis pie quod deceat adverterit. Quisquis enim hominum vere virtute ac pietate nitet, sibi ipse ad omnem felicitatem sufficiens est, ut nullo exteriori adiumento egeat, quo sibi eam conciliet. Qui enim divinarum proprietatum repraesentationes, suas ipsius proprietates, qua vitam disciplina instituit, fecit, is omnium perfecte bonorum plenitudinem paravit, qua accurata cum Deo similitudo

1312. MG 90, 1149 C. 1313. MG 91, 365 B.

τῶν μετὰ Θεὸν συγκρινόμενον καθοτιοῦν παραβάλλεται. Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, μὴ νόσος, μὴ ὑγεία, μὴ πλοῦτος ὁ κάτω συρόμενος, μὴ πενία τῶν φθειρομένων, μὴ ψόγος, μὴ ἔπαινος, μὴ θάνατος, μὴ ζωή, μὴ τὸ παρόν, μὴ τὸ μέλλον, μηδὲ καθάπαξ ἕτερον τῶν ὄντων ἢ γινομένων, τὴν θρεψαμένην σε ταύτην, καὶ εἰς τόδε προαγαγοῦσαν παρά τε Θεῷ καὶ ἀνθρώποις κλέος φιλοσοφίαν, νοθεῦσαι δυνηθῇ. Τοῦτο δὲ γενήσεται πῶς; Εἰ πάντα πιστεύσοιμεν τῷ Θεῷ τὰ καθ' ἑαυτούς, καὶ μηδὲν μὲν ζητεῖν ἀνασχοίμεθα παντελῶς, ὧν ἐκ Θεοῦ ζητεῖν οὐ προσετάγημεν· ζητεῖν δὲ διὰ πάσης σπουδῆς, πᾶν ὅτιπερ ἐκ Θεοῦ ζητεῖν ἐπετάγημεν· καὶ τὰ μὲν ὡς μετὰ Θεὸν ὑπὸ γνώμην ἡμετέραν ὄντα καὶ δύναμιν, κατὰ πάντα τρόπον θελήσαιμεν, καὶ μορφῶσαι δι' αὐτῶν τῶν ἔργων σπουδάσαιμεν· τὰ δὲ πάσαις ψήφοις, ὡς τῆς ἡμῶν πρὸς τὸ γίνεσθαί τε καὶ ἀπογίνεσθαι γνώμης οὐ χρῄζοντα, παραχωρήσαιμεν τῷ Θεῷ μετ' εὐχαριστίας καὶ πίστεως ἄγειν ὅπῃ θέλει καὶ βούλεται, μηδὲν πρὸς τοὺς λόγους διαφερόμενοι τὸ σύνολον τῆς αὐτοῦ προνοίας καὶ διοικήσεως· οἷς τὸ πᾶν ἀγνώστως μετὰ σοφίας ἀποῤῥήτου πρὸς τὸ ἑαυτοῦ κατὰ πρόγνωσιν τοῦ Θεοῦ φέρεται πέρας· κἂν ἄλλως, καὶ παρὰ τὴν ἡμῶν ἐλπίδα ποιῆται τῶν τοιούτων λόγων τὴν ἔκβασιν. Σοφώτατος γάρ ἐστι τῶν ἡμετέρων κηδεμὼν καὶ προστάτης, ἅτε δὴ μὴ συμβᾶσαν αὐτῷ τὴν σοφίαν κτησάμενος, ἀλλ' αὐτὸς κατ' οὐσίαν σοφία κυρίως καὶ ὢν καὶ λεγόμενος. Ἓν μόνον γνησίως τηρῆσαι θελήσωμεν, τὸ ἀγαπᾷν αὐτόν, καθὼς εἶπεν, ἐξ ὅλης καρδίας καὶ

---

hominibus accedit, eiusmodi scilicet, ut eorum quae a Deo secunda sunt, nihil ei comparari possit. Atque, ut summa dicam, non morbus, non sanitas, non quae deorsum trahant divitiae, non rerum quae intereunt egestas, non vituperium, non laus, non mors, non vita, non praesens, non futurum, neque omnino ulla rerum alia, eorumque quae fiant, hancce tibi nutricem, quaeque ad tantum gloriae decus apud Deum hominesque provexit, philosophiam, quidquam adulterare poterit. Id vero quanam ratione contingat? Nempe si nostra omnia Deo permiserimus, nec quidquam omnino, quam quae nobis a Deo praecepta sunt, quaerere sustinuerimus; quae autem ab eo quaerere iussi sumus, ea omni diligentia quaesierimus; atque alia quidem, ut quae secundum Deum in nostra voluntate ac facultate posita sint, omni modo velimus, nobisque rebus ipsis informare studeamus; alia autem, votis omnibus, ut quibus voluntas nostra nihil momenti afferat, ut fiant aut desinant, cum gratiarum actione ac fide, Deo agere permittamus sicut vult et decernit, nihil prorsus ab eius providentiae ac gubernationis rationibus dissidentes; quibus rerum universitas, ignota ratione, ineffabili sapientia, ad suum secundum Dei praescientiam finem fertur; tametsi aliter ac contra spem nostram, rationum eiusmodi eventus illi procuretur. Sapientissimus enim nostrarum rerum creator ac praeses est, ut qui non accidenti dono nactus sit sapientiam, sed vere essentialiter sapientia tum exsistat tumque audiat. Unum dumtaxat sincere servare studeamus, ut nimirum, quemadmodum ille dixit, ex toto corde animaque et virtute, ipsum diligamus et

ψυχῆς καὶ δυνάμεως, καὶ τὸν πλησίον ὡς ἑαυτούς· σπουδάζοντες πάντα τρόπον ἐπινοῆσαι πρὸς πέρας ἀγαγεῖν τὸ θεῖον τοῦτο διάταγμα· καὶ ὅλος πληρέστατος ἡμῖν κατὰ περιγραφὴν ὁ θεῖος κατώρθωται σκοπός, ὡς ἂν ἀξίας ἢ τάξεως, βίου τε καὶ σχήματος ἔχωμεν· εἴτε ἄρχοντες, εἴτε ἀρχόμενοι, πλουτοῦντές τε καὶ πενόμενοι, καὶ ὑγιαίνοντες καὶ νοσοῦντες, καὶ ἄλλως πῶς τοῦ σώματος ἔχοντες· καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὅσα πάντως ἡμῶν κατὰ διάθεσιν οὐχ ἕπεται τῇ θελήσει, μηδόλως μεριμνήσωμεν.

THALASSIUS, ca 650.

Centuriae.

1314 *Caritas.* — Centuria 1, n. 5. Μόνη ἡ ἀγάπη συνάπτει τὴν κτίσιν Θεῷ καὶ ἀλλήλοις εἰς ὁμόνοιαν.

1315 *Quadriiugium mentis.* — 1, 24. Ἡσυχία καὶ προσευχή, καὶ ἀγάπη, καὶ ἐγκράτεια τετράπλοκόν ἐστιν ἅρμα, εἰς οὐρανοὺς ἀνάγον τὸν νοῦν.

1316 *Renuntiare rebus, deinde cogitationibus.* — 1, 29. Ῥίψας τὴν ὕλην καὶ τῷ κόσμῳ ἀποταξάμενος, ἀπόταξαι λοιπὸν καὶ τοῖς πονηροῖς λογισμοῖς.

1317 *Impassibilitas.* — 1, 40. Ἀπάθειά ἐστιν ἀκινησία ψυχῆς πρὸς κακίαν· ἧς τυχεῖν ἀμήχανον ἄνευ ἐλέους Χριστοῦ.

1318 *Discretio.* — 1, 43. Ἴδιον ἀπαθείας διάκρισις ἀληθινή· καθ' ἣν πάντα πρᾶττε μέτρῳ καὶ κανόνι.

1319 *Silentium et preces.* — 1, 67. Ἡσυχία καὶ προσευχή, μέγιστα ὅπλα ἀρετῆς· αὗται γὰρ τὸν νοῦν καθαίρουσαι, διορατικὸν ἀπεργάζονται.

---

proximum sicut nos ipsos; omnem diligenter modum exquirentes, quo divinum hoc mandatum in finem deducamus; totusque nobis plenissimus compendio divinus scopus impletus sit, quavis tandem dignitate ac gradu fulgeamus, quovis instituto ac statu vitam sustentemus; sive praesides, sive subditi simus, sive divites, sive pauperes, sive bene valentes, sive aegrotantes, sive aliter affecti corpore; ac reliquorum, si quae omnino eiusmodi sunt ut ex animi affectu voluntatem minime sequantur, nulla cura tangamur.

1314 1, 5. Sola caritas in unam veramque concordiam Deum et creaturam cogit.

1315 1, 24. Silentium, preces, caritas et continentia, quadriiugi equi sunt mentem in caelum subvehentes.

1316 1, 29. Ubi materiam abieceris mundoque dixeris vale, reliquum, ut pravis et inanibus etiam cogitationibus renunties.

1317 1, 40. Impassibilitas est animam non moveri ad malum ullum; verum hanc impossibile est assequi sine misericordia Christi.

1318 1, 43. Propria est impassibilitati vera discretio, iuxta quam in regula mensuraque facito omnia.

1319 1, 67. Silentium et preces maxima virtutum arma sunt; mentem enim simul purificant ac perspicaciorem reddunt.

1314. MG 91, 1428 A. 1315. MG 91, 1429 C. 1316. MG 91, 1429 D.
1317. MG 91, 1432 B. 1318. MG 91, 1432 B. 1319. MG 91, 1433 C.

Silentium conscientiae. — 1, 72. Ἐκείνους μόνους οὐ κρίνει τὸ συνειδός, τοὺς εἰς τὸ ἄκρον τῆς ἀρετῆς ἢ τῆς κακίας φθάσαντας. 1320

Impassibilitas et cognitio. — 1, 73. Ἄκρα ἀπάθεια ψιλὰ ποιεῖ τὰ νοήματα· ἄκρα δὲ γνῶσις τῷ ὑπεραγνώστῳ παρίστησιν. 1321

Impassibilitas et cognitio. — 2, 14. Ἀταραξία ψυχῆς ἀπάθεια καὶ γνῶσις· ἧς τυχεῖν ἀμήχανον τὸν ἡδοναῖς δουλεύοντα. 1322

Observantia mandatorum et impassibilitas. — 2, 25. Τήρησις ἐντολῶν Θεοῦ, τίκτει ἀπάθειαν, ἀπάθεια δὲ ψυχῆς συντηρεῖ γνῶσιν. 1323

Activa vita non neglegenda. — 2, 32. Μὴ ἀμέλει τῆς πράξεως, ἐπεὶ μειοῦται ἡ γνῶσις· καὶ λιμοῦ γενομένου καταβαίνεις εἰς Αἴγυπτον. 1324

Monachus interior. — 3, 22. Σπεῦσον δεῖξαι μοναχόν, μὴ τὸν ἔξω ἄνθρωπον, ἀλλὰ καὶ τὸν ἔσω τῶν παθῶν ἀπαλλάττων. 1325

Acedia. — 3, 51. Ἀκηδία ἐστὶν ὀλιγωρία ψυχῆς· ὀλιγωρεῖ δὲ ψυχὴ φιληδονοῦσα. 1326

Proficientes et perfecti. — 3, 84. Ἐν μὲν τοῖς προκόπτουσιν εὐμετάπτωτοι γίνονται αἱ διαθέσεις τῶν ἐναντίων. Ἐν δὲ τοῖς τελείοις κατ' ἄμφω ἕξεις δυσκίνητοι. 1327

Directio. — 4, 40. Συνετὸς ἀνήρ, ὁ συμβουλῆς ἀνεχόμενος, καὶ μάλιστα τοῦ πνευματικοῦ πατρὸς κατὰ Θεὸν συμβουλεύοντος. 1328

1, 72. Illos solos conscientia sua non arguit, qui vel in virtutum, vel in vitiorum fastigium pervenerunt. 1320

1, 73. Summa impassibilitas subtiles efficit cogitatus; sublimis vero scientia ad ignotissima perducit. 1321

2, 14. In impassibilitate et cognitione consistit animae tranquillitas, quam voluptatum mancipiis contingere est impossibile. 1322

2, 25. Observatio mandatorum Dei parit impassibilitatem; impassibilitas autem animae custodit scientiam. 1323

2, 32. Activam vitam cave ne neglexeris, alioquin et scientia decresceret; hoc enim esset, orta fame, in Aegyptum descendere. 1324

3, 22. Propera ut monachum te ostendas, non exteriorem hominem, sed interiorem ab affectionibus alienando. 1325

3, 51. Acedia est neglegentia animae; anima autem tunc neglegens est, quando studio voluptatum dedita. 1326

3, 84. Proficientes a suis dispositionibus facile excidere possunt, sive bonae sint, sive malae. Perfectorum autem habitus circa utrumque difficillime moventur. 1327

4, 40. Vir intellegentia praeditus consiliis paret, maxime patris spiritualis ea quae Dei sunt consulentis. 1328

1320. MG 91, 1433 C. 1321. MG 91, 1433 D. 1322. MG 91, 1440 A.
1323. MG 91, 1440 C. 1324. MG 91, 1440 D. 1325. MG 91, 1449 C.
1326. MG 91, 1453 A. 1327. MG 91, 1456 C. 1328. MG 91, 1461 D.

S. IOANNES DAMASCENUS, fin. saec. VII — ante 754.

De fide orthodoxa.

1329 *Incarnationis vis in reliquis hominibus.* — L. 4, c. 13. Ἔδει δὲ μὴ μόνον τὴν ἀπαρχὴν τῆς ἡμετέρας φύσεως ἐν μετοχῇ γενέσθαι τοῦ κρείττονος, ἀλλὰ καὶ πάντα τὸν βουλόμενον ἄνθρωπον, καὶ δευτέραν γέννησιν γεννηθῆναι, καὶ τραφῆναι τροφὴν ξένην, καὶ τῇ γεννήσει πρόσφορον, καὶ οὕτω φθάσαι τὸ μέτρον τῆς τελειότητος. Διὰ μὲν οὖν τῆς αὐτοῦ γεννήσεως ἤτοι σαρκώσεως, καὶ τοῦ βαπτίσματος, καὶ τοῦ πάθους, καὶ τῆς ἀναστάσεως, ἠλευθέρωσε τὴν φύσιν τῆς ἁμαρτίας τοῦ προπάτορος, τοῦ θανάτου καὶ τῆς φθορᾶς, καὶ τῆς ἀναστάσεως ἀπαρχὴ γέγονε, καὶ ὁδὸν καὶ τύπον ἑαυτὸν καὶ ὑπογραμμὸν τέθεικεν, ἵνα καὶ ἡμεῖς τοῖς αὐτοῦ ἀκολουθήσαντες ἴχνεσι, γενώμεθα θέσει, ὅπερ αὐτός ἐστι φύσει, υἱοὶ καὶ κληρονόμοι Θεοῦ, καὶ αὐτοῦ συγκληρονόμοι. Ἔδωκεν οὖν ἡμῖν, ὡς ἔφην, γέννησιν δευτέραν, ἵν' ὥσπερ γεννηθέντες ἐκ τοῦ Ἀδάμ, ὡμοιώθημεν αὐτῷ, κληρονομήσαντες τὴν κατάραν καὶ τὴν φθοράν, οὕτω καὶ ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντες, ὁμοιωθῶμεν αὐτῷ, καὶ κληρονομήσωμεν τήν τε ἀφθαρσίαν, καὶ τὴν εὐλογίαν, καὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ.

1329* *De reliquiarum cultu.* — 4, 15. Cf. Breviar. Rom., in Festo SS. Reliquiarum, lect. IV—VI.

1330 *Imaginum cultus.* — 4,16. Ἐπεὶ δὲ ὁ Θεὸς διὰ σπλάγχνα ἐλέους αὐτοῦ κατὰ ἀλήθειαν γέγονεν ἄνθρωπος διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, οὐχ ὡς τῷ Ἀβραὰμ ὤφθη ἐν εἴδει ἀνθρώπου, οὐδὲ ὡς ταῖς προφήταις, ἀλλὰ κατ' οὐσίαν γέγονεν ἀληθῶς ἄνθρωπος, διέτριψέ τε ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη, ἐθαυματούργησεν, ἔπαθεν, ἐσταυρώθη, ἀνέστη, ἀνελήφθη, καὶ πάντα ταῦτα κατὰ ἀλήθειαν γέγονε, καὶ ὡράθη ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, ἐγράφη μὲν εἰς ὑπόμνησιν ἡμῶν καὶ διδαχὴν τῶν τηνικαῦτα μὴ παρόντων, ἵνα μὴ ἑωρακότες, ἀκούσαντες δέ, καὶ πιστεύσαντες, τύχωμεν τοῦ μακαρισμοῦ τοῦ Κυρίου. Ἐπεὶ δὲ οὐ πάντες ἴσασι γράμματα, οὐδὲ τῇ ἀναγνώσει σχολάζουσιν, οἱ πατέρες συνεῖδον, ὥσπερ τινὰς ἀριστείας, ἐν εἰκόσι ταῦτα γράφεσθαι εἰς ὑπόμνησιν σύντομον. Ἀμέλει πολλάκις μὴ κατὰ νοῦν ἔχοντες τὸ τοῦ Κυρίου πάθος, τὴν εἰκόνα τῆς Χριστοῦ σταυρώσεως ἰδόντες, τοῦ σωτηρίου πάθους εἰς ὑπόμνησιν ἐλθόντες, πεσόντες προσκυνοῦμεν, οὐ τῇ ὕλῃ, ἀλλὰ τῷ εἰκονιζομένῳ· ὥσπερ οὐδὲ τῇ ὕλῃ τοῦ εὐαγγελίου, οὐδὲ τῇ τοῦ σταυροῦ ὕλῃ προσκυνοῦμεν, ἀλλὰ τῷ ἐκτυπώματι. Τί γὰρ διαφέρει σταυρὸς μὴ ἔχων τὸ τοῦ Κυρίου ἐκτύπωμα, τοῦ ἔχοντος; Ὡσαύτως καὶ ἐπὶ τῆς Θεομήτορος. Ἡ γὰρ εἰς αὐτὴν τιμή, εἰς τὸν ἐξ αὐτῆς σαρκωθέντα ἀνάγεται· ὁμοίως δὲ καὶ τὰ τῶν ἁγίων ἀνδρῶν ἀνδραγαθήματα, ἐπαλείφοντα ἡμᾶς πρὸς ἀνδρείαν, καὶ ζῆλον, καὶ μίμησιν τῆς αὐτῶν ἀρετῆς, καὶ δόξαν Θεοῦ. Ὡς γὰρ ἔφημεν, ἡ πρὸς τοὺς εὐγνώμονας τῶν ὁμοδούλων τιμὴ ἀπόδειξιν ἔχει τῆς πρὸς τὸν κοινὸν Δεσπότην εὐνοίας, καὶ ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ πρὸς τὸ πρωτότυπον διαβαίνει· ἔστι δὲ ἄγραφος ἡ παράδοσις, ὥσπερ καὶ τὸ κατὰ ἀνατολὰς προσκυνεῖν, καὶ τὸ προσκυνεῖν τὸν σταυρόν, καὶ ἕτερα πλεῖστα τούτοις ὅμοια.

1329 4, 13. Oportebat enim ut non solum generis nostri primitiae, sed et quisquis hominum vellet, in illius summi boni participationem veniens, denuo nasceretur, novoque subinde cibo, qui huiusmodi nativitati consentaneus esset, enutritus, perfectionis modum attingeret. Quamobrem per suam nativitatem, sive incarnationem, baptismum item, passionem et resurrectionem, humanum genus a primi parentis peccato, morte quoque ac corruptione liberavit; resurrectionisque factus primitiae, seipsum viam normamque et exemplar constituit, ut nos quoque vestigiis eius adhaerentes, quod ipse natura est, hoc adoptione essemus, filii nimirum et heredes Dei ipsiusque coheredes. Nobis itaque secundam, ut dixi, nativitatem dedit; ut quemadmodum ex Adamo procreati, similitudinem eius contraximus maledictionemque et corruptionem hereditario veluti iure nacti sumus, sic ex ipso geniti, similes ei efficiamur, atque immortalitatis ipsius benedictionisque ac gloriae hereditatem consequamur.

1330 4, 16. Postquam autem Deus per misericordiae suae viscera, nostrae salutis causa, vere factus est homo, neque iam, uti Abrahae, humana specie, neque, uti prophetis, se conspicandum praebuit, sed cum revera homo secundum substantiam exsisteret, in terris agens cum hominibus est conversatus, miracula edidit, passionem crucemque sustinuit, resurrexit, et assumptus est; ex quo haec omnia gesta sunt, visaque ab hominibus fuere, litteris subinde tum memoriae alendae gratia, tum eorum, qui his praesentes non fuerant, edocendorum, mandata sunt; ut qui ea non viderimus, audiendo atque credendo digni simus qui beati a Domino praedicemur. Verum quia non omnes litteras norunt, nec legendis libris vacant, inde patribus visum est, ut haec in imagines tamquam in commentarium brevius, velut praeclara facinora, referrentur. Saepe sane contingit, ut cum de passione Domini minime cogitamus, conspecta crucifixionis Christi imagine, in salutiferae passionis memoriam revocemur, et cernui, non materiam, sed eum cuius est imago, adoremus; quemadmodum scilicet nec evangelici codicis, nec crucis materiam adoramus, verum id, quod per haec exprimitur. Quid enim alioqui discriminis est inter illam crucem quae Dominum non exprimit, et illam quae eum repraesentat? Quod etiam de Dei matre sentiendum erit. Etenim is honor, quem ei adhibemus, ad illum refertur, qui ex ipsa carnem sumpsit. Itemque per egregia sanctorum virorum facinora, ad fortitudinem et virtutis ipsorum aemulationem et imitationem, necnon in Dei laudes excitamur. Nam, sicut dictum est, ille honor, quem conservis optimis praestamus, nostri erga communem Dominum propensi studii argumentum est; quin et imagini habitus honos ad exemplar transfertur. Est autem haec traditio ex illis quae in Scripturis minime expressae sunt, ut ea qua ad orientem versi adoramus, necnon illa qua crucem veneramur, aliaeque complures harum similes.

1329. MG 94, 1137 B. 1330. MG 94, 1172 A.

De imaginibus orationes.

1331 *Imaginum efficacia et legitimitas.* — Or. 1, n. 21. Οὐ προσκυνεῖς εἰκόνι, μηδὲ τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ προσκύνει, ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ ἀοράτου Θεοῦ ζῶσα, καὶ χαρακτὴρ ἀπαράλλακτος. Προσκυνῶ Χριστοῦ εἰκόνι, ὡς σεσαρκωμένου Θεοῦ· τῆς Δεσποίνης τῶν ἁπάντων τῆς Θεοτόκου, οἷα μητρὸς τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ· τῶν ἁγίων, ὡς φίλων Θεοῦ, τῶν μέχρι αἵματος ἀντικαταστάντων πρὸς τὴν ἁμαρτίαν, καὶ Χριστὸν μιμησαμένων τῇ ὑπὲρ αὐτοῦ ἐκχύσει τοῦ αἵματος, τοῦ τὸ οἰκεῖον αἷμα ὑπὲρ αὐτῶν προεκχέαντος· καὶ τῶν κατ' ἴχνος αὐτοῦ πολιτευσαμένων, τούτων τὰς ἀριστείας καὶ τὰ πάθη ἀναγράπτους καθίστημι, ὡς δι' αὐτῶν ἁγιαζόμενος, καὶ πρὸς ζῆλον μιμήσεως ἀλειφόμενος. Ἡ γὰρ τῆς εἰκόνος τιμὴ πρὸς τὸ πρωτότυπον διαβαίνει, φησὶν ὁ θεῖος Βασίλειος.

1332 *Imaginum cultus.* — 2, 19. Εἰ σταυρὸν καὶ λόγχην, καὶ κάλαμον, καὶ σπόγγον, δι' ὧν οἱ θεοκτόνοι Ἰουδαῖοι τὸν Κύριόν μου ἐνύβρισαν καὶ ἀπέκτειναν, ὡς αἴτια σωτηρίας προσκυνῶ καὶ σέβω, τὰς ἐπὶ δόξῃ καὶ μνήμῃ τῶν τοῦ Χριστοῦ παθημάτων ἀγαθῷ σκοπῷ ὑπὸ τῶν πιστῶν κατασκευαζομένας εἰκόνας οὐ προσκυνήσω; Εἰ σταυροῦ εἰκόνα ἐξ οἱασοῦν ὕλης κατασκευασθεῖσαν προσκυνῶ, τοῦ σταυρωθέντος καὶ τὸν σταυρὸν σωτήριον δείξαντος τὴν εἰκόνα οὐ προσκυνήσω; Ὢ ἀπανθρωπίας. Ὅτι δὲ οὐ τῇ ὕλῃ προσκυνῶ, δῆλον· καταλυθέντος γὰρ τοῦ ἐκτυπώματος τοῦ σταυροῦ, εἰ τύχοι ἐκ ξύλου κατεσκευασμένου, πυρὶ τὸ ξύλον παραδίδωμι, ὁμοίως καὶ τῶν εἰκόνων.

1331 1, 21. Tu qui imaginem adorare renuis, ne Dei quidem Filium colueris, qui vivens imago est Dei invisibilis, invariabilisque character. Imaginem Christi adoro, prout Deus est incarnatus; Deiparae item omnium Dominae, ut quae incarnati Dei mater est; sanctorum quoque, qui amici Dei sunt, quique ad sanguinis effusionem usque peccato restiterunt, et sanguinem pro Christo fundentes, ipsum imitati sunt, qui proprium sanguinem ipsorum causa prior effuderat; eorum demum qui Christi prementes vestigia, ad ea vitam suam instituerunt. Horum praeclare gesta cruciatusque picturis expressa, ob oculos meos pono, per quae sanctus evado atque imitandi studio inardesco. Nam qui imagini habetur honor, ad eum refertur, cuius est imago, inquit divinus Basilius.

1332 2, 19. Si crucem, lanceam, arundinem et spongiam, quibus deicidae Iudaei Dominum meum ignominia affecerunt et morti tradiderunt, tamquam salutis causas adoro et colo, cur non imagines, quae ad Christi gloriam passionisque eius memoriam recto consilio a christianis institutae sunt, adoraverim? Si crucis effigiem ex qualicumque materia fabricatam veneror, cur illius qui ei affixus fuit crucisque vim salutiferam ostendit, imaginem non adoravero? Pro inhumanitatem! Quod porro materiam ipsam non adorem, liquido constat. Soluta quippe crucis forma, ex ligno exempli gratia factae, lignum in ignem proicio; itidem et imaginum materiam.

1331. MG 94, 1252 D. 1332. MG 94, 1305 A.

De octo spiritibus nequitiae.

Pugnae spiritualis regulae. — 1. Γίνωσκε, ἀδελφέ, ὅτι ὀκτὼ εἰσιν οἱ λογισμοὶ οἱ πολεμοῦντες τὸν μοναχόν, καθὼς λέγουσιν οἱ πατέρες. Πρῶτος ὁ τῆς γαστριμαργίας· δεύτερος ὁ τῆς κακῆς καὶ αἰσχρᾶς ἐπιθυμίας· τρίτος ὁ τῆς φιλαργυρίας· τέταρτος ὁ τῆς λύπης· πέμπτος ὁ τῆς ὀργῆς· ἕκτος ὁ τῆς ἀκηδίας· ἕβδομος ὁ τῆς κενοδοξίας· καὶ ὁ τῆς ὑπερηφανίας ὄγδοος. 1333

2. Ὀφείλεις οὖν γινώσκειν, ὦ μοναχέ, καὶ προσέχειν ἀκριβῶς, εἰς ποῖον πάθος παρὰ τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν καὶ πνευμάτων τῆς πονηρίας ἐκταράττῃ καὶ θορυβῇ, καὶ πρὸς ποῖον ἐμπαθὲς νόημα ὁ νοῦς σου συγκατατίθεται.

3. Καὶ εἰ μὲν συνορᾷς, ὅτι ὑπὸ γαστριμαργίας, καὶ ὑπὸ τρυφῆς ταράττῃ, στένωσόν σου τὴν γαστέρα, περιορίζων ἐν σταθμῷ καὶ μέτρῳ τὴν τρυφὴν καὶ τὸ πόμα· ἔχε μνήμην διηνεκῆ τοῦ χωρισμοῦ τῆς ψυχῆς, τῆς τε μελλούσης κρίσεως καὶ τῆς φοβερᾶς γεέννης· ὁμοίως δὲ καὶ τοῦ πόθου τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. Οὕτω γὰρ δυνήσῃ τὴν ἡδονὴν διὰ γαστρὸς νικῆσαι καὶ βδελύξασθαι.

4. Εἰ δὲ πάλιν ὑπὸ τοῦ πνεύματος τῆς αἰσχρᾶς καὶ κακῆς ἐπιθυμίας κατέχῃ, ἄσκησον ἐγκράτειαν σώματος, καὶ συντριβὴν ψυχῆς, καὶ ἀγρυπνίας, μετὰ ἐκτενοῦς προσευχῆς· πρὸς τούτοις ἔχε καὶ τὸ ἀπαῤῥησίαστον, καὶ τὸ μὴ κρίναι τινὰ ἢ καταλαλῆσαι, ἢ τὸ παράπαν βδελύξασθαι. Ἐνθυμοῦ δὲ καὶ τὸν θάνατον καὶ ἀγάπησον τὴν δίψαν· καὶ μηδόλως θέλε παραβάλλειν ταῖς γυναιξίν, ἢ κἂν ὅλως τὴν τούτων ὄψιν ἰδεῖν, καὶ τοῦ πάθους ἀπαλλαγήσῃ.

1. Noveris, frater, octo cogitationes vitiosas esse, quibus monachus infestatur, quemadmodum patres narrant. Prima est cogitatio gulae, secunda malae et turpis cupiditatis, tertia avaritiae, quarta tristitiae, quinta irae, sexta acediae, septima vanae gloriae, et octava superbiae. 1333

2. Incumbit itaque tibi, o monache, ut cognoscas animumque diligenter advertas, quanam affectione, quae ab adversariis nostris et nequitiae spiritibus proficiscatur, commoveri te et turbari sentias, et in quamnam cogitationem mens tua cum passione proclivis sit.

3. Ac si quidem te gulae aut voluptatis aestu cieri cognoscis, ventrem coerce, definito in pondere et mensura cibo et potu; separationem animae a corpore, iudicium venturum horrendamque gehennae flammam, necnon regni caelestis desiderium perpetuo memoriam tene. Hoc pacto siquidem voluptatem ventris superare atque abominari poteris.

4. Sin vero rursum a turpis vesanaequue cpiditatis spiritu occuparis, frenando corpori, conterendae animae, vigiliis cum assiduis precibus teipsum exerce. Insuper modestiam cole; neminem iudices aut laceres, nec prorsus abomineris. Quin et mortem animo versa, sitim libens tolera, nullam prorsus cum mulieribus consuetudinem habe, ut nec earum vultum intuearis; atque hoc modo ab hac passione liberaberis.

1333. MG 95, 80 A.

5. Εἰ δὲ θέλεις νικῆσαι τὴν φιλαργυρίαν, ἀγάπα τὴν ἀκτημοσύνην καὶ τὴν ἀτέλειαν· καὶ ἐνθυμοῦ τὴν τοῦ Ἰούδα κατάκρισιν, καὶ ὅτι δι' αὐτῆς προδέδωκε τὸν Κύριον τοῖς ἀνόμοις· καὶ ὅτι πᾶς φιλάργυρος καὶ εἰδωλολάτρης καλεῖται παρὰ τῆς θείας Γραφῆς· καὶ ὅτι τῆς ἐλπίδος ἡμᾶς ἀφιστᾷ τοῦ Θεοῦ· καὶ ὅτι ἡ ἀπόλαυσις τῶν χρημάτων πρόσκαιρος, τοῖς δὲ φιλαργύροις ἡ κόλασις ἀθάνατος· ταῦτα οὖν λογιζόμενος, καὶ μηδὲν πλέον τῆς αὐταρκείας ζητῶν, τὸ πάθος τοῦτο νικήσεις.

6. Εἰ δὲ πάλιν ἐκ τῆς κοσμικῆς λύπης ἐκταράττῃ, καὶ θορυβῇ, ὀφείλεις εὔχεσθαι συνεχῶς, καὶ τὴν ἐλπίδα πᾶσαν πρὸς τὸν Θεὸν θεῖναι, καὶ μελέτην ἀσκεῖν τῶν θειῶν Γραφῶν, καὶ μετ' εὐλαβῶν μοναχῶν καὶ φοβουμένων τὸν Κύριον συναναστρέφεσθαι, καὶ πάντων τῶν παρόντων, ὡς μὴ ὄντων καταφρονεῖν, καὶ τὴν χαρὰν τὴν ἐν οὐρανοῖς ἐννοεῖν, τάς τε τῶν δικαίων ἀπολαύσεις. Καὶ ἐὰν τυφθῇς ὑπό τινος, ἢ ἀτιμασθῇς, ἢ ἐκδιωχθῇς, μὴ λυπηθῇς, ἀλλὰ μᾶλλον χαῖρε· τότε δὲ μόνον λυποῦ, ὅταν εἰς Θεὸν ἁμάρτῃς· οὕτω γὰρ πνεύματι δυνήσῃ τοῦ πάθους ἀπαλλαγῆναι.

7. Ὅταν δὲ πάλιν ὑπὸ τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς ὀξυχολίας ταράττῃ, συμπάθειαν ἀναλαβοῦ, καὶ δούλωσον πρὸς τοὺς ἀδελφούς, καὶ εἰ δυνατόν, νίπτε τοὺς πόδας αὐτῶν συνεχῶς ἐν ταπεινοφρονήματι, καὶ συγχώρησιν ζήτει παρὰ παντὸς ἀνθρώπου, καὶ τοὺς ἀσθενοῦντας συνεχῶς ἐπισκέπτου, την τε γλῶσσαν κίνει πρὸς ψαλμῳδίαν, καὶ ταχιστα τοῦ πάθους ἀπαλλαγήσῃ.

8. Εἰ δὲ τὴν ἀκηδίαν θέλεις νικῆσαι, κάμνε τί ποτε μικρὸν ἐργόχειρον, καὶ ἀναγίνωσκε, καὶ προσεύχου πυκνῶς μετ' ἐλπίδος

---

5. Quod si pecuniae cupiditatem vis superare, ama paupertatem et vilitatem. Condemnationem Iudae animo versa, quodque propter avaritiam Dominum iniquis prodiderit; quod omnis avarus simulacrorum quoque servus vocatur in divinis Litteris; quod ea nos a spe in Deum ponenda avertit; quod demum pecuniarum possessio temporaria est, avaros vero manet immortalis poena. Haec tecum reputans, nec quidquam amplius quam sufficiat quaeritans, vitium hoc coercebis.

6. Quod si etiam mundanus maeror te percellit et turbat, assiduae debes orationi operam dare, spem totam ad Deum vertere, studiose te exercere in divinis Scripturis, cum religiosis Deumque timentibus monachis conversari, praesentia omnia ac si non essent aspernari, laetitiam caelestem animo concipere, necnon remunerationes iustorum. Si te quispiam verberat contumeliave afficeris, aut te persequuntur, ne concidas animo; quin potius bono animo sis. Atque tunc solum maere, cum in Deum peccaveris. Sic enim per spiritum poteris ab hoc morbo sanari.

7. Quando autem ira te rursum effervescensque bilis concitabit, mansuetudinem indue teque fratrum tuorum servum praebe. Sed et si fieri possit, cum humilitatis sensu horum frequenter pedes lava, indulgerique tibi postula a quovis homine. Infirmos saepe visita, linguam ad psalmorum cantum move; ac brevi a vitio illo curaberis.

8. Si vero acediam velis subigere, labore manuum tantisper defatigare; incumbe lectioni et assiduae orationi vaca cum certa

βεβαίας τῶν καλῶν· ἐννόει τούς τε ψυχοῤῥαγοῦντας, καὶ τὴν βίαν καὶ τὸν πνιγμὸν τῶν ἁμαρτωλῶν, πῶς ἀνηλεῶς τιμωροῦνται καὶ βασανίζονται, καὶ οὕτω τοῦ πάθους ἕξεις ἀνάπαυσιν.

9. Εἰ δὲ ὑπὸ τῆς κενοδοξίας καὶ τοῦ τῶν ἀνθρώπων ἐπαίνου δεινῶς τυραννῇ, ὀφείλεις μηδὲν πρὸς ἐπίδειξιν τῶν ἀνθρώπων ποιεῖν, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν ἐργασίαν σου ποιεῖν ἐν κρυπτῷ, μηδενὸς ἄλλου εἰδότος, ἢ τοῦ Θεοῦ μόνου· καὶ μὴ ἀγάπα τοὺς ἐπαίνους, μηδὲ τὰς τιμὰς τῶν ἀνθρώπων, μηδὲ τὰ καλὰ ἱμάτια, μηδὲ τὴν προτίμησιν, καὶ τὴν πρωτοκαθεδρίαν· μᾶλλον δὲ ἀγάπα ἵνα σε ψέγωσιν οἱ ἄνθρωποι, καὶ κατηγορῶσι καὶ ἀτιμάζωσι ψευδόμενοι· καὶ ἔχε ἑαυτὸν παντὸς ἁμαρτωλοῦ ἁμαρτωλότερον.

10. Εἰ δὲ ὑπὸ δαιμονιώδους πάθους τῆς κακίστης ὑπερηφανίας σεαυτὸν ὁρᾷς πολεμούμενον, ὀφείλεις μηδένα λοιδορῆσαι, ἢ κρῖναι, ἢ ἐξουδενῶσαι τὸ σύνολον, ἀλλ' ἑαυτὸν περίψημα πάντων λογίζεσθαι, καὶ ἐννοεῖν συνεχῶς, ὅτι ἐὰν μὴ Κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες [cf. Ps 116, 1]· καὶ πάντοτε χρεωφειλέτην λογίζεσθαι ἑαυτόν, καὶ ἐξουθενεῖν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καὶ πάντων ἀνθρώπων. Καὶ μὴ θάρσει ἕως οὗ τὴν ἀπόφασιν δέξῃ, ὁρῶν ἐκεῖνον, τὸν καὶ μετὰ τὴν ἐν νυμφῶνι κατάκλισιν, χεῖρας καὶ πόδας δεσμούμενον, καὶ εἰς τὸ σκότος αἰώνιον [cf. Mt 22, 13] ἐξοριζόμενον· ἀλλὰ κἂν νηστεύῃς, κἂν ἀγρυπνῇς, κἂν χαμαικοιτῇς, κἂν ψάλλῃς, κἂν διαμονῇς, κἂν μετανοίας πολλὰς ποιῇς, κἂν ἄλλο τι καλὸν ποιῇς, μὴ λέγου ὅτι ἐξ ἰδίου μου κόπου, ἢ ἀπὸ ἰδίας προθυμίας γεγένηται, ἀλλ'

---

bonorum obtinendorum spe. Animo versa eos qui extremos spiritus agunt, asperos quoque cruciatus et praefocationem peccatorum; quo pacto sine misericordia plectantur torqueanturque; atque hac ratione vitii huius sedationem obtinebis.

9. Sin a vana gloria et laudibus hominum graviter exagiteris, operae pretium est, ut nihil quod hominibus ostentetur agas, sed omne tuum opus in abscondito facias, quod nemo nisi Deus solus videat. Cave etiam ne laudari cupias, aut ab hominibus honorari, neve pulchras vestes, neque primas partes, neque primum locum ambias. Quinimmo nihil tibi carius sit, quam ut homines mendacibus te conviciis, criminationibus et contumeliis proscindant; ac teipsum habe quovis peccatore nequiorem.

10. Quod si tandem a daemoniaca pessimae superbiae passione oppugnari te sentias, neminem prorsus debes contumeliis afficere aut iudicare aut spernere; quin potius teipsum reputare tamquam omnium peripsema, et perpetuo pensare, nisi Dominus aedificaverit domum, in vanum laborasse qui aedificant eam. Omnibus te debitorem existimes oportet, nihilique te facias coram Deo et cunctis hominibus. Ne praefidens sis donec sententiam audias, cum videris illum, qui tametsi in nuptiali convivio recubuerat, vinctis manibus pedibusque eiectus est in tenebras sempiternas. Sed et quantumvis seu ieiuniis seu vigiliis des operam; quantumvis humi cubes, psallas, patientiam colas, corpus frequenter inclines aut boni quodlibet aliud facias, ne dixeris: Id meo labore meaque strenuitate gestum est; sed Dei adminiculo et auxilio totum evenit, non mea diligentia.

ἐκ τῆς Θεοῦ βοηθείας καὶ ἀντιλήψεως γίνεται, καὶ οὐχὶ ἐκ τῆς ἐμῆς σπουδῆς. Σπούδασον πάντοτε, ἀδελφέ, ἵνα ὑπάρχῃς ἀεὶ ἁπλοῦς καὶ ἄμωμος· καὶ μὴ ἔχε ἄλλα ἐν τῇ καρδίᾳ, ἄλλα ἐν τῷ στόματί σου· τοῦτο γὰρ δόλιόν ἐστι· καὶ συνεχῶς μετὰ δακρύων προσεύχου· καὶ οὕτω ποιῶν ἀπαλλαγήσῃ τοῦ ὀλεθρίου καὶ πονηροῦ παραπτώματος.

Τῶν παθῶν, τὰ μέν ἐστι σωματικά, τὰ δὲ ψυχικά· καὶ σωματικὰ μὲν λέγομεν· γαστριμαργίαν, πορνείαν, μέθην, ἀσέλγειαν· ψυχικὰ δέ· μῖσος πρὸς τὸ πλησίον, φθόνον, ἔριν, κενοδοξίαν, ὑπερηφανίαν. Αὐτὰ δὲ ἐνεργοῦσιν εἰς τὴν ἡμετέραν ψυχήν, ἀπούσης ἀγάπης καὶ ἐγκρατείας· τὰ δὲ ὑπὸ νηστείας καὶ ἀγρυπνίας. Τότε γὰρ ὁ νοῦς καὶ τὸ οἰκεῖον φῶς ἀπολαμβάνει, καὶ τὸν Θεὸν ἀπαρεμποδίστως ὁρᾷ.

De virtutibus et vitiis.

1334 *Radices vitiorum.* — Ῥίζαι δὲ πάντων τῶν παθῶν, καί, ὡς ἂν εἴποι τις, προπέτειαι, φιληδονία, φιλοδοξία, φιλαργυρία, ἀφ' ὧν ἀποτίκτεται πᾶν κακόν. Οὐχ ἁμαρτάνει δὲ ὁ ἄνθρωπος οὐδεμίαν ἁμαρτίαν, εἰ μὴ πρότερον οἱ κραταιοὶ οὗτοι γίγαντες, καθώς φησιν ὁ ἐν ἀσκηταῖς σοφώτατος Μάρκος, περιγένωνται καὶ κατακυριεύσωσιν αὐτοῦ· ἤτοι λήθη, ῥᾳθυμία, καὶ ἄγνοια. Ταύτας δὲ ἀποτίκτει ἡδονὴ καὶ ἄνεσις, τὸ ἀγαπᾶν τὴν δόξαν τῶν ἀνθρώπων καὶ τὸν περισπασμόν· πρωταίτιος δὲ τούτων ἁπάντων, καὶ οἷα μήτηρ κακίστη, ὡς προείρηται, ἡ φιλαυτία, ἤγουν ἄλογος φιλία τοῦ σώματος, καὶ ἐμπαθὴς προσπάθεια.

Omni studio cura, frater, ut simplex rectaque semper conversatio tua sit, nec aliud in corde habeas et aliud in ore. Hoc enim fraudulentum est. At perenni cum lacrimarum fonte orationi incumbe. Quod si ita egeris, funestam pessimamque offensam et ruinam effugies.

Vitiorum porro alia quidem corporis sunt, alia animi. Corporis vitia dicimus: gulam, scortationem, ebrietatem, petulantiam; animi vero: odium proximi, invidentiam, vanam gloriam, superbiam. Atqui haec in animum nostrum agunt, ubi caritas et continentia absunt; illa vero ieiunio et vigiliis coercentur. Tunc enim mens lucem propriam recipit et absque ullo obice Deum intuetur.

1334 Radices vero vitiorum omnium, et, ut alius quisquam diceret, primae causae, intemperantia, ambitio et avaritia, ex quibus malum omne nascitur. Neque umquam homo in aliquo delinquit, ni prius gigantes isti validi, ut inter ascetas sapientissimus Marcus ait, advenerint eumque debellarint: vel oblivio, ignavia et inscitia. Eas progenerant voluptas et recreatio, humanae gloriae salutationisque ambitus; ac horum omnium prima causa et veluti mater pessima, ut supra diximus, sui ipsius amor est, absque ratione nempe corporis amor et intensus affectus.

1334. MG 95, 88 D.

Oratio de sacris imaginibus.

De imaginum liceitate et convenientia. — 2. Πολλοὶ γὰρ ἐν 1335
τοῖς οἴκοις αὐτῶν ἔγραψαν εἰκόνας τῶν ἀνθρώπων, εἴτε [οἱ] γονεῖς τῶν τέκνων, εἴτε [τὰ] τέκνα τῶν γονέων αὐτῶν, διὰ τὸν πόθον καὶ τὴν σχέσιν, ἣν εἶχον πρὸς ἀλλήλους· καὶ ἵνα μὴ εἰς λήθην αὐτῶν ἔλθωσιν, ἀνέγραψαν εἰκόνας αὐτῶν ἐν τοῖς οἴκοις αὐτῶν· ὅθεν καὶ ἀσπάζονται αὐτάς, οὐχ ὡς θεούς, ἀλλ' ὡς προεῖπον, διὰ τὸν πόθον καὶ τὴν σχέσιν αὐτῶν. Οὕτω χρὴ λογίζεσθαι καὶ ἐπὶ τὰς τῶν ἁγίων εἰκόνας, ὅτι πρὸς ὑπόμνησιν ἡμετέραν καὶ ἀγάπην, καὶ διόρθωσιν τοῦ βίου ἡμῶν, ἅμα καὶ τῶν ἐπερχομένων ἐθνῶν, καὶ πιστευόντων εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, πρὸς ἐπίδειξιν τῆς καλῆς αὐτῶν μαρτυρίας ἀπεγράφησαν, ἔν τε ταῖς ἐκκλησίαις καὶ ἐν ταῖς βίβλοις.

Homiliae in dormitionem B.V. Mariae.

Vera devotio erga B. V. Mariam. — Hom. 2, n. 19. Τὴν 1336
μνήμην τοίνυν τὴν ἡμετέραν ταμεῖον τῆς Θεοτόκου κατασκευάσωμεν. Τοῦτο δὲ ἔσται πῶς; Παρθένος αὕτη, καὶ φιλοπάρθενος· ἁγνὴ πέφυκεν αὕτη, καὶ φίλαγνος. Ἂν οὖν σὺν τῷ σώματι καὶ τὴν μνήμην ἁγνίσωμεν, ἐνηυλισμένην τὴν αὐτῆς χάριν κτησόμεθα. Φεύγει γὰρ ἰλὺν ἅπασαν καὶ τὰ βορβορώδη πάθη ἐκτρέπεται. Γαστριμαργίαν βδελύσσεται, τῆς αἰσχίστης πορνείας ἐχθραίνει τοῖς πάθεσι· ταύτης τοὺς μυσαροὺς λογισμοὺς ὡς ἐχιδνῶν φεύγει γεννήματα· λόγους αἰσχρούς τε καὶ εὐτραπέλους ἀπωθεῖται καὶ ᾄσματα· μῦρα πορνικὰ ἀποσείεται· μισεῖ θυμοῦ τὰ οἰδήματα, ἀπανθρωπίαν καὶ ἔριδας οὐ προσίεται· κενοδοξίαν τὴν ματαιό-

---

2. Nam et multi in suis domibus hominum depinxerunt imagines, 1335
tum parentes filiorum, tum parentum filii, propter eorum desiderium ac mutuum affectum; ac ne oblivio subreperet, sic eos apud se et domi depinxerunt; proindeque salutant eas et amplexantur, non uti deos, sed, sicut dixi, amoris causa suique erga illos propensionis. Sic etiam de sacris imaginibus ratiocinari licet, fuisse nimirum illas tum in libris, tum in ecclesiis depictas, ad memoriam perfricandam excitandamque dilectionem, ad nostros item mores rite instituendos, earumque gentium quae veniunt, ut in Christum credant; ut demum praeclaro illorum testimonio sint.

2, 19. Ac proinde curemus, ut mens memoriaque nostra Dei 1336
Genetricis promptuarium fiat. Quo autem pacto id assequemur? Virgo ipsa est et virginum amans; casta est et castitatis amans. Quocirca, si cum corporis tum etiam memoriae castitatem colamus, gratiam ipsius adipiscemur. Lutum siquidem omne fugit, ac caenosas affectiones tamquam genimina viperarum. Ingluviem exsecratur, foedissimae scortationis vitiis infensa est; turpes sermones et cantus propellit; meretricia unguenta reicit; irae tumorem odit; inhumanitatem, invidiam et simultates non admittit; inanem gloriam variis se laboribus frangentem aversatur; superbiae fastui hostili animo

---

1335. MG 95, 313 A. 1336. MG 96, 752 B.

πονον ἀποστρέφεται· ὄγκῳ ὑπερηφανίας ἐχθρωδῶς ἀντιτάσσεται· μνησικακίαν μισεῖ, τὴν σωτηρίας ἀντίπαλον· πᾶσαν κακίαν ὡς ἰὸν θανατηφόρον λογίζεται, τούτων δὲ χαίρει τοῖς ἐναντίοις. Τὰ γὰρ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἰάματα. Νηστείᾳ, καὶ ἐγκρατείᾳ, καὶ ψαλμικοῖς ἐπιτέρπεται ᾄσμασιν· ἁγνείᾳ, καὶ παρθενίᾳ, καὶ σωφροσύνῃ συγγήθεται. Καὶ πρὸς ταύτας εἰρήνην ἄγει ἀένναον, καὶ φιλοφρόνως ταύτας ἀσπάζεται. Εἰρήνην καὶ πρᾶον περιπτύσσεται φρόνημα, ἀγάπην, καὶ ἔλεον, καὶ ταπείνωσιν ὡς οἰκείας τροφοὺς ἀγκαλίζεται. Καὶ συνελόντα φάναι, ἐπὶ πάσῃ μὲν κακίᾳ, κατηφείᾳ δυσχεραίνουσα, πάσῃ δὲ ἀρετῇ ὡς οἰκείῳ χαρίσματι ἐπαγάλλεται. Εἰ οὖν τὰς προτέρας ἐκθύμως κακίας ἐκκλίνωμεν, τὰς δὲ ἀρετὰς πάσῃ σπουδῇ ἀγαπήσωμεν, καὶ ταύτας συνομίλους κτησώμεθα, θαμινὰ πρὸς τοὺς οἰκείους οἰκέτας ἐλεύσεται, τὴν ἁπάντων τῶν ἀγαθῶν σὺν αὐτῇ ἐφελκομένη ὁμήγυριν, καὶ Χριστὸν τὸν αὐτῆς Υἱὸν καὶ τῶν ἁπάντων Βασιλέα καὶ Κύριον ἐνοικοῦντα ταῖς ἡμετέραις καρδίαις συμπαραλήψεται.

---

resistit; iniuriarum recordationem exhorret uti salutis adversariam; vitium denique omne tamquam lethale venenum reputat; horum autem contrariis delectatur. Contraria enim contrariorum medicamenta sunt. Ieiunio, continentia, psalmorum cantibus gaudet; cum puritate, virginitate et pudicitia illi pulchre convenit, perennemque cum illis pacem colit, et humane eas et comiter exosculatur. Pacem et animi lenitatem complectitur; caritatem, misericordiam et humanitatem, tamquam alumnas suas, ulnis fovet. Atque, ut rem paucis perstringam, quolibet vitio tristitia afficitur et indignatur; qualibet virtute, uti proprio suo munere, laetatur. Quamobrem si vitia alacri animo vitemus et virtutes omni studio persequamur easque socias adhibeamus, frequens ipsa ad famulos suos veniet et secum bonorum omnium agmen trahet, Christumque Filium suum et omnium Regem ac Dominum una assumet, qui in cordibus nostris habitet.

APPENDIX.

S. PACHOMIUS, ca 292—346.

Regula.

Praecepta disciplinae monasticae. — 8. Haec sunt prae- 1337
cepta vitalia nobis a maioribus tradita. Si acciderit ut psallendi tempore vel orandi aut in medio lectionis aliquis loquatur aut rideat, illico solvet cingulum et inclinata cervice manibusque ad inferiora depressis stabit ante altare et a principe monasterii increpabitur. Hoc idem faciet et in conventu fratrum, cum ad vescendum pariter convenerint. 9. Quando ad collectam tubae clangor increpuerit per diem, qui una ratione tardius venerit superioris increpationis ordine corripietur et stabit in loco convivii. 10. Noctu vero, quia corporis infirmitati plus aliquid conceditur, qui post tres orationes venerit eodem et in collecta et in vescendo ordine corripietur. 11. Quando in collecta orant fratres, nemo egredietur absque iussione maiorum et nisi interrogaverit concessumque ei fuerit exire pro naturae necessitate.

Collatio spiritualis. — 19. Mane per singulas domos, finitis 1338
orationibus, non protinus ad suas cellulas revertentur, sed conferent inter se, quae praepositos audierint disputantes, et sic intrabunt cubicula. 20. Disputatio autem a praepositis domorum per singulas hebdomadas tertio fiet, et in ipsa disputatione sedentes sive stantes fratres suum ordinem non mutabunt, iuxta domorum ordinem et hominum singulorum. 21. Si quis dormitaverit sedens, praeposito domus vel monasterii principe disputante, statim surgere compelletur, et tamdiu stabit, donec ei iubeatur, ut sedeat. 22. Quando signum insonuerit, ut conveniant et audiant praecepta maiorum, nullus remanebit; nec succendetur focus, antequam disputatio compleatur. Qui unum ex his praeterierit, praedictae correptioni subiacebit.

Praecepta quoad comessationem. — 28. Dimissa collecta 1339
singuli egredientes usque ad cellulas suas vel usque ad vescendi locum de scripturis aliquid meditabuntur; nullusque habebit opertum caput meditationis tempore. 29. Cum autem

---

1337. Pacomiana latina (ed. A. Boon 1932 in Biblioth. de la Rev. d'Hist. Eccl., Louvain, Fasc. 7) 15; ML 23, 66.
1338. Pac. lat. 17; ML 23, 67. 1339. Pac. lat. 20; ML 23, 68.

ad vescendum venerint, sedebunt per ordinem statutis locis, et operient capita. 30. Statimque cum tibi a maiore fuerit imperatum, ut de alia mensa ad aliam transire debeas, in nullo penitus contradices. Nec audeas ante praepositum domus tuae manum in mensam extendere; nec circumspicias vescentes alios. 31. Unusquisque praepositorum docebit in domo sua, quomodo debeant cum disciplina et mansuetudine comedere. Quod si aliquis vel locutus fuerit, vel riserit in vescendo, aget paenitentiam et in eodem loco protinus increpabitur, stabitque, donec alius surgat de vescentibus. 32. Si quis ad comedendum tardius venerit, excepto maioris imperio, similiter aget paenitentiam, aut ad domum ieiunus revertetur. 33. Si aliquid necessarium fuerit in mensa, nemo audebit loqui, sed ministrantibus signum sonitu dabit. 34. Si egressus fueris a cibo, non loquaris in redeundo, donec ad locum tuum pervenias. 35. Ministri, absque his quae in commune fratribus praeparata sunt, nihil aliud comedant, nec mutatos cibos sibi audeant praeparare. 36. Qui percutit et ad vescendum congregat fratres, meditetur in percutiendo.

1340 *Ingressus in monasterium.* — 49. Si quis accesserit ad ostium monasterii, volens saeculo renuntiare et fratrum adgregari numero, non habebit intrandi libertatem, sed prius nuntiabitur patri monasterii, et manebit paucis diebus foris ante ianuam, ac docebitur orationem dominicam, et psalmos, quantos potuerit discere, et diligenter sui experimentum dabit; ne forte mali quidpiam fecerit et turbatus ad horam timore discesserit, aut sub aliqua potestate sit, et utrum possit renuntiare parentibus suis et propriam contemnere facultatem. Si eum viderint aptum ad omnia, tunc docebitur et reliquas monasterii disciplinas, quae facere debeat, quibusque servire, sive in collecta omnium fratrum, sive in domo cui tradendus est, sive in vescendi ordine, ut instructus atque perfectus in omni opere bono fratribus copuletur. Tunc nudabunt eum vestimentis saecularibus et induent habitu monachorum; tradeturque ostiario, ut orationis tempore adducat eum in conspectu omnium fratrum, sedebitque in eo loco, in quo ei praeceptum fuerit. Vestimenta autem, quae secum detulerat, accipient qui huic rei praepositi sunt, et inferentur in repositorium, eruntque in potestate principis monasterii. 50. Nemo manens in monasterio suscipiendi quempiam ad vescendum habeat potestatem, sed mittet eum ad ostium xenodochii, ut suscipiatur ab his qui huic rei praepositi sunt.

1341 *Exeundum cum socio.* — 56. Nullus foras mittatur ad aliquod negotium nisi iuncto et altero.

1340. Pac. lat. 25; ML 23, 70. 1341. Pac. lat. 30; ML 23, 71.

Praecepta de paupertate et vita communi. — 78. Nullus 1342
in cellula sua reponat aliquid ad vescendum, absque his quae a dispensatore acceperit. . . . 81. Nemo in domo et cella sua habeat praeter ea quae in commune monasterii lege praecepta sunt: non tunicam laneam, non pallium, non pellem intonsis arietum lanis molliorem, non paucos nummos, nec pulvillum quidem ad caput, aut aliud variae supellectilis, exceptis his quae a patre monasterii per domorum praepositos dividentur. . . . 83. Si quis de altera domo transfertur in alteram, exceptis his quae supra diximus secum transferre nihil poterit. 84. Nullus neque exeundi in agrum, neque ambulandi in monasterio, neque extra murum monasterii procedendi foras habeat facultatem, nisi interrogaverit praepositum domus et ille concesserit.

Praecepta de religiosa disciplina. — 89. Cellam alterius, 1343
nisi prius ad ostium percusserit, introire illicitum est. 90. Ad cibum non pergent, nisi generali sonitu convocentur. Nec ambulabunt in monasterio, priusquam commune signum intonuerit. 91. Absque cucullo et pellicula nemo ambulet in monasterio, nec pergat ad collectam nec ad vescendi locum. 92. Vespere ad perungendas et molliendas ab opere oleo manus absque altero ire non poterit. Totum autem corpus nemo perungat nisi causa infirmitatis, nec lavabitur, nec aqua omnino nudo corpore perfundetur, nisi languor perspicuus sit. . . . 107. Clausa cella nullus dormiat, nec habebit cubiculum quod claudi possit, nisi forte aetati alicuius vel infirmitati pater monasterii concesserit. . . . 120. Nullus in domo sua audebit focum facere, nisi in commune omnibus succendatur. 121. Qui una oratione de sex orationibus vespertinis tardius venerit, vel qui mussitaverit et locutus fuerit ad alterum, vel subriserit, in reliquis orationibus constituto ordine aget paenitentiam. . . . 126. Post sex orationes, quando ad dormiendum omnes separantur, nulli licebit excepta causa necessitatis egredi cubiculum suum.

APHRAATES, fin. saec. III — 367.

Demonstrationes, 337/45.

Oratio et opera. — 4, 16. Pulchra est oratio, et opera eius 1344
praeclara. Oratio accepta fit, quando bonis operibus coniungitur; oratio exauditur, quando invenitur in ea condonatio; oratio grata est, quando ab omni fraude munda est; oratio potens est, quando divina virtute repletur. Quod autem scripsi

1342. Pac. lat. 36; ML 23, 73. 1343. Pac. lat. 39; ML 23, 74.
1344. PS (= Patrologia Syriaca, Parisiis 1894 sqq.) 1, 174.

tibi, carissime, scilicet cum Dei voluntatem efficit homo, hoc ipsum orationem esse, rectum equidem esse existimo; noli vero, propter ea quae dixi tibi, orationem omittere; magis vero ad orandum esto sollicitus, nec taedio opprimaris.

1345 *Laus humilitatis.* — 9, 2. Humilitas enim testis est bonorum, quae per timorem Dei acquiruntur; multa etiam dona per humilitatem comparantur ab iis qui diligunt eam. Si misericordiam quaeris, apud humiles reperitur; humilitas iustitiae est domicilium; doctrinam possident humiles, et labia eorum scientiam proferunt; humilitas sapientiam et prudentiam parit; humiles longanimitatem possident; et si castitatem et castimoniam quaeris, in viro humili reperitur. Religio eis est iucunda et suavis. Sermo viri humilis lenis est, et hilaris vultus; humilis ridet atque laetatur. Humilibus convenit caritas, in qua norunt ambulare. . . . Humilis doctrinam quasi aquam bibit, et in eius venas permanat velut oleum. Humilis seipsum demittit, at cor eius ad summa culmina extollitur.

S. EPHRAEM, ca 306—373.

Hymni et sermones.

1346 *Laus eremi.* — Sermo de monachis, 3. Excellentius est desertum campis habitatis illi qui honori Dei studet, et urbibus meliores sunt montes illi qui eius gratiam novit. Res parvas considera et sume ex iis argumentum; simplicia contemplare, et disce ex illis recte sapere. Virgae numquam subiciuntur ferae deserti, nec rupicaprae in montibus traduntur tonsoribus; inspice onagrum intus in eremo, in eius dorso nemo insedit; vide capreolum interioris deserti, abstinentiam non amittit; cerne cervos in rupibus, non gerunt iugum: considera feras, non ponderatur eis cibus; vide perdicem in saxis, non colligit escam ipsi mensuratam; considera caprum montanum planities fugientem; inspice leonem in deserto, non despicitur; urbem autem ingressus a spectatoribus parvipenditur; si aquila nidum in domo faciat, fumus oculos eius obstringit; onager et capreolus planitiem ingressi metu corripiuntur; fera si ad moenia accedit, pelle spoliatur; cervus qui in vallem descendit, coronam capitis deperdit; caper montanus, canibus obsessus, exit vestibus nudatus; pennas perdicis quae ad laqueos accessit evellunt venatores; volatilia laqueos ingressa ludibrium patiuntur; in planitie evanescit splendor quo ferae ornabantur. In habitaculis vincuntur et domantur

1345. PS 1, 410.
1346. La (= T. J. Lamy, S. Ephraem Syri hymni et sermones, 4 voll., Mechliniae 1882—1902) 4, 150.

fortissimi leones. 4. Inspice igitur animalia et habitacula fuge, o montane, nec te relaxes.

Perfectio monachi interna. — Sermo de monachis, 17. Ne 1347
mendaciter peragas res in nomine Domini; ne sub larva iustitiae figuram exosam praebeas; ne exterius ostendas saccum ieiunatoris et intus ieiunium irritum reddas; ne monachi habitum geras et iam a vespera somno immergaris; ne nudipedem te exhibeas, et post laborem te abluas ac ungas, ne propter tuam agendi rationem vituperetur nomen Dei tui.

Vita ascetae, martyrium. — Exhortatio ad monachos, 1348
5. Discito quae dixi tibi. In tua persona e tua libertate sis martyr et iudex et sis animae tuae correptor; crucifige corpus tuum tota nocte in oratione et surgens interroga illud; si somnus illud vicerit, sis ei testis vigiliae; ini pactum cum membris tuis in verbo veritatis inde a vespera; quodsi somno non succubueris, transi et sta cum martyribus. Non vincat te somnus nocte, ne perdas victoriam tuam; efficias te martyrem vigiliae, et martyrium patiaris inter te et Deum. . . . Martyres testimonium reddiderunt de die, in vigiliis autem ascetae; spectatores descripserunt martyrum victorias coram regibus, Filius autem Regis descripsit quae promissa sunt iustis cum martyribus; martyres in igne coronati sunt, in vigilia autem vigiles; gladius martyres inclytos reddidit, officium ascetas; martyres famem perpessi sunt, ascetae afflictiones; martyres siti cruciati sunt, paenitentes macerationibus; martyres tormenta passi sunt et ascetae paenitentiam egerunt; martyres constantia regnum adepti sunt, virgines autem castitate; martyrum corpora flagellis caesa sunt coram iudicibus propter spem, strenuorum ascetarum membra vigiliis enecata sunt propter promissiones; martyres vicerunt suos persecutores et athletae deserti tentationes; spectatores viderunt martyrum certamina in amphitheatris, vos autem videt Deus in occulto triumphantes.

EVAGRIUS PONTICUS, † 399.

Ad virgines.

Labor et oratio. — 4. Ἀνατέλλων ὁ ἥλιος βλεπέτω τὸ βιβλίον 1349
ἐν ταῖς χερσί σου, καὶ μετὰ δευτέραν ὥραν τὸ ἔργον σου. 5. Προσεύχου ἀδιαλείπτως, καὶ μέμνησο Χριστοῦ τοῦ γεννήσαντός σε.

4. Exoriens sol videat codicem in manibus tuis, et post secundam 1349
horam opus tuum. 5. Ora sine intermissione, et memento Christi, qui genuit te.

1347. La 4, 180. 1348. La 4, 214.
1349. Gr (= H. Greßmann, 1913, in Texte und Untersuchungen 39, 4) 146; MG 40, 1283.

1350 *Peccata interna.* — 38. Μὴ δώῃς τὴν ψυχήν σου διαλογισμοῖς πονηροῖς, ἵνα μὴ μιάνωσι σὴν καρδίαν καὶ καθαρὰν προσευχὴν μακρὰν ποιήσωσι ἀπό σου. 39. Βαρεῖα λύπη καὶ ἀνυπόστατος ἀκηδία, δάκρυα δὲ πρὸς Θεὸν ἰσχυρότερα ἀμφοτέρων. 40. Λιμὸς καὶ δίψα μαραίνει ἐπιθυμίας κακάς, ἀγρυπνία δὲ ἀγαθὴ καθαίρει διάνοιαν.

Ad monachos, qui habitant in coenobiis.

1351 *Fides, dilectio, scientia.* — 3. Πίστις ἀρχὴ ἀγάπης, τέλος δὲ ἀγάπης γνῶσις Θεοῦ. 4. Φόβος Κυρίου διατηρήσει ψυχήν, ἐγκράτεια δὲ ἀγαθὴ ἐνισχύσει αὐτήν.
1352 *Impassibilitas.* — 66. Ἄνευ γάλακτος οὐ τραφήσεται παιδίον, καὶ χωρὶς ἀπαθείας οὐχ ὑψωθήσεται καρδία. 67. Πρὸ ἀγάπης ἡγεῖται ἀπάθεια, πρὸ δὲ γνώσεως ἀγάπη. 68. Γνώσει προστίθεται σοφία, ἀπάθειαν δὲ τίκτει φρόνησις. 69. Φόβος Κυρίου γεννᾷ φρόνησιν, πίστις δὲ Χριστοῦ δωρεῖται φόβον Θεοῦ.
1353 *Scientia Dei* (γνῶσις). — 109. Ὁ μισῶν γνῶσιν Θεοῦ καὶ ἀπωθούμενος θεωρίαν αὐτοῦ ὅμοιός ἐστι τῷ λόγχῃ νύσσοντι τὴν καρδίαν αὐτοῦ. 110. Κρείσσων γνῶσις Τριάδος ὑπὲρ γνῶσιν ἀσωμάτων καὶ θεωρία αὐτῆς ὑπὲρ λόγους πάντων τῶν αἰώνων.
1354 *Quis sit theologus.* — 118. Σάρκες Χριστοῦ πρακτικαὶ ἀρεταί, ὁ δὲ ἐσθίων αὐτὰς γενήσεται ἀπαθής. 119. Αἷμα Χριστοῦ θεωρία τῶν γεγονότων, καὶ ὁ πίνων αὐτὸ σοφισθήσεται ὑπ'

1350 38. Ne dederis animam tuam cogitationibus malis, ut non polluant tuum cor, et mundam orationem longe faciant a te. 39. Gravis tristitia et intolerabilis acedia; lacrimae ad Dominum validiores utrorumque. 40. Fames et sitis marcescere facit concupiscentias malas, vigilia autem bona purificat sensum.
1351 3. Fides initium caritatis, finis autem dilectionis scientia Dei. 4. Timor Domini custodiet animam, continentia autem bona confortat illam.
1352 66. Absque lacte non enutrietur infans, et sine impassibilitate non exaltabitur cor. 67. Caritatem antecedit impassibilitas, scientiam autem praecedit dilectio. 68. Scientiae adicietur sapientia, impassibilitatem vero generat prudentia. 69. Timor Domini generat sapientiam, fides autem Christi donat timorem Dei.
1353 109. Qui odit scientiam Dei et reicit considerationem, similis est ei qui lancea pungit cor suum. 110. Melior est scientia Trinitatis super scientiam incorporalium, et consideratio eius super rationes omnium saeculorum.
1354 118. Carnes Christi actuum virtutes; qui autem manducat eas, efficitur impassibilis. 119. Sanguis Christi consideratio factorum;

1350. Gr 149; MG 40, 1284. 1351. Gr 153; MG 40, 1277.
1352. Gr 158; MG 40, 1280. 1353. Gr 162; MG 49, 1281.
1354. Gr 163; MG 40, 1282.

αὐτοῦ. 120. Στῆθος Κυρίου γνῶσις Θεοῦ, ὁ δ' ἀναπεσὼν ἐπ αὐτὸ θεολόγος ἔσται.

Capita practica ad Anatolium.

Ordo perfectionis. — Praeamb. Τὴν πίστιν βεβαιοῖ ὁ φόβος 1355
ὁ τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦτον πάλιν ἐγκράτεια, ταύτην δὲ ἀκλινῆ ποιοῦσιν ὑπομονὴ καὶ ἐλπίς, ἀφ' ὧν τίκτεται ἀπάθεια, ἧς ἔκγονον ἡ ἀγάπη, ἀγάπη δὲ θύρα γνώσεως φυσικῆς, ἣν διαδέχεται θεολογία καὶ ἡ ἐσχάτη μακαριότης.
Caritas et divitiae. — 1, 9. Ὡς ζωὴν καὶ θάνατον ἅμα 1356
συμβῆναι τῷ αὐτῷ, τῶν οὐκ ἐνδεχομένων ἐστίν, οὕτως ἀγάπην χρήμασι συνυπάρξαι τινί, τῶν ἀδυνάτων ἐστίν. Ἀναιρετικὴ γὰρ οὐ μόνον χρημάτων ἡ ἀγάπη, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς ἡμῶν τῆς προσκαίρου ζωῆς.
Vita practica et gnosis. — 1, 38. Νοῦς σὺν Θεῷ πρακτικὴν 1357
κατορθώσας, καὶ προσπελάσας τῇ γνώσει, ὀλίγον ἢ οὐδόλως τοῦ ἀλόγου μέρους τῆς ψυχῆς ἐπαισθάνεται, τῆς γνώσεως αὐτὸν ἁρπαζούσης μετάρσιον, καὶ χωριζούσης τῶν αἰσθητῶν.
Vita practica et gnostica. — 1, 56. Πέρας μὲν πρακτικῆς 1358
ἀγάπη, γνώσεως δὲ θεολογία· ἀρχαὶ δὲ ἑκατέρων πίστις καὶ φυσικὴ θεωρία.
Daemones et angeli. — 1, 65. Τῷ δαιμονιώδει λογισμῷ τρεῖς 1359
ἀντίκεινται λογισμοί, τέμνοντες αὐτὸν ἐν τῇ διανοίᾳ χρονίζοντα, ὅ τε ἀγγελικός, καὶ ὁ ἐκ τῆς ἡμετέρας προαιρέσεως ῥεπούσης

---

et qui bibit illum, illuminabitur ab eo. 120. Pectus Domini scientia Dei; qui autem recubuerit super illud, praedicator erit divinorum.
Praeamb. Fidem confirmat timor Dei, huncque rursus continen- 1355
tia, quam immotam reddunt tolerantia et spes, ex quibus gignitur impassibilitas, cuius soboles caritas; at caritas ostium est naturalis cognitionis, cui succedit theologia et suprema beatitudo.
1, 9. Sicut vitam et mortem simul eidem contingere contra 1356
rerum naturam est, ita caritatem cum pecuniis in quopiam consistere fieri nequit; siquidem caritas non solum pecuniarum destructrix est, sed et ipsius nostrae temporalis vitae.
1, 38. Mens quae ope Dei activam vitam recte excoluit, et ad 1357
cognitionem, prope accessit, parum aut nullatenus partem animae irrationabilem sentit, cognitione sublimem ipsam rapiente, ac a sensibilibus separante.
1, 56. Activae exercitationis terminus est caritas, cognitionis 1358
vero rectus de Deo sermo; ambarum autem principia fides et naturalis contemplatio.
1, 65. A daemonibus immissae cogitationi tres opponuntur 1359
cogitationes, quae amputant eam quando in mente perdurat: illa quae ab angelis suppeditatur, illa quae ex nostra voluntate oritur

---

1355. MG 40, 1221 B. 1356. MG 40, 1224 C.
1357. MG 40, 1232 B. 1358. MG 40, 1233 C.
1359. MG 40, 1240 A.

ἐπὶ τὸ κρεῖττον, καὶ ὁ ἐκ τῆς ἀνθρωπίνης ἀναδιδόμενος φύσεως, καθ᾽ ὃν κινούμενοι καὶ ἐθνικοὶ ἀγαπῶσι τὰ ἴδια τέκνα, καὶ τοὺς ἑαυτῶν τιμῶσι γονεῖς. Τῷ δὲ ἀγαθῷ λογισμῷ δύο μόνον ἀντίκεινται λογισμοί, ὅ τε δαιμονιώδης, καὶ ὁ ἐκ τῆς ἡμετέρας προαιρέσεως ἀποκλινούσης ἐπὶ τὸ χεῖρον. Ἐκ δὲ τῆς φύσεως οὐδεὶς ἐξέρχεται λογισμὸς πονηρός. Οὐ γὰρ ἀπαρχῆς γεγόναμεν πονηροί, εἴπερ καλὸν σπέρμα ἔσπειρεν ὁ Κύριος ἐν τῷ ἰδίῳ ἀγρῷ.

1360 *Purificatio.* — 1, 71. Οὐκ ἂν ἴδῃ ὁ νοῦς τὸν τοῦ Θεοῦ τόπον ἐν ἑαυτῷ, μὴ πάντων τῶν ἐν τοῖς πράγμασιν ὑψηλότερος γεγονώς· οὐ γενήσεται δὲ ὑψηλότερος, μὴ τὰ πάθη ἀπεκδυσάμενος τὰ συνδεσμοῦντα αὐτὸν διὰ τῶν νοημάτων τοῖς πράγμασι τοῖς αἰσθητοῖς· καὶ τὰ μὲν πάθη ἀποθήσεται διὰ τῶν ἀρετῶν, τοὺς δὲ ψιλοὺς λογισμοὺς διὰ τῆς πνευματικῆς θεωρίας· καὶ ταύτην πάλιν, ἐπιφανέντος αὐτῷ τοῦ φωτὸς ἐκείνου τοῦ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς προσευχῆς ἐκτυποῦντος τὸν τόπον τοῦ Θεοῦ.

1361 *Oratio.* — 2, 49. Ἡ προσευχὴ τὸν νοῦν ἐρρωμένον καὶ καθαρὸν πρὸς τὴν πάλην παρασκευάζει, πεφυκότα προσεύχεσθαι, καὶ δίχα τούτου τοῦ σώματος καὶ ὑπὲρ πασῶν τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων τοῖς δαίμοσι μάχεσθαι.

1362 *Impassibilitas.* — 2, 60. Ἡ μὲν τελεία τῇ ψυχῇ ἀπάθεια, μετὰ τὴν νίκην τὴν κατὰ πάντων τῶν ἀντικειμένων τῇ πρακτικῇ δαιμόνων ἐγγίνεται· ἡ δὲ ἀτελὴς ἀπάθεια, ὡς πρὸς τὴν δύναμιν τέως τοῦ παλαίοντος αὐτῇ λέγεται δαίμονος.

---

in melius propendente, et illa quam humana natura largitur, et iuxta quam excitati etiam ethnici diligunt liberos suos ac parentes suos honorant. At vero bonae cogitationi duo tantum obsistunt cogitata: daemoniacum, quodque a libero nostro procedit arbitrio, ubi ad malum declinat. Nam ex natura cogitatio nulla mala egreditur; quia principio mali conditi non fuimus; quinimmo bonum semen seminavit Dominus in agro suo.

1360 1, 71. Numquam mens videbit Dei locum in seipsa, nisi cunctis ad res mundi pertinentibus cogitatis excelsior evadat; non evadet autem excelsior, si affectus non exuat, qui ipsam per cogitationes alligant ad res sensibiles; et affectus quidem deponet per virtutes, meras autem cogitationes, per spiritalem contemplationem; hancque iterum, cum apparuerit ei id lumen, quod tempore orationis exprimit locum Dei.

1361 2, 49. Oratio mentem validam puramque ad certamen facit, natam ut precetur, et citra corpus istud atque pro cunctis animae facultatibus contra daemones pugnet.

1362 2, 60. Perfecta impassibilitas, post partam victoriam adversus cunctos daemones, qui vitae activae obsistunt, animae obvenit; imperfecta vero dicitur, respectu virium daemonis qui tunc illam impugnat.

1360. MG 40, 1244 A. 1361. MG 40, 1245 C.
1362. MG 40, 1248 D.

Centuriae.

Scientia salutis. — 1, 10. Alii daemones praeceptorum 1363
observantiae, alii naturarum cognitioni, ceteri theologiae adversantur, quoniam in his tribus salutis nostrae scientia consistit.

Quinque cognitiones. — 1, 27. Quinque cognitiones prae- 1364
cipuae, in quibus omnes aliae complectuntur, numerantur: prima enim, ut referunt Patres, adorandae Trinitatis cognitio; secunda et tertia corporeorum incorporeorumque entium; denique quarta et quinta iudicii et providentiae divinae cognitio dicitur.

Caritas. — 1, 86. Status animae rationalis altissimus, in quo 1365
aliud in hoc mundo plus quam Dei cognitionem impossibile amari potest, caritas est.

Sancta cognitio. — 2, 34. Sicut magnes, propter physicam 1366
potentiam in eo absconditam, ferrum attrahit, ita etiam mentem puram sancta cognitio.

Cognitionis excellentia. — 2, 63. Aliae cognitiones in in- 1367
corporeis, aliae in corporeis rebus constant; sanctae autem Trinitatis cognitio omnes superat.

Contemplatio amissa. — 3, 28. Anima peccatrix ea mens 1368
est, quae per negligentiam suam a sanctae monadis contemplatione ita deiecta est, ut aegre sanctae Trinitatis imagine perfecta, a qua deiecta, dignam denuo se efficeret.

Mens spiritualis. — 3, 30. Ille mens spiritualis est, qui con- 1369
templatione sanctae Trinitatis fruitur.

Daemones. — 3, 41. De entium atque sanctae Trinitatis 1370
cognitione nos et daemones bella gerimus, ii quia quominus cogitationes attingamus impedire volunt, nos e contra discere conamur.

Perfectio mentis. — 3, 42. Contemplatio, quae in cognitione 1371
spirituali praeteritorum et futurorum habetur, mentem perficit et imagini perfectae a Deo creatae graduatim similiorem reddit.

Purificatio. — 5, 39. Locus Dei pax nominatur; quae in 1372
impassibilitatis naturae rationalis statu consistit; quicumque Deum habitare in seipsum desiderat, magna cum diligentia omnes affectus ab anima sua expurgabit.

Gratia. — 5, 79. Naturarum cognitionem apprehendere 1373
mentis est; sanctae autem Trinitatis contemplatio non ab illa pendet, sed donum gratiae magnum.

1363. Fr (= W. Frankenberg, Evagrius Ponticus, Berlin 1912) 57.
1364. Fr 73. 1365. Fr 123. 1366. Fr 153. 1367. Fr 175.
1368. Fr 207. 1369. Fr 211. 1370. Fr 217. 1371. Fr 219.
1372. Fr 335. 1373. Fr 355.

1374 *Mens Deus est.* — 5, 81. Quando mens sanctae Trinitatis contemplatione digna habita est, per gratiam ipsa vocatur Deus, in quantum ad imaginem Creatoris eius pervenit.

1375 *Vita practica et gnostica.* — 6, 2. Duplex mundi huius cognitio traditur, practica et spiritalis; ad priorem impii etiam perveniunt, soli sancti ad alteram progrediuntur.

1376 *Sancti angeli.* — 6, 35. Per praeceptorum divinorum observationis cognitionem sanctae Virtutes a malignitate nostra purificant impassibilesque nos reddant. In cognitione autem naturarum et theologia ab ignorantia liberant atque sapientes et spirituales nos faciunt.

1377 *Impassibilitas.* — Suppl. 3. Passionum orbatio est status tranquillus animae rationalis constans e mansuetudine ac e temperantia.

1378 *Oratio.* — Suppl. 30. Status mentis per exstasim sub solo lumine sanctae Trinitatis oratio dicitur.

1379 *Lumen animae.* — Suppl. 50. Ut homo interior gnosticus fiat, a vetere affectuum homine se exuere debet; ita in seipso lumen pulchritudinis animae conspiciet et tempore orationis visiones caelestes ei apparebunt.

Antirrheticus.

1380 *Monachus.* — Praeamb. Ille homo monachus est, qui a peccato per actum commisso se avertit; mens autem monastica, quae a peccato per cogitationem commisso se avertit et tempore orationis sanctae Trinitatis lumen contemplatur.

Epistulae.

1381 *Cognitio Christi.* — Epist. 33. Si quis cognitionem Salvatoris nostri cupit, sapientiam bonam amet; hanc enim qui amat, eum dulcem et temperantem, sine malitia atque ira, ad misericordiam et orationem pronum se praestare convenit.

1382 *Caritas prior.* — Epist. 56. Praecipuum praeceptum caritas est; per quam mens ad Caritatem priorem, quae est Deus, trahitur.

1383 *Caritas possidenda.* — Epist. 60. Virtus animae rationalis, quae purificatione omnium corruptibilium desideriorum perficitur et discipulos Christi confortat, caritas est. Quam possidet ille qui cibum, possessiones, vanamque gloriam despicit, ipsum etiam corpus per caritatem cognitionis divinae abdicat.

1374. Fr 355. 1375. Fr 363. 1376. Fr 383.
1377. M (= J. Muyldermans, Evagriana, 1. fasc. in «Le Muséon» t. 44, 1931) 15 22. Istius loci textus graecus adest: Ἀπάθειά ἐστι κατάστασις ἠρεμαῖα ψυχῆς λογικῆς, ἐκ πραΰτητος καὶ σωφροσύνης συνισταμένη.
1378. Fr 455. 1379. Fr 463. 1380. Fr 475.
1381. Fr 589. 1382. Fr 605. 1383. Fr 611.

S. BENEDICTUS ABBAS, † ca 553.

Regula monachorum.

Oboedientiae necessitas. — Prolog. Obsculta, o fili, prae- 1384
cepta magistri, et inclina aurem cordis tui et admonitionem pii patris libenter excipe et efficaciter comple; ut ad eum per oboedientiae laborem redeas, a quo per inoboedientiae desidiam recesseras. Ad te ergo nunc mihi sermo dirigitur, quisquis abrenuntians propriis voluntatibus, Domino Christo vero Regi militaturus, oboedientiae fortissima atque praeclara arma sumis.

Oboedientia quid? — 5. Primus humilitatis gradus est 1385
oboedientia sine mora. Haec convenit his qui nihil sibi a Christo carius aliquid existimant, propter servitium sanctum quod professi sunt, seu propter metum gehennae, vel gloriam vitae aeternae. Mox aliquid imperatum a maiore fuerit, ac si divinitus imperetur, moram pati nesciant in faciendo. Ergo hi tales relinquentes statim quae sua sunt et voluntatem propriam deserentes, mox exoccupatis manibus, et quod agebant imperfectum relinquentes, vicino oboedientiae pede iubentis vocem factis sequuntur. Et veluti uno momento praedicta magistri iussio et perfecta discipuli opera, in velocitate timoris Dei, ambae res communiter citius explicantur. Quibus ad vitam aeternam gradiendi amor incumbit, ideo angustam viam arripiunt, ut non suo arbitrio viventes, vel desideriis suis et voluptatibus oboedientes, sed ambulantes alieno iudicio et imperio, in coenobiis degentes, abbatem sibi praeesse desiderant. Sed haec ipsa oboedientia tunc acceptabilis erit Deo et dulcis hominibus, si quod iubetur non trepide, non tarde, non tepide aut cum murmurio, vel cum responso nolentis efficiatur. Quia oboedientia quae maioribus praebetur Deo exhibetur. Ipse enim dixit: *Qui vos audit me audit* [Lc 10, 16]. Et cum bono animo a discipulis praeberi oportet, quia *hilarem datorem diligit Deus* [2 Cor 9, 7]. Nam cum malo animo si oboedit discipulus, et non solum ore, sed etiam in corde si murmuraverit, etiamsi impleat iussionem, tamen acceptum iam non erit Deo, qui cor eius respicit murmurantem, et pro tali facto nullam consequitur gratiam; immo poenam murmurantium incurrit, si non cum satisfactione emendaverit.

1384. B (= C. Butler, Friburgi Br. 1912) 1; ML 66, 215 D. — Editionem C. Butler sequimur. Ab ista editione critico-practica multum discrepat textus receptus qui legitur apud Migne; indicamus tamen initio singulorum locorum et paginam in editione Migniana. Rursus edidit textum critice emendatum et philologice declaratum D. B. Linderbauer O. S. B. (Metten 1922).
1385. B 24; ML 66, 349 B.

1386 *Humilitatis gradus.* — 7. Primus itaque humilitatis gradus est, si timorem Dei sibi ante oculos semper ponens, oblivionem omnino fugiat, et semper sit memor omnia quae praecepit Deus: ut qualiter et contemnentes Deum gehenna de peccatis incendat, et vita aeterna, quae timentibus Deum praeparata est, animo suo semper evolvat; et custodiens se omni hora a peccatis et vitiis, id est cogitationum, linguae, manuum, pedum vel voluntatis propriae, sed et desideria carnis — aestimet se homo de caelis a Deo respici omni hora, et facta sua omni loco ab aspectu Divinitatis videri, et ab angelis omni hora renuntiari. ... — Secundus humilitatis gradus est, si propriam quis non amans voluntatem desideria sua non delectetur implere; sed vocem illam Domini factis imitemur dicentis: *Non veni facere voluntatem meam, sed eius qui me misit* [Io 6, 38]. ... — Tertius humilitatis gradus est, si quis pro Dei amore omni oboedientia se subdat maiori, imitans Dominum de quo dicit Apostolus: *Factus oboediens usque ad mortem* [Ph 2, 8]. — Quartus humilitatis gradus est, si in ipsa oboedientia duris et contrariis rebus, vel etiam quibuslibet inrogatis iniuriis, tacite conscientia patientiam amplectatur, et sustinens non lassescat vel discedat. ... — Quintus humilitatis gradus est, si omnes cogitationes malas cordi suo advenientes, vel mala a se absconse commissa, per humilem confessionem abbatem non celaverit suum. ... — Sextus humilitatis gradus est, si omni vilitate et extremitate contentus sit monachus, et ad omnia quae sibi iniunguntur, velut operarium se malum iudicet et indignum. ... — Septimus humilitatis gradus est, si omnibus se inferiorem et viliorem non solum sua lingua pronuntiet, sed etiam intimo cordis credat affectu. ... — Octavus humilitatis gradus est, si nihil agat monachus, nisi quod communis monasterii regula vel maiorum cohortantur exempla. ... — Nonus humilitatis gradus est, si linguam ad loquendum prohibeat monachus, et taciturnitatem habens, usque ad interrogationem non loquatur. ... — Decimus humilitatis gradus est, si non sit facilis ac promptus in risu. ... — Undecimus humilitatis gradus est, si cum loquitur monachus, leniter et sine risu, humiliter cum gravitate, vel pauca verba et rationabilia loquatur, et non sit clamosus in voce. ... — Duodecimus humilitatis gradus est, si non solum corde monachus, sed etiam ipso corpore humilitatem videntibus se semper iudicet; id est, in Opere Dei, in oratorio, in monasterio, in horto, in via, in agro, vel ubicumque sedens, ambulans vel stans, inclinato sit semper capite, defixis in terram aspectibus, reum se omni hora de peccatis suis aestimans, iam se tremendo iudicio repraesentari aestimet. ... — Ergo his omnibus

1386. B 29; ML 66, 371 B.

humilitatis gradibus ascensis, monachus mox ad caritatem Dei perveniet illam, quae *perfecta foris mittit timorem* [1 Io 4, 18]; per quam universa, quae prius non sine formidine observabat, absque ullo labore velut naturaliter ex consuetudine incipiet custodire, non iam timore gehennae, sed amore Christi, et consuetudine ipsa bona et delectatione virtutum. Quae Dominus iam in operarium suum mundum a vitiis et peccatis Spiritu sancto dignabitur demonstrare.

Disciplina psallendi. — 19. Ubique credimus divinam esse 1387
praesentiam, et oculos Domini in omni loco speculari bonos et malos: maxime tamen hoc sine aliqua dubitatione credamus, cum ad Opus divinum adsistimus. Ergo consideremus qualiter oporteat in conspectu Divinitatis et angelorum eius esse, et sic stemus ad psallendum, ut mens nostra concordet voci nostrae.

Oratio. — 20. Si cum hominibus potentibus volumus ali- 1388
qua suggerere, non praesumimus nisi cum humilitate et reverentia; quanto magis Domino Deo universorum cum omni humilitate et puritatis devotione supplicandum est! Et non in multoloquio, sed in puritate cordis et compunctione lacrimarum nos exaudiri sciamus. Et ideo brevis debet esse et pura oratio, nisi forte ex affectu inspirationis divinae gratiae protendatur. In conventu tamen omnino brevietur oratio, et facto signo a priore omnes pariter surgant.

Paupertas monachi. — 33. Praecipue hoc vitium radicitus 1389
amputandum est de monasterio, ne quis praesumat aliquid dare aut accipere sine iussione abbatis, neque aliquid habere proprium, nullam omnino rem, neque codicem, neque tabulas, neque graphium, sed nihil omnino: quippe quibus nec corpora sua nec voluntates licet habere in propria voluntate, omnia vero necessaria a patre sperare monasterii, nec quicquid liceat habere, quod abbas non dederit aut permiserit. *Omniaque omnibus sint communia* [Act 4, 32], ut scriptum est, nec quisquam suum aliquid dicat vel praesumat.

Opera monachorum. — 48. Otiositas inimica est animae; 1390
et ideo certis temporibus occupari debent fratres in labore manuum, certis iterum horis in lectione divina. ... Omnia tamen mensurate fiant propter pusillanimes.

Suscipiendi fratres. — 58. Noviter veniens quis ad con- 1391
versationem, non ei facilis tribuatur ingressus; sed, sicut ait Apostolus: *Probate spiritus, si ex Deo sunt* [1 Io 4, 1]. Ergo, si veniens perseveraverit pulsans, et inlatas sibi iniurias et difficultatem ingressus post quattuor aut quinque dies visus

1387. B 51; ML 66, 475 A.
1388. B 52; ML 66, 479 A.
1389. B 64; ML 66, 551 C.
1390. B 83; ML 66, 703 A.
1391. B 99; ML 66, 808 C.

fuerit patienter portare et persistere petitioni suae, annuatur ei ingressus, et sit in cella hospitum paucis diebus. Postea autem sit in cella novitiorum, ubi meditent et manducent et dormiant. Et senior eis talis deputetur, qui aptus sit ad lucrandas animas, qui super eos omnino curiose intendat. Et sollicitudo sit si revera Deum quaerit, si sollicitus est ad Opus Dei, ad oboedientiam, ad opprobria. Praedicentur ei omnia dura et aspera, per quae itur ad Deum. Si promiserit de stabilitate sua perseverantiam, post duorum mensium circulum legatur ei haec Regula per ordinem, et dicatur ei: Ecce lex sub qua militare vis; si potes observare, ingredere; si vero non potes, liber discede. Si adhuc steterit, tunc ducatur in supradictam cellam novitiorum, et iterum probetur in omni patientia.

1392 *Ordo monasterii.* — 63. Iuniores igitur priores suos honorent: priores minores suos diligant. Abbas autem, quia vices Christi creditur agere, dominus et abbas vocetur, non sua assumptione, sed honore et amore Christi. Ipse autem cogitet, et sic se exhibeat ut dignus sit tali honore.

1393 *Abbas monasterii.* — 64. Ordinatus autem abbas cogitet semper quale onus suscepit, et cui redditurus est rationem villicationis suae; sciatque sibi oportere prodesse magis quam praeesse. Oportet ergo eum esse doctum lege divina, ut sciat et sit unde proferat nova et vetera; castum, sobrium, misericordem; et semper superexaltet misericordiam iudicio, ut idem ipse consequatur. Oderit vitia, diligat fratres. In ipsa autem correptione prudenter agat, et ne quid nimis, ne dum nimis eradere cupit aeruginem, frangatur vas; suamque fragilitatem semper suspectus sit, memineritque calamum quassatum non conterendum. In quibus non dicimus ut permittat nutriri vitia, sed prudenter et cum caritate ea amputet, ut viderit cuique expedire, sicut iam diximus; et studeat plus amari quam timeri. Non sit turbulentus et anxius, non sit nimius et obstinatus, non zelotipus et nimis suspiciosus, quia nunquam requiescit; in ipsis imperiis suis providus et consideratus; et, sive secundum Deum sive secundum saeculum sit opera quam iniungit, discernat ac temperet, cogitans discretionem sancti Iacob dicentis: *Si greges meos plus in ambulando fecero laborare, morientur cuncti una die* [Gn 33, 13]. Haec ergo aliaque testimonia discretionis, matris virtutum, sumens, sic omnia temperet, ut sit et fortes quod cupiant, et infirmi non refugiant.

1394 *Zelus bonus.* — 72. Hunc ergo zelum ferventissimo amore exerceant monachi, id est, ut honore se invicem praeveniant.

1392. B 110; ML 66, 872 C. 1393. B 112; ML 66, 881 A.
1394. B 122; ML 66, 927 B. — Hic sequimur textum Linderbauer, p. 82.

Infirmitates suas sive corporum sive morum patientissime tolerent; oboedientiam sibi certatim impendant; nullus quod sibi utile iudicat sequatur, sed quod magis alio; caritatem fraternitatis caste impendant; amore Deum timeant; abbatem suum sincera et humili caritate diligant; Christo omnino nihil praeponant, qui nos pariter ad vitam aeternam perducat.

S. COLUMBANUS, † 615.

Regula coenobialis.

De mortificatione et conscientiae manifestatione. — C. 9. 1395
Maxima pars regulae monachorum mortificatio est, quibus nimirum per sacram Scripturam praecipitur: *Sine consilio nihil facias* [Eccli 32, 24]. Ergo si nihil sine consilio faciendum, totum per consilium est interrogandum. . . . Sed licet duris dura videatur haec disciplina, ut scilicet homo semper de ore pendeat alterius, ceteris tamen Deum timentibus dulcis ac secura invenietur, si ex integro, et non ex parte conservetur: quia nihil dulcius est conscientiae securitate, et nihil securius est animi impunitate, quam nullus sibi ipsi per se potest tradere, quia proprie aliorum est examinis. Hoc namque defendit a timore iudicii, quod iam examinaverit iudicantis censura, cui alieni ponderis imponitur moles, et totum portat quod suscipit, periculum. Maius enim, ut scriptum est, periculum iudicantis quam eius qui iudicatur [Sap 6, 6 7]. Quicumque itaque semper interrogaverit, si servaverit, numquam errabit. Quia si alterius erraverit responsum, fides credentis et labor oboedientis non errabunt, neque mercede interrogantis carebunt. Nam si per se aliquid discusserit, qui debuit interrogare, in hoc ipso arguitur errasse, quod iudicare praesumpsit, qui interrogare debuit; et si rectum fuerit, pravum illi reputabitur, dum per hoc a recto declinavit; quia nihil audet per se iudicare, cuius officium est tantum oboedire.

S. ISIDORUS HISPALENSIS, 560—636.

Sententiae.

Sapientia secundum Deum. — L. 2, c. 1, n. 1. Omnis qui 1396
secundum Deum sapiens est, beatus est. Beata vita cognitio divinitatis est. Cognitio divinitatis virtus boni operis est. Virtus boni operis fructus aeternitatis est. 2. Qui secundum saeculum sapiens est, secundum Deum stultus est. . . . 3. Primum est scientiae studium quaerere Deum, deinde honestatem

---

1395. ML 80, 215. 1396. ML 83, 599.

vitae cum innocentiae opere. 4. Nullus sapientiam Dei plene recipit, nisi qui se ab omni abstrahere actionum cura contendit. . . . 5. Non ad parvae intellegentiae arcem pervenit, qui scit secreta Dei se penetrare non posse. Tunc autem Deum recte cognoscimus, quando eum perfecte scire nos denegamus. 6. Interdum quaedam nescire convenit. Nullus autem in culpa maior est, quam ille qui Deum nescit. . . . 11. Utile est multa scire et recte vivere. Quodsi utrumque non valemus, melius est ut bene vivendi studium quam multa sciendi sequamur. 12. Non pertinere ad beatitudinem consequendam scientiam rerum, nec esse beatum multa scire, sed esse magnum beate vivere.

1397 *De conversione ad Deum.* — 2, 7, 8. Multis modis terret Deus homines, ut vel sero convertantur, atque exinde magis erubescant, quod tamdiu exspectati sunt ut redirent. Nam nunc minis, nunc plagis, nunc revelationibus quosdam concutit, ut qui voluntate converti despiciunt, commoti terroribus corrigantur. 9. Plerique ex sola mentis devotione convertuntur ad Deum; nonnulli vero coacti plagis convertuntur, qui ex devotione non convertebantur.

1398 *De lectione spirituali.* — 3, 8, 1. Orationibus mundamur, lectionibus instruimur; utrumque bonum, si liceat; si non liceat, melius est orare quam legere. 2. Qui vult cum Deo semper esse, frequenter debet orare, frequenter et legere. Nam cum oramus, cum Deo ipsi loquimur; cum vero legimus, Deus nobiscum loquitur. 3. Omnis profectus ex lectione et meditatione procedit. Quae enim nescimus, lectione discimus; quae autem didicimus, meditationibus conservamus.

Synonyma.

1399 *Otium fugiendum.* — L. 2, n. 18. Otiositati deditum cito luxuria subripit. Vacantem luxuria cito praeoccupat. Gravius libido urit quem otiosum invenerit. Cedit autem libido rebus, cedit operi, cedit industriae et labori, libidinem quippe carnis saepe labor evincit, corpus enim labore fatigatum minus delectatur flagitio. 19. Quapropter praecave otium, non diligas otium, non ducas in otio vitam, fatiga corpus laboribus, exerce operis cuiuslibet studium; quaere tibi opus utile, quo animi infigatur intentio; cum opere vaca lectioni, vaca in lege Dei, vaca in meditatione scripturarum; habeto in divinis libris frequentiam, assiduitas legendi sit tibi, sit tibi frequens lectio, sit cotidiana legis meditatio.

1397. ML 83, 607. 1398. ML 83, 679. 1399. ML 83, 849.

INDEX SYSTEMATICUS.

(Numeri indicant numeros marginales.)

MOTIVA AD PERFECTIONEM.

OBSTACULA AD PERFECTIONEM.

MEDIA AD PERFECTIONEM.

4. Electio divinae voluntatis; vocatio.

II. *Media practica ad perfectionem: Virtutes.*

GRADUS VITAE SPIRITUALIS.

INDEX ALPHABETICUS.

D.

E.

M.

N.

O.

X.

Z.

INDEX ALPHABETICUS APPENDICIS.